Universidad de Deusto
Biblioteca

Azevedo. m. 8. lib. Recopil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POr quanto por parte de vos, el Doctor Alonso de Azeuedo, vezino de la Ciudad de Plasencia nos fue hecha relació, que vos auiades compuesto vn libro intitulado el tomo quinto de los Comentarios, sobre la nueua Recopilacion, que agora comprehende el libro octauo della, y nos suplicastes os mandassemos dar licencia y facultad, para lo poder imprimir y priuilegio por treynta años, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo, Por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos sobre ello fecha dispone, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, en la dicha razon y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad, para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes que corran y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante, vos o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir y vender el dicho libro q̃ de suso se haze mencio, y por la presente damos licecia y facultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, que vos nombraredes para que durante el dicho tiempo le pueda imprimir por el original que en el nuestro Consejo se vio, que va rubricado y firmado al fin de Alonso de Vallejo, nuestro escriuano de camara vno de los que en el nuestro consejo residen, con que antes que se venda le traygays ante ellos juntamente con el dicho original para que se vea si la dicha impressión esta conforme a el, y traygays se en publica forma como por corrector por nos nombrado se vio y corrigio la dicha impressió por el dicho original, y mandamos al impressor que assi imprimiere el dicho libro no imprima el principio y primer pliego del ni entregue mas de vn solo libro cõ el original al autor o persona a cuya costa le imprimiere, para effecto de la dicha correction y tassa hasta que antes y primero el dicho libro este corregido y tassado por los del nuestro consejo, y estando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, en el qual immediatamente se ponga esta nuestra licencia, y priuilegio, y la aprouacion, tassa, y erratas, y no lo podays vender ni vendays vos ni otra persona alguna, hasta que este el dicho libro en la forma susodicha, sopena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica y leyes de nuestros reynos que sobre ello disponen, y mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, sopena que el que lo imprimiere o vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros, moldes, y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, de la qual dicha pena sea la tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para quien lo denunciare, y mãdamos a los del nuestro Cõsejo Presidente y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes y alguaziles dela nuestra casa y Corte y Chancillerias y a otras qualesquier justicias de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros reynos y señorios a cada vno en su jurisdicion, assi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante, que vos guarde y cumplã esta dicha nuestra cedula y merced q̃ assi vos hazemos y contra ella no vos vayan ni passen, ni cõsientan yr ni passar en manera alguna, sopena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara fecha en Madrid a diez dias del mes de Abril de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor

Iuan Vazquez.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

TASSA.

YO Alonso de Vallejo scriuano de camara del Rey nuestro Señor, de los que residen en su consejo, doy fee que auiendose visto por los Señores del vn libro, q̃ compuso el Doctor Alonso de Azeuedo, vezino de la ciudad de Plasencia, sobre el Octauo libro de la Recopilacion, que con su licencia fue impresso, le tassaron à tres marauedis el pliego en papel: Y mandaron que esta tassa se ponga al principio de cada libro, para que se sepa y entienda lo que por el se ha de lleuar sin exceder del dicho precio, y para que dello conste de mandamiento de los dichos Señores del Consejo, y pedimiento de la parte del dicho Doctor Azeuedo, di esta fee en la villa de Madrid, a onze dias del mes de Março de mil y quinientos y nouenta y seys años.

Alonso de Vallejo.

AMPLISSIMO, ERVditissimoque Præsidi Castellæ Licẽtiato Roderico Vazquez de Arze Alcantarensis Militiæ Cõmenda Diuæ Magdalenæ ac Cruce insignito, Dominoque Villædel Carpio, Doctor Alphonsus de Azeuedo. S. & æter. F.

QVM superioribus abhinc annis (Præses amplissime) Primum tomũ horum commentariorum Regi ac Domino nostro Philippo Secundo dicassem, vt bono inchoatum principio: Operæpretium esse duxi finem eorum, vt Defensori & Patrono Dominationi vestræ dirigere, vt sic principium & finis, pariterq́, intermedia, quæ ex præcedentibus & sequentibus solent robur accipere, tali tutarentur patrocinio: cum in persona tãti Præsidis Regia nostri Regis resulgeat Maiestas. Quas obres & supplico exoroq́, quatenus Dominatio vestra hoc paruulum munus sub sua recipere manu & protectione non dedignetur, certo enim scio sic & Authoritatem inter viros sapientes & tutamen inter inuidos, & mordaces opus hoc & eius authorem habiturum ac recepturum. Quis enim quantumuis audax opus hoc reprehendere audebit tanti Præsidis præsidio munitum? aut si redarguat, & mordeat, quis illi adhærebit? obturabit inuidis ora, & male obloqui vetabit tot in vnum virum congestarum dignitatum reuerentia, & grauis morum seueritas, quibus Potẽtissimi ac Christianissimi Regis ac Dñi nostri personam geris & repræsentas. Quòd si vel tui nominis magnitudine, vel mea obligatione munus oblatum condignum non videatur, ab ipsamet tua humanitate & clementia hoc supplendum est, & resarciendum, quibus excessus iste superiori laude, & gloriæ cumulo semper excedit. Vale.

LECTORI PRO EXHORtatione ad bonum, & ad humilitatem, præsertim in addiscendo.

MIrabatur Diuus Paulus ad Romanos. II. (lector amantissim) dicens, o altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incõprehensibilia sunt iudicia tua Domine. Quod si Paulus admiratur quis quęso non admirabitur, me insciũm, illiteratum, & omnium iuris peritorum minimum magna hæc peritissimis quasi impossibilia ad finem vsque perduxisse, & in lucem edidisse si non hæc ex altitudine cœlesti fauoreque diuino emanasse crederet? ab eo enim & eius diuino adiutorio hominis intelligẽtia procedit, cap. noli. 2. cap. denique. 9. distin. & nullum magnum ingenium est sine afflatu diuino, vt inquit Plato relatus per Barba. cons. 82. col. 5 vol. 4. vnde gloss. apostolica, in cap. si ex bono, de pœnit. dist. 4. hos describit versus.

Ex ope cœlesti fit si quid habetur honesti,
Et Venit à superis vt agas bene, vel mediteris.

Ipse enim est author omnium scientiarum & thesaurus supernæ scientiæ, cap. legimus. 37 distin. ac res difficiles reddit faciles, atque adeo vt res penitus desperatas, virtutis suæ magnitudine perficiat, vt in princ instit. §. quoniam. & in l. 1. §. 1 C. de vet. iure enucleando, ob idque toto corde, totaque mente, & tota denique anima tua Deum vt ames ac diligas (vltra alia multa, quibus ad hãc dilectionem ãdstringimur) & supplico ac exoro. Ipse enim aperiet atque illuminabit intellectum tuum, qui dat omnibus diligentibus se affluenter, vt altiora quæque & aggrediaris ac perficias. Quibus in assequendis oportet te in bonis operibus exercere, sæpius confessionis ac Eucharistiæ sacramenta frequentando, & opera misericordiæ ac alia Dei præcepta adimplendo, quibus quidem Deo grati efficimur, & scientia augemur. Improbus enim & peccator bonum sensum habere, & multa discere non potest, cap. nec mirum col. 3. versi. sed si quis. 26. quæst. 5. Et Ecclesiast. cap. 21. dicitur, non erudietur, qui nõ est sapiens in bono, & lapsi. 1. in animam maleuolam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis: Deusque nõ superbos sed humiles diligit. Ideo humilitatem sequi debemus. Quæ quidem humilitas in multis versatur, & quoad nostrum propositum incitandi lectorem adeam, circa quatuor. Primò vt nullam bonam doctrinam contemnamus, (teste Seneca dicente) Primum documentum est, vt nullam sapientiam contemnas, vt iuuenes quidam, Bartolum & alios contemnentes, quòd eorum Doctrinam non omnino mente percipiant, & penetrent, facile enim quis contemnit quod ignorat teste Philosopho. Secundo vt à nullo discere erubescas, instar Augustini, qui ab anicula paratus erat edoceri, capit. si habes. 24. quæst. 3. cap. nullus, 38. dist. & Cato dicebat, Nõ pudeat, quæ nescieris, te velle edoceri. Tertio quòd non erubescas cõfiteri, te nescire, quod ignoras, Augustino dicente, non est homini erubescendum se cõfiteri nescire, quod nondum se nescire mentitur. Quarto quòd humilem modum loquendi, quem scriptura habet non parui pendas, humilibus enim Deus gratiam dat, & sapientiam, superbis vero resistit, vt. 1. Petri cap. fin. & Iacobi. 4. & Ecclesiast. 3. ijs enim sic obseruatis facile hæc & alia maiora Dei auxilio aggredi poteris ac perficere. Precorq; te lectorem doctissimum vt hunc quintum Tomum & alios quatuor præcedentes legas ac perlegas, sunt enim honoris & commodi, & si quid imperfectum repereris emenda & corrige. Vale.

TABVLA

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA TITVLORVM
nunc contentorum in hoc tomo quinto
sub lib. 8. Recopilatio.

Tit. 1. De los Pesquisidores y Iuezes de comissions y pesquisas.
Tit. 2. De los Iudios, y Moros, y Rescatados, Gazis, y Mudajares, y Christianos nueuos.
Tit. 3. De los Herejes, y Reconciliados, Adeuinos hechizeros, y Agoreros.
Tit. 4. De los Blasfemos de Dios, y de nuestra Señora, y del Rey.
Tit. 5. De los Descomulgados.
Tit. 6. De las Vsuras, y Logros.
Tit. 7. De los Iuegos, y jugadores dellos.
Tit. 8. De los Rieptos, y desafios.
Tit. 9. De las treugas, y asseguranças.
Tit. 10. De las Injurias, y Denuestos.
Tit. 11. De los Ladrones, y Rufianes, vagamundos, y Egipcianos.
Tit. 12. De los Robos, y Fuerças, y de los Receptadores de los tales malhechores.
Tit. 13. De las leyes de la Hermandad, y officiales della contra los malhechores, delinquentes en despoblado.
Tit. 14. De las Ligas, y monipodios, y cofradias.
Tit. 15. De los Leuantamientos, y assonadas de gentes con armas, y mascaras, y otras parcialidades.
Tit. 16. De la Remision de los delinquentes, y deudores a sus juezes.
Tit. 17. De los Perjuros, y falsarios.
Tit. 18. De las Trayciones, y aleues.
Tit. 19. De los Amancebados.
Tit. 20. De los Adulterios incestos y stupros.
Tit. 21. Del peccado nefando.
Tit. 22. De los que matan, o hieren, o vienen contra las Iusticias.
Tit. 23. De los homicidios.
Tit. 24. De los condenados a que siruã en alguna Isla o en galeras, y de la ordẽ que se ha de tener en la execucion de las penas
Tit. 25. De los perdones que los Reyes hazen a los condenados por delictos.
Tit. 26. De las penas de bienes pertenecientes a la camara.

FINIS.

LIBER OCTAVVS

COMMENTANDVS HVIVS REGIAE RECOPILATIONIS.

***

Summaria Rubricæ Titulo. I.

IVdicium sine misericordia fiet illi, qui nescit misericordiam facere. num. 1.
Oblivio & audacia provocant ad delictum. numer. 2.
Verbum, Pesquisidores, quid significet. n. 3.
Perquirere quid sit. num. 4.
Inquisitio de delicto ex practica Regni fit, sive Inquisitus sit præsens, sive absens. nu. 5.
Index potest in omnibus casibus per viam Inquisitionis procedere. num. 6.

TITVLVS. I. DE LOS Pesquisidores, Rubricæ.

IN CHRISTI NOMINE, A QVO cuncta procedunt bona, & sine quo nullum rite fundatur exordium, vt testatur Boetius de Consola. lib. 3. Prosa. 9. in fine, & Imperator Iustinia. C. de vete. iur. enucle. l. 1. in princ. lectutam, & commentationem Quinti huius tomi, & finalis, super his duobus postremis libris. 8. &. 9. nostræ Regiæ Recopilationis incipio: Confisusq; in ipsius misericordia, & clementia, per quam subtilior reddar ad speculandum, solidior ad meditandum, mem oro sior ad idem non repetendum, nisi quatenus sit expediens, & nec essariu verior ad videndum, clarior ad exponendum, aggre ior r nes me nouam, cum anteriores libros commentaueri em

Azeuedo super. 8. men

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen & ab alijs non inceptam, & discussam in propositum nostræ Recopilationis, licet saltuatim per aliquos tactam indiuersis partibus, & quoniã hucusque continuauimus non solum Rubricas, sed & libros, & hunc etiam continuare ad præcedentes non desinemus: potestque continuari prout in delictorum materia librum nonum Codicis continuauit Glossator, in Rubric. titul. 1. C. quì accus. non pos. in hunc modum.

Postquam de causis ciuilibus dictum erat, videndũ est de criminalibus, quæ ad similitudinem rediguntur ciuilium; & ideo tãquam exemplata sequuntur exemplare, vt inquit Areti. in tit. de accusatio. in decreta, & quia iudicium in criminalibus sicut in ciuilibus cõstat ex tribus, scilicet, ex persona iudicis, & accusatoris, & accusati, ideo præmittit titulum primum, de Pesquisidores, qui solent in punitione criminum se se seuerissimos demonstrare, & sicut Cocodrili sanguinẽ humanum deglutire volunt, misericordiam fugientes, & omni rigore miseros accusatos punientes, quibus conuenire videmus, &
1 videbimus illud, iudicium † sine misericordia fiet illi, qui misericordiam non fecit, vt inquit text. in. c. plerumque, colum. 3. 2. q. 7.

Vel secundò continuationem aliam ego desumo ex principio titu
2 li. 1. par. 7. scilicet, quod obliuio, & audacia † duæ res sunt efficientes, & prouocantes homines ad delictũ, & ad maximos errores, eo quod obliuio adducit eos in obliuionem pœnæ imponendæ ob delictum ab eis perpetratũ; Audacia vero præbet ansam ad aggrediendum nõ aggredienda, & hoc modo homines vertuntur malo, ita vt in naturam reuertatur, & ipsomet malo se gloriantes, & lætantes. Et quoniam facta hęc acerrimè, ex superbia deriuata, sunt castigãda, vt factores & perpetratores condignam pœnam recipiant, vnde cum in libris præcedentibus, & præsertim in libro Quinto dixerimus, & meminerimus omnium litium ac conuentionum, quas partes inter se constituunt à principio ex concordia earum, ex quibus nascitur discordia, & litigium diffiniendum per ius & iustitiam: nunc vero in hoc libro Octauo agendum est de iustitia illa, quæ destruendo tollit, & diximit crudelibus pœnis impositis litigia & dissensiones ac rixas ex delictis ortas, factas & perpetratas ab vna parte in interiam & detrimentum alterius: & quoniam hæc mala per iudices punienda sunt, ideo prius de eis in hoc titul. disponitur de Pesquisitoribus, vt ita loquar, agendo, esse gladius delinquentium, & terror malorum nẽ delinquãt
et prolixa, est optima & singularis continuatio nostri libri
ad pr nres, & uostri primi tituli ad hbrum, & cum in his lege
proceſſe-

processerimus, in Rubricæ declaratione parum immorãdum censeo, vt ad textualium declarationem deueniamus.

Et pro declaratione Rubricæ parum immorabimur, ne nobis dicatur id quod Alcia. in Epistola ad lectorem posita ad principium lecturæ Codicis; in. 3. eius pagina dicitur Doctoribus, qui sola in Rubrica, tres menses insudant, quod Samiorum legationi à Lacedęmonijs responsum est. *Adeò verbosa, o Samij, vestra fuit oratio, vt prioris partis obliti simus: Adque ideò factum vt nè posteriora quidem satis teneamus.* Ideò solum in Rubrica duo verba declarabimus breuissimè: Et primo verbũ illud,
3 Pesquisidores, quid significet, † & in hoc crederem dicendum, quod sunt diligentes Perquisitores de delictis, maleficijs, & criminibus, vt
4 in. l. 3. titul. 17. par. 3. Perquirere enim nihil aliud est, † quam diligenter quærere, vt apud Cæsar. Bell. Gall. aditus, viasque in Sueuos perquirit: Ouidi. 1. Metam. cum pater ignarus natum perquiri, nè verberibus quidem à contemplandis rebus perquirendis terreatur: perquirere etiã pro interrogare apponitur, vt Cice. 1. pro Cæl. possum etiã illa & cæterorum patronorum, & me à consuetudine ab accusatore perquirere: & sic vtrumque isti Perquisitores faciunt, quærunt enim diligenter per testium informationem de delicto cõmisso & testes interrogant, & insuper partem læsam, & lædentem pro eruenda veritate: & sic etiam inquirere contra aliquẽ, rectè loquendo, non est ei transmittere Inquisitionem, sed est recipere testes, seu informationes cõtra delinquentem, vt inquit Iuli. Clar. lib. 5. recepta. senten. §. fin. q. 3. num. 2. secundum quem formare Inquisitionem contra aliquem, nõ est ipsam cartam siue libellũ Inquisitionis ei transmittere, illud enim potius est illum citare, sed facere processum informatiuum, assumendo informationes, & indicia, contra inquisitum de delicto, ex quibus deinde informationibus, & indicijs elicitur titulus, & series facti, quę postea narratur in ea, quã Inquisitionẽ appellamus, & quanuis antea ex Inquisitione procedi non poterat, vt notant omnes in. c. qualiter, & quando, de accusatio. hoc tamen de consuetudine, & practica totius regni non seruatur, sed † semper fit Inquisitio de delicto siue in-
5 quisitus sit presens siue absens, & siue per contumaciam se absentauerit, siue non, vt inquit Maria. Soci. in repetitione. d. c. qualiter, nume. 92. & eo relato Clarus. vbi supra quæst. 11. numer. 1. & ex titulo. *Como se procede contra los ausentes*: lib. 4. supra decerpitur.

In ea Rubrica, ibi. *Y juezes de commissión.* Sed non nè perquisitor est iudex commissionis, quomodo ergo post verbum, Pesquisidores, apponuntur verba hæc. *Y juezes de commissión.* Quasi diuersifica[illegible] hos

Universidad de Deusto
Biblioteca

commissionis iudices à perquisitoribus, cum copula, & soleat inter diuersa apponi, vt in Rubrica. C. de serui. & aqua, & in. l. 1. ff. de iusti. & iure. Et meo videri dicendum est, quod quia verbum illud, *Pesquisidores*, tam ad ordinarios quam ad delegatos pertinet, & appropriatur, ij enim possunt Inquisitionem generalem, & particularem facere, secũdum quod de iure reperimus dispositum, ideo sequitur verbum hoc. *Iuezes de commission.* Quod solis delegatis accõmodatur, & sic exijs reperimus iudicem ordinarium, & iudicem delegatum, de quibus plura diximus in Rubrica, & in. l. 1. titul. 9. lib. 3. supra compluraque sunt alia iudicum nomina, vt licet videre per Alcia. lib. 2. parado. cap. 5. & eo relato per Claudium Canciunculam in tract. de offic. iudi. c. 1. &. 2. vbi cap. 5. numer. 7. ponit differentias inter delegatum, & ordinarium, in. 1. par. tom. 3. tract. diuersorum Doctorum.

Ibi. *Pesquisas.* Quid sit Inquisitio, & quotuplex, & quomodo antea per Inquisitionem procedi non poterat nisi in certis casibus, late tractabatur per Docto. in cap. qualiter & quando, de accusatio. vbi Maria. Soci. latissimè, & Angel. de malefi. in parte, hæc est quædam Inquisitio per Clar. vbi supra quæst. 5. per Bosi. in pract. crimi. titulo, de Inquisitio. & alibi plures, hodie tamen de consuetudine huius regni & cæterorum plurium, in omnibus casibus potest iudex per viam† Inquisitionis procedere, secundum Clar. d. quæst. 5. num. 2. & antea in quæs. 3. vers. sed certe, & circa hæc non est amplius immorandum, sunt enim saltem in practi. paruæ aut nullius considerationis.

6

SVMMA-

SVMMARIA.

A Vdacia iuncta cũ temeritate mala, sine ea bona. nu. 1. licet quandoque in bonũ sumatur. num. 2.

Furor potest esse bonus & malus. num. 3.

Indignatio potest esse bona & mala. num 4.

Fœnus itidem bonum & malũ esse potest. n. 5.

Odium est bonum & malum. nu. 6.

Concupiscentia bona & mala. num. 7.

Superbia bona, & mala. num. 8.

Pietas bona, & mala. num 9.

Omnia supradicta si versantur circa bona laudantur si circa mala vituperentur, num. 10. præter temeritatem.

Temeritas regulariter sonat in vitium, nu. 12 & ibi quod in hoc differt ab audacia, vt ibi.

Temeritas quid sit. num. 13.

Humana sensualitas ad malum potiùs declinat. num. 14. vbi declaratio.

Peccans eo ipso correctionem meretur. nu. 15.

Bonum est pœnas inferre propter exemplum. 16. vbi pœna & præmio respub. gubernatur.

Dißimulandum est ac consulto non nihil præteundum. num. 17.

Ius Ciuile & Regiũ tranquillitatẽ reipub. & salutem corporum quærunt, ius verò canonicum salutem animarum. nume. 18. 20. & 21.

Forum duplex est, conscientiæ scilicet, & contentionis. num, 19.

In foro exteriori non curatur iam per seculares ad validitatem iudicij sit nẽ iudex vel pars excommunicati. num. 22. sed malè vt ibi num 23.

Inquisitio hodie vt fieri poßit, nõ requiritur diffamatio delinquẽtis n. 24. imo punire tur iudex nõ inquirẽs de maleficio. n. 25.

Maleficia multis modis committuntur. n. 26.

Maleficiorum quædam publica, quædam verò prinata, num. 27. vbi & de ordinarijs & extraordinarijs, & num. 31. quæ dicantur extraordinaria.

Publica maleficia & delicta quare sic dicta. num. 28.

Iniuriam legi facit eius pœnam non imponens num. 29.

Pœnas legales an liceat minuere. 30.

Maleficiorum publicorum quædam capitalia, quædam non. nu. 32.

Minor an poßit de pubico crimine accusare, num. 33.

Crimina omnia de iure canonico sunt publica, num. 34.

Hodie titulus de priuatis delictis nõ est in vsu, num. 35.

Resp. non læditur ex verbis iniurioßis. nu. 36.

Iudex delinquentis proprie est ille, vbi delictũ est commißum, num. 37. vbi nu. 38. ampliatur etiam si in mari delinquatur, & num. 39. quòd debet remitti ad locum delicti si petatur, & num. 40. declaratur.

Inquisitio quid est, nu. 41. & quotuplex. nume. 42.

Citatio non requiritur in inquisitionibus sum mariis faciendis, num 43.

Quotupliciter in criminibus procedatur. numero. 44.

Iudex ex officio & etiam ad petitionem partis an simul in criminalibus procedere poßit. nu. 43 &. 46.

Alia facta in inquisitione valeant parte superueniente vel desistente ab accusatione num. 47. &. 48.

Iudici ante omnia debet constare de delicto, num. 49.

Delictum si non potest probari, quod erit remedium, num. 50.

Iudex debet audire partem iniuriatã & eã requirere. num. 51.

Accusato & inquisito danda est copia informationum, nu. 52. vbi num. 53. an erit necesse quòd ipse petat, & num. 54. an causam petitionis exprimere debeat, & num. 55. quòd tam reo quam actori est danda informatio, & num. 59. etiam si non petatur.

Errãt iudices procedentes ad torturam sine re petitione testium. num. 56.

Damnatur peßima iudicum quorundam conditio nolentium præbere copiam processus. nume. 57.

Defensio etiam diabolo si esset in iudicio nõ est neganda. num. 58.

Reus potest declarare confeßionem suam pro sua defensione, num. 60.

Incarcerandus est resultans culpatus in criminalibus, num. 61.

Documenta pro iuuenibus iudicibus seruanda in criminalibus, num. 62.

Reipub. expedit ne delicta impunita remaneant, num. 63.

Iudex si in sua iurisdictione quid graue accideret statim Regi mittat & eum certiorẽ faciat, nu. m. 64.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Prima.

Summarium.

Iudices inquirere debent de furtis, & Maleficijs in sua iurisdictione commissis, & punire delinquentes, vt in eos sæuiant, & pœnas legum exerceant.

IBI *Osadia, atreuimiento, y temeridad.* Notanda tria verba hæc sunt, copulatiuè apposita, vt ex eis notetis, audaciam cum temeritate iunctam esse malam, † bonam vero è contrario si cum prudentia, imo si sine temeritate audaciam hic consultus describeret, possemus in bonam, & malam audaciam desumere, nam licet audacia frequentius quid siniſtri, & temeritatis importet, ex text. in Authen. habita versic. hac igitur generali. C. ne filius pro patre. l. 1. §. fin. in fin. ff. si pars hæred. peta. in. l. quantæ audaciæ, in princ. ff. de publi. l. siquis in tantam. C. vnde vi. in princ. Quandoque tamen † in bono sumitur, vt est bonus text. & ibi glo. l. Gallus. §. videndum in fin. ff. de liber. & posth. sicut, & furor potest esse bonus, & malus, † vt in furore habito rationabiliter cõtra delinquentes. 3. Ethicorum, quod irati dolent, puniẽtes autem delectãtur, vnde Home. virtutem immitte furori, & virtutem, & furorem erige, sic & indignatio potest esse bona, & mala, † iustus enim peccatis irascitur aliorum 7. quæst. 1. §. hoc tamen versicul. huic quidem, & de pœniten. distin. 1. sed cõtinuo: & etiam fœnus potest dici bonum, † 46. distin. c. fin. 24. quæs. 1. c. adiuocauit, item odium, † bonum & malum. 80. distin. c. odio, & concupiscentia bona, † & mala, vt Apostolus inquit, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus Carnem, item superbia † bona & mala, vnde Hierony. sic volo te superbã: & ad Eustochiam Virginem, disce in hac parte superbiam sanctam scito te illis esse meliorem, item pietas bona, † & mala, & dolus bonus & malus, vt in. l. 2. titul. 16. part. 7. vt omnia latius enumerat Lucas de Pœna in. l. omnes col. 2. C. de Decurio. lib. 12. Et pro resolutione omnium supradictorum dicendum est, quod audacia, furor, superbia, concupiscentia, & indignatio, & similia, si versantur circa illicita damnantur, & vocantur temeritas, si vero circa bona & licita, laudantur & approbantur, † vt optime per Enri. Bohic in. c. tanta, 4. distin. de excessi. prælato. & in. c. qua fronte, in princ. de appellatio. & co relato Montolonius in Promptuario iuris, verbo Audacia, temeritas vero in contrarium est, quia semper † sonat in vitiũ, & in hoc differt ab audacia, quia hæc interdum est virtus, illa vero semper est vitium, vt dixi, itẽ audaciã post consilium, temeritas sine consilio, secũdũ Anselmum, temerarius enim nõ estimat periculum futurũ, secundum Doctor. ex text. in proemio. 7. partitæ titul. 1. & sic temeritas est, stultè, † fatuè, sine consilio, sine causa, quid agere vt inquit Lucas de Pœna in. l. Magistros. C. de Professori. & medi. lib. 10. col. 2. & in. l. 2. C. de Priuile. eorũ qui in sacro scruti. lib. 12. vbi enumerat plures temerariorum species, & ideo lex nostra iure optimo adiunxit verbo, Audaciæ, & hoc verbum, temeritas, vt audaciã hic in malum sumeremus partem.

Ibi. *Mal quierẽ viuir.* Procliuius enim ad malum sensualitas humana declinat, † vt in proemi. Clementi. &. 23. quæst. 3. cap. Procliuius, &. 12. quæst. 1. omnis ætas, sed quare homines in flagitio

gitio propensiores sunt, grandi admiratione dignum est, eo præsertim, quòd ad finem perfectionis homo dignoscitur creatus, vnde ad summũ finem debet esse procliuior, & hinc est quod naturaliter ad verum bonũ prorumpit, vt vult Philoso. 1. Ethicorum, licet ex accidenti, & deuio errore ad vitia conspiret, nec dixeris, imo naturaliter homo adspirat ad malum, vt videtur velle Philoso. in. 2. Ethicorum c. 7. vbi dicit, quod natura promptiores sumus ad voluptates, quia istud non est proprie naturaliter, vt probatur ex rex. in Auth. de Monachis. §. siquis igitur ad finem, vbi text. formaliter dicit, quod vita humana naturâ quodãmodo labitur ad delicta, & sic dictio quodammodo tollit cõtrarium, quia includit, quod vere natura non inclinat. l. in suis cũ ibi notatis. ff. de liber. & posth. & per. l. si me in vaquam, de acquir. possessio. per Bart. in l. quod si vir. ff. solut. matrimonio, cum ergo, & natura, & ratio, & finis, nos ad bonum prouocent, cur non sumus ad id procliuiores quam ad malum, & in hoc Cõstantius Rogerius, in tracta. de summo bono. in. c. homines cur in flagitia propensiores, in. 2. part. 3. Tho. tractat. duer. Docto. fol. 115. inquit, solutionẽ esse ex eo, quod aliqui dicunt Philosophi, quod id accidit, quia sine proposito fine viuim', alij vt Apuleius, Apher. Philosoph. Athenienſis, dicunt, ideo id esse, quia animum non colimus, dicebat enim, nihil æque miror quã q̃ homines cupiant optimè viuere, & sciant non alia ex re quam animo viuere, nec fieri posse, vt optimè viuatur, nisi colatur animus, & tamen animum suum non colunt, oculi enim curandi sunt, vt acerrimè cernant, pedes, vt celeriter currant, brachia vegetanda, vt fortiter pugnent, sic & animus colendus, vt bene viuatur, & sic rario illorum nihil aliud sit, nisi quod libero arbitrio perperam vtimur, sed per hoc nõ est quæstio nostra dissoluta, quia id ipsum est de quo quærimus, cur sine proposito fine viuimus, & animum nostrum non colimus: vnde alij dicunt nos procliuiores ad vitia, quia creati ex nihilo quodammodo, vt ex limo terræ, & ideo tendimus ad nihilum quod est peccatum, vt & voluit gloss. coniugatio. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. & ibi Bartol. in. §. huius studij, numer. 4. & in dict. §. ius naturale. Respondet abũde Fortunius Garsia, numero. 101. vbi & Horos. numero. 8. columna. 14. inquit, Acursij & Bartol. sententiam sustineri posse, in primis ad peccandum moribus, non vt iure naturæ (quod illi prima facie dixisse videntur) ad peccandum moueamur: sed motus illi primi naturaliter (omnium consensu) & in hominibus sunt, & in hominum manu non sunt, Constantius autem Roger. vbi supra, nume. 8. cum sequentibus, aliter respõdet præmittendo illud Philosophi dictũ sexto Ethico. c. 9. in fine dicentis, Impossibile est prudentem quempiam esse nisi sit bonus, è contrario igitur nõ potest esse bonus, nisi qui secundum prudentiam, & virtutes operatur bonum, igitur in virtutibus consistit: modo certum est quod omnis virtus moralis circa difficile, & arduum versatur, eo quod tenent mediũ virtutes inter excessum, & defectum, quod quidẽ mediũ assequi difficile est, vt dicit Philoso. 2. Ethico. c. 7. & ideo subijcit, in eo cõsequendo, oportere studiosum esse, quia circuli mediũ contingere nõ cuiusq; est, sed tantũ scientis. Quapropter quia bonũ consistit in medio cõsequenter dicitur finitum, vt inquiũt Pythagorici, malum autem est infinitum, vt etiam vult Philoso. 2. Ethico. c. 5. ideo subijcit, alterum, videlicet bonũ difficile, alterum vero malũ facile,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia boni simpliciter, mali autem multifariam: nam virtutes circũdatæ sunt vitijs, hoc est extremitatibus, ipsa vero virtus restricta est ad medũ. Hinc elicit Philoso. in d. ca. 7. quod irasci, & pecuniam dare facile est, & cuiusque sed cui, & quantum, & quomodo, & quamobrem, id non cuiusque est, nec facile: itaque recte facere rarum, & laudabile, & præclarũ est, quocirca oportet eum, qui medium assequi vult ante omnia longius abire à magis contrario, secundũ Philoso. vbi supra quẽadmodum ergo ludentes cum sagitta facilius cohærentia signo, quam ipsum signum in medio constitutum attingunt, ita quoque facilius, homines ad malũ infinitum prouehuntur, quã ad bonum, vt supra finitum, cooperante etiam sensualitate, quæ cõtinue nos ad delectabilia impellit, & nociua fugere suadet, vt legitur in Proemio Clementi. in text. & gloss. & hæc sensualitas adeò ossibus nostris est affixa, vt funditus extingui non possit, Clementina, ad nostram de hæreti. & hæc est Responsio dicti Constantij Rogerij, vbi supra, quam & latius ibi prosequitur. Ego tamen teneo cum Iuristis, & Theologis, quod dici non potest naturaliter, vere & proprie homines esse proniores ad peccãdum, & ad malum quam ad bonum, sed potius è contra, sed quia, vt inquit legislator, in proemio, titul. 1. par. 7. assuescunt homines delicta, & maleficia committere, ita vt in naturam transeat delictorum assuefactio, ideò naturaliter dicitur esse proniores ad peccandum, consuetudo enim est altera natura, non tamen est ex hoc inferendum naturaliter homines esse ob id proniores ad peccandũ.

Ibi. *Fue necessario de dar leyes.* Regi enim incumbit cura subditorum suorum, & prębere eis ordinem & formã, quibus regi possint ad recte viuendũ, nam, vt inquit iurisconsult. in Auth. vt non luxuriẽ homi. collatione. 6. omnibus hominib' qui recte sapiunt, manifestũ esse putamus quia omne nobis est studiũ & oratio, vt crediti (id est subiecti) nobis à Dño Deo bene viuant, & eius inueniant placationem, nam dicit Ecclesiast. 23. Rectorem te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe: & sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronam & dignitatem consequaris corrogationis.

Ibi, *Para que sean castigados*, eò enim ipso quòd quis peccat, correctionem meretur, † vt in extrauag. qui sunt rebelles, vnde pœna est in signum culpę, secundum Bald. in l. 1. col. 1. ff. de iust. & iur. Bar. in l. eum qui, colum. 2. ff. de iureiurand. pœnæ enim se subdit qui deliquit, vt diximus in. l. 10. titulo. 9. num. 3. & 7. lib. 5. supra, & ideo puniendus est cum ad id se obligauerit: nã vt inquit Plato de philosophia, respublica tunc optime gubernatur, cum iniusti dant pœnas, interrogatusq; Theophrastus, quid nam vitam humanam conseruaret, respondit, beneficia, honor, & pœna. 15

Ibi, *Y a exemplo destos otros se refrenen*, Oderunt enim (teste Horatio) peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ; bonum namque est pœnas inferre † propter exemplum, vt pœna vnius exẽplum seu metus sit multorum. l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis. l. 1. C. ad l. Iuli. repetun. l. 1. C. de preci. Impera. offeren. cap. quapropter, 2. q. 7. gloss. cap. 2. 27. quæst. 1. & cap. fin. de calumniato. glo. *Escarmiẽto*, per text. ibi, in proemio, titul. 1. par. 7. & Couar. in initio capit. alma mater, num. 9. de senten. excomm. & sic, Solon. duobus his, pœna, & præmio, omnem Rempub. contineri dicit. Author Cic. in quadam ab Brutum Epistola, quo 16

quo fortè & Democritus respiciebat qui duos esse omnino Deos censuit, pœnam, & beneficium, nonnunquã tamen (secundum Plutarchum in politicis) dissimulandum est, † atque consulto nonnihil prætereundum, tanquàm nec videris quidquã nec audiueris id, quod domi plerunque puerorum errata, de industria non obseruantes, quasi nesciamus, factitare solemus, nam secundum eũdem Plutarchũ, in apoth. satis quidem Reipub. consultum est, si grauia & publica peccata non dissimulentur, neque enim debent magistratus tanquam hostes, occulta peccata propter leges prodere, sed vt patres, aut secreto corrigere, aut dissimulare: quemadmodum enim (secundũ eund. Plutar. in politicis) medici est, magna ex parte corruptiore sanguine diminuto parum ægroto deinceps innocui & salubris cibi afferre: sic vir ciuilis, & reipub. Princeps, dempta prius ignominia, damno vè ciuitatis submoto, leui deinde gratia & humanitate quascunque molestias & querelas leniet atque solabitur, nam, vt ait Seneca, nõ minus turpia sunt Principi multa supplicia, quàm medico multa funera, & 2. ad Corint. 10. dicitur; potestatem dedit nobis Deus in ædificationem & non in destructionem nostram: hæc tamen maxima cũ consideratione agenda, non enim semper est dissimulandum, sed in leuibus, & partibus factis amicis, & in delictis ex quibus respublica non offenditur, aliter esset fotas sis generare scandala quàm sedare, putá ex verbis iniuriosis inter nobiles prolatis, ex quibus sunt iam reconciliati, si informatio fieret, vnus eorũ remaneret diffamatus, & inhonoratus. Quæ prudens quisque iudex circunspiciet & considerabit: aliter enim consilium est doctissimorũ ne aliquod impunitũ iudex relinquat, nam vt inquit Diuus Bernard. lib. 3. de conside. ad Eugeniũ. 17 18 20

impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentię, transgressionum nutrix, sed nulla est regul. quæ non patiatur aliqua in fallentiam.

Ibi. *Y porque los nuestros pueblos viuan en paz y sossiego, y tranquillidad.* Hoc est quod ius Ciuile, & Regium prætẽdit, tranquillitatem, scilicet, Reipub. & salutem † corporum, vt inquit gloss. in c. cum contingat, de iure iurand. ius verò Canonicum animarum salutem, vt c. 1. de præb. in 6. text. in. c. 2. de consti. lib. 6. vbi Gomeri. num. 2. 3. & 4. de cõstit. in 6. ex quibus ibidem ipse Gomeri. num. 4. & 5. cum sequent. pluribus, refutare vult tres doctrinas Doctorũ, prima an & iure Canonico attento liceat contrahentibus inuicem se decipere, item an expressa pupillaris matrem excludat, tertiò an eligere potẽs digniorem, dignum eligendo peccet, quos punctos ibidẽ late prosequitur ipse Gomeri. & tandem in num. 21. & 22. inquit, quod etiam ius Canonicũ attendit duplicem finem, vnum fori contentiosi, & alium fori † conscientiæ, & primus non est in totum directiuus ad salutẽ animæ, nec omnia secundum ipsum licita sunt in conscientia, sed toleratur, ne hominum cõmercia destruantur, & licitum est hoc etiã quoties dolus ex proposito expressè non adest, sed tacite, scilicet, cum tu vendis voluntariè, & ego itidem volũtariè emo, & tu scis verum rei valorẽ, & nihilominus minori pretio vendis voluntariè, vt ibi. nu. 10. cum. 2. seqq. & ex nostris scripturis dictos punctos iu iure determinatos, quos cum alibi examinauerimus, & non sint præsentis speculationis missos facio, præsertim cum late per dictũ Gomeri. vbi supra, sint examinati. Ad nostrũ enim propositum sufficit scire, ius Ciuile, & Regiũ principaliter boni publici conseruationem respicere, & secundario salutem animæ: & sic cura aliquorum † potest 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter haberi, vno modo respectu corporum & bonorum, & ita sumitur in Rubric. ff. de rebus eorum, qui sub tute. vel cura sunt, alio modo respectu animarum, & ista dupliciter ad huc potest haberi, vt inquit & declarat Montolonius in suo Promptuario, iuris, in verbo, Cura. in gloss. Cura aliquorum, ius tamen ciuile, vt dixi, solum cõsiderat tranquillitatem & salutem † corporũ, & sic inquit Additio, capell. Tolosa. decisione. 247. quod iudices temporales non curant de periculo animarum, & iura contrarium disponentia dicunt non fuisse admissa, & sic quod hodie nõ curatur iã, an iudex sit excõmunicatus, vel pars, vt valeãt acta & sententiæ, † sed valent potius, vt voluit Coua. lib. 1. Varia. c. 18. n. 4. & repert. inquisito. verb. excõmunic. versi. nota quod processus, Faber. in. §. fi. instit. de curato. & in. §. sed cum aliquis. num. 13. instit. de testam. & Casane. in consuetud. Burgund. verbo, Des iusticces, fol. 64. nume. 29. Hæc tamen non essent in Hispania admittenda, sed iura canonica seruanda, ne passim excõmunicatio vilipendatur, † & libertas ecclesiastica frãgatur, si ita fiat, secũdum Iapum allegatio. 92. relatum per Tiraquel. de retract. titul. 1. gloss. 9. §. 1. num. fin. & sic male aliud in Francia fieri inquit Rebuf. 3. tom. constit. Fran. tit. de arbitris, gloss. 7. num. 6. & in declaratione exceptionum, num. 5. & Aufredius in Clemen. 1. de offitio. ordi. reg. 5. de potest. eccles. super laicis, casu. 12. vbi inquit ex Bal. in cap. exceptionem, de exceptio. quòd ista exceptio excommunicationis est approbata de iure ciuili, nam de iure canonico notoria est, ex tex. in cap. cum inter, de exceptio. & cap. intelleximus, de iudi. nisi in casibus à iure expressis, quos refert Montal. l. 4. titul. 10. libr. 2. fori, & remissiue Dueñas regul. 268.

21 22 23 24

Ibi, *Si algun robo, o otro qualquier malefitio se hiziere.* Ex his verbis iunctis sequentibus, *Haga pesquisa è inquisicion*, probatur quod hodie ad inquirendum quis fecerit maleficium, non est necessaria diffamatio: quis sit delinquens, sed statim, vt inquit Clarus, in. §. fi. recept. sentent. quæst. 5. nu. 1. quod de hoc aures iudicum tangantur, iudex ipse generaliter inquirit de persona committentis illud maleficium, quænam fuerit: & sic ex text. nostro habemus approbatam similem consuetudinem, quam vbique seruari communiter doctores dicunt, teste Bossio, in Pract. tit. de inquisitione. nu. 8. & amplecti per totum mundum asserebat Innocen. in cap. bonæ. el primero. nu. 5. de electione, quem sequuntur relati per Clar. in pract. §. fi. dict. quæst. 5. n. 5. & q. 6. n. 1. vbi in dict. num. 5. inquit, quod practica est quod si non sit porrecta contra aliquem querela, vel denunciatio, vel aliter aperta via iudici ad inquirendum, sed tantum constet delictum fuisse commissum, iudex statim ex officio inquirit generaliter interrogando testes, quos putat de negotio informatos, in genere an sciant, quis delictum commiserit neminem nominando: ex qua quidem generali inquisitione si per testes nominatur specialiter delinquens, tunc deinceps potest iudex de illo specialiter per testes nominato, interrogare alios itidẽ testes, quia iam trãsiuit generalis inquisitio in specialem, & tunc potest capi delinquẽs ille etiam ex generali illa informatione, ex qua speciatim constat culpatus. Aliter enim multa delicta remanerẽt impunita, si omnia requisita à Dominic. Soto, in Tract. de ratione tegen. & detegendi secretum, in membro. 2. q. 6. versic. Sed ad maiorem euidentiam, seruanda esset. Quando vero certus est delinquens, vt quia porrecta contra aliquem specialis querela, vel denunciatio, tunc iudex non inquirit generaliter,

neraliter, sed particulariter, interrogãdo testes quid sciant de contentis in ipsa querela vel denũciatione, in qua ille est specialiter nominatus, vt per Clar. in. d. num. 5. qui in. d. quæst. 6. nu. 8. inquit optime quod iam practica antiqua diffamationis recessit ab aula, ita vt constito iudici de maleficio potest ex offic. etiam nulla parte petẽte informationem facere de persona & casu, & in hoc non est iam locus dubitationi, & probatur ex text. nostro, supra dicto modo considerato, etiam si & hodie requirat infamiam debere precedere Inquisitionem, Cantera in practi. crimi. quæst. 4. num. 2. de tangẽtibus iudicẽ, & sic iam cessabunt quasi omnes ineptitudines Inquisitionis factæ propositæ ab Egidio Bossio, in practi. titul. de Inquisitio. num. 2. relato à Cante. vbi supra in. 1. præludio, numer. 2. & pro hac practica, & opinione habes expressiorem tex. in. l. 6. infrà isto titul. imo si ex officio iudex noluit inquirere postquam ad aures suas delictũ venit, vel ad † artis petitionẽ, tenebitur † pœna talionis, & in expensis, factis in processu, eo quod est causa damni, vt per Auiles in. c. 1. Prætorũ. nu. 27. cum sequẽt. & D. Perez, ibi. sub. l. 1. titulo. 1. lib. 8. ordi. pagin. 4. colum. 2. & sequen. & vt præuaricator punietur, secundum gloss. fin. l. 4. titu. 17. part. 3. & ex text. optimo cũ ibi adductis ex Greg. in verb. Auer. in. l. 12. eod. titul. & par. & sic inquit D. Perez vbi supra se iudicem negligentem procedere contra vnum homicidam, cõdemnasse secundum tenorem, dict. l. 12. & quod eius sententia fuit confirmata in consilio regis, & nimirum, magnum est enim delictum iudicis negligentis facere iustitiam, vt dixi in. 1. tom. horum Commentariorum. Ex quibus infero quod cum iudex, sciens delictum perpetratum teneatur si nõ inquirit, nimirum si iam infamia non requiratur, vt ad inquisitionem procedatur, nam id de iure erat, quod non requireretur, cum ex necessitate officij iudex inquirere tenebatur, secundum Hippoly. in pract. §. constante, n. 20. inquisitionem tamen generalem, vt qui sint malefactores in populo nõ licet facere, vt in. l. 3. §. eod. probatur, vbi dicam.

25 26 27 28

Ibi. *O otro qualquier maleficio.* Multis enim modis maleficia cõmittuntur, † partim furando, partim occidendo, partim vulnerando, & partim iniuriãda, ita vt verbo, & facto delicta cõmittãtur quotidie, & horum criminũ, alia sunt † publica, alia priuata, & publicorũ ordinaria sunt alia alia extraordinaria: publica ordinaria sunt, vt crimẽ læsæ Maiestatis, de quo in. §. publica aute, instit. de publi. iudici, & in. l. 1. tit. 2. p. 7. & vltra Doctores ordinarios videndus est Socin. consi. 47. n. 15. & 121. volumine. 4. & prius in consi. 22. volum. 1. Deci. consil. 410. Aymon. consil. 6. & 224. volum. 1. & latiùs Zephalus cõs. 75. volum. 1. & 241. volum. 2. & consil. 304. volum. 3. & Tiber. Decia. Respon. 18. volum. 1. item publicum ordinariũ est adulterium, ex. §. item lex Iulia. institu. de publicis iudi. l. 1. tit. 17. p. 7. & in tit. de Adulterijs, infra eod. li. 8. plura dicemus Deo volente, item Sodomia est publicum, & ordinarium, vt in eod. §. item lex Iulia. & cap. visus. 23. quæst. 7. l. cum vir nubit in fœminam. C. de adulteri. & in titul. 21. infra isto lib. vbi plura sunt dicẽda, & alia plura relata in illo titul. inst. & ff. de public. iudi. & ex eo dicta sunt publica, † quod cuiuis ex populo eorum executio, accusatio, siue denunciatio datur prò interesse iustitiæ, vt in. §. publica el. 1. inst. de publicis iudi. & in. l. 1. ff. eod. titul. expedit enim in Reipub. vt infra dicemus delicta puniri: dicunturque ordinaria quia certa pœna, lege Principis, statuto, aut consuetudine, introducta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducta in eis statuitur, eamque non licet iudici minuere, nam facti quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ vero persequutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritate reseruatur l. 1. §. 2. ff. ad. S.C. Turpilia. l. 14. titulo. 26. infrà isto lib. legi enim iniuriam facit, qui pœnam ab ea statutam
29 non imponit, † secundum Auend. ca. 16. per totum num. 3. lib. 2. vbi inquit, quod eandem pœnam debet pati talis iudex, & infamis est, licet secundũ eum ibi, numer. 19. in fin. parte desistẽte id possit, vel nisi ex aliqua ex causis in iure expressis, de quibus per Tiraquel. de pœnis temper. quia iudex potest in quocunque delicto alterare pœnã, secũdũ Villalo. in ærario cõmunium opinionum, verbo, pœna, numer. 39. sed inter hæc medium est eligendum, scilicet, quod non passim & sine discretione est pœna minuenda, maximè illę, de quibus in. d. l. 14. mentio fit, prout aliqui iudices faciunt, qui vt partes condẽnationem consentiant, pœnas moderantur, & aliquando iudices hac de causa partes innocentes condemnant, & vbi pœnam non incurrerunt, imponunt sub velamine, quod eã moderabuntur, & miseri rei videntes se oppressos id cõsentiunt, timentes etiam plus expensuros in prosequẽda appellatione quam sit condemnatio, & ista cautela iudices quæ nõ sua sunt surripiunt, & quæ sua sunt, imo & fisci, moderantur in grauem animarum suarũ perniciem: & ideò caute, & cum discretione hæc agenda sunt, vt vbi pœnam reus incurrit imponatur, neque diminui possit, nisi ex iustissima causa, quam quidem lex non est censendum quod expellere voluerit, sed fraudibus & iudicum malitijs obuiare, vt ex. d. l. 14. apparet, & sic ob paupertatem minuitur pœna etiam fisco applicata, vt per Olanum in concordia Antinomiarum, verbo, pœna, numer. 17. 18. & 19. dũ tamen non sit ordinaria pœna, sed extraordinaria, nam in ordinaria licet in corpus pauper vt alibi latius diximus, de quo tamẽ antea licebat minuere
30 † pœnas legales late tradit Ioan. Rebuffus tracta. de Maiestat. princi. sub verbo. Sed & etiam per legitimos tramites, numero. 48. cum sequentibus, in 16. volum. tracta. & sic cum causa licitum est pœnam legis, statuti, aut consuetudinis minuere, sicut & augere, nam multis grassantibus opus est exẽplo, vt vnius pœna metus sit multorum. l. 1. C. Ad. l. Iuli. repetun. minuere verò quoties persona honesta est, neque deliquit nisi semel. l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infami. l. in seruorum. §. fin. & l. Respiciendum. ff. de pœnis, publica autem
31 † extraordinaria delicta dicuntur, vt l. Iulia. repetũdarum, &. l. Flauia. de Plagiari. & huiusmodi, de quibus in. l. 1. ff. de publi. iudi. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad. l. Iuli. repetun. & l. fina. ff. ad. l. Flaui. de Plagia. & ideò dicuntur extraordinaria, quia in eis non sit certa lege, aut Principis statuto, aut consuetudinis introductione, statuta pœna, sed arbitrio imponitur iudicãtis, secundũ delicti, & personæ qualitatem. c. super his, extra de accusatio. c. de causis. §. illis, de offic. de leg. l. 1. ad mediũ. ff. de ef fracto. & ex Plato, itidẽq; horũ publicorũ iudiciorũ, quædã sunt capitalia, †
32 quędã verò non capitalia: & capitalia dicim⁹ quæ vlti. supplicio afficiũt homines, vel aquę & ignis interdictione vel deportatione, vel metallo: cætera vero si quã infamiã irrogãt, cum damno pecuniario, vel corporis aliqua coertione, non capitalia dicũtur, vt in §. publicorũ instit. de publi. iudi. l. 2. ff. eod. tit. & lex capitaliũ. ff. de pœnis, de quibus delictis publicis, & priuatis vltra DD. in locis ordinarijs, vide Anto. Gomez de delictis, cap. 1. num. 1. cum pluribus sequentib. & singulariter Iuli. Clarum, lib. 5. sententiarum §. 1. per totum, & Angel. de malefi. in parte, & ad querelam per totum, & an mi-
33 nor † possit de publico crimine accusare, vide glos. menor, in. l. 2. titul. 1. partit. 7. & glos. sin edad, in. l. 2. titul. 20. lib. 4. fori. & supradicta procedunt de iure ciuili & regio, iure vero canoni
34 eo omnia crimina sunt publica, ex gl. in. c. infames, verbo, Fures. 6. q. 1. & cõmunẽ testatur Hostien. relat. per Iuli. Clar. vbi sup. nu. 6. vbi inquit ex pract. Milley quod hodie titulus de priuatis
35 † delictis non est in vsu, & sic posse hodie pro quolibet crimine priuato procedi ex officio, & sic per inquisitionẽ saltẽ ad imponendã pœnam extraordinariã, & clarius id testatur idẽ Iuli. Clar. vbi su. §. fi. q. 3. nu. 3. & Ant. Gom. tom. 3. c. 1. n. 10. & 49. in fin. & Padilla, in. l. transigere, nu. 47. C. de trãsact. nã omne quod cõtinet malũ exemplum in republica debet per iudicẽ puniri, vt per eũd. Ant. Go. eod. to. 3. c. 3. n. 33. & glo. 1. in fi. in. l. 3. tit. 17. p. 3. & plures alios allegat Paz in sua praxi, tom. 1. in princ. in prima annotat. nu. 18. & gl. 1. l. 3 tit. 17 p. 3. & sic inquit Clarus in dict. q. 3. n. 3. q⁹ de iure canonico super omnibus criminibus indifferẽter possunt iudices inquirere & procedere ex officio ad publicam vtilitatẽ, & cõmunẽ testatur Maria, relatus per Clarum, in dict. q. 3. nu. 3. & idem ego credo de cõsuetudine ordinaria, vt dictũ est, & ex nostra. l. indistincte, & generaliter loquẽte, & voluit Did. Per. sup. glo. 1. col. 2. vbi col. 3. allegat Greg. ita tenentẽ, & sic quotidie fit & vtitur, dũ tamen sit delictũ tale ex quo offenditur respublica prout sunt omnia delicta in facto consistentia, secus verò si in verbo iniurioso priuato alicui ho-
36 mini facto, nam cum ex tali respub. † nõ lædatur secũdum Felı. in. c. dilecti filij, de exceptio. col. fi. vers. 3. declaratio. n. 16. & probatur ex. l. 4 tit. 10. infrà isto lib. nisi mirũ si neq. iudex possit procedere parte non petẽte, sed si in Deũ vel sanctos dirigatur verbum aliquod iniuriosum & maledictum, tunc vtiq; quilibet de populo admittitur ad accusandũ eò quod in omniũ iniuriam fieri dicitur, vt inquit Ant. Gom. vbi su prà, dict. c. 1. n. 1. & Clar. vbi su. nu. 11. & sic hodie ex vsu & practica cõmunã iudicibus inducta, & ex eò quòd expedit reipub. ne delicta remaneãt impunita, in omnibus delictis, præterquã in verbis iniuriosis alicui priuato homini factis, admittitur publica accusatio siue à quoliber de populo siue ab officio iudicis inducenda, & ita quotidie fieri videmus.

Ibi, *En cuyo termino*, hic habes tex. expressum probantem, quod iudex loci vbi delictum commissum est, est proprius iudex delinquentis, † vt proba
37 tur in. l. 1. & auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oporteat. a. 1. vbi glos. & omnes de rapto. l. solent. ff. de custo. reorum. glos. l. à Diuo Pio. §. sentẽtiam ff. de re iudi. ca. fi. & ibi glo. de foro cõpe. examinabat pro & contra optime declarãdo Hippol. in pract. §. opportunè. nu. 32. cum sequent. pluri. & in. l. 1. C. de raptu Virg. & in cons. 86. à quo alij desumpserũt, Gandi. de malefi. tit. de pœnis, & Capiti. decisione. 104. & Canter. de quæstio. crimina. tangẽ. iudi. q. 7. nu. 3 adeò, vt etsi in mari delinquatur iudex territorij adiacentis est
38 competens pro delicti illius † cognitione. l. vnic. vbi Bar. C. de classi. lib. 11. idem Bar. in tractat. de insula. § melius nu. 1. Ang. in. l. insulæ. ff. de iudi. quos ad hoc allegat Horos. in. l. præses. ff. de offic. præsi. num. 3. colum. 445. & notat Couar. in pract. cap. 11. num. 3. quòd si per illum nõ puniretur, puniri poterit per iudicem Portu⁹, vbi nauis allata fuerit, ex text. in. l. 2 tit. 9. p. 7. neque erit remittendus tũc ad iudicẽ terri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

territorij adiacentis vbi deliquit, secundum gloss. pen. ibidē, & lex nostra debet declarari per hanc partitæ. Itē adeò hæc vera sunt, quod iudex originis, vel domicilij tenetur ipsum de
40 linquentem remittere ad iudicem lo-
39 ci delicti, si de hoc fuerit ab eo † requisitus, & hoc ad effectum vt ibi procedatur & puniatur, prout est communis opinio teste Cœpola, consi. crimi. 59. & Claro. lib. 5. recepta. sent. q. 38. num. 19. & licet secundum eum ibi alii qui voluerint, quod iudex requisitus debet prius ipse cognoscere, an ille sit culpabilis de delicto, pro quo imputatur, tamen illam opinionem praxis non admisit, dum tamen requisitio talis sit iustificata informatione in ea descripta & posita de delinquente & de loco vbi deliquit & de delicto, prout quotidie fit, aliàs remittere non tenetur, vt inquit Iacob. de Bello uiso, in praxi, crimi. titu. de remissio. reorum, num. 26. & pro ijs considero tex. nostrū, quia est expressus, & ratio est secūdum dictos. DD. maxime Horos. & Couar. vbi suprà, num. 3. scilicet, quia reipublic. maximè congruit, scelera eo in locō publicè puniri, in quo fuerint perpetrata, propter exēplum, vt qui nondum deliquerunt à criminibus abstineant, delinquentium punitione territi. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis, & vt solatio sit læsis
41 cognatis & affinibus eorum eodem lō co pœna assumpta, quo delicta admissa sunt, vt in dict. §. famosos, adeo vt inquit Iacob. à Velouiso, in sua practica titul. de remissionibus eorum. nu. 24. in fine, quod licet iudex originis vel domicilij non haberet in tali casu necessitatem de iure remittere ad locum delicti quoad cognitionem, tamen quoad executionem expediebat fieri in loco delicti, ex dict. §. famosos. & ex. l. siquis exhæredato filio. §. antepenult. ff. de iniusto rup. testam. alias itidem rationes assignat Coua. vbi supra ad hāc de remissione facienda ad locum delicti, idq; verum est quoties iudices sub eodem principe viuunt, & eidem Principi † subiecti sunt, secus aliàs, secundum Clarum. d. quæst. 38. num. 21. vbi allegat Couar. vbi suprà, num. 16. dicentem, quod hæc sententia communi totius orbis Christiani vsu & praxi recepta est, sed inter diuersa dominia non solet fieri remissio: hæc tamen in delictis grauibus intelligenda sunt, non verò in leuibus, vt inquit Couarub. vbi suprà, nume. 7. & Clarus vbi suprà, num. 23. & in tit. *De la remission de los delinquentes*. Hęc & alia latiùs Deo volente referemus, hæc enim sufficere debent pro exornatione nostri text. nouiter ad hæc per me ponderati, nondum enim vidi à nemine ponderatū adhoc scias, eriā quod hęc procedunt pro eodem delicto, sed si diuersa sint, super quibus diuersi iudices procedant finito processu per vnū fit remissio rei ad alium, vt ipse suum processum finire possit, vt quotidie seruari inquit Clarus vbi suprà, num. 26. & tradit Cantera in suis Quæstionibus Crimin. pag. 15. nu. 13. & 14.

Ibi, *Haga pesquisa e inquisicion*, Inquisitio enim (quam vulgo informationē appellamus) ex iudicis officio, & authoritate, vt semper fiat, necesse est.
Estque inquisitio † alicuius criminis 41
manifesti ex bono & æquo à iudice cō petente canonicè facta inuestigatio, vt per Felin. in Rubrica de accusa. nu. 4. relatū per D. Perez hic in gloss. 1. in princ. & vide. l. 1. titul. 17. part. 3. Et dixi criminis, nam requiritur pro forma Inquisitionis, quod crimen sit magnū & Inquisitione dignum, non est enim inquirendū nisi de maioribus criminib⁹ putà læsæ Maiestatis, homicidij, Sodomiæ, simonię adulterij, periurij, incestus, raptus, furti, & huiusmodi, licet de adulterio hodie nō liceat iudici inquirere

quirere, vt suo loco dicemus, Deo volente: de leuibus autem ac dissimulandis criminibus nequaquam inquiritur. l. Iulia. ff. de accusa. cap. Inquisitionis extra eod. titul. de quo tamen iam in hac lege dictum remanet quid hodie fiat. Dixi (manifesti) quia oportet, famam verisimilem præcedere, quæ iudicem de commisso ac perpetrato delicto indagando excitet, & Inquisitionis occasionem præbeat, non enim potest ad Inquisitionem procedi, nisi præcesserit publica fama, tanta, quæ offendiculum populo præbeat, adeò vt absque periculo tolerari nō possit, vt. ca. 1. c. cū oporteat. c. ad petitionē. c. Inquisitionis. c. qualiter & quando. 2. de accusat. contra enim non diffamatos minimè inquiriri potest, de quo quid hodie fiat in hac. dictum remanet, ne bis eadem repetamus maximè sub eadē lege, vt in principio Rubricæ protestati sumus: Dixi ex bono, & æquo, quia non debet fama hæc & diffamatio procedere à maleuolis, maledicis, criminosis, inimicis, & suspectis, sed potius ab honestis, prudentibus, veridicis, vtrisque fide dignissimis, ne ue semel duntaxat sparsa audita .vè fuerit. sed frequenti sermone, vt in. d. c. qualiter, & quando, cap. iudicet. 3. quæst. 7. ca. in cunctis & ibi gloss. 11. q. 3. cap. licet Heli. de simo. c. cum oporteat, de accusa. l. miles. §. mulier, & ibi notatur. ff. a. d. l. Iuli. de adulter. Dixi à iudice competente, vt sit is, qui Inquisitionem facit, iudex competens ad cognoscendum de crimine illo, nempe vt is, de quo Inquisitionem sit pro-
28 ducturus, suo tribunali subiectus fuerit, aut certe vt crimen illud in iurisdictione sua cōmissum esse constet. Subditum autem intellige, vel Originis, vel delicti ratione. l. 1. & Auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. alias Inquisitio esset nulla, vt. l. 1. & per totū. C. si à non compe. iudi. Dixi canonicè sacta inuestigatio, nam debet Inquisitio seu informatio in forma debita ac decenter redigi, alias nulla est, vt cap. Inquisitionis, & cap. qualiter. 2. de accusatio. & intelligē debitam ac decentē formam, quoties substantialia informationis nō omittuntur, vtpote per quem facta, quando, quo loco, eius iussu, ætates, iuramēta, nomina cognomina, qualitates, domicilia testium, & huiusmodi circunstantiæ. Item necessum est Inquisitori certum esse crimē commissum ac perpetratum, de quo Inquisitionem sit facturus, vt in hac gloss. latius dicemus, contingit enim aliquādo Inquisitionē esse factam de homicidio nec dum perpetrato, & de homine viuo, & illæso, & similibus, & hæc pro diffinitionis declaratione.
42 Quotuplex autem sit Inquisitio † tradebat. l. 1. titul. 17. part. 3. & dicendum est breuiter esse triplicem. Prima generalis, quæ est simpliciter respectu personarum, & delictorum, vtpote cum præses, iudex, aut fiscus generaliter inquirit, an sint homines facinorosi, an scelera vsque latenter suppullulēt, aut omissa fuerint, vt prouincia facinorosis hominib⁹ purgetur, vt in quiete permaneat, de qua in l. congruit. ff. de ofūcio præsi. & in c. sicut olim de accusat. & c. 1. de offic. ordi. & in. c. Romana de censibus in. 6. & in hac generali Inquisitione minime necessaria est fama, sed eo casu procedit vt generali apprehensione per curioriam, leuem, seu plebeiam quampiam vicatim per-
vestigationem, & hæc est quam. l. 4. prohibet infrà, isto titu. & non solet fieri regulariter, nisi per viam visitationis, visitando prouinciam suam iudex quilibet competens ad hoc: Et per maximè prælati & visitatores eorum. Altera vero Inquisitio specialis est simpliciter, idque personarum etiā ac delictorum ratione, vt cum de certo, finito seu limitato delicto contra certam

Universidad de Deusto
Biblioteca

certam & finitam, ſeu limitatam perſonam, *Preſos*; iudex, vel fiſcus inquirit, de qua in.l.ea quidem. C.de accuſ. & per Clarum in.d.§.fin.quæſt.5.verſ. Poterit igitur, & quæſt.50.verſi. Item quia. & de hac loquitur tex.in.c.poſtquam.cap.cum dilecti.c.nihil. de electione.cap.fin.de cland.deſponſ.& ibi neceſſario deſideratur fama, vel diffamatio precedens de tali perſona, vel per querelam partis, vel denũciationem, vel per notoriam populi dictionem, & ſuſurrationem, vel per captionem in flagranti crimine factam: & in hac crederem etiam hodie diffamationem requiri de tali perſona, aliter enim male faceret iudex, non in faciendo inquiſitionẽ de tali delicto, & in interrogãdo teſtes de tali certa perſona nondum apud iudicem diffamata: tertia vero ſpecies eſt generalis ſimul & ſpecialis, generalis vtique quoad perſonas, ſpecialis vero quoad delicta, vt cum iudex in genere, vel vniuerſaliter inquirit de ijs, qui Petrum occiderunt, vel contrà generalis ad delicta, ſpecialis ad perſonas, vt cum iudex ſindicatur de officio, & in eo geſtis: & has credo quoad hodierna ſaltem tempora eſſe formulas inquiſitionum hodiernis temporibus conſuetarum vti, aliam diſtinctionem appoſuit Abb.dict.c.qualiter & quãdo.2.n.11. 12.&.13.extra de accuſa. & ibi Docto. maximè Maria.Socin.plura proſequitur quæ longum eſſet referre, quoad nos enim ſufficit ſupradicta ſcire: in
43 ijſquè inquiſitionibus non tenetur† iudex partes citare ad eas faciendas, eò quod dumtaxat ſeruiunt hæ inquiſitiones ad præparandum, & nequaquam ad inſtruendum iudicium, ac vt illius virtute quis condemnetur, vel abſoluatur, & poſtea facta informatione & propoſita querela in forma à fiſco, denunciatore, vel accuſatore, danda eſt omnino copia inquiſitionis & informationis ipſi accuſato vt ſe defendat, & tũc in plenario iudicio teſtes ratificantur, & pars citatur ad hanc ratificationem, & probari videtur ex.l.4. infrà iſto.tit & lib.quidquid voluerit diſtinguere Clarus.d.§.
44 fin.q.11.nu.3. Quotuplicitert autem in criminibus procedatur, breuiſsimè dicendum eſt, quod licet aliqui voluerint quod quinq; modis procedatur in criminalibus, ſcilicet, per inquiſitionem, denũciationem, accuſationem, per exceptionem, per notorietatem, & apprehenſionem in flagrãti crimine, vt per Boſium de inquiſitio. & per Iodocũ in princi. pract. crimi. relatos per Canterã, in ſuis quæſt. crimi. in. 1. præludio, horũ tamen modorum maior pars potius eſt deſtinata ad formas, quibus mediantibus crimina deueniuntur in notitiã iudicis, quam ad progreſſum, nam per executionẽ non proceditur, ſed demonſtratur delictũ, per notorietatem & apprehenſionem idem fit, & ideo ego ſequor opinionẽ Iul.Clar.in.d.§.ſecundum.dicentis in q.3.nu.1. ſe non reperire in toto ciuili iure, neq; in canonico, neque in rota practica alios modos procedendi in criminalibus, quàm duos, ſcilicet, ex officio iudicis vel ad inſtãtiam partis, & verum dicit, nam nullum alium reperies quo mediante iudex procedat, ex officio enim procedit, cũ nõ adeſt accuſator vel denunciator, ad inſtantiam vero partis, cum adeſt accuſator, vel denũciator, & ſic quoad proceden dũ in criminalibus ii duo modi in practica intentãtur, quoad notitiam vero delicti ad aures iudicis & manus eius peruenti, per hos duos modos & per alios ſupradictos deuenitur, quod eſt differens à modo procedẽdi, & ſic tranſeo cum doctrina & opinione Iulij Clari, ſed an poterit iudex in ſimili ex officio ſuo, & etiam ad petitionem
45 partis procedere† in cauſa criminali, videtur,

videtur quod non, ex tex.in.l.1.tit.13. lib.2.ſuprà, ibi, *Por defecto de acuſador*, vbi diximus latius, & ex.l.1.&.2.tit.14. lib.5.ſuprà. & quia ſuperueniente accuſatore cõquieſcit officiũ iudicis: itẽ quia cum officium iudicis ſit remediũ ſubſidiarium & extraordinarium, ſuccedente remedio ordinario, & ſic parte exiſtente ceſſat officiũ iudicis ſubſidiarium, vt in.d.l.1.tit.13.ſupra lib.2. vbi diximus, & notat Clarus vbi ſuprà, q.3.n.4.& Hippol.in pract.§.cõſtante, n.92.& in hoc Clarus, vbi ſuprà, refert vnã longam diſtinct. Salicet. ſed in tribunalib' inferioribus ſeruatũ videmus ſuperueniente accuſatore ceſſare officium iudicis, & fiſcalis nõ creatur, niſi timeatur de colluſione inter accuſato
46 rẽ & accuſatũ, & hac de cauſa cũ adeſſe poſsit pars accuſans iudex ei ſemper facit notificare, vt ſi accuſare voluerit compareat intra talem terminũ alias quod nõ audietur illo termino elapſo & hæc monitio ſolet bis fieri, vt per Ant.Gom.tom.3.c.1.n.17.&.22.&.23. & Hippol.cõſi.53.n.10.& per alios plures quos cõſulto omitto allegare, ſed in practica de cõſuetudine inquit Anto.Gom.in.d.ca.1.nu.49.in fin.ſeruari quod iudex procedit ex officio, & ſic cum fiſcali ſi voluerit eum creare, & cũ parte accuſante in ſimul ad tollendas colluſiones, & ita etiam tenet Clarus in.d.q.3.nu.6.cum ſequent. vbi ex hoc inquit iam Inquiſitionẽ & accuſationem cumulari poſſe, & quod itidẽ iudice procedẽte non eſt neceſſe partẽ citare an velit accuſare, niſi id voluerit facere iudex, & quod ita practicari in regno Caſtellæ inquit dixiſſe Ant.Gom.vbiſup,n.17.ſed ego non reperio in meo libro id dixiſſe Ant. Gomez.ibidẽ neque alibi ſed potius contrarium, ſcilicet, quod debet partẽ citare ad accuſandum, & hæc eſt practica totius noſtri regni, & ſic conſulo fieri, licet bene crederem & teneo quod

ſi iudex proceſsit in cauſa criminali, præſertim graui, contra aliquẽ delinquẽtem & fecit proceſſum ex officio vel eũ fiſcali ab eo creato, quod ſi durante proceſſu etiam cõcluſione vltima in eo facta pars dãnificata exeat ad accuſandum eſt admittẽda pro ſuo intereſſe, poteritque talis iudex reum illum condemnare quoad pœnas corporales incurſas ſaluo remanente iure partis damnificatæ ſuper intereſſe ſuo pecuniario, & ſic vidi ſemel fuiſſe factum & feci in cauſa graui quorundam latronum vbi partibus nihil erat notificatum, & cum fiſcali erat proceſſum. Parte tamen exiſtente & accuſante non ſolet in tribunalibus in-
47 feriotibus creari fiſcalis † niſi timeatur de colluſione, vel debeat fieri confiſcatio bonorũ, vel niſi aliud habeatur de conſuetudine prout in Francia dixi.in dict.l.1.titu.13.lib.2.ſuprà vti & per aliquos iudices perquiſitores ſic fit, & in Italia inquit Clarus vbi ſuprà, ſic fieri ſolere, & ſecundũ ius noſtrum Regium Didac.Perez.l.11.gloſ. 1.colum.2.tirul.1.lib.8.Ordinam. inquit quod Inquiſitio non ceſſat etiam parte ſuperueniente, ſed vbi non adeſſet hæc conſuetudo, iuris diſpoſitio eſt ſeruanda, vt inquit Clarus in dict.quæſtion.3.in fin.verbis, & ſic conſulo fieri ſiue procedas per inquiſitionem, ſiue non, vt euites ſindicatorum moleſtias, & ius ſerues, & cautius procedas, & ne bis rei moleſtentur cum nouis proceſsibus & querelis. Eſt an acta facta in inquiſitione† valeant nunc parte ſuperueniẽte,
48 vide Gandi.de malef.cum de malefi. cog.per inquiſitio.nume.19. & 20. pagin.34. in paruis, & quid in factis † cum parte ipſa deſiſtente, dixi in dict.l.1.titulo.13.in fine libro.2. ſuprà. Vlterius ex his verbis noſtri text. *Haga peſquiſa e inquiſicion ſobre ello*, Dum in hoc verbo, *Sobre ello*,

Universidad de Deusto
Biblioteca

se refert ad præcedentia dum dictum fuit, *Que si algun robo, o otro qualquier maleficio se hiziere*, & iubet vt super illo fiat inquisitio & informatio, habes notare, hic esse text. singu. probantem, quod in omnem casum nunquam debet iudex procedere ad aliquē actum, nisi prius illi constet, delictum ipsum fuisse commissum, est enim tritare-
49 gula, quod ante omnia † debet iudici constare de delicto, quæ regula colligitur ex text. in l. 1. §. item illud. ff. ad Silamy. quem texte omnes sciunt & omnes Criminalistæ ita cōcludunt nemine excepto, vt Hippoly. in practic. §. competente in princip. num. 4. cum sequēt. & late in l. 1. in princ. ff. de quæstionibus & in cōsi. 92. in princ. & Bossius in pract. ca. 1. n. 15. & Crepol. consi crimi. 66. & Fran. Cason. de indicijs. c. 2. n. 2. in 1. p. vol. 11. diuersorū Docto. & Cantera, in suis quæst. crimi. in q. de tangentibus iudicem. n. 1. cum seq. qui omnes alios complures allegant, & fundatur, Iosue. c. 7. vbi noluit Dominus punire Acham cōfitentem surripuisse pallium, & alia, quæ in terra abscondisse, vsque dum misit pro furatis & attulerūt ei, & vera dictus pluratra dit Iull. Clarus, in d. §. fi. q. 4. & q. 55. nu. 10. cum seq. vbi d. q. 4. nu. 1. ipse & alij ampliāt id etiam verum esse si quis confiteatur delictum aliquod commisisse, non potest condemnari nisi de ipso aliter constet, & sic semel euasi quendam pauperem confitentem se occidisse plures homines & magna delicta fecisse, ex eo quod nō apparuit de corpore occiso, neq; de delictis illis, solent enim aliquando fures cōsueteri maria & montes & plura furta cō misisse, non enim hoc sufficit, nisi furta illa verificentur, vt optime Hippoly. in Rubr. de probatio. n. 104. vbi nu. 103. refert Ange. in l. 1. C. de confessis. de illis malefactoribus, qui cōfessi sunt plures mercatores peregrinos occidisse & proiecisse in mare corpora eorum, quia id nō sufficit nisi constet per famam, & alia, & quod flumē, vel mare erat prope, & iterum in simili casu seruandum in Pisciana Cancellaria liberum pronūciatum contra quē testes dicebant audiuisse accusatum occidisse hominem & proiecisse in flumine, & quia non constit. de corpore, neq; habebat fama de hoc, neq; qd homo ille deficeret fuit pro libero pronūciatus, & sic mirabatur Clarus in d. q. 55. in 10. quod Ioan. And. in addit. ad Ipeculatit. de accusa. §. fin. versi. sed pone. cōsuetudinem dixerit seruari de facto, inquit tamen ipsemet Clarus, ibidem se non reperisse in libro suo, quod Ioan. Andr. hoc asseruerit, neque ego itidē in meo reperi, & ideò non est sequendum. Nam seruatur quotidie inter bonos iudices neminē punire ex sola cōfessione delicti, nisi aliter cōstet de delicto, & isti iudices multū ad hæc aduertere debēt; nam & propter hoc inquit Clarus. d. q. 55. n. 11. fuisse quendā Doctorē in magno vitæ periculo constitutū, qui consuluit quendam furem plura furta confitētem, de quibus furtis aliter quam per confessionem non constabat, furca esse suspendendum, pro quo Doctore inquit cōsuluisse Alex. consil. 19. lib. 7. Et ideo neque ad tormentum extralis confitēs ponendus nisi de delicto confesso constet, vt per eundem Clarum, vbi supra, quæst. 64 nu. 3. qua de causa eruti iudices, secūdum ipsum Clar. d. q. 55. n. 11. quando fures confitentur coram eis maria & montes, & plura furta se alibi fecisse, debent mittere nūtios pro horum informatione facienda, aliter enim si pe innocentes condemnarētur eo quod esset fateātur homines occidisse, & in tali parte posuisse, debent perquiri, & exhumari, & inspiciendum est si haberent vestigia vulnerum, vt sæpius inquiunt DD. ibidem allegati per Clarum,

rum, vidisse fieri, & bene: Inquit tamē ipsemet Clarus, verum esse, quòd confessio si esset de aliquo homine certo, & haberentur informationes, quòd nō reperiebatur homo ille, & re fateretur se illū occidisse & appareret de hoc aliqua signa, licet nō reperiretur cadauer, forte posset ex ipsa cōfessione cōdemnari, licet & ego tunc requirerē probationē de homine illo, & quòd ab illo tēpore nō apparet neque scitur de illo, neq; vbi sit, & quòd est fama interfectū fuisse & humatū, vel in flumine prope existēte immissum, & itidē de mala vita cōfitentis & inimicitia inter ipsum, & occisum inquirerē, cautissimē hæc enim agēda sunt, ne quis innocēs condēnetur: Quoad inquirendum tamē sufficier hæc confessio, vel testiū probatio quòd homo talis à tali fuit interfectus, vt procedi posit contra eū, & inquiri de delicto. Item intellige supradicta vt procedāt, quoties tale delictum est facti permanentis, cuius scilicet certa remanēt vestigia, putà homicidium, ipsum cadauer incendij locus combustus & similia: tunc enim de eis debet constare aliter quàm per confessionem: secus si sit delictum de quo non remanent vestigia, vt quando solo animo perficitur, vt hæresis, adulteriū, & alij coitus, qui sine fractura committūtur, & alia, quæ exēplificat Clarus in. d. q. 4. n. 3. & q. 55. n. 11. & tūc vbi cum partis querela cōcurrit confessio, sufficit etiam ad condemnādum. Sed an si nō
50 potest probari delictū † remaneat aliquod remedium, vide Hyppoli. in pra ct. in princ. n. 6. cum sequent. vbi narrat casum de scholari, cui fuit factum furtū ex capsa quadam sine capsæ fractura, vt ibidē prosequitur, quem videbis, quia dicta sufficiūt in propositū nostri text. & literæ eius, & notabilis huius ab eo â me desumpti, vt ad alia deueniamus.

Azeuedo super. 8.

Ibi, *Oya a la parte*, Sed quam nè, accusare debētem, an verò accusandum, & ad vtrūq; referri pōt. Quòd si ad illū, qui ius habet accusandi, referas verba hæc habes hic text. probantē, quòd facta inquisitione & informatione delicti, debet iudex audire partē accusare
51 debētem, † & eū requirere, & monere si velit accusare nec nè, prout in hac dictū remanet lege: Si vero verba hæc referas ad accusandū, prout in effectu referēda esse cōstat ex præcedentibus & sequentibus verbis, proprius quàm ad accusantē, habes hic tex. probantē, quòd inquisito sunt dādæ informatio-
52 nes, & quòd nullus inauditus est † cōdemnādus. Defensio enim est de iure naturali, vt l. defensionis facultas. C. de iure fisci, lib. 10. & naturalia iura tolli vel immutari non possunt, vt. §. sed naturalia Inst. de iure nat. gen. & ciui. Adeò vt eis nullus renūciare possit, vt late diximus in l. 13. tit. 7. n. 12. cū seq. lib. 3. supra, Intelligēdum tñ est, partē audiēdam, quoties præsens est in iudicio accusator, debet enim in criminalibus personaliter cōparere ad accusandum l. pen. §. ad crimē. ff. de pub. iudi. c. veniēs, de accusatio. l. 6. tit. 1. p. 7. latissimè Maria. Soci. in. d. c. veniens. & Hyppol. in pract. §. sequitur. n. 1. cum seq. Anto. Gom. tom. 3. c. 1. nu. 12. cum 4. seq. vbi eā limitat, & declarat an valeat processus aliter factus, vel audiendus est itidē reus accusatus, qui præsens est in iudicio per se, vel procuratorē suū: nā si absens & fugitiuus esset, nullo modo audietur per procuratorē, neque excusatorē, secūdum quòd late diximus in l. 3. titu. 10 lib. 4. supra, sed an vt reus captus in carcere audia-
53 tur, erit necesse peti copiā † processus ab eo, & in hoc Iulius Clarus, in. d. §. fi. quæst. 49. nu. 4. inquit, quòd ante condēnationem danda est copia etiam si non petatur, vt & per Menoch. de arbitr. libr. 1. quæst. 78. num. 5. sed si est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoad torturam, non, nisi petatur, & has ibi affirmat cõmunes opiniones: cuius contrarium fundabat Siman. in Enchirid. in annotatio. ad Zanchin. in cap. 4. sed an teneatur reus petens copiam processus exprimere causam
54 † ob quã petit, & Clarus, vbi sup. nu. 5. inquit, ℘ de iure posset dici ℘ sic, quã opinionẽ crudelem vocat Siman. vbi sup. in ca. 5. & ob id inquit Clar. ibidẽ, ex cõmuni obseruantia admissum, nõ teneri exprimere causam, & ita vtitur & practicatur quotidie. Et sic tam reo, quã accusatori est dãdus processus in-
55 formatiuus, † accusatori ad accusandũ, reo ad se defendendũ, nemo enim est condẽnandus, nisi prius ei cõcesso temino ad faciendas suas defensiones etiam si fuerit delictum sponte confessus, vt per Clarum dict. q. 49. num. 13. & sic inquit ipsemet Clarus, ibidem in quæstio. 45. nume. 13. & iterum in quæst. 61. versi. sed quæro, ℘ cauti iudices prius faciunt informatiuam Inquisitionem, & postea faciũt, reum ei respondere, & si negat, iteratò testes examinãtur, nam informatio primã, quæ vocatur summaria, & fit absque rei citatione, nullã fidem facit, nisi postea ratificentur testes illius in plenaria cum partiũ citatione, vt per Clarum. d. q. 45. num. 13. & optimè per Io. Rhedin. in Tract. de Maiest. Prin. in. §. sed etiam, per legitimos tramites. nu. 108. cũ sequent. volu. 16. Tract. diuersorum. vbi. n. 111. limitat, nisi reo præsente sint testes examinati & corã iudice, tunc enim non requiritur alia citatio in plenario: Ex quo inquit ipsemet Clarus, in ea. q. 45. & eo. n. 13. gra
57 uiter errare iudices, qui omissa tali testium repetitione procedunt ad torturam, vel cõdemnationem, prout & male faciũt aliqui indices, statim reo capto, sine iudicijs eum torquentes, qui si aduertissent inconueniẽtia maxima in iure ex hoc resultantia non fecissent: nam tunc etiam si millies confiteretur reus in tortura, & post ratificaretur sine ea, nihil sibi noceret, quia
56 omnia sunt nulla, † vt optimè inquit Hyppoli. in pract. §. secunda. n. 1. cum sequentib. eò quod, secũdum eum ibi, iudex non potest aliquem cõdemnare de facto, nisi sit confessus spõte, vel legitimè testibus cõuictus, hic tamen, cui defensio non est data, & terminus ad eam, non dicitur legitimè conuictus, igitur nihil nocet cõfessio: adeo vt etiam si indicia superuenirent confessioni in tormentis sine indicijs factæ non præiudicarent, secundum Decium in cap. at si clerici, in princ. nu. 3. limit. 8. de iudic. & ideò tenentur iudices omnino reos audire, etiam si non petierint, quòd audiantur, & hoc est, quod inquit text. noster in ijs verbis, *Oya a la parte*, maximè iunctis verbis sequẽtibus: Et hoc verum est, si de ijs per partem opponatur, secus si taceat pars, vt communem testatur Ripa, in Respon. 210. in causa Oliuerij. n. fi. fol. 147. & tenet Cœpola, consil. crimi. 66. num. 3. vel quoties postea positus in libertate confitetur se ratificando, secundũ Thom. Gram. decis. Neapo. 34. num. 58. &. 59. & Additio. Angeli de malefi. in parte, *Fama publica.* num. 36: sed contra & melius tenet Hypoly. vbi suprà, & Brunus de indicijs & tortura. 2. part. quæst. 5. nu. 36. cum. 8. sequentibus, & in glo. seq. dicemus.

Ibi, *Le de copia y traslado de la pesquisa.* Hic damnatur pessima aliquorum iudicum conditio & corruptela nolentium reo præbere copiam † summarię
57 informationis in causa criminali factæ, cum id sit contra nostrum text. & contra tex. in c. qualiter & quãdo. 2. §. debet, de accu. ibi, vt facultatẽ habeat defendẽdi se ipsum, & cõtra naturã id esset, cũ defẽsio sit de iure naturali, vt in clem. Pastora. de re iudi. l. vt vim. ff. de iustitia & iure, quæ quid emdefensio

58 sio † etiã Diabolo si adesset in iudicio nõ est negãda, vt no. in. d. clemẽt. Pastoralis & not. Canonistæ. in. c. quæ in Ecclesiarũ, de constit. & præsertim in causa criminali, ex. l. vnius. §. cognituru. ff. de quæstio. l. custodias. & ibi Bar. ff. de cust. reorũ, & nouissimè Cãtera, in quæst. crim. in. q. 9. per totã, de tangentibus iudicẽ: & diximus in. l. 13. tit. 7. lib. 3. supra. n. 9. cũ seq. ille tamen contra quẽ proceditur in causa maleficij per inquisitionẽ, nõ potest se cõmodè defendere nisi habeat copiã Informationis & indiciorũ nominũq; testium, vt inquit rex. in. d. §. debet, ergo omni no dãda est talis copia, etiã si procederetur per viã Inquisitionis specialis, vel generalis, vt per Clarũ, in dict. §. fi. q. 49. nu. 2. & Cœpol. & Parisi. relatos per Segur in suo directorio iudi. eccle siast. 2. p. c. 14. n. 4. & probatur expresse ex. l. 4. infra isto tit. & lib. Ité iudici incũbit veritatẽ eruere & scire, pro hac debet laborare, vt. l. 2. C. de edẽdo, pro illo tamen contra quẽ proceditur pro maleficio nõ posset haberi veritas nisi haberet copiam prædictorum, vt dicunt Bal. & Paul. in ea. l. 2. ergo optimè lex nostra & similes disponũt dandam esse reo copiam Indiciorũ etiam si ex officio & per inquisitionem pro-
59 cedatur, quantumuis reus † eam non petat, nam si in causa ciuili vbi minus periculum vertitur, datur ipsi reo copia libelli & petitionis etiã nõ petẽti eam, cur non & fortiùs in causa criminali vbi maius vertitur periculum, & ideò cautius agendum, ex ca. vbi periculum, de elect. in 6. l. 1. in fi. ff. ad Carbon. & sic hanc opinionem tenuerũt Bar. Gan. Angel. & Bal. & alij plures relati per Cœpol. consi. crimin. 64. nu. 4. & 5. & consi. 6. ℘. nu. 4. cũ sequent. adeò vt etiam si reus hic cõfessus sit crimen a huc audiendus est, nam potest calificare & declarare cõfessionem suam
60 † ita vt ex declaratione legitimè com

Azeuedo super. 8.

probata veniat absoluendus, vel saltem minorãda pœna, quicquid voluerit Cœpol. cons. crimi. 66. dum tamen reus id petat velle, scilicet, călificare suam confessionem & calificationes eius alleget, vt ibi per eum, & in glos. præcedente ad finem diximus alia: sed si confessus non esset, etiam si non petatur danda est, vt ibidem dictum remanet. Ego tamen in vtroq; casu consulo dandã copiã siue confiteatur, siue nõ: siue petatur siue nõ petatur, aliter enim posset iudex innocentẽ cõdemnare, multi enim tędio carceris, vel vitæ, vel alio respectu cõfitẽtur simpliciter aliqua, quæ postea declarata & testiũ cõprobatione calificata, vel delẽt in totum cõfessionem, vel saltem minuunt eam, & pœnam aliàs ex confessione illa imponendam aliter, quàm imponeretur si non declararetur, nec qualificaretur, & sic contra confessionem, dicitur, plures defensiones proponi posse, vt licet videre ex Hippoli. in practic. §. postquam, nu. 6. cum sequent. à quo desumpsisse credo Iulium Clarum, in dict. §. fin. quæst. 55. num. 1. cum sequentib. & quæstio. 56. cum sequent. & ideo, omnino reus etiã confessus est audiendus, imò & si itidem sit testibus conuictus. Et hæc omnia vt diximus, procedent reo existente præsente & incarcerato, vel sub fideiussoribus soluto, nam facta inquisitione & informatione si culpatus re
61 dundat aliquis, incarcerandus est † prout communiter fieri solet, & attestatur Benedictus de Plumb. relatus per Clarum, in dict. §. fin. quæst. 46. nume. 1. etiamsi appellet, vt ibi per eum num. 2. Ex quibus omnibus & ex nostra lege habes tu (iudex nouelle)
62 documenta † ad procedendum in causa criminali: nam statim quòd ad aures tuas peruenerit delictum aliquod in tuo districtu esse perpetratum, siue ad petitionem vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerati, siue ex aliorũ dictis, debes corã te tabellionẽ publicum vocari facere, & eo cõparẽte scribi facies qualiter in hac die talis mẽsis & anni ad notitiam tuam peruenit fuisse factum tale delictum in tali loco tuæ iurisdictionis, & vt castigetur & perpetratores puniã tur iubes fieri informationem & inquisitionem sequentem in hunc modum: si delictum procedit à vulnere, vel morte alicuius, accedes primo ad vulneratum vel occisum, ad inuestigandum quæ vulnera habeat, qui si nõdum est mortuus exquires ab eo vulnera & quis eũ percusserit, & vbi, & corã quibus, & qua de causa: vel si mortuus, à testibus capies informatio nẽ & in vtroq; casu scribi facies à tabellione coram testibus, quæ vulnera, & in qua parte, & quòd mortuus est, fidẽ de omnibus faciendo, & antequã sepeliatur, facies cõuocari chirurgos, qui deponant qualiter vulnera erant mortalia, & quòd ex eis mortuus est. Summa enim cum obseruãtia notãda sunt vulnera mortalia sint, vel non, ex. l. si. ff. de quæstionibus, Ang. in. l. si in rixa. ff. de Sicarijs. nam si per culpam, aut negligentiam suam, vel chirurgorum mortuus fuit, non tenetur de occiso, sed de vulnere, vt. l. qui occidit. §. fin. &. l. si ex plagis. ff. ad. l. Aquil. nisi sit vulnus illatum in homine nõ sano ex l. qua actione. §. sed & si quis. ff. ad. l. Aqui. vel ictuũ pluralitas id effecerit, vt per Iodocũ. c. 75. nu. 2. pract. crimi. Et quod sanguis ix vulneribus exierat, & exibat: & cum hac declaratione ipsius vulnerati si viuus est, vel testium, si mortuus est, deponẽtium de percussore, & cũ liuore sanguinis, præbebis mandatũ de capiẽdo & incarcerando percussore: sufficitq; ad hoc declaratio percussi & liuor sanguinis, & vt alij dicunt propter colorem sanguinis, & ijs factis tũc accedes ad locum vbi delictũ fuit perpetratũ, & inqui-

res de vicinis, vel de illis, qui delicto astiterũt, & interrogabis testes de delicto, & quis illud perpetrauerit, & ob quam causam, & quomodo, & cũ quo inimicitiam habebat, & quæ personæ ibidẽ visæ fuerũt, & reperto delinquẽte, incarcerabis eum, si antea nõ erat carceratus ex cõfessione occisi & sanguinis liuore, vt dictũ est: & capies ab ipso carcerato confessionem prouiso prius ei de curatore, si minor est. 25. annorũ, & capta cõfessione requires partẽ interessãtem si accusare vult assignãdo ei terminũ vt accuset, cũ cõminatione quòd aliter elapso termimino pro nõ parte eum pronũciabis, vel eos, si multi sunt, prouiso eis de curatore si etiã minores sint, & hoc bis facies: & si accusat, præbebis reo copiã accusationis & informatiuæ probationis & nominũ testiũ, & sic pergeprocedẽdo partibus auditis, & cũ termino cõpetente secundum quod qualitas delicti requiret, quòd si delinquẽs fugerit nec reperiri possit, præstita fide de hoc per alguazelũ, qui eum perquisiuit in domo & ciuitate procedes vt cõtra absentem & fugitiuũ, secundum terminos. l. 3. titu. 10. lib. 4. suprà vbi plura diximus, & hæc est ordinaria & vera in ijs procedendi Praxis, quicquid nouelli iudices, vel antiqui carnifices tamen aliud faciãt, copiam processus denegãtes reo, & terminos breuissimos cõcedentes cũ onere publicationis & conclusionis, in maximam animarum suarum perniciem.

63 Ibi, *Porq̃ los delictos no queden sin pena*, Expedit enim Reipublicęne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. 1. Resp. in fi. ff. ad. l. Aquil. vbi Bald. elegãter ait, publicæ disciplinæ fauorẽ dictare ac suadere, vt maleficia puniantur. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. & vectig. l. capitalium. §. famosos. de pœnis. l. stichium. §. tametsi. ff. de solutio. l. si longius. §. 1. ff. de iudi. c. vt famæ.

famæ de sent. excom. nam, vt inquit Plato, ciuitates tunc optimè gubernãtur cum iniusti dant pœnas: & Cicero in Vatinium, vt medici membrum ex pe putrefactum incidunt, ac in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare, aut corrumpere possit, sic necesse est, si Rempublicam saluam esse volumus, vt perditissimos hominẽs ex vrbe penitus extirpemus, nè corruptus integro, violatus casto, labem infringat. Publicèque interest, prouinciant malis hominibus purgari, vt in quiete permaneat. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. 2. C. quãdo lic. vnic. sine iudi. se vindic. cum nõ remitti facilè pœ 64 nam, publicè inter sit, nè ad maleficia quisquã prosiliat. l. si operis. C. de pœnis, his concordat gloss. notabilis in. cap. cum clamor, verbo confusè, de testi. & cum Plato vtilitates has publicas sentiret, dixit in lib. de Rep. dare pœnas maximi mali euitatio est, fiunt enim alibi prudentiores, & histiores, & medicina quædam iniquitatis, ipsum est iudicium, illud verò nequedeorum neque hominum vllus audebit dicere, vt ab eo, qui iniustè egerit, pœna non sit exigenda. Castigare noxam oportet, non ob præteritum delictum, cum id corrigi nequeat, sed nè iterum peccet, tum nè ipsius exemplo cæteri quoque peccent: Imò & docebat Pythagoras, qui malos non plectunt, bonis iniuriam ferunt, & Seneca, probis nocet impprobis parcens: Et quia si crimina non puniuntur, incentiuum est delinquendi. ca. vt Clericorũ, extra de vit. & hon. Cleric. & si ea, quæ male vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus cap. locii. §. proinde. 35. quæst. 9. cap peruenit. 90. distinct. puniẽda ergo sunt maleficia, vt vnius pœna, metus possit esse multorum. l. 1. C. ad. l. Iuli. rep. d. §. famosos, glos. pertimescat, in. c. sicut, extra de iureiur. Et quos ad vitæ decora do

mesticæ laudis exẽpla non prouocãt, correctionis saltem medicina cõpellat. l. vni. C. de emen. propin. gloss. pœna, in. d. ca. vt Clericorum, nonnulla allegans nõ dissimulanda, & in proemio tituli. 1. part. 7. & sic iustè lex nostra, delinquentes puniri iubet, nè delicta remaneant impunita, & nè alijs sit delinquendi occasio, iustitiæque omissio, & de origine delictorum tradit Tyberius Decianus, tomo. 1. de lictis, lib. 2. c. 1.

Ibi, *La emos ante nos*. Idem disponitur In lege sequente, ex quibus notandum est, quod siquid graue in ciuitate, vel prouincia contigerit, statim præfectus vrbi, ad Regem, & consiliarios eius, illud referre debet. Qui verò secus fecerit, officio remouebitur. Sic olim Moyses elegit viros strenuos de cuncto Israel, & constituit eos Principes & iudices populi, qui iudicabãt plebem Domini omni tempore: quidquid autem grauius erat, referebatur ad eum, quemadmodũ in Exodo traditur ca. 18. & lege Constãtini, sic cautum erat, Præsides Prouinciarum, si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non possunt, aut examinare, aut pronũciare nequeũt, de eius nomine ad nos, aut certè ad Prætorianæ Præfecturæ scientiam referre, quo prouideatur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur, prout hæc & alia, legem nostram considerando, refert Symancas de Republica, lib. 8. ca. 34. per totum, & lib. fin. cap. 23. sic & videmus, quod secundum Barba. in Republica. C. qui admitti, c. hinc. 6. relatum per Tyra. de pœnis temperandis. 49. num. 19. & Rhedin. infra allegandum in num. 36. vbi nisi propter criminis atrocitatẽ transgredi possunt, est super hoc Princeps consulendus, & adeundus: sic & secũdum eumdem Tyraq. ibidem, causa. 31. num. fin. pro punitione nobilium

Azeuedo super. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delinquentium Rex est percontandus, quod ibi, in Francia non vti asserit, neque in nostra Hispania nisi esset magnus Dominus, vel timeretur scandalum in eius punitione. Item & esset consulendus Princeps, quoties pœna capitali quis est condemnatus, & post condemnationem apparet de innocentia eius, secundum text. in. l. Moris §. sed & enim. ff. de pœnis. l. 1 §. fi. & ibi Bart. & Hippol. ff. de. qq. idem Hippol. in practic. §. opportune numer. 18. ver sicul. vlterius scias, vbi limitat duobus modis.

SVMMARIA.

QVando iudices tenentur legis nostræ tenorẽ seruare. nu. 1.

Veritatem occultans metu alicuius potestatis iram Dei super se pronocat. nume. 2. & numer. 3. quòd debent esse iudices fortes & firmi.

Boni iudices iustitiæ amatores vbi casus non requirit excusationes proponũt, vt perquisitores non dentur. nu. 4.

Perquisitorem petentes si non probant in expensis condemnantur. nu. 5. & n. 6. quod expensis accusati culpati.

Expensarum condemnatio non fit nisi parte petente. nu. 7.

Iudex maleficiorum licet non possit cognoscere de causis ciuilibus principaliter, incidenter tamen potest. num. 8.

Declaratur nostri rex. versiculus, a costa de la justicia. *nu. 9.*

Iudex negligens ad quid tenetur. nu. 10.

Lex Secunda.

Summarium.

Cum iustitiæ ciuitatum, villarum & populorum scandala mederi non potuerint, statim Regem certiorentur sub pœna amissionis officiorum, vt ab ipso Rege iudex Perquisitor mittatur expensis partium, vel iudicum negligentium, & interim iudex illius loci suspensus maneat cognoscẽdi de illo delicto & negotio.

BI. *Iusticias.* Nomen à nomine, & rectè, sicut & à iustitia ius appellatur, vt inquit Consultus. l. 1. ff. de iu. & iure, & sic iusticias vocat lex nostra justitiæ executores & ministros, quasi in ipsis iustitia consistat, non quod ipsi prius sint quam iustitia, prout iustitia virtus est, sed quia in ipsis iustitia inest, & inesse debet, ideò ipsius iustitiæ nomine nuncupantur, nam sicut inquit Alcia. lib. 1. Parergon. c. 29. iustitiam dici, quasi vistitiam, quod vim sistat, sic & iustitiæ ministri, quasi visticios dici posse contendit, quod vim sistant delinquentibus. & iniurio sis viris, eos ob delicta puniendo, & iustitiam ministrando.

Ibi. *No puedan proueer.* Similis. l. 8. infrà Isto tit. secũdum quam nostra lex est intelligenda, nam non semper iudices debent se exonerare à ministrãda iustitia, & tenorem nostræ legis seruare, sed tunc demum † quoties delicti grauitas, & potentia delinquentis difficultatem iudicandi iudici imponunt, vt putà si commissum est delictum contra nobilem, & militem alicuius loci vbi adsunt partialitates, & timetur ex hoc magnum scandalum, debet rex certiorari, non verò in casibus & negociis, in quibus etiam si delictum graue accidat, vt homicidium & similia, ab hominibus popularibus commissum, etiam diuitibus: aliter enim ipsi iudici hæc facienti dici posset, esse iudicem tãtum aduersus hos, qui minimum possunt: neque debet quis velle effici iudex, nisi virtute valeat irrũpere iniquitates, ne forte extimescat faciem potentis, & ponat scãdalum in agilitate sua, vt Ecclesiast. cap. 7. consulitur. Et quisquis metu alicuius potestatis veritatem occultat, iram Dei super † se prouocat, quia magis timet hominem quàm Deum, vt inquit text. in. c. quisquis. 11. quæst. 1. & nè

& nè iudex aut Magistratus sis, nisi vir fortis, & constans fueris, nè timiditate, & inconstantia tua offendas subditos, & à iustitiæ via metu potentium recedas, vt inquit Simancas, de Republica, lib. 5. cap. 7. Ad exemplum enim Dei, qui iustus est, fortis & prudens, vt inquit Regius Propheta, debent esse iudices, & Magistratus, & fortitudinẽ habere debent, & patientiam. Nam, vt inquit Cicero pro Sestio, fudãdum est his, qui Magistratum gerunt, pro cõmunibus commodis adeundæ inimicitiæ. Subeũdę sæpe pro Republica tẽpestates. Cum multis Audacibus, improbis, nonnunquam etiam potentibus dimicandum. Quæ quidem sine fortitudine & firmitate fieri nequeũt, nam debent esse iudices fortes, & firmi, † vt inquit text. in. l. 18. titul. 9. p. 2. & ibi glos. firmes, & habes optimũ text. in. c. cum æterni, de re iudi. in. 6. ita vt (secundum quod inquit Gregorius Iustino Prætorio Siciliæ scribens) nulla vos lucra à iniustitiam pertrahant, nullius, vel minæ, vel inimicitię à rectitudinis itinere deflectãt, quod si vita breuis inspicite: ad quem quãdoque ituri estis iudicem, qui iudiciariam gericis potestatem, cogitate. Et sic non semper, sed rarissime, & vbi in Republica timeretur magnum scandalum inter eius nobiles, & potentes debet seruari nostræ legis dispositio, & forma. Imò & solent boni † iudices, & iustitiæ amatores & executores seũ à partibus offensis periculi grauis sumptum informationis alicuius facti de delicto aliquo, vt de eo notitia Regi, & eius Consiliarijs præbeatur, & Perquisitor petatur, id denegare, & respõdere, quod ipse est iudex Regius & authoritate Regis positus ad iustitiam administrandam, quod ipse est paratus delinquentes punire, & sic ipsos offensos monet vt coram eo eam petant, aliter enim, quod eos pronuncia

3

4

bit non partes, & ad punitionem ex officio suo, vel ex creatione fiscalis procedet, in hoc enim, & quod suum est, facit, & Reipublicæ vtilitati consulit, Perquisitores enim nihil aliud faciunt quam destruere Respublicas, & in maioti odio effensos & offensores relinquere, pecuniæ & salarijs inhiantes, & nihil aliud procurantes, sunt enim ij Respublicæ quasi vitrici, & non Patres, vt aduertit nouissimè Parlado. in lib. 2. rerum quotidia. in ca. 1. n. 23 & 24. vbi allegat Deciũ, consil. 175. in fi. & Silua Nuptia. lib. 1. nu. 67. sic dicentes.

Ibi. *De nos lo embiar a notificar.* Vide quæ diximus in lege præcedente in gloss. *La embie ante nos.*

Ibi. *Mas solamente Pesquisidor.* Et hoc quãdo delicta sunt grauia, vt in. l. 8. infrà eo. disponitur, tũc enim quãuis ad iudices criminum causarum omnium criminalium cognitio suo iure pertineat, cum tamen in Prouinciis scelus aliquod atrox committitur, iudex à Principe mitti solet, qui crimen illud perquirat, & puniat, & ij iudices à perquirendo, Perquisitores appellari solent: quo verbo, & Plautus vtitur in Sticho, vt hæc & alia succinctè refert Simancide Republica, lib. 9. titu. lo. 23.

Ibi. *Mas a costa de las partes a quien toca.* Et partes hæ sunt illæ, ad quarum petitionem iudex huc Perquisitor dãtur, quæ quidem, si ille vel illi, quos accusant, & contra quos Perquisitorem talem petunt, innocentes appareant, in expensis, & salarijs † Perquisitorum condemnantur, ex. l. cum sæpe. C. de Erog. mil. anno. cum ibi notatis, lib. 12. & l. seueriter. C. de excu. turo. & l. eũ qui temere, cũ ibi notatis. ff. de iudic. l. iusti. iũctis ibi notatis. ff. de vacamun. l. 7. tit. 17. p. 3. & ibi optime glo. 1. si verò accusatus † resultet culpatus, tunc expensas has & salaria soluet, vt

5

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de ijs qui accusa. non poss. l. accusationum, cum ibi notatis, super verbo, Nõ debet, quæ iura sic tenens ad hoc allegat Iacob. de Vellouiso, in sua practic. crimi. lib. 2. capit. 6. numer. 12. & secundum hæc debet intelligi illa. l. 7. titul. 17. part. 3. vel cum Rex mittit Perquisitorem ex officio, secus si ad petitionem partium, nam tunc lex nostra seruanda est, vt inquit ibi glos. Deue, in omnibus enim causis criminalibus siue processum fuerit per accusationem, siue per Inquisitionem aut per alium quemuis modum fieri
7 debet parte perente † expensarum condemnatio, sicut in ciuilibus, ex. l. fin. C. de fructi. & liti. expen. not. Bart. in. l. 1. in princ. in fin. ff. ad Turpilian. relatus per Paul. Grillan. in tract. de hære. titu. de relaxatio. carcera. subtitulo de expensis, numer. 2. vbi & inquit & ad legem nostram applicabile est, scilicet, quod licet iudex maleficiorum non possit cognoscere de causis ciuilibus, est verum principaliter,
8 incidenter † tamen bene poterit cognoscere de causis ciuilibus, ex crimine descendentibus, vt est restitutio rei subtractæ, & expensarum condemnatio, vt dicit Bartol. vbi supra & in. l. si postulauerit. §. fin. ff. de adulter. & Grillandus, vbi supra, nume. 3. & hoc nulli dubium, & ex text nostro probatur.

Ibi. *A costa de la justicia, por cuya negligencia nos vniremos de embiar el dicho juez.* Sed quæ negligentia potest esse hæc cum in principio iusserit huius legis conditor ipsum Regem esse certiorandũ de delicto cõmisso in ciuitate, vel prouincia, cum tunc nulla negligentia argui possit, nam qui Regem certioratur negligens non est, cum ipsius adimpleat de certiorare mandatum. Et ideo dicendum est, vel quod
9 versiculus hic † procedat continuatiuè ad dispositionem primam nostri text. scilicet, quod si in certiorando Regem iudex negligens fuerit, & ob eius in hoc negligentiam (in casu in quo Rex certiorandus esset) pars offensa Regem adierit pro petendo Perquisitore, tunc procedat noster versiculus & eius dispositio: vel intelligi potest, quod si in delictis, in quibus certioratio non est necessaria, iudex negligens fuerit, tunc & procedat noster hic versiculus, quasi eius dispositio incipiens à verbis illis, *Y nosotros entendemos*, sit differens à prima nostri text. dispositione, vel vtroque modo potest lex nostra intelligi in ijs, quæ commentamus, verbis, Nam id regulare est, quod vbicunque adest negligentia in iudice, negligens ipse iudex teneatur ad omne interesse, & ad omnia damna † & expensas inde secuta, & puniẽ
10 dus est, text. in Authenti. de mand. princ. §. sit tibi, in hæc verba, Alioquin etiam gratis lites audire, & non permittere ex negligentia de prouincia alicuius præsidis ad hanc recurrere fœlicissimam ciuitatem, & nobis molestum esse. Scito namque quia si quis veniat, & additionem nobis faciat, & à nobis interrogatus, si prius te adijt, deinde te dicat, adisse, & quod iustum est, non impetrasse, & hoc verum inueniamus, in te indignationẽ conuertemus. Et est negligentia in iudice maximum delictum, vt diximus in l. 22. tit. 5. lib. 3. supr. nu. 1. vbi num. 4. qualiter probetur & alia multa diximus de negligentia, & in. l. 4. titu. 6. lib. 3. supra. Et propter iudicum negligentiam etiam in terris Dominorum mittuntur iudices Perquisitores, vt dixi in l. 1. titu. 1. lib. 4. supra numer. 32. cum sequentibus.

Ibi. *Que la justicia sea suspensa de officio, quando en aquel caso.* Vide quæ dixi in l. 1. titulo. 19. & 20. lib. 4. supra numer. 35.

SVM-

SVMMARIA.

INquisitio de iure ciuili, & de iure canonico, quando permissa. nu. 1. & quæ sine mãdato Regis fieri possunt. nn. 2. & 3. Rex generalem Inquisitionem fieri iubere potest. num. 4.

Lex Tertia.

Summarium.

Quod nulla fiat Inquisitio generalis nisi aliud Regi placuerit prouidere ad supplicationem alicuius ciuitatis vel villæ.

HAbi. *Que no se haga ni pueda hazer pesquisa general.* Con. l. 2. titul. 17. part. 3. & ibi glos. *Mandado.* Et idem de iure ciuili statutum erat, nisi vbi infamia, †
1 vel præsumptio, vel indicium præcedebant, de iure vero canonico in omni casu erat permissa, vt per Abb. cap. qualiter. 2. num. 11. &. 13. de accusat. Dida. Perez. l. 11. tit. 1. lib. 8. ordi. latius Paz, in sua practica. 5. par. tom. 1. cap. 1. num. 4. fol. 112. iure tamen nostro Regio Inquisitio hæc generalis prohibetur nisi de mandato Regis fiat, ex text. nostro hic, & ex. d. l. 2. titul. 17. par. 3. & hoc quoties generalis Inquisitio est tã quoad personas, quam quoad delicta: nam illæ aliæ, quæ sunt generales quoad personas, & speciales quoad delicta, sine Regis †
2 mandato fiunt, vt supra dictum est in. l. 1. nostri tituli, & tenet glos. *Mandado.* In. d. l. 2. & hoc nisi per viam visitationis fiant, vt quando iudices ordinarij visitant prouincias suas, nam tunc faciant has Inquisitiones generales, †
3 qui sint homines ibidem facinorosi, scandalosi, concubinarij, lusores & similes, vt inquit text. in l. congruit. ff. de offic. præsi. & ibi Doctores, & Hippol. in pract. §. constante num. 20. & Cantera, in quæstio. crimi. in quæstio. 4. de tangentibus iudicem num. 2. vel per visitatores Ecclesiasticos, & hæc fit nulla præcedente infamia, fit enim hæc ad purgandam prouinciam malis hominibus visitando eam, nam & ad hanc censentur iudices ordinarij habere mandatum à Rege eam faciendi ex titulo concesso correctoribus illius prouinciæ. Et videbis etiam alia, quæ diximus in. l. 38. tit. 6. in glos. *Dos vezes*, lib. 3. supra.

Ibi. *Saluo si nos.* Nam Rex generalẽ
4 Inquisitionem fieri † iubere potest, secundum Bald. in. l. nullus. C. ad. l. Iulia. Mag. Hippol. in pract. §. constante numer. 21. quod tamen ibi num. 22. intelligit, quotiescunque Princeps Motu proprio concedit Perquisitorem pro faciẽda tali generali Inquisitione, vel si ad petitionem alterius, assertiuè tamen, dicit & affirmat ad suam notitiã peruenisse, quòd talis deliquit, aliter enim si hoc non affirmet, cum ad petitionem partis prouidit Perquisitorẽ, nullum erit id, quod talis Perquisitor faciet, ita etiam declarat glo. Ninaya. l. 1. titul. 17. par. 3. dum ibi allegat Decium sic declarantem, quem, & alios plures allegat Hippoly. vbi supra dict. nume. 22. in. 1. & 2. declarati. quæ sint supradictæ.

SVMMARIA.

CVM ex Motu proprio Regis fit Inquisitio, nulla requiritur diffamatio. num. 1.
Super statu Dominorum indebitè aliqua à vasallis exigentium inquiri potest. numer. 2.
Ciuitas an delinquere possit.
Partes renunciare possunt ostensioni nominũ testium. num. 4.
Copia nominum testium sine distinctione aliquorum danda est. num. 5.
Copia processus danda est in omnibus litibus. num. 6.

Lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Quarta.

Summarium.

Si Motu proprio Regis Inquisitio aliqua facienda est super statu alicuius ciuitatis, villæ, aut populi, Regi ipsi mittenda est, neque alicui demonstranda: Sed si super factis aliquibus iusserit Inquisitionem fieri siue Motu proprio, siue ad petitionem alterius, danda est copia Inquisitionis reo vt defendere se possit. Et lex hæc, vt vides, duos casus constituit, Primũ in principio, Secundum in versiculo. *Pero si mandaremos.* Vique in finem.

BI. *De nuestro officio.* Et sic Motu proprio, in quo casu 4 nulla requiritur diffamatio † ad Inquisitionem hãc generalem faciendam, super statu alicuius ciuitatis aut populi, vt in l. præcedente diximus in gloss. fin. ex Hippoly. in pract. §. constante num. 32. ex gloss. ibi allegata expressa & singulari in cap. 2. de accusatio. in. 6. & hoc est quod inquit text. in l. 1. titul. 17. par. 3. in versicul. *O la fara el Rey andando por su tierra, por saber el fecho de ella, maguer no se querelle ninguno, nin aya ende mala fama.*

Ibi. *Sobre el estado de alguna ciudad.* Hoc leges partitarum. 1. & 2. & 11. tit. 17. par. 3. vocant. *Conducho tomado.* Et gloss. *Sobre*, in d. l. 1. exemplificat hoc hodie esse posse, & practicari contra magnates, & Dominos terrarum exigentes † indebite aliqua à vassallis, & se remittit ad ea, quæ dixit in l. 22. tit. 13. par. 2. & in terminis nostræ legis, ego itidem exemplificarem, quoties vt loquitur fit Inquisitio iussu Regis super statu alicuius ciuitatis, villæ aut populi, & personarum ipsius, quæ fit tam in capitibus, quàm in membris, secundum Montalu. hic, sub. l. 12. titu. 20. lib. 4. fori, vbi quærit an tunc si tota ciuitas reperiatur culpabilis, puniatur, & hoc dicit diffiniendum ab illa quæstione, † an ciuitas possit delinquere, de qua dixi in curia Pisana, tracta. de Decurio. lib. 4. ca. 3. per totum, & latius per Maria. Soci. in ca. dilecta de excess. prælat. num. 94. cum sequentibus aliquibus, & Anton. Gom. tom. 3. cap. 1. num. 52. cum. 2. sequentibus gloss. l. 17. tit. 10. p. 7.

Ibi. *Y no sean demostradas a otro alguno.* Eam in hoc allegat Simanc. de institu. Cathol. titul. 64. nume. 30. in fin. & concor. text. in l. pen. ad fin. titul. 17. p. 3. & ibi gloss. idem dicens in crimine hæresis, & gloss. fin. in ea l. pen. idẽ ex text. ibi dicit esse quoties partes sic vellent fieri, renunciando huic defensioni, † & cognitioni nominum testium, & hoc in casu dictæ l. penul. ibi inquit d. gloss. fin. fieri, quia est de apicibus legum, ex Bal. d. in. ca. cum venissent, de testibus: cum de iure aliud sit in aliis causis criminalibus, ex gloss. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. de qua alibi late diximus.

Ibi. *Quier se haga de nuestro officio.* Hic est 5 tex. contra distinctionẽ quorũdam iudicum Ecclesiasticorum, qui in hoc de danda copia nominum testium †, distinguebant processum factum ex officio iudicis, à facto ad instantiam partis, vt in primo non esset danda copia nominum testium, in secundo sic, contra quos iudices est text. hic indistincte dari iubens & disponens, vt ex Claro & alijs tenet nouissimè Segura, in directorio iudicum Ecclesiastico. 2. par. cap. 14. num. 4. vbi num. 10. et. 11. partinon petenti dandam ait, vt ex l. 1. suprà eod. notauimus ibidem, & tradit Dida. Perez, hic sub. l. 11. titulo. 1. gloss. 2. lib. 8. ordi. & probatur ex text. in l. 11. titul. 17. par. 3. vbi gloss. & dixi latiùs in l. 13. titul. 7. lib. 3. suprà adeò vt & in crimine nefando sit danda nominum testium copia, ex l. 1. titul. 21.

infrà

infrà isto lib. & sic faciẽda est Regula, quod in omnibus litibus est danda co
6 pia † processus, & nominum testium reo, nisi in casibus à iure expresis, vt hæresis, & similium in iure expressorum.

SVMMARIA.

A Diuinos *quomodò latinè nuncupentur. num. 1.*
Diuinatio nũquam in bonam partem accipitur. num. 2.
Diuinationum quatuor esse genera. nu. 3.
Diuinatores qui dicantur. nu. 4.
Auspicia quæ, & à quibus dicta. numero. 5. & 6.
Augurium quid & quotuplex. nu. 7.
Diuinatores, aruspices, augures, & arioli reprobantur. num. 8.
Diuinatorum genus etiã ex legibus Partitarum reprobatur. nu. 9. & nu. 10. rationes apponuntur.
Diuinationis plures species, & variæ. n. 11.
Diuinatores an ab Inquisitoribus puniantur. num. 12.
Diuinationes etiam ad bonũ finem non sunt permittendæ. num. 13.
Sortilegi qui sint. num. 14. & 15. & nu. 16. quid si generaliter sumatur.
Sortilegi & diuinatores hostes humanæ salutis dicuntur. nu. 17.
Sortilegiorum multæ sunt species. nume. 18.
Sortilegi dantes pocula amatoria, ex quibus moriuntur aliqui, homicidæ sunt, & vt tales puniuntur, secus aliàs. nu. 19. & 20.
Species venefica seu malefica sortilegiorum. num. 21.
Sortilegium quod dicatur. nu. 22.
Sortilegorum professio duplex est, nu. 23. & quæ dicatur ibidem, & n. 24. quæ dicatur tacita, & num. 25. quæ expressa.
Qui iudicentur habere pactum cum Dæmone. num. 26.
Sortilegia à quibus primitus inuenta. numer. 27.
Sortilegia quare potius à mulieribus quàm à viris appetantur. nu. 28.
Sortilegia quibus locis & temporibus fabricentur. num. 29. & num. 30. quibus figuris, characteribus, & signis vtantur.
Sortilegi, & malefici quare positis in manibus iustitiæ non vtuntur maleficijs. nu. 31.
Superstitiosa & ad pacta Dæmonum pertinentia quæ dicantur. nu. 32.
Abominationes gentium ne imiteris. numero. 33.
Augures combusti igne. nu. 34.
Astronomia an permissa. nu. 35.
Corpora inferiora reguntur ex vi superiorum, diuina operante potentia. n. 36.
Rustici in seminando inspicientes cursum Lunæ non peccant. nu. 37.
Hæreticum est asserere omnino euentura ab Astrologis dicta. numer. 38. & numer. 39. Quod puniri possunt ab Inquisitoribus dicentes ex pacto Dæmonum occulta.
Ariolos & magos consulentes damnantur. num. 40.
Receptatores Arioli, auguris, & magi puniũtur. nu. 41.
Credens ijs Astrologis ex sola credentia punitur. nu. 42.
Dubitans in fide infidelis est. nu. 43.
Error in fide principium hæresis, & pertinacia ipsa eius perfectio. nu. 44.
Non refert an quis declaret intentionẽ suam verbis, vel factis. nu. 45.
Ex lege nostra quæ credentia requiratur in credentibus istis sortilegijs, & diuinatoribus, vt puniantur. n. 46.
Pœnæ horum diuinatorũ tam iure ciuili Partitarum, & canonico. num. 47. & 49. & 56. & 51.
Infames sunt occurrentes ad diuinatores. numer. 48.
Pœna lamiarum, id est, brujas. nu. 51.
Sortilegus, maleficus, & incantator, & cum eis conuersans ex hæredari possunt à Patre suo. nu. 25.
Officium iudicis quotuplex sit. numero. 53. 54. & 55.
Executio sententiæ officio iudicis nobilis fit. num. 56.
Officium iudicis & actio an sint idem. num. 57. & 59. & nu. 60. æquiparantur.
Officium iudicis quod sit. nu. 58.
Decem differentiæ inter actionem & officiũ iudicis à num. 61. vsque ad. 70.
Multa specialia introducuntur ratione publicæ vtilitatis. nu. 71.
Lex nostra non corrigit iurium dispositiones quoad iudices. num. 72.
Beati à lege nostra vocati an sint de iurisdictione Ecclesiastica. nu. 73.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Quinta.

Summarium.

Inquisitio facienda est, contra sortilegos, diuinatores, & superstitiosos, & Astrologos & contra eis credentes, qui vt hæretici reputantur, & puniendi sunt.

1 HEBR. *Adiuinos.* Qui Latinè Arioli, † Aruspices, vel augures vocantur, qui in sacra Scriptura damnãtur, de quibus dicitur Leuit. 19. non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos, & Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciẽ meam cõtra eam, & interficiam illam de medio populi sui, & 5. Reg. c. 28. Saul abstulit magos & ariolos de terra, & occidit eos, qui scitones habebant in ventre, & Deuter. c. 18. gẽtes istæ quarum possidetis terram, augures & diuinos audiunt, tu autem à Deo tuo aliter institutus es. Et Hierem. 27. vos nolite audire Prophetas vestros, & adiuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, & 4. Reg. 23. Iosias Rex deleuit aruspices, quos posuerunt Reges Iuda: iure etiã canonico Arioli, Aruspices, & Augures ij etiam reprobantur, & puniũtur, vt habetur apud Canonistas. 26. quæst. 3. & quæsti. 4. vbi in. c. non oportet. c. p. 51. Episc. in princ. 26. quæst. 5. dicitur qui magos Aruspices, diuinos seu Arioios consulunt, eliminandi sunt ab Ecclesia, notant glosſ. & Doctores in ca. 1. de sortileg. & per Bernard. Diaz in practi. cap. 107. sortilegij. Vbi Salzedo in. 1. additione plures Doctores plura de ijs differentes refert, nunquamque diuinatio in bonam partem † accipitur, vt inquit text. in ca. nunquam 2 in princ. 1. quæst. 1. & genus hoc diuinationum à Persis illatum esse dicitur in cap. igitur in princ. 26. quæst. 4. Varro autem diuinationũ quatuor † esse 3 genera dicebat, terram, aquam, aerẽ, ignem, hinc geomanciam, hidromanciam, pyromanciam, aeromanciam, dicta autumant, in text. autem in vino inebriantur. 37. distinct. dicitur diuinos eos esse, qui coniectura mentis suæ incerta † futurorum quasi vera 4 pronunciant absque diuinorum authoritate verborum, & ibi dicit Archidia. c. quod tales diuini de iure cano. excommunicantur. c. 1. 26. quæst. 5. & in. d. c. igitur. 269. 4. inquit Augus. Augures sunt qui volatus auium, & voces intelligunt, aliaque signa rerũ vel obseruationes improuisas homini bus occurrentes ferunt, ijdem sunt & Aruspices, nam & auspicia † sunt, quę 5 iter facientes obseruant, dictaq; sunt auspicia, quasi auium spicia, & augu- 6 ria, † quasi auium garria, idest, auium voces, & linguæ. Item augurium quasi Auigerium, quod aues gerunt, quorũ 7 sunt duo genera, † vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens, ad oculos, scilicet, volatus ad aures vox auiũ, hæc in. d. cap. igitur, & de varijs diuinationibus, erroribus, augurijs, & somnijs, & vanitate ipsorum vide text. optimum in cap. non obseruetis paulo post principium. 26. quæst. 7. Item, de iure ciuili etiam aruspices, augures, 8 diuinatores, † & Arioli reprobantur in. l. nemo aruspicem, & ibi glosſ. C. de malefi. & mathem. & in. l. nemo circa fin. eo. titu. ibi. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas, & in. l. & si exceptа in fin. eod. titulo, & loquitur etiam glosſ. in. l. fin. C. de interd. verb. auspicia, dicẽs quod veteres per inspectionem, & garrium auium singula negotia inchoabant. Reprobatur etiam per. l. 1. titul. 23. part. 7. versicul. *La segunda manera de adeuinança, es de los agore-*

ros, y de los sorteros, y de los fechizeros: Et licet Olanus in concordia Antonimi, in correctione leg. Partitarum, pa. 7. nu. 132. dicat hoc genus diuinatorũ esse per leges has partitarum in l. 17. titul. 9. part. 7. & in. d. tit. l. 24. and. p. 7. approbatis meo videri leges illas id nõ 9 approbant, sed reprobant potius, & eos scilicet qui nõ ex arte Astronomica à iure permissa diuinant, sed sub propria diuinatores simulantes scitire quod non sciunt, ij enim à legibus dictis partitarum etiam reprobati sunt, vt ex eis colligitur clare, & sic male Olanus vbi supra dicit eos per leges Partitarum permissos, cum ab eis reprobentur, nam leges illę Partitarum illos qui ex licita arte Astronomica id faciunt permittit, non vero alios, & lex nostra Astrologos reprobans, de illis qui ex Astrologia prohibita id faciunt intelligitur, vt in hac lege dicemus. Et sic sine optimo alterutrum legibus illis Partitarum esse etiam reprobatos hos diuinatores, aruspices, augures, & ariolos, sic etiam ex l. nostra reprobantur, & ex titul. 4. lib. isto. & infra ita vt omnibus iuribus reprobati sint, & ibi leas rationes † quare 10 non est vtendum diuinatione refert Cardina. in. & contra. 26. quæst. 5. & ratio vna est, quia per maxime consistit in iudicando futura, & solius est Dei futura præscire. c. 1. 25. quæst. 5. cu. nouit. & ibi Decil. not. ab. 1. de iudic. nam vt in sacra legitur scriptura, non est vestrum nosse tempora neque momẽta. & contra istos diuinatores plura refert Simancas de institut. Cathol. tit. 27. per totum. Et diuinationis plures 11 sunt species variæ. † Prima est, quæ sit per manifestam Dæmonis inuocationem pertinetque ad hæreticum maleficos, secunda sit, per solam considerationem dispositionis, vel motus aëris, hæc augurium est, tertia est dum facimus aliquid, vt nobis manifeste ter quibdam occultum quod ad sortus pertinet, & ista dubia ultima sunt derelicta dæmonum inuocationũ, vbi sua quolibet istorum generum diuersæ sunt species, vt inquit Iacobus in sua practic. crimi. titulo 1. num. 87. 12 Sed an ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis procedatur contra istos diuinatores, augures, aruspices, & nõ- 13 nos, & in hoc omnes cõcordãt, vt licet videre ex Simanc. vbi supra num. 18. cum. 4. sequentibus & Iul. Clar. libr. 5. recepta. §. hæresis num. 6. & Paul. Grillan. de sortileg. quæst. 2. & Castro de iust. hæret. punit. c. 23. & Didac. Perez, lib. 9. tit. 8. & titul. 1. lib. & ord. pag. 181. volumi. & nouissime Cantera quæstio. fusi crimi. titul. de sortileg. numero. 6. & 7. quod quotiescumque ista sortilegia, & diuinationes, & superstitiones saperint manifestam hæresim, vel maximam hæresis suspicionem, ij Inquisitores cognoscunt, & dicitur manifestam, vel superstitiosam hæresim sapere, quando faciens inuocat Dæmones, vel facit aliquod pactũ cũ Dæmone, vel facit aliquos circulos, & figuras, vel signa, vel miscet ad istas diuinationes, & sortilegia, vel incantationes aliquas res sacras, vel benedictas, & inquit Grillãd. vbi supra, in hoc pœnam esse arbitrariam mittendo eum in actu publico & flagellando, & aliã pœnam corporalem infligendo, vel ad triremes mittendo, & idem in eo qui Dæmones inuocat ad cognoscendas futura, nam & ab Inquisitoribus 14 punitur, qui Dæmonibus tribuit id quod solius Dei est: & licet secundum Simanc. vbi supra numero. 13. sunt qui dicant non fore hæreticum eum, qui Dæmonem inuocaret ad tentandam pudicitia alicuius mulieris, vel ad aliud facimus non alienum à potestate Dæmoniorum, nam (vt aiunt) fide Dæmon non subijciat, nec hæresim misceat, cum non habeat intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellectus errorem, non erit hæreticus, tamen hæc ita quanuis sint, tamẽ aduersus eum inquiri poterit per inquisitores hos, tanquam contra vehementer suspectum, ea enim ad apostasiam & infidelitatem pertinent, ex quo & ego infero quòd licet ad aliquẽ bonum finem fiant istæ diuinationes
13 † & sortilegia, non sunt permittenda, quia faciunt contra præceptum dicẽs & disponens, nè per sortilegia aliquid fiat, & peccatur, & puniendum est ex cap. 1. de sortileg. quanuis per tex. in. l. eorũ. C. de male. & mathe. & per text. in. l. 3. titu. 23. partit. 7. id videatur permitti ad bonum finem, nam vt inquit gloss. *Razon prouechosa*, in ca. l. 3. de iure canoni. hæc non licent, etiam ad finẽ bonum ex cap. illos. 26. quæst. 2. cap. ex tuarum. & cap. fin. de sortileg. & tangit Cantera, vbi suprà, num. 7. nisi secundum Angel. in dict. l. eorum, ista bona fiant virtute diuina, & libris diuinis & à ministris Ecclesiasticis, non vero per inuocationem dæmonum, quia istud est omni iure prohibitum, & in hoc sensu potest intelligi lex illa 3. in versic. fin. nec est intelligendum aliud quam id quòd licitum est legem illam voluisse.

Ibi, *Sorteros*, verbũ hoc in præsenti & in Rubric. titu. 3. infrà eodem, proprie & stricte accipitur, cum de aruspicibus, diuinatoribus, & astronomis mentionem etiam faciat legislator, & in hoc sumpto vocabulo, sortilegi
14 sunt, qui sub nomine † fictæ religionis per quasda sortes, quas Apostolorũ, vel, sanctorum vocant, diuinationis scientiam profitentur. Item illi sortilegi sunt, qui quarumcunque scripturarum fortuita inspectione futura prædicunt, isti autem, qui sortibus inquirũt
15 futura contingentia, vel præsentia †, vel præterita vsque adeò occulta, vt naturaliter ab eisdem sciri nõ possint, vani sunt, & fallaces, & illicitæ ac superstitiosæ rei dant operam, ac dæmonum astutia falluntur, & fallunt, sicuti Theologi docent, vterque Thom. 2. 2. quæst. 99. articul. 8. Siluester, versi. superstitio quæst. 8. & habemus text. in cap. sortilegi. 26. quæst. 1. ex quo text. notatur quòd isti sortilegi & incantatores sub falso quodam & ficto religionis nomine, vtpote Apostolorum, vel aliorum Diuorũ authoritate, sua conficiunt sortilegia: & hinc est, quod isti incantatores & maximè mulieres in suis sortilegijs & incantationibus (quas vocant vulgo) sæpius dicere iubẽt eos, quos suis maleficijs seducere curant, aliquot orationes dominicas, aliquot enarrare Psalmos, elargire eleemosynã, aliquam subire peregrinationem, corporis macerationẽ, & ieiunium, aut simile apertæ pietatis officium, quo scilicet incautis, huiusmodi religionis ac pietatis specie, facilius imponant, & ad suam perfidiam (deserta vera Christique digna fide) nequiter seducant: aut certe aliquot oratiunculas legẽdas mandant in cultum, & gloriam atq; pro præsidio alicuius Diui, cui se totos suaque vota apparenter nuncupare simulant: quasi istius diui præsidio & ope cuncta administrent, & tanquam omnia pia sint, sancta, ac salutaria, quæ per ipsos in tali negotio gerantur: cum tamen omnia facta falsa sint, superstitiosa ac diabolica, nempe solius dęmonis artificio omnia patrantes, quæ ficto cultu, falsisque votis sanctorum peragere simulant. Sortilegium autem
16 in genere sumptum & generaliter † sumpto vocabulo pro omni superstitionis specie, dic, quòd est quædam superstitio illusoria, & summe noxia, qua vtitur homo Dæmonis ministerio, vt habetur. 26. quæst. 5. in summa & 26. quæst. 2. cap. qui sine saluatore. l. nemo, & lex multi. C. de male. & mathe. Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 95. arti-

articulo tertio. in tit. de superstitio. & notatur in cap. 1. & 2. de sortileg. & ideo sortilegi & diuinatores & ma-
17 lefici dicuntur hostes humanæ † salutis, & humani generis inimici credendi sunt. l. & si excepta. &. l. fin. C. eodem titulo. horumque sortilegio-
18 rum multæ sunt † species, iuxta diuersas hominum professiones, & varias formas, quibus illa conficiunt, præcipue vero & capitales species sunt tres, nempe diuinatoria, amatoria, & venefica. Prima dicta est Diuinatiua, quòd per illam isti sortilegi vsurparunt sibi nomen Diuinatoris, per quam futura
19 quædam præsentia, vel præterita nobis ignota, vaticinari conantur. capi. non oportet. vigesimosexto, quæstione quinta. & dict. l. nemo. & l. nostra. & l. penult. titu. 3. infrà hoc libr. & l. 1. titul. 23. part. 7. & secundum hanc acceptionem sortilegium proprie & strictissime dicitur habetque nomen à sorte, quæ in hac materia sumitur pro arte diuinandi, & hoc modo sumpsit text. hoc verbum, in dicto cap. sortilegi, & nostra lex in præsenti, vt suprà dictum est, & diuinationis species in glossam præcedentem retulimus.

Secũda vero species sortilegiorum dicitur Amatoria, quia fit propter amorem libidinosum, & vt plurimum ad ad inflectendum impudicos animos ad libidinem, tam mulie-
20 rum quàm virorum sed frequentius mulierum. l. eorum, in principio. C. de malefic. & mathem. l. tertia. §. hæc adiectio. ff. ad legem Corneliam, de Sicar. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. vbi fit mentio de poculo amatorio. l. secunda. versiculo, *Otrõsi defendemos*. titulo vigesimotertio, partita septima, in quo quidem. §. qui abortionis. probatur vnum singulare, scilicet, quòd licèt
21 aliàs hominem occidens sine dolo & nolens facere non puniatur pœna mortis, ex. l. prima. §. diuus. & l. diuus. C. ad legem Corneliam, de Sicar. & l. is qui cum telo. eodem titulo. l. quarta & quinta, titulo. 8. part. 7. Imo & tunc lata culpa non æquiparatur dolo, secundum Bart. in. l. lege Cornelia. C. ad legem Cornel. de Sicar. Tamen ex dict. §. qui abortionis, in istis sortilegis, & venẽficis qui dant pocula hæc amatoria, quæ solum ad amandi finem per ipsos diriguntur si capientes ea moriantur, ipsi etiam sortilegi illa dantes pœnã homicidij sunt plectendi, & id probatur clarissime ex. l. tertia, iuncta fin. l. secundæ præcedentis, titulo vigesimotertio, part. septima, & probatur etiam ex text. in. l. sexta, versiculo fin. cum. l. sequente titulo octauo, eadem part. septima, quod si capiens illa amatoria pocula non moriatur, sed sequatur alius turpis effectus, de iure ciuili humiliores in metallum perpetuo damnantur, honestiores vero propter malum exemplum, & turpitudinem finalis intentionis in insulam dimidia parte bonorum suorum confiscata, perpetuo relegantur, secundum text. cum glossa, in dict. §. qui abortionis, ex. l. tamen nostra etiam tunc mortẽ sunt puniendi, sed vt in hac lege dicemus hodie † si nullum hominem aut fœminam occiderint non
22 puniuntur pœna mortis, præsertim si non adest pars, & commutatio fieri potest, secundum terminũ, & dispositionem. l. 4. titulo. 24. infrà hoc libro.

Tertia vero sortilegiorum species est venefica, siue malefica †, quæ cæteris multis ex partibus est perniciosior eoque magis execranda, per quam infinita mala suppullulant. tot

Universidad de Deusto
Biblioteca

infirmitates, tam varij morbi, tot calamitates, humana pariter ac ventorum corpora excarnificantur, adeo vt ad duriſsimam mortẽ non raro viuentes adigãtur, ij citius, illi vero tardius, citius enim iſtiuſmodi malefici perimunt, quotieſcũque compoſitio malefica, valde præſentanea eſt, & plurimum habet veneni, qua ratione autem id fiat, non eſt noſtræ ſpeculationis. Tardius vero mortem infligant, cum longis cruciatibus corpora ita conficiunt, adeò exinaniunt, vt eorum vniuerſa virtute contabeſcente, tandem emori cogantur, quo circa ſpecies hæc non perperam malefica dicetur ab enormitate, ſcilicet, malitiæ, in quam directe perpetuo vergit. dict. l. eorum. & dict. l. multi. & dict. l. 1. titu. 23. part. 7. Et ob hoc lex vocat iſtos humani generis inimicos, vt qui ſemper tendunt ad hominum interemptionem. & in dict. l. 1. dicitur quòd ab eis multa mala hominibus & terris proueniũt, quæ longum eſſet referre, vt apparet ex Auguſt. lib. 10. de ciuitate Dei, & ex cap. nec mirum. §. magi. 26. quæſt. 5. & l. ſi excepta, in princip. C. de malefi. vbi probatur quod ſola carminis potentia homines aliquando interimit, & ex alijs affectibus propoſitis per librum inquiſitorum intitulatũ Malleus maleficarum, in parte prima, & alibi. imo & aliquando ipſiſmet medijs infirmitates medentur arte magica, & Dæmonum inſinuatione & documento inſtructi, vt habetur per Sãctum Tho. Secunda ſecundæ, quæſt. 95. artic. 6. l. eorum. §. fin. C. de malefi. & mathe. l. 3. tit. 23. p. 7. & licet ad aliquod bonũ faciendum id ex dict. l. eorum, permitti videretur, tamen vt in gloſſa præcedente diximus id non licet, niſi fiat ab Eccleſiarum miniſtris, & exorciſmis à ſacroſancta Eccleſia introductis, vt ibi dixi: Sunt enim (vt ad incœpta redeamus) iſtius diabolicæ ſuperſtitionis nomẽclaturæ tam varię, formæ præterea, ac ſpecies non minus diſsimiles, quam diuerſæ, vt ſingulas, ſuis certis ac peculiaribus diffinitionibus commonſtrare laboris foret, cum infiniti, tũ ſuperuacanei. Quo circa vno hoc ſortilegij nomine, omnes ac ſingulas maleficiorum, aut incantationum ſpecies (in ſubſtãtia etiam differentes) comprehenſas volumus, & ſecundum hanc largam acceptionem, iure optimo diximus, ſortilegum dici, qui diabolicam ſuperſti-
22 tionem † profeſſus, noxia quæque ſuperſtitioſa, ac eluſoria, Dæmonis inſtructione componit. Voxque illa, *Noxia*, continet ſpecies amatorias, & veneficas, Particulã, *eluſoria*, cõtinet ſpeciẽ diuinatoriã, verbũ vero, *Superſtitioſa*, complectitur ſortilegia, quæ fiunt ad ſanandum maleficiatos, vt. l. eorum. l. nemo. l. multi. C. de malefi. & mathe. cap. 2. de ſortileg. C. ſortes, cum cap. ſequen. 26. quæſt. 5.
23 horumque † ſortilegorum duplex eſt profeſsio, tãcita ſcilicet & expreſſa, in genere intelligas oportet, de cuiuſcumque rei profeſſoribus, de qua nunc agimus. Tacita autem profeſsio eſt promiſsio quædam, quam quis facit alteri profeſſo, de obſeruãdo quæ ſibi mandauerit, ſub promiſsione quod grandia facturus ſit & mirabilia: quod in vita ſua futura cognoſcet, & multa alia his non diſsimilia, dummodo cum fidei Catholicæ renunciatione, & pertinaci ſacramentorum Eccleſiaſticorũ cõtemptu: vnde pollicebitur quòd totis viribus cultui & obſequio adhærebit ſui magiſtri, ipſumque, ceu verum principem adorabit: ipſiq; omnem veræ adorationis cultum ſub idolorũ forma exhibebit, & alia huiuſmodi turpiora pacta: ꝙ cuncta

cuncta denique opera per ipſum facienda in illius nomine & deuotione confecturus ſit. Dicitur autem iſthæc profeſsio tacita, quòd non fiat, nec pacta ſit proprie cum ipſo dæmone, ſed cum dæmonis miniſtro. In qua tamen etiam multæ interueniunt † ceremonioſæ ſo-
24 lemnitates extrinſecæ, quæ vſu venire ſolent in profeſsione expreſſa veluti ſolemnis ſtipulatio, fides præſtita per iuramentum & obſeruationem promiſſorum: item obſequium & ratæ fidei pactum cum dæmone, vnà cum abominanda abiuratione fidei Chriſtianæ & alijs in ea requiſitis, vt in capit. qui ſine ſalnatore 26. quæſtione 2. & in Summa confeſſorum, titulo de ſortilegijs, quæſtione. 3. & 8. vbi fit mentio de vtraque profeſsione, & pacto habito cum dæmone, ſcilicet tacito, & expreſſo, & eodem titulo, quæſtione 10. in fin. quam ſubmiſsionem & fidei obſeruantiam ipſe dæmon ratam habet: redditque ob eam ſe facilem ad obſequendum eorum votis, ac appetitui, non minus quàm voluntati eorum, qui expreſſa dæmonis profeſsione ſua ſortilegia exercere ſolent, vt ibi notatur, & l. nemo & l. eorum in principio. C. de malefi. & mathem. & in capitulo. 2. de ſortilegi. ſæpiuſculeque allegatis, vbi dicitur de illo, qui oculci furti inueniendi cupidus inſpexit in aſtrolabium, huius quoque rei citæ profeſsionis apparet meminiſſe textus, in capit. nec mirum. §. negromantici verſic. ad hæc omnia vi-
26 geſima ſexta quæſtione quinta, vbi poſt enarrata aliquot certa remedia, quibus affecti, id eſt, maleficiati ad priorem ac integram comporum valetudinem reſtitui ſolent, ſubiunxit textus hæc omnia fieri arte dæmoniorum, ex peſtifera ſocietate hominum cum cacodæmonibus exorta. Altera vero dicitur, profeſsio expreſſa, 25 nempè, quæ fit expreſſe cum proprio dæmone: & iſthæc rurſus duplex eſt. Vna dicitur ſolemnis ſiue publica, altera vero priuata: ſolemnis autem ſiue publica ea eſt, quæ fit cum Dæmone publice, in maieſtatis ſuæ ſolio, principum more reſidente, ad vniuerſales congregationes omnium ſtrigarum, & maleficorum, necromanticorum, & cuiuſcunq; generis profeſſorum, certis nocturnis horis, locis, & temporibus, Dæmonis arbitrio conſtitutis. Vbi coram vniuerſis adſtantibus iſthæc ſit profeſsio. Priuata vero profeſsio eſt illa, quæ fit cum ipſo Dæmone pacto expreſſo, & cum iuramento citra vllas tamen ſolemnitates, & extrà omnium hominum cœtum. Vnde de iſtis dicitur Eſaiæ vigeſimooctauo capite, Dixiſtis: Percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, & de hac fit mentio in Sũma confeſſorum, eo dẽ titulo, quæſt. quarta, in princip. & quæſtione ſexta & duodecima. Et qualiter fiat hæc profeſsio in dicta Summa Confeſſorum, quæſtione ſecunda & tertia. Et in libro vocato Malleus Maleficarum, ſecunda parte, quæſtione prima, cap. 2. & per Iodocum in praxi crimi. cap. 60. numero. 15. cum ſequentibus, & per Paul. Grillãd. in Tractatu de ſortileg. quæſtione 5. & 7. per totam, & qui iudicentur habere pactum cum Dæmo-
26 nes; dic, quod qui defunctorum animas euocant, & qui excitant pueros, & Dæmones familiares circumferũt, & qui (vt dicitur) ſpiritus paſcunt in vitro, per quos ſe prophetare mẽtiuntur, & qui diuiſiones & phãtaſmata edũt & miracula quædã circulatorijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

artibus ludunt, secundum Simanc. de institut. cathol. titulo. 63. numero. 29. Et à quibus fuerint hæc sortilegia inuenta, quique fuerint primi authores, † qui ea inter mortales inuexerunt, dici solet quòd Persæ ac Chaldæi, qui cæteris curiosiores, naturæ etiam secreta abditissima perrimari conati sunt, adeò vt ne hac quidem rerum notione contenti, quas humana industria peruestigare potest, honestæ magiæ limitibus transgressis, ad curiosam & impiam dæmonum illusionem, & impostutam prolapsi sunt, capit. igitur genus. 26. quæstione. 4. & tradit Grilandus vbi suprà, quæstione. 1. numero. 8. Et quare hæc potius à mulieribus quàm à viris appetantur & exerceantur, † tres solent afferri causæ: vna quia fœminæ humidiores sunt, quàm viri, humidum vero aptius est ad suscipiendas figuras, & impressiones, atque imaginationes. Altera quia mulieres minus prudentes sunt: quamobrem cum finguntur eis vanæ species & apparitiones atque visiones non habent fortitudinem, aut constantiam ad resistendum. Tertia quia magis quàm viri affectibus abundant: & vt Aristotel. tradit in libro de somno & vigilia, hi, qui sunt in passionibus ad modicam similitudinem mouentur, & facilè credunt id esse verum, quod illis ita esse apparet, quod non ignorantes dæmones sæpius fœminis, quàm viris, varias reuelationes suggerunt, vt hæc omnia refert & tradit Simancas de cathol. instit. tit. 21. nume. 25. quibus autem locis & temporibus sortilegia hæc fabricentur, † tradit Grillandus, de sortileg. quæstione. 4. & eo tacito Iodocus, in dict. sua Practic. capit. 61. num. 17. cum sequentibus aliquibus qui dicunt quòd vt plurimum in locis sordidis, occultis, subterraneis & ab hominum conuersatione remotis & peregrinis ruinosis atque desertis, & semper de nocte fiunt, vt notatur in capitulo Episcopi. 26. quæstione. 5. & ratio esse potest duplex. Prima quia dæmon post casum è paradiso effectus fuit obscurus & tenebrosus, vt concludunt communiter Theologi, & maximè sanctus Thom. in Tract. quæstio. quæstione. 16. articulo. 1. & 2. in titul. de dæmon. consequens quòd omnia opera, quæ ipse facit, fiant in obscuro & tenebroso loco, & tempore, item & maximè quia ipsa sunt peccata, quæ nigra sunt, & opposita luci veritatis, virtutis & iustitiæ, & ideò conficienda sunt tempore nigro & obscuro, quia dici solet, quòd qui male agit odit lucem. 18. quæstione. 1. pernicioſam, & de pœniten. distin. 1. itè si aute, lux enim veritatis est illa, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, quod est Christus, vt habetur Ioann. 1. 3. 5. & 8. capit. & est lux interna quæ clarificat animam & intellectum hominis, de consecratione distinct. 4. in principio, Sathanas enim virtutibus, bonis operibus, & veritati quantum potest aduersatur, ex quo ipse mendax est & tenebrosus, vt diximus, & ideò nil mirum si loca sordida & obscura & tenebrosa sibi eligat ad similitudinem sui, vt notat Ioann. 3. capit. & 81. distinct. valent interdum. Secunda ratio, quare potius de nocte quàm de die, nè scilicet videri possint ab aliquo & facilius disco operiantur eorum maleficia, & deuenirent ad notiam curiæ, & iustitiæ, & sic facilius caperentur punirenturque, ne igitur tam facilè detegantur, & aperiantur, & impediantur hoc modo eorum operara

ra fieri, faciunt de nocte in locis prædictis, vt à nemine habeant impedimẽtum per ea quæ supra dicta sunt & not. in dict. capit. Episcopi & cap. nec mirum. 26. quæst. 5. Et quibus rebus, signis, instrumentis, mixturis compactionibus ligaturis characteribus atque figuris † vtuntur sortilegi ad sua sortilegia & maleficia, tradit Grilland. vbi suprà, quæstione. 3. & 5. & Iodoc. in dict. practic. crimin. capi. 61. numero. 124. vbi nume. 129. Tractat. quare isti malefi. positi † in manibus iustitiæ non possunt vti suis maleficijs, & Grillandus, vbi suprà, quæstione. 9. & isti præsertim Iodocus, dict. capit. 61. numer. 128 tractant vnde istis tanta potestas data est. Et an inquisitores hæreticæ prauitatis contra istos sortilegos procedere possint, in gloss. præcedente diximus, scilicet, quod si sapiunt manifestam hæresim possunt, non verò alias, vt & late per Grillandi. vbi suprà, quæstione. 10. vbi quæ sint hæc quæ sapiunt hæresim & in hoc Simanc. de insti. cathol. titulo. 63. numero. 35. voluit vnam tradere regulam, scilicet, quòd ea quæ naturaliter illos effectus producere † nequeunt, ad quos efficiendos adhibentur, superstitiosa sunt & pertinent ad pacta dæmonum atque alia etiam quæ ibidem ipse Simanc. dicit: & multas aduertentias proponit Grilland. vbi suprà, & pœnas istorum infrà hac lege dicemus.

Ibi, *Agoreros*, Augures vocati, de quibus & similibus alijs dicitur Deuteronom. capitulo. 18. Caue nè imitari velis abominationes gentium, † neque inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos scisciterur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, neque incantator, nec qui pithones consulat, neque diuinos, & quærat à mortuis veritatem: omnia enim hæc abominatur Deus, & propter istius modi scelera delebit eos, & extat lex Theodosij in Codice Theodosiano, sub titul. de sacrificijs paganorum, cuius hæc verba sunt. Neqnis mortalium ita faciendi sacrificium sumat audaciam, vt inspectione iecoris, extorumque præsagio vanæ spem promissionis accipiat, vel quod est deterius, futura sub execrabili consultatione cognoscat, acerbioris enim imminebit supplicij cruciatus ei, qui contra vetitum præsentium, vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Quam legem refert Siman. de institu. cathol. titul. 21. numero. 16. & omnes hos sortilegos, diuinatores, & augures, reprobat etiam text. in. l. 1. titulo 23. partit. 7. & l. penultima. titul. 5. infra isto libr. 8. & quòd de vnis dictum est, de alijs idem intelliges quoad pœnas, & reprobationes omnium harum personarum; & Astronomorum de quibus in gloss. sequente, & de ijs auguribus tradit alia Simanc. vbi sup. titu. 63. num. 24. cum sequentib.

Ibi, *Astrologos*, de quibus dicitur Esaiæ capitulo quadragesimo septimo, stent & salutent te augures cæli, † qui contemplantur sidera, & supputant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi: ecce facti sunt quasi stipula, ignis combusit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ, non sunt prunæ, quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum: dissuadetque vsum Astronomiæ Innocentius in capite ex tuarum, de sortilegijs, adeò, vt an sit prohibita Astronomia, † etiam legistæ & Canonistæ in suda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sudauerunt in hoc: & pro vtraque parte argumenta proponit Ioannes And. in dict. cap. ex tuarum, quærés an scientia & ars astronomiæ vel astrologię sit iure ciuili vel canonico reprobata, & an puniendi sint exercentes, vel requirentes eam. Et ad partem negatiuam scilicet, quòd non sit licita & quòd non debent remanere impuniti exercentes & requirentes eam, facit text. in. l. si excepta, & l. nullus aruspex. &. l. nemo cum suis gloss. C. de malef. & l. item apud Labeonem. §. si quis Astrologus. ff. de in iur. & 26. quæst. 2. illos planetarios & cap. sequēt. quęstione. 2. ibi stellarum cursus, & gloss. 4. igitur ad fine. & quæst 5. §. 1: & cap. non liceat, ibi, Lunæ aut stellarum, item quia si esset licita, esset in vsu sicut & aliæ licitæ, abijt tamen in desuetudinem secundùm canonistas, teste Casaneo in catalogo glor. mun. 10. part. consi. fin. colu. fin. quia eius occasione homines quandoque incidebant in idolatriam, ex eo quòd credebāt homines necessitatos corporibus cælestibus, quod non est verum, nam corpora
36 ista inferiorum † reguntur ex vi superiorum Diuina potentia hoc operante, secundum Archidi. in capitulo non licet 26. quæst. 5. vt inquit Casane. vbi suprà, ergo licita non est. Item quia Astrologi & ij qui syderum & natalium dierum inspectione Diuinant ea, quæ sunt homini cogniru impossibilia, suspectissimi sunt de societate dæmonum expressa vel tacita, & ideò puniri ac comprehendi ab inquisitoribus possunt, nam etsi nonnumquam vera prædicent, id tamen Deus fieri permittit ad tētandos eos, quos ita eruditi opus est, vel decipi iustum est, capit. Sed illud. 26. quæst. 2. notat alios allegans Siman. de instit. Cathol. titul. 21. num. 14. Vn de vt ipse ibidem num 19. refert, Phanorinus Philosophus (vt apud Aulum Gel. est libro. 14. noctium Atticarum capit. 1.) horum omnium insaniam confutauit, & tandem nullo pacto adeundos eos, aut consulendos esse huiusmodi argumentis lepidè concludebat. Aut aduersa euentura dicunt, aut prospera, si dicunt prospera & fallunt, miser est frustra spectando. Si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies frustra timendo: si vera respondent, ea quæ sunt non prospera: iam inde ex animo miser fies antequàm è fato fias, si fœlicia promittunt ea quæ ventura sunt, tunc plane duo erunt incommoda & spectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit, nullo igitur pacto vtendum est istiusmodi hominibus res futuras præsagientibus: Item & ex. l. nostra, & l. 5. & 6. titul. 3. infra eodem libr. reprobantur, & itidem ex legibus alijs. Pro contraria vero parte affirmatiua, scilicet, quòd licita sit Astronomia & Astrologia & sint à pœnis liberi eam exercentes, vel requirentes, facit text. in. l. eorum. C. de malefi. ibi nullus, &c. Item quòd hæc ars & scientia computatur inter liberales, quarum magistris præ betur immunitas. ff. de var. & extraordinar. Cog. l. 1. in principio, & l. in honoribus. §. Philosophus. ff. de vaca. munir. & l. fin. ff. de muner. & hone. & l. 1. titulo. 23. partit. 7 ergo non est ei pœnalis, quia ex eodem facto non debetur præmium & pœna. l. Graccus. C. de adulteri. & in cap. 2. extra de fideiussorib. & cap. & si necesse, de donationi. inter virum & vxorem. Item non subiectum scientiæ & eius sequela fecit scientiam, & in desuetudinem abire, 26. quæstion. 2. §. his ita, item licitum

tum est effectus, & euentus rerum pronunciare per considerationem causarum, sicut medici pronunciant mortem ex consideratione ægritudinis, & eius dispositione, sed corpora cælestia, quæ considerat Astrologus, sunt eorum quæ fiunt in orbe, vt dicit Dyonis. 4. capit. de diuinis nomin. ergo iudicare, vel diuinare per illa non est illicitum, item vt dicit Pilosophus in. 1. Metaphysicæ, scientia humana ex experimentis, sumit originem, sed per multa experimenta compertum est ex consideratione syderum futura posse prænosci, 26. quæstio. 4. sciendum posse princi. ergo iudicium licitum, item faciunt, & multa alia relata per Casane. in dicto consil. fin. per totum, & facit. l. 3. titu. 23. part. 3. in medio, vt pro vtraque parte multa etiam considerat Malleus Maleficarum. 1. part. quæstio. 5. per totam maximè in capi. 1. Sed pro concordia, & solutione huius quæstionis dicendum est, quod scientia Astrologiæ nō est prohibita, sed liberalium vna, vt est dictum, & sequela quædam, vt dixi, fecit illam in desuetudinem abire, & ita de hac scientia loquitur. d. l. 1. In princ. titulo. 23. part. 7. & cum ea volunt Astrologi per considerationem astrorum, eclipsim seu solis siccitatem, pluuiam, & huiusmodi præcognoscere, & prædicere, id quidem licet, imò nec peccant hæc agentes dum tamen non credant necessitatem inesse, & sic quod omni modo sunt successura, quia Deus potest aliter facere quam astra significent seu demonstrent, & sic inquit gloss. in capit. non licet. 26. quæstione. 5. quod medici iudicando medicinam, & Rustici in seminando non peccant
37 † inspiciendo cursum Lunæ, vel Stellarum, dummodo non credant necessitatem inesse, quia ista corpora supercœlestia sunt signa rerum, & non sunt causæ, vt per Archidiac. in capit. Si Clericus. 25. quæstio quinta & Sancti Thom. 2. 2. quæstione decima, articulo. 10. & in hoc sensu possunt intelligi dicta in hac fin. parte affirmatiua nostræ quæstionis; & iura ibi allegata. Sed si per considerationem astrorum Astrologi vellent cognoscere futuros casuales, vel fortuitos euentus, vel certitudinaliter futuras operationes hominum, vel prætritas occultas, tunc peccant, & operatio Dæmonis se immiscet, & tunc ex falsa, & vana opinione procedit superstitiosa, & illicita diuinatio, & consequenter hæc exercentes, & requirentes puniri possunt, & sancta Inquisitio contra eos procedit, vt dictum est, nam hæc asserere certitudinaliter euenire, non solum esset falsum sed hæreticum, &
38 omnino detestandum † vt dicitur in dictō Malleo Maleficiarum in prima parte, quæstione quinta, capitulo primo, numero. fin. ita hanc concordiam asserunt Doctores, & præcipue Ioann. Andræ. in dict. capit. ex tuarum de sortil. numero. 2. &. 3. Casane. vbi suprà, numero. fi. & glossa Astronomia in dict. l. 1. titulo. 23. part. 7. & Paulus Grillandus vbi suprà quæstione. 3. numero. 10. & voluit additio Bernar. Diaz in praxi Canoni. capit. 107. sortilegij additione. 1. & repertorium Inquisitorum in ver. Astronomia, & huius solutionis, & concordiæ ratio est quia corpora celestia non possunt, esse per se causa operationum liberi arbitrij, bene tamen possunt ad hoc dispositiuè inclinare in quantum imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitiuas, quæ sunt actus organorum corporalium, & quæ inclinant ad actus humanos, & quia vt plurimum ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines has corporales paſsiones ſequũ
tur, & ſic actus diſponunt, vt plurimum ſecũdum has inclinationes cœleſtium corporum. Sed hæc vt certiſsima, & indubitabilia Aſtrologos prædicere, & certificare accidere eſſe neceſſe, non licet, quia is, quem corpus cœleſte diſponit eſſe guloſum, vel luxurioſum, ſubmiſſus rationi, ſobrius & continens eſſe poteſt, & è cõtra, quia vt dicitur, Sapiens dominabitur Aſtris, quare velle conſtanter aliquid aſſerere ex corporibus cœleſtibus, ſuperſtitioſum eſt, & à Dæmonis fallacia, vel ſi preſentia, vel præterita occulta reuelant, quæ ab hominibus ſciri non poſſunt naturaliter, ab Inqui
39 ſitoribus puniri poterunt, † ea enim Dæmone ſuggerente nouerunt, & ij ſunt qui diuinãt vbi res ſit furtim ſubtracta, & qui eodem die quo aliquid geſtum eſt in loco diſtanti enunciant ac ſi præſentes fuiſſent, vt inquit Simanc. d. titu. 21. num. 15. & Ioan. And. vbi ſuprà numer. 3. & ideò in ijs cautè agendum eſt nè vltra metam procedant Aſtrologi, & ſecundum hæc ſuprà dict. iura, & fundamenta vnius, & alterius opinionis declarari poſſunt, & de pœnis talũ delinquentium, infrà hac lege videbis.

Ibi. *Y aquellos que los creen.* Legitur enim Leuit. cap. 20. Anima, quæ decli
40 nauerit ad magos, † & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cõtra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Et paulò poſt. Vir ſiue mulier, in quibus Pythonicus vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur, lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper illos. Et Philoſoph. li. 1. de Monarchia inquit, Moyſes veritatis amator atque Magiſter, cum ſciret Idolatriam non mediocriter foueri prauis diuinationibus, totum hoc genus auerſatur, maximè diuinos eũctos arcẽs in perpetuum à ſua republica ſacrificos, ex piatores, aruſpices, prodigiorum procuratores, incãtatores & ſortilegos, & ſic inquit Conſultus in l. nullus. C. de Maleſi. quod iſtorum amicitiam, quanuis vetus beneuolentia fuerit, debemus relinquere, & eos omnino vitare, qui vero contra fecerint, omnibus eorum bonis publicatis, in inſulã deponendi ſunt, imo & ex l. nemo. & l. multi. C. eo. tit. pœna capitis puniũtur qui illos cõſulunt, ſed quare in d. l. nullus, mitius puniuntur quàm in dict. l. nemo, gloſ. ibidem ſenſit difficultatem, ſed non ſoluit, alij vero dicunt, quod in d. l. nullus, licèt ille Magiſter fuerit conſultus & aditus, nihil tamen fecit, in d. l. vero, nemo, fecit, & adimpleuit, ſed diuinatorius intellectus eſt, niſi dicamus cum Grillando, de ſortilegijs quæſt. 11. nu. 12. quod ille qui conſulit, interuenit in eis, & credit his, quę fiũt eſſe vera, propterea grauius punitur in. d. l. nemo, is vero, qui adducit Magiſtrum ſiue ſortilegum ad domum alterius, poteſt eſſe, quod ſit ignarus, putà famulus, vel alius qui non interuenit, vel non credit in eis, ideo mitius punitur vt in d. l. nullus: reliquit tamẽ circa hoc cogitandum Grillandus ibi, ſed quoad nos pro nũc ſufficiat ſcire quod credentes ijs, & conſulentes eos impie faciunt; & puniuntur, & in foro conſcientiæ itidẽ grauiter antea puniebãtur pœnitentia ex illis. Quadraginta dierum extra gremium Eccleſiæ, & fidelium cõmunionẽ, vt in. ca. 1. de ſortileg. iuncto. c. ſi quis Epiſcopus. 16. q. 5. qui loquitur generaliter in omnibus, vt notat Grilland. vbi ſuprà num. 10. Item & ex. l. noſtra eis credentes debent, vt hæretici reputari. Item &
41 receptatores † eorum puniuntur etiã vt in. l. pen. titul. 3. verſ. *Y los que los encubren.* Infrà iſto lib. patet & ibi alia dicemus. Et ſic habemus hic tex. ad hoc ſcilicet, q̃ quanuis cogitationis pœnã nemo

nemo mereatur, vt inquit Vlpianus in l. cogitationis de pœnis, & hac de cauſa crudelis reputatus fuit impius Barbarus, Sultam Solimãnus, Turcarum tyrannus in vrbe Conſtantinopolitana Hiſpanum quendam ex eius ſtrenuis belliducibus, qui fidem Chriſti abnegauerat ſequendi Mahumeti perfidiam, & ob hoc eidem chariſsimũ, crudeli morte trucidari fecit, eũdem viuum palo retro infigi faciendo, eò quia poſtquam eidem pepercerat ob fugam præparatam per eum, vt in Hiſpaniam reuerteretur, nauibus quibus præerat, Hiſpanus dixit fugam dulcedine patriæ præparaſſe, non animo offendendi eundem Solimãnum, nec eius regna quia ſi eundem offendere voluiſſet, id ſibi de facili erat in promptu, cum Solimãnus ipſe plurimũ de ipſo confidebat Hiſpano, adeò quod eundem iam ſenem, & tibia valetudinariũ potuiſſet occidere, dum familiariter in naui eſſent, ita quòd ſe ſaluare potuiſſet, quod tamen facere nunquam voluit, & ob talem cogitationem poſſendi eundem offendere, illum morti tradidit, res quidem barbara & tyrannica, ſed nutu diuino id factum creditur ex quo ſanctam Chriſti fidem abnegauerat Hiſpanus hic, hęc tamen licèt ita ſint, ex lege noſtra credens ijs Aſtronomis, ſortilegis, &
42 diuinatoribus, ex ſola credentia † punitur, cum id de iure canonico ſit, quo attento punitur ſola cogitatio, vnde qui in fide dubitat, † infidelis
43 eſt, ca. 1. & c. ad abolendam de hæreti. nec obſtat ſi dicatur, quod dubius in fide non ſolum delinquit cogitatione, ſed etiam perfectione cum ipſa dubitatio ſit perfectio delictæ hæreſis, quia reſpondetur quod error in fide eſt principium hæreſis, & pertinacia
44 eſt ipſa perfectio, † cum propriè hæreticus ille ſit, qui de articulis fidei & Sacramentis Eccleſiæ aliter ſentit, quã

Azcuedo ſuper. 8.

Romana Eccleſia, & in opinione ſua pertinaciter inſiſtit, nec paratus eſt corrigi, ita dicit text, in ca. dixit Apoſtolus, & cap. in Eccleſia. 24. quæſt. 3. & ita declarat Archidi. in cap. hæreſis cad. cau. & quæſt. Felin. in Rubrica de hæreti. quæſt. 1. num. 6. & eſt de mente AEgidij Boſij, in practi. crimi. titul. de hæret. nu. 1. 2. & 3. & ſic cogitatio iure canonico punitur. Sicut in ijs & aliis caſibus puniri, inquit, hæc referẽs Bartol. Taegij, in tractatu de crimine, part. 2. in. 11. volum. p. 1. tractatuum diuerſorum Doctorum, vbi & in parte tractat qualiter multi puniuntur, licet non cogitent, nec agant, nec perficiant, prout in domino qui punitur ex delicto ſerui, quia tenetur eum dare pro noxa, vt. C. & ff. de noxali, & titul. ſi quadrup. par. feeis. dicat, idem in crimine falſæ monetæ vbi dominus amittit fundum vel domũ, vbi fabricata eſt. l. 1. C. de fal. monet. & idem in primi pilarij officio, vbi mulier perdit dotẽ. l. 1. C. de primipil. & in alijs multis ibidem relatis, & ideo nil mirũ ſi in materia noſtræ legis fortius iudicandum ſit in credentibus ijs Aſtronomis & ſortilegis & diuinatoribus, cum quodammodo ſint approbatores ſuorum maleficiorũ & eiuſdem intentionis.

Ibi, *Deuẽ ſer reputados por hereges.* Verba hæc ad omnes perſonas ſupra relatas, & ad vnãquanquã earum referuntur, ſcilicet, ad diuinatores, ſortilegos, augures, Aſtrologos & ad eis credentes, omnes ij, vt hæretici reputantur, & de primis quatuor iam remanet dictum, quòd in factis ab eis hæreſim ſapientibus proceditur, vt tales contra eos per ſanctam inquiſitionẽ, & eius miniſtros: quoad credentes autem, q̃ etiam vt tales puniantur etiam diſponit lex noſtra, & nil mirum, nam volũtate ſicut & facto animus declaratur, non enim refert, an quis declaret in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

45 tentionem ſuam † verbis vel factis.l. de quibus in fin.ff. de legib. 20. quæſt. 1.quem progenitores. 11. q. 1. exiſtimant, nam ex factis præſumitur de effectu.l.dolum.ff.de dol.l.1.in princ. ff.de excep.dol.C. nuper de bigam.& c.qui viderit.32.quæſt.5.& verba ſunt animi paſsionis notæ, credenteſque hæreticos proximi ſunt hæreticis, & pari paſſu ambulant, vt ca. excommunicamus. §. credentes de hæret. in. 6. & in Authent. credentes eod.titul. eſt approbatum in capit. Inquiſitionis in princ.de hæret.in.6.de quo vltra.DD. ibidem,traditur in repertorio Inquiſitorum verbo,Credentes. Sed quoad noſtram legem crederem eius diſpoſitionem procedere, quotieſcunq; iſte
46 talis credens credit † abſque dubio ſortilegos,diuinatores, augures,& Aſtrologos vera dicere, & eſſe ab eis prædicta omnino euentura, vel euenisſe, nam tunc vt hæretici eſſent taliter credentes eis reputandi, & hoc quia, & ipſimet aruſpices Augures Aſtrologi & ſortilegi tunc vt hęretici puniũtur,quoties facta ab eis ſapiunt hæreſim manifeſtam, vt ſupra dictum eſt, proximus enim eſt hæretico diuinator, & ille qui aures credulitatis ei præſtat, & ideò in noſtra Recopilatione apponitur titulus de diuinatorib', 48
& ſortilegis cum titulo de hæreticis, vt in titu.3.infrà iſto titul.patet, vt aduertit Olanus in ſua concordia Antinomiarum,in correctione legum Partitæ.7.num. 132. vbi ipſe (& non ſine 49
cauſa) miratur maxime, quod horum Aſtronomorum deliria (quas vulgus Prognoſticos vocat)publice legi & vẽdi ab omnibus permittuntur,& teſtatur ibidem quod dum Toloſæ ſtuderet,quo tempore hæreſis, malo corũ, excreſcere ibi cœpit, hæretici hos Prognoſticos in manibus ſemper habebant,& Catholicos,vt eos emerẽt, & legerent, veluti libros hæreticos ſuadebant. Et noſtris temporibus in Hiſpania plures Prognoſtici allati ſunt,& impreſſi qui vetari deberent, & repelli.

Ibi. *Scan punidos y caſtigados, ſegun ſe contiene en las leyes de las nueſtras ſiete Partidas.* Quæ eſt.l.3.titul.23.par.7. vbi di-
47 citur quod eis pœna † mortis imponatur,& in.l.pen.tit.3.infrà iſto lib.& de iure ciuili itidem hac pœna puniebantur,ex l.nemo &.l.nullus.C. de male, & Matth.de iure verò canonico,ſi talis maleficus, Clericus eſt degradabitur,ex tex. in.c.admoneant.26. quæſt. 7.ex quo text. Anto. Debut. in cap.at ſi Clerici de jud. dicit quod Clericus ſortilegus depoſitus tradatur curiæ ſeculari, & ſic extendit iſtũ caſum ad illos tres poſitos per gloſſ. reliquerit in cap.ad abolendam de hæreti. vbi Clericus traditur curiæ ſeculari.Sed Abb. in eod.cap.at ſi Clerici colum. 13. reprehendit Anto. & inquit quod cum materia ſit odioſa,& valde exorbitans debet intelligi de degradatione verbali,& ſic quod Clericus in hoc delinquens verbaliter degradetur,& in monaſterium detrudatur,& iſtam opinionem ſequũtur plures relati per Bern. Diaz in practic.cano.c. 107. ſortilegi, num.2.& infames ſunt, & etiam qui ad eos concurrunt,† vt in ca.quiſquis 2.quæſt.8.& cap. teſtimonium de teſti. & hoc cum delictum eſt notarium, ſi vero occultum, imponitur pœnitentia.40.dierum vt in cap.1. de ſortileg. Hodie † tamen cum delictum probatur per confeſsionem delinquentis, vel per teſtes ſi clericus eſt delinquẽs arbitrarie punitur inſpecta qualitate, & quantitate delicti, & animo delinquentis,& ſecundum hoc pœnam imponet iudex quandoque acerrimam quandoque grauem, quandoque leuem,& ſic non poteſt dari certa regula in hoc ſecundum Bern.Diaz vbi ſupra,& Did.Per.hic ſub.l.1.titu.1.lib.8.

Ord.

Ordin.pag. 11. colu 2.ita vt iam arbitrium iudicis plurimum in hoc verſetur,imo & apud inquiſitores,cum cõtra tales procedũt,ſic etiam vtitur,Puni entes eos anathemate, pœnitentria quinquennij, dignitatum ſuſpẽſione, monaſterij carcere, verberibus,alijſq; ſupplicijs,prout cuiuſque crimen poſtulare videbitur,ex cap.illud.cum ſequentib.26. quæſt. 2. cap.1.& cap. de inceps.26.quæſt.5.cap.admoneant cũ ſequentib.26.quęſt.7 notat Siman.de inſtitut.Cathol.titu.21.num.23.& ſic etiam pro prima vice ex Concilio Lateranenſi ſub Leone. X. relato per Ber.Diaz. vbi ſupra,& per Didac. Per. vbi ſuprà, pœna clerico imponenda eſt arbitraria,quòd ſi nõ deſtiterit deponetur& priuabitur beneficijs& offi cijs eccleſiaſticis,& arbitrio ſuperiorũ in monaſterium ad tempus detrudetur,prout nouiſsime refert Cãrera, in quæſtionibus crimin.ſub titu.de ſortileg. nu.3.& 4. ſi vero talis delinquens eſt laicus,ſi ſeruus eſt verberatur, ſi liber pœna perpetui carceris punitur c. contra idolorum. 26. quæſt. 5 Ludo.Rom. ſing.660.Did.Per. vbi ſupra. pag.12.col.1.vbi & allegat Feli. in.cap. cum ſit.nũ 20.de foro compet.& Cantera vbi ſuprà,num. 5.& 6. ſub illo ver ſic.Seruus.intellige & vilem comprehẽdi,& ſub verbo, Liber nobilem etiã comprehendes & vltra hoc ſecũdum eos & additio Bernad.Diaz,in dict.ca. 107. additio. 2. poterit eccleſiaſticus iudex tales delinquẽtes punire ſi viles ſint, & dummodo non ſint hæretici, pœna fuſtigationis, & ſi nobiles ſint perpetui carceris, ex text.in dict.cap. contra ſortilegos alias incipit contra idolorum.26.quæſtio.5.& ſic etiam faciunt inquiſitores ſecundum Canteram,dict.num.6. itidem etiam in caſu in quo iudex ſecularis contra iſtos tales procedit attenta qualitate perſonarum pœna imponitur,nam vilis homo verberibus, cũ mitra in capite & ad triremes cõdemnatur & punitur, nobilis verò in pœna carceris, vel in relegationem magnam, & in pecuniaria pœna, plus vel minus, ſecundum qualitatem perſonæ & quantitatem negotij & conſuetudinem delinquentiũ in illa regione in hac peſsima & ne
50 quiſsima ſpecie & materia, & hoc quando ex talibus † ſortilegijs mors alicuius maleficiati nõ eſt ſequuta,ſed ſi ſequuta eſſet,tũc vtiq; pœna mortis legẽ Partitarum.& l.penult.tit.3.infrà iſto dib. imponetur ſecundum Aules, ita aſſerentem in capit.53 præto. in gloſſ. *Caſtigueños*,nu.3.vbi inquit, hoc colligi ex.l.ſiquis aliquid.§.quia auerſionis. ff.de pœn.& ex text in.l.2.titu. 25.partit.7.quam nunquam reperi ni ſi dicas eſſe.l.8 tit.8.partit.7 & ſic crederem faciendum,imo & ipſemet Aules ibidem inquit iuſsiſſe verberari cũ mitra quandam veneficam vulgo, *Hechizera*, ſed intelligo hoc,niſi ex venefic j iſtius mulieris venoficę,ſit aliqua mors ſequuta, nã tũc & pœna mortis
51 puniretur, ex dictis,lamię verò vulgo, *Brujas*,in iſtarũ punitione † nihil de cõ ſuetudine eſt abrogatũ, ſed cõcreman tur, ſecundum Didac. Per. pag.12. colum.1.ad fi.& Canterã, vbi ſup.n.7.De quo tamẽ vide Siman.inſtit.cathol titu.37.num. 16. cum ſequent. & ſic ex iam dictis in hac legẽ ſiue inquiſitores procedant contra iſtos ſortilegos, diuinatores, augures, aſtrologos, & eis credentes, ſcilicet cum ſortilegia ſapiunt hæreſim, ſiue procedat Epiſcopus cum non ſapiunt hæreſim talia ſortilegia, neque adeſt aliqua qualitas virtute cuius inquiſitores procedere poterant, ita vt tunc Epiſcopus, & iudex Eccleſiaſticus poſsit procedere, vel itidem ſecularis, quia tunc locus eſt præuentioni inter Eccleſiaſticum & ſecularem,ſiue procedant contra vilem aut nobilẽ pœna imponenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

da remanet in arbitrio iudicis attenta qualitate, & quantitate, & animo, & facto, & consuetudine delinquendi in illo delicto in tali loco, vel provincia, nisi ex talibus fortilegijs mors sequuta fuisset, nam tũc pœna mortis esset imponenda, secundum dict. l. 3. titul. 23. par. 7. & l. penul. titul. 3. infrà isto li. cum ea in hoc concordantem, & hæc est resolutio omnium supra dictorum, & ex dictis DD. colligitur, vnum tamen notabis singulare, scilicet, quod fortilegus, maleficus, & incantator, vel cum eis conuersans † potest à patre exhęredari, gloss. & communis, in cap. Quintauallis de iur. iur. l. 4. & ibi glossa. *Si fuere bechizero.* titul. 7. par. 6.

Ibi. *De su officio.* Quod quidem iudicis officium † triplex esse aliqui asserebant nobile, scilicet, mercenarium, aut actionis, & hanc esse communem opinionem profitebatur Imola in capit. fin. numero. 19. de offici. iudi. alij vero prout est Bartol. in. l. 1. ff. de iur. omnium iudicum, dicebãt duplex tantum esse, nobile, scilicet, & mercenarium, etenim aduersarij species superflua est, cũ in nobile vel mercenarium recidat, & hæc est receptior opinio, vt testatur Claudi. colum. penul. Zasi. nu. 8. in dict. l. 1. & dicitur officium iudicis † in ipsiusmet persona residere, & ius est ea faciendi quæ sibi ex ipso officio incumbunt, vt inquiunt Bart. & Sali. in ea. l. 1. & eis relatis Asinius in practi. sua. §. 31. cap. 10. nu 4. Differtque nobile à mercenario † secundum Bart. in ead. l. 1. communiter approbatum secundũ Sappi. ibi. nume. 62. in hoc præcipue, quod illud per seipsum stat, siue motu proprio, siue ad postulationem partis iudex exerceat: hoc autem mercenarium per se non stat, sed actioni aut exceptioni varie deseruit. Item nobile circa ea, quæ meri aut mixti Imperij sunt versatur, mercenarium vero circa ea quæ iurisdictionis sunt, secundum Bartol. in. l. iubere. columna. fina. ff. de iur. om. iudi. item nobile propter se imploratur principaliter, mercenarium vero in alterius rei consequentiam, vt per Iaf. in. l. incerti. columna fina. C. de interdict. nobile itidem officium non conquiescit lata sententia, mercenarium vero sic, text. in. l. 4. C. de posit. vnde etiam est, vt executio sententiæ, secundum veram opinionem, officio iudicis nobilis fiat, † Bartol. in. l. iubere. columna fina. ff. de iur. om. iudic. Iaf. in. l. 1. numero. 11. eodem titul. ex quibus differentijs assignatis inter officium nobile, & mercenarium decerpes, quod officium (de quo in præsenti) censetur nobile, tum quia versatur circa quæ sunt meri, & mixti Imperij, tunc etiam quia stat per se, neque deseruit actioni, aut exceptioni, deducitur etiam ex dictis quod officium iudicis, & actio, non sunt idem, † quoties de officio quærimus prout ad iudicem refertur, vt in præsenti, & hoc quia actio est ius, quod actori, vt in principio Institut. de actio. officium vero iudicis est ius, quod iudici competit ea faciendi, quæ sibi vt iudici incumbunt, sed si officium iudicis consideremus † prout ad implorantem refertur, impropriè valde, ex Bartol. dict. l. 1. ff. de iur. om. iudi. iudicis officium tunc dicitur cum ad partem referatur, sed vel speciali nomine, vt restitutio in integrum. l. quod si minor. §. fin. ff. de minori. vel excusatio. vt. l. scire. §. oportet. ff. de excus. tut. vel generali persecutionis ex. l. pecuniæ. §. persecutionis. ff. de verbo. signi. dicendum est. Et quid tunc ab actione differat, dic ꝙ stricte sumendo diuersa sunt, large vero actionis † appellatione

tione officium iudicis comprehenditur, ex. l. actione. ff. de actio. & obliga. omnes consentiunt teste Alexand. num. 22. Soci. 20. Purpur. 47. in dict. l. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. & sicut tunc similitudo inter actionem, & officiũ iudicis datur nam sicut filusfamilias nisi prius venia præhabita) aduersus patrem non agit. l. 2. &. fin. C. de in ius vocan. sic nec officium iudicis aduersus † eum implorat. gloss. obsequiũ in. l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebelli. Iaf. in §. pœnales, num. 87. Instit. de actio. Item vt actiones triginta annis tollũtur, sic & officium iudicis. l. sicut in rem, cum glossa. persecutione. C. de præscript. 30. an. & sicut agens actione reconueniri potest, Authen. & eõsequenter. C. de sent. & int. om. iudic. sic & is, qui officium iudicis implorat l. 1. versi. fin. ff. de var. & extraord. cognit. Ita eodem modo dantur & maleæ differentiæ inter actionem, † & officiũ iudicis. Prima, ꝙ quidam sunt (vt fratres Franciscani) qui actionem quidẽ intẽdere nequeũt, vt in Clemẽ. ex iui de verbor. sign. & tamen iudicis officium † implorant, secundum Bart. in l. ne quicquam. §. fin. de offic. procons. hoc est dicere, persequi sua legata coram suo iudice, qui si viderit mẽdicitatem eorum ob hoc non tolli, cõpellet hæredem ad præstandum legatũ, alioqui non secundum Rebũ. in l. Actionis. verbo. 34. in ordine, pagin. 276. in fine. ff. de verbo. signi. Secũdò quod delatio iuramenti in litem † cessabit in ijs, quæ iudicis officio expediuntur, gloss. in. l. harum. ff. si ser. vẽdi. Iaf. in Rubrica. ff. de in litẽ iuran. Tertiò, quod si legis verba ad iudicẽ referantur officium iudicis, si ad partem, actio cõperit, glo. in. l. si soror. C. de collatio. Quarto, quod si fructus † actione petantur seorsum à re, si officio iudicis simul cũ ipsa re petẽdi sunt Bartol. in. l. & ex diuerso. ff. de rei ven.

Abb. in cap. grauis, col. pen. v. de restit. spoli. Quintò, quod actio ab obligatione † regulariter nascitur, ex. l. heut §. ea obligatio. ff. de procura. nam neque rei vendicatio, ex. §. 1. Instit. de actio. neque actiones datiuæ ex. l. sime & titium. ff. si cer. pet. officium † vero iudicis, omnium consensu, secũdum Sappiam, nu. 53. in dict. l. 1. ff. de iur. om. iudi. nullam veram, aut propriam, ex. l. qui per collusionem. ff. de actio. emp. sed quandam quasi obligationem, secundum gloss. posset, in. l. si seruum. §. fin. ff. de verbo. oblig. supponit, eique accedere fideiussor potest, siue officium nobile sit. ex. l. cum quis §. si quis pro reo. ff. de solution. siue mercenarium, ex. l. quarto, in princ. ff. locati. Sextò, qui agit concludit aduersarium teneri ad standum siue faciendũ, vt est cõmunis opinio, secundum Alexand. num. 25. Soci. 22. in. d. l. 1. ff. de iur. omni. iudi. Septimò, interpellatio † extra iudicium non constituit quem in mora quando iudicis officio, ex. l. cum postulassem in princ. ff. de dam. infect. & non actione, ex. l. mora. ff. de vsur. cogendus quis est, & hæc omnes admittunt. teste Iaf. nume. 8. Sappia. 57. in di. l. 1. Octauo, quod si iudex actionem deneget, iniuriam se re semper facit, officium verò † cum non impartitur quandoque facit, id est (vt frequentiores teste Sapia. ibidẽ num. 58. interpretantur) cum officiũ meruiti non est, quocirca & appellatio illi dabitur. l. 1. C. si sup. in integ. rest. pos. Nono, quod in actione libellus est offerendus, Authen. offeratur, C. de lit. cont. in officio iudicis † non æquè gloss. in Rubrica. ff. de interro. actio. Barto. in. l. ne quicquam. §. vbi decretum, col. 2. ff. de offic. procons. tantum enim (vt Accursius inquit) misericorditer implorandum est, quod commune intelligitur in officio iudicis mercenario, ex cap. fin. de offi. iudi.

In no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nobili verò bene requiritur, nisi eũ super eo imploratur, quod liquidum ium est, secundum Bartol. in l. iubere, colum. fin. ff. de iur. om. iud. aut cum articulus eiusmodi sit, in quo summa rie procedi debeat, secundum Paul. in l. 1. §. quod si sit. ff. de prator. stipula. Sed iam ex l. fi. titulo. 17. lib. 4. suprà Libellus informa non requiritur, sed sufficit qualis qualis petitio, vt. l. de submersis. C. de naufrag. lib. 11. Iaf. in l. nè quicquam. §. vbi decretum num. 74. ff. de offi. proconf. Hippoly. in pra xi. §. opportune, nu. 70. Decimo & vltimo differunt, eo quod officium iu-
70 dicis extraordinarium † auxilium restt, l. cum filios fam. ff. si cer. pet. ac proinde cessat vbi ordinaria sunt. l. in causæ 2. in principio. ff. de minori. in nostra tamen lege, & eius materia non cessabit, etiam si adesse potuerit pars iniuriata, & actionem habens ad perendum cõtra sortilegum, diuinatorem, vel Astronomum ob damnum ab eis tali parti factum, eo quod lex nostra imponit iudici necessitatem exercendi officium suum contra istos, & quia tunc magis est attẽdenda publica vtilitas, quæ in horum punitione versatur, quam priuata, ad officium enim iudicis spectat, magis vtilitas publica quam priuata, multa namque in iure † introducta sunt fauore
71 publicæ vtilitatis, vt per Hippoly. in practica. §. aggredior, nu. 61. cum pluribus sequentibus, & quamuis Rebuf. in dict. l. actionis, pagina 274. cum. 3. sequent. & latius in. l. 1. ff. de iur. om. iudic. sustentare voluerit, non posse dari officium nobile, & mercenariũ, sed vnum tantum dari officium meri & mixtum neque differre ab actione, & reprobat differentias supra assignatas, tamen communes traditiones sequendæ sunt, minime enim sunt mutanda, quæ eam interpretationẽ habuerũt, ex l. minime. ff. de legibus.

Ibi. *Que pierda el officio.* Hunc casum ad alios vbi in iure nostro Regio expressum est officiũ perdi, addes, quos retuli. l. titul. 25. lib. 4. suprà.

Ibi. *Y mandamos y reprimimos a los perlados, que a los religiosos, y beatos, y clerigos.* Hinc videtur deduci posse, quod quo ad laicos sit adempta prælatis potestas procedendi super ijs delictis, nam cum de laicis supra dictum sit, & eorũ punitionem Regijs iudicibus lex nostra commiserit, & in hoc versiculo quoad Religiosos, & Clericos punitionẽ committat Prælatis, videtur dictum assumptum ex nostro text. probari posse, sed nihilominus contrariũ est dicendum, imo quod lex nostra non censeatur corrigere aut innouare
72 positiones, † secundum quas delicta hæc (si manifestam hæresim non sapiant) sunt mixti fori, inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem, sicut antea, & legislatorem in præsenti processisse, sicut boni administratores procedunt, quod quæ eorum est principaliter administrare, id faciunt, & fieri iubent, quod vero aliorum est, eis curam, & diligentiam committunt, non derogando ipsorum potestatem.

Ibi. *Y Beatos.* Hic videtur esse text. à nemine non consideratum probantem,
73 hos Beatos † esse de iurisdictione Ecclesiastica, & prælatis subiectos, quod videtur contra ea, quæ diximus in l. 1. titul. *De los pechos.* Lib. 6. suprà sed dicendum est legem nostram nõ loqui generaliter, neque sic esse intelligendam, sed de habilitate restringendam & declarandam in illis casibus in quibus de iure, tales Beati subsunt prælatis, & eorum Ecclesiasticæ iurisdictioni, de quibus diximus in dicta l. 1.

Ibi. *Sea penado de los derechos.* De quibus & quoad Ecclesiastica tribunalia in hac lege satis remanet dictum.

SVM-

SVMMARIA.

Diuisio huius legis. 6. num. 1.
Ob difficilem probationem multa in iure conceduntur. num. 2.
Quæ dicantur difficilis probationis. nume. 3. & 4. quod tunc sufficit qualibet informatio.

Lex Sexta.

Summarium.

Si de incẽdio aut de homicidio, vel alio delicto quis conquestus fuerit coram iudice, si tale delictum est factũ in loco populato, & voluerit illud probare audiendus est à iudice: sin autem dixerit illud probare non posse, excludendus est à iudicio, nisi sit factum de nocte, aut in eremo, nam tunc debet iudex ex officio inquirere.

1 IT continet hæc lex tres † partes, prima est in principio vsq; ad versiculũ. *Y si el hecho fuere en yermo.* Et ab inde incipit secunda pars, vsque ad versic. *Pero si tal.* Et ab hoc versiculo vsq; in finem continetur vltima, & tertia pars. Et cum legem hanc legissem iterum atque iterum, rationem eius decidendi percipere non poteram, imò & contra omnia suprædicta in legibus præcedentibus, & ibi disposita lex nostra mihi videbatur, & contra omnia iura disponentia, quod tenetur iudex permaximè requisit', & eo ipso quod scit delictum aliquod esse commissum, inquirere de eo, & quis fuerit delinquens, nè delicta remaneant impunita, quod totum contrarium hic in prima parte videtur dispositum. Et cum in hac essem perplexitate, perlegi legem originalem fori, l. 1. titul. 20. lib. 4. fori. quæ est nostra, vt apparet ex subscriptione eius marginali, & ea lecta faciliter intelligi nostram per illam percepi, & quod in nullo contrariatur præcedentibus legibus, & ibi dictis per nos, sed quod est casus, & dispositio differens, id enim quod in me perplexitatem inducebat, erant verba nostri text. ibi *a la justicia*, & ibi *el Alcalde*, pluries repetendo hoc verbum, *Alcalde*. quasi lex nostra iudices minores respicere voluerit, cũ lex illa fori, à qua hæc nostra desumpta fuit, non loquatur per hæc verba, sed per verba. *El Rey*. vt ex eius originali inserto in. d. l. 11. reperies, & tunc nil mirum si parte querelante de delicto in populo commisso, quod Rex non se intromittat circa illud, si pars grauata asseruerit se non posse delictũ probare, neque quod delegat iudicem ad cognoscendum de eo, cum iudices habeat ad hoc constitutos in populis, & villis Rex ipse, quod secus si delictum occulte est commissum, vel pars non adest, quæ querelet, cum tunc facilius Rex iudicem designet pro eruenda veritate, & pro puniẽdo delinquẽte: sed in iudice inferiori à Rege, quod hæc ita sint, & quod in eo lex nostra intelligatur, cum per verbum, *Alcalde*. toties loquatur, & sic aliter, sic trãscripta in præsenti quã in dicto originali continebatur, aut fuit error transcriptoris, aut impressoris: & hoc colligitur attẽta Rubrica sub qua lex nostra situatur, scilicet. *De Pesquisidores*. Et sic quod in illis verbis, *Alcalde*, debet dicere, *Rey*, prout in. d. l. 11. fori dicitur. Sed quia nostra lex sicut hic est transcripta, erat scripta eisdem verbis in. l. 10. titul. 1. lib. 8. Ordi. veteris, ideò videtur dicendum, quod facta est sub ea noua dispositio releuans iudices à punitione delictorum, dum pars, quæ querelauit, dixit, se non posse delictum tale probare, ita vt amplius iudex inquirere non teneatur, quod est

contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra omnia dicta in legibus præcedentibus, & contra communem practicam, & vsitatam, & hoc attento fateor me non percipere eius intētum neque decidendi rationem, nisi dicamus quod supra dictū est, quod erroneè lex nostra transcripta fuerit à lege illa fori, in margine nostræ situata, vel quod voluerit constituere, q̄ existente parte cesset officium iudicis, vt super ea voluit Didac. Perez in dict. l. 10. titu. 1. lib. 8. Ord. vel inducere differentiam, circa delictum commissum in populo & à parte accusato, vel circa illud, quod & si occulte non committatur pars grauata de illo nō sequerelauit, quasi in casu in quo publice asseuerat pars delictum esse cōmissum, & quod illud prosequi non vult, quia non habet probationem, negare pars hæc voluerit, cum de eo, quod publicè factum est, probationē non deficere credendum sit, & quod sic iudex releuatus remaneat ab inquirēdo, & procedēdo in partis illius querela: quod secus vbi delictum est occultum, vel pars non accusauit, cū multa reperiamus introducta in iure ob difficultatē probandi, in hoc enim casu leuior requiritur probatio, testesq; aliàs nō integrè admittūtur, vt alio in loco videbimus. Itē quia habemus quod iudex regulariter non tenetur impartiri officium suum parti nō prosequenti causam ab ea incœptā: quod adhuc durum mihi videtur, cum possent aliàs delicta remanere impunita, & ideò plus mihi applaudit prima declaratio, & litera dictæ legis fori, ad quam Compilator nostræ legis in ipsius margine se retulit, quam ea, quæ in nostra inserta est, & transcripta à dict. l. 10. tit. 1. lib. 8. Ord. veteris, cum ea attenta multa corrigerentur iura, & quam plura delicta impunita remanerent, & esset in potestate partium hæc facere, & practica contraria iudicum omnium abolita remaneret, ideò vel esset emendanda legis nostræ litera secundum tenorem dictæ legis fori, vel est omnino nostra per ipsam fori legem supplenda, & declaranda, vt scilicet, verbum, Iustitia, nostræ legis, & alia in lege nostra dicta de Rege essent intelligenda, tanquam fonte iustitiæ, & à quo omnes emanant, & procedunt iurisdictiones, & hoc credo fuisse intentum nostri Compilatoris dum in margine nostræ legis dictam legem fori allegauit. 11. titul. 20. lib. 4. fori, & licet hæc videatur nimia suppletio, hæc mihi placet, vt effectus correctio, & ab surdum, quod resultaret in relinquendis delictis impunitis.

Ibi. *Y algun hombre lo querellare.* Montaluus, in glo. 1. d. l. 11. titu. 20. lib. 4. fori, verba hæc dupliciter vult intelligere, primo modo in illo, scilicet, qui ratione officij tenebatur delicta denunciare, vel secūdo in illo, qui prosequitur suam, vel suorū iniuriam denunciando iudici maleficium; & vtroquemodo potest intelligi lex nostra, & in vtroque procedere eius dispositio.

Ibi. *Y si el delicto fuere hecho en yermo, o de noche.* Difficultatem probandi delictum lex nostra considerat ad inducendam specialitatem, prout ob hāc causam multa in iure permittuntur, quæ in alijs locum † non habent, nam in occultè commissis solam inimicitiam ad torturam sufficere dicebat Iulius Clarus, lib. 5. sent. §. fin. quæst. 21. versic. Inimicitia, & Anto. Gom. to. 3. c. 13. nu. 11. minorque probatio tunc sufficit, secundum Auend. Respō. 35. num. fin. ad fin. & Cravcta consil. 178. nom. 1. cum sequentibus, vbi plura de delictis de nocte commissis congerit, eaque quæ de nocte, vel in multitudine hominum perpetrantur delicta, † sunt difficilis probationis, secūdum gloss. in l. si cum exceptione. ff. quod metus causa, quam ibi singulariz at Angel. & Alexand. consil. 24. column. 1. numero. 8. volum. 2. & Hippolyt. consil. 5. numero. 20. & consil. 127. numer. 7. vbi in dict. numero. 20. refert alia, quæ sunt difficilis probationis, omniaque iudicum delicta dicuntur huius qualitatis secundum Auenda. capit. 4. præto. numero. 26. versicul. & quia crimen. lib. 1. & in ijs sufficit quælibet informatiō iudicis, & habetur pro plena probatione †, vt per Bartol. & omnes in l. in illa stipulatione. 7. ff. de verbo. oblig. de quibus intercōsilia mea plura dixi & retuli: & sic nox aggrauat delictum, vt inquit hic Montal. gloss. 2. & de ijs difficilis probationis plura dicit D. Barbosa, in prima parte. l. 2. in princ. ff. soluto mat. nume. 78. cum sequentibus pluribus

Ibi. *Y el Alcalde de su officio.* Hic habes text. probantem, quòd quamuis de delicto commisso non præcedat infamia per partis querelam, sufficit tamen delictum aliquod esse commissum, vt iudex inquirere possit de eo, & ab inde deueniatur ad particularem delinquentis inquisitionem, vt in l. 1. huius tituli, & libri late remanet dictum.

SVMMARIA.

Iurare debens in cōsilio nihil ante agere valdè potest. nu. 1.

Iudex se periurans qualiter punietur. num. 2. & nu. 4. causa vt excusetur.

Iurare in manu regia de iure partitarum solebant iudices. nu. 3.

Salaria debent habere inquirentes mandato regio. nu. 5.

Lex Septima.

Summarium.

Iudex Perquisitor & eius tabellio tenentur præstare iuramentum ille assignā Azeuedo super. 8.

BI. *Iurenen el nuestro consejo.* Adeò quod si iuramenta hæc non præstiterint, † nihil valebunt ab eis gesta, vt dixi per text. ibi in l. 3. in gloss. *Han de hazer.* Titul. 9. numero. 5. lib. 3. suprà & tradit Auenda. cap. 2. pract. numer. 2. libri 1. & Aviles in proœmio capitā præto. in gloss. *En los casos*, numero. 1. fol. 17. & voluit gloss. *Tomandoles*, in l. 6. titul. 4. partit. 3. & gloss. *Oniere*, in l. 26. titul. 9. partit. 2. ex lege tamen nostra dum in fine pœnam imponit videtur defuisse posse voluisse non annullari gesta per talem Perquisitorē non iurantem, cum videatur lex nostra pœnæ impositione se satisfacere, & hoc quoad legem nostram verius mihi videtur, & quia non inuenio legem annullantem in contrariū acta, & quamuis in dict. l. 3. titu. 9. num. 5. li. 3. suprà trāsierim cum dicto illo Auēda. nunc maturius considerādo, istud mihi magis applaudit, nè iudicia reddantur illusoria in quorum validitate quædam publica verticur vtilitas, & gloss. in dictis legibus partitarum nihil de hac inualidatione dixit. Et quo modo punietur † iudex talis se periurans, vide Auenda. dict. capitulo 2. præto. numero. 3. versicu. Iuramento autem cum. 3. sequentibus, vbi inquit, quod si super leuibus se periurauit, arbitrariè punitur, vt in l. 26. titul. 9. partit. 2. & ad interesse partis læsæ tenetur, vt not. Bald. in l. observare, §. proficisci quæstione. 33. ff. de offic. proconsul. Thom. Gram. decisio. 40. & gloss. in dict. l. 26. sed si super re graui, grauius punietur vltra partis interesse, & insuper infamiam incurrit, ex l. 24. titulo vigesimosecundo, partita tertia ibi. *E aun dene quedar infamado para siempre, porque hizo cōtra su jura*

Universidad de Deusto
Biblioteca

que juro, quando le pusieron en el officio. Dum tamen dolus intercedat, secundum glo. illam d.l. 26. in glo. 2. nam aliter non erit periurus, vt ibi: notandum tamen est, quod de iure partitarum iuramẽta hæc præstabãtur in ma-
3 nu regia, † ex l. 6. titul. 4. p. 3. & ex l. 4. titul. 15. lib. 2. Ordi. quæ inscribitur in l. 3. titu. 9. lib. 3. supra. Hodie verò sufficit ex lege nostra fieri talia iuramenta in regio consilio, & ex l. 1. titul. 6. libr. 3. supra si in curia prouisus tunc temporis extiterit id debet adimplere, sed si absens esset à curia, & loco vbi Regium consilium adest, tunc sufficit iurare in Concilio loci ad quem talis iudex promotus est, prout probatur expresse ex l. 13. titulo 9. libr. 3. supra; & hoc hodie verificari potest in illis iudicibus, qui examinandi non sunt in Regio consilio; illi verò, qui examinandi sunt, ibidem iurant, & sic non est necesse quod iterum iurent in Cõcilio vbi talis iudex est promotus, si testimonium de iuramento in Concilio Regio præstito præbuerit, & demonstrauerit, & sic declarabis dictas leges, quæ sibi inuicem contrariari videbantur, & ad quas non aduertit Auenda in dict. ca. 2. num. 2. versicul. iuramentum libr. 1. præto. habes tamen optimam cautelam tu iudex, vt non incurras periurium etiam si contra iuramentum feceris, scilicet, vt in die festo iuramenta hæc facias, nam cum tunc nõ valeat iuramentũ, excusaberis à periurio, † vt inquit Thomas Ferratius cautela. 3. communiter per ciuitates.

4

Ibi. *Las cosas contenidas en las leyes del Ordenamiento de Alcala de Henares.* Quæ antea describebantur in l. 4. tit. 15. lib. 2. Ordi. veteris, & fiebat mẽtiõ in l. 4. & 8. titul. 1. libr. 8. Ordina eiusdem, nunc autem apponuntur in l. 3. titul. 9. lib. 3. nostræ Recopilationis, quorum iuramentorum meminit Auiles, in dict. proœmio Prætorum glossa *En los visos*, per totam, & Auenda dict. cap. 2. prætor. numer. 9. cum sequentibus aliquibus, lib. 1. quæ esset longum, & sine fructu referre, & idem quod in nostra lege disponitur in l. 8. & 10. titulo. 17. partita. 3. & in l. 6. titul. 4. partita. 3. & in l. 2. & titul. 9. partita. 2. & in l. 1. titu. 7. libr. 1. fori.

Ibi. *Tassare el salario.* Hic habes text. probantem, quod inquirentes à curia 5 Regio debent habere salaria, simile probatur in l. 17. titulo. 17. parti. quam ad hoc alias plures personas de iure habentes salaria allegat Auenda dict. capit. 2. præto. numero. 7. & 8. libro. 1.

SVMMARIA.

Perquisitores dandi non sunt nisi in casibus à iure expressis. num. 1.

Iudicum negligentia maximè nociua est. num. 2.

Index requiri debet vt de negligentia puniatur. num. 3.

Lex Octaua.

Summarium.

Perquisitores non sunt prouidendi nisi in causis grauibus, & vbi in non grauibus ob negligentiam iudicum ordinariorum fuerint mittendi, expensis talium iudicum mittantur: quod si dicti Perquisitores excesserint in officio, puniendi sunt.

IBI. *Saluo en caso.* Ex hac lege potest constitui regula vna, addenda alijs pluribus regulis de quibus dixi in lib. 2. huius recopilationis sub tit. 1. scilicet, quod Perquisitores dandi nõ sunt, † nisi in casibus à iure expressis: non enim passim dicti Perquisitores concedendi sunt, tum nè præiudicetur ordinariæ iurisdictioni, tum etiã & principalius, quia vt experientia compertum habemus, sunt ij iudices quasi locustæ, quæ loca deuastant per quæ transeunt, & quod pejus est, quod à cõmuniter accidentibus innocentes condemnant, & non quæ iustitiæ, sed quæ sua non sunt, procurant, solum interesse præ oculis habentes, & nihil aliud procurantes, & ideò lex nostra iuste prouidet, non mittendos nisi in casibus grauibus, & in talibus deberent mitti iudices literati timentes Deum, diuites, & bonæ conscientiæ, & famæ, sed quos vsque nunc vidi, & tractaui illiteratos, & literas penitus ignorantes reperi † de quo conqueritur Io. Rhedin. in tract. de Maiest. Princ. sub. §. legibus, nu. 34. cũ sequẽtib. aliquib. & Decius, & alij relati per me in l. 2. in glos. *Y no pueda*, in fin. supra isto titul. & libr. Et ibi alia in illa. 1. diximus in propositum nostræ legis, & legẽ nostrã allegat Dida. Perez. l. 6. tit. 1. lib. 8. Ordi. pag. 7. col. 2.

1

Ibi. *A costa del Corregidor.* Et iuste, negligẽtes enim iudices grauiter puniendi sunt, vt diximus late in l. 22. titu. 5. lib. 3. nume. 1. cum sequentibus aliquibus, vbi num. 4. qualiter probetur, & in l. 4. titu 6. lib. eo. 3. supra eorum namque negligentia † maximè
2 nociua est, prout experientia vidi ob iudicum quorumdam negligentiam plures expensas, & maxima damna contigisse, debet tamen esse requisitus iudex vt in negligentia † constituatur, & pœna negligentis puniatur
3 vt in dictis diximus locis, & late Ruinus, cons. 12. num. 7. vol. 5. vbi num. 8. quomodo probetur.

Ibi. *Sean castigados.* Iusta lex est, si cũ rigore seruaretur.

Leges Nona, & Decima, nihil dubitationis habent, sunt tamen maximè

necessariæ, & vtiles, vt delinquentes absentes securi nõ reuertãtur vbi deliquerũt, cũ sciãt eorũ condẽnationes penes ordinarium loci existere, & se se capiendos esse, & in carcerẽ conjiciendos si capi potuerint. Et vt si velint se cum condemnationibus præsentare apud superiorem possint processuum cõtra eos factorum per Perquisitores tales per tabelliones eorũ coram quibus facti sunt processus transumpta præstari, & ab eis petipossint, quarũ legum materiæ non egent commentatione.

Lex Vndecima.

Summarium.

Iudices ordinarij populorum mittere non debent tabelliones, & cum eis Alguacellos ad faciendas Inquisitiones generales in populis sibi subiectis: aliter enim puniendi sunt per iudices residentiæ.

IBI. *Por se aprouechar.* Tanta est enim aliquorũ cupiditas, & rabies acquirẽdi, vt alios soliciteut cõtra alios ad querelas proponendas, & ad denũciationes faciendas, vt sic lites excitẽtur, & hac via nummos adquirant, & discordias inter populos ponãt, cõtra id quod dicitur Prouer. c. 6. fugiendas esse discordias inter fratres. Sed auro & argento coinquinati nonnulli aliquãdo molestijs pauperes subditos affecẽre, vt de eis rectè diceretur, illud Ouidij, si de tot læsis numina quisque deorũ vindicet, in pœnas nõ satis vn° erit. Et ideò vos iudices audite sapientis sententiã, Sapien. c. 6. quoniã cum essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ, nec secundum voluntatem Dei ambulastis, horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimũ fiet ijs, qui præsunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi. *Labradores.* Qui potius essent alleuiandi quã vexandi, cum ipsi sustineant pondus diei, & æstus, vt dici solet: & cum in iure maximè sint priuilegiati, vt alibi dixi: isti sunt, qui molestias iudicum, & suorum ministrorum patiuntur, ab istis illi excoriantur rustici, & nulla bona tuta habent respectu horum officialium iustitiæ, quotidiè ministros suos iudices per territorium suum mittunt cum commissionibus ad inquirendum offendicula rusticorum, & eos capiendum, & incarcerandum vsq; dum per fas, & nefas ab eis pecunias extorquent, legis nostræ dispositionem cõtemnentes iustam, & sanctam, quod dolendum est, & sic rusticis ijs, & alijs non rusticis dicere soleo, quod iam necesse non habent patrimonia, & nummos custodire, & in tuto reponere, & defendere ab hominibus, nisi ab ijs ministris iudicum ordinariorum, imò & ab ipsis ordinarijs, tãta est enim miseria huius mundi.

Lex Duodecima.

Summarium.

Vnus tantum processus est faciendus super vno delicto, etiam si de eo plures delinquentes redundent sub nostri textus pœna.

IBI. *Sobre vn delicto.* Nota verba hęc maximè iunctis verbis sequentibus. *No fagãmas de vn processo.* Vt scias allegare suo tempore, scilicet, ponderando verba hæc, quod vnum debet esse delictum, & vnus debet esse processus, quod si ita est, vno etiam libello sunt accusandi delinquentes talis delicti, etiã si plures sint, vno itidem interrogatorio, & vnamet probatione, si delinquentes voluerint, possunt exonerationes suas facere, & itidem accusator per eandem formam accusare debet, & probationes facere, neque compellendi sunt pluribus libellis, & diuersis interrogatorijs se defendere, prout multoties iniustè cõpelluntur per iudices ad instantiam tabellionum.

Lex. 13. finalis nostri tituli quotidie habetur in practica, & aliquando per aliquos bene seruatur, per alios verò iniustè frangitur, sed iudicũ est hęc mederi, & hęc pro hoc titulo sufficiãt vt ad alios accedamus.

Summaria Rubricæ Titulo. II.

Iudæi à quo dicti. nu. 1. &. 5. qui dicantur.
Tribus Iuda fuit cæteris præstantior. nu. 2.
Iudæi tolerãtur in nonnullis prouincijs. nu. 3. & ibi rationes.
Iudæi tanquam cæci, & malignantes in Christum se conuerterunt. nu. 4.
Adhærentes nimis literæ Iudaizare dicũtur. num. 6.
Hæbræi etiam vocãtur ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnius Dei, cæteris Idolatria fœdatis. num. 7.
Infidelium species tres sunt, Pagani, Iudæi, & hæretici. num. 8.
Mauri qui & à quo nomen hoc deduxerunt. num. 9.
Sarraceni minimè tolerentur, licèt Iudæi tolerentur. num. 10.
Sarracenorum duplex est forma. num. 11.
Nouiter conuersi qui sint. num. 12.
Mudexares qui vocantur. nu. 13.
Gazis qui vocantur. num. 14.
Christiani noui qui dicantur. nu. 15.
Christiani noui an debeant ordinari. nu. 16. & num. 17. ad quæ non sunt admittendi.

TIT V.

TITVLO. II. DE LOS Iudios y Moros, y Rescatados, Gazis, y y Mudexares, y Christianos nuevos. 2. *in ordine.*

HEt cum superiori Titulo dictũ sit de iudicib', qui sunt executores iustitiæ, nũc ad 1 eũ sequitur de Iudæis, Mauris, & similibus, qui si deliquerint, per ministros iustitiæ puniẽdi sunt, vel dictũ est, Titulo præcedẽte de personis iudicum perquisitorum, & delegatorum, nũc autem sequitur de alijs personis, quæ iudices esse non possunt.

Et antequam legum declarationẽ ingrediamur, paulisper erit nobis immorandum in declaratione verborũ huius Rubricæ, nam secundum Vlpiani Responsum l. 1. in princ. ff. de iust. & iure, operam dare rum prius nosse oportet vnde juris nomẽ descendat, & in l. 1. ff. de dolo, & ex Platonis sententia in Phædro, in omnibus rebus ijs, qui bene consulere volunt, primũ est intelligere illud, de quo consulere intendant, & Cicero relatus per Bal. in præludio feudo col. 4.

1 Ibi. *De los Iudios.* Qui dicti sunt à tribu Iuda, vna ex duodecim filijs Iacob, & sunt ex progenie Chaldæorũ, 2 vt habetur Iudith. 5. & tribus Iuda fuit cæteris præstantior, vt per Abb. in Rubric. extra de Iudæis, bellicosior enim alijs fratribus fuit Iudas, & de stirpe eius Reges & Principes germinati sunt. 1. Paralip. 5. ibi. Porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos. Et dicitur Genes. 49. ò Iuda, te laudabunt fratres tui. Catulus Leonis Iuda, & habemus, l. 1. titu. 24. part. 7. In quibus locis patet de præeminentia tribus Iudæ tam in honore, & excellentia, quàm in fortitudine. Et ex eadem tribu descenderunt Dauid, & alij Reges post eum in Hierusalem, & eandẽ Christus Redemptor noster, secundum carnẽ, vt ex eodẽ. c. 49. Gen. non deficiat Princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, &c. 3. Regum. 7. & Lucæ. 1. Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & Hebræo. 7. manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster Iesus Christus, & vsque ad eius ortum non defuerunt Principes ex populo Iudæorum, & genere eorũ nec dux de femoribus eius vsque ad Herodem alienigenam Regem, qui per ambitionem Regni irrepserat. Et sic per Iudæi planissimo confutati sunt, peruicacia impudẽtis frontis dicentes, nondum esse tempus implendum, mentientes, qui iam sunt sine Sacerdote & Rege sunt, neque enim attendax esse poterat Osea Prophetarum videns. Sed erunt filij Israel sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, sine ephod, id est sine sacerdotio, sine characcim, id est, sine manifestationibus. Quæ omnia in eis completa videmus, & veritatem eorũ exclamat Syman de Institut. Cathol. titu. 39. nu. 1. vbi pulcherrimo, & breuissimo, euidẽtissimis rationibus probat, hanc Iudæorum perfidiã, & nu. 5. quod & adhuc 3 Iudæi tolerantur. In nonnullis prouincijs, propterea quod magna pẽdunt tributa, diuina quoq; prouidentia facit, ne funditus extirpẽtur, vt hostes etiã & inimici nostri, testes sint certę fidei & integritatis Scripturarũ nostrarum quæ vniuersi orbis diuersi, veteris testamẽti codices pferẽtes, testimonio nobis sunt, Scripturas integras apud

Universidad de Deusto. Biblioteca

nos haberi, quas illi magna diligentia seruant ad suum iudicium, & condemnationem. Et tanquam cæci & 4 malignantes conuerterunt se † aduersus Christum Iesum Dominũ nostrũ vt legitur in diuinis literis, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Adstiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et iterum ex eiusdem persona, Circumdederunt me canes multi, & consilium malignantium obsedit me. Et in Esa. scriptum est, Omnes canes cæci nescientes latrare. Canũ enim est mos, vt testatur noster Hilarius, & pastorem alludere, gregem nosse, insidiantes feras prosequi. At verò isti canes cæci pastorem suum non videntes, officium non intelligentes, latratus suos à feris ad Gregem, à feris ad Dominum retorserunt. Vnde & alias Propheta de ijs ita dicit, Facti sunt mihi in sagittam reciprocam. Quibus de causis sunt cunctis nationibus inuisi, apud omnes abiecti, irrisi, oppressi, & infames, & vilissimæ conditionis, vt inquit Simanc. in dict. numero. 5. vbi refert contra eos decretum quoddam Concilij Toletani, & contra eos plura dicit Marquardus de Susannis, in tractat. de Iudæis, & alijs infidelib. secũda parte, capitulo sexto, numero decimooctauo, in decimoquarto volumine, tractat. diuersorum, & ob id. l. 2. in fin. titulo. 24. partita. 7. cautum est, nè in die veneris Sancti Iudæi exeant de domibus suis, sed inclusi existant vsque ad diem Sabbati Sancti sequentem, nè fortè offendantur à Christianis, cum eis admodum sint Iudæi odibiles, & quod si Iudæi aliud fecerint, ex iniuria, & damno eis à Christianis facto nullam emendam petere possint. Et Iudæi dicun-
5 tur, qui ad literam Mosaicam † legem tenent, circuncidendo & alia
6 legalia sequendo: vnde qui nimis † adhærent literæ, Iudaizare dicuntur, ita Hosti. in summa, sub titulo de Iudæis, & Abb. & Doctores, in Rubrica, extra, de Iudæis, & Archid. in ca. Dominus. 56. distin. & Montolonius, in Promptuario iuris, verbo Iudæus, & Marquardus de Susannis, vbi supra, parte. 1. capit. 1. numero. 4. & est optima. l. 1. titulo. 24. partita. 7. ex quibus patet Corn. tacitum, libro. 1. *Historiæ*. somniasse dum asserit, à monte Ida nuncupari, & inde oriundos fuisse, & subinde supinam esse ignorantiam Dyonis. dicentis se nescire causam quare appellati sint Iudæi, quod reprobat Marquardus, in dict. capit. 1. numero. 5. vbi numero. 6.
7 inquit, quod Hebræi etiam † vocantur ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnius Dei, cæteris Idolatria fœdatis, quod latè ipse ibidem prosequitur opiniones referendo, quas longum esse nos repetere. Inquit tamen ipse Marquar. in proœmio illius tractatus, numero. 5. tres esse infide-
8 lium species, † Paganos, Iudæos, & Hæreticos, capit. Pagani. 2. quæstione 7. de quorum distinctione inquit, tra 1
di per S. Thom. 2. 2. quæstione. 10. licèt posset secundum eundem Marquard. ibi allegari etiam quarta species infidelium videlicet, *Marranus*, 2
ita vulgo appellati, qui nullam colunt religionem, & solent depravare bonos mores ciuitatum, & ex eorum consuetudine pietatem Christianam lædere, & qui de facili possent in alienos ritus inducere à fide Christi alienos, propterea vbi degunt, consulendum esset, vt eorum commercia vitarentur: Apud nos tamen, *Marrano*, vocati solet procedens à Christianis nouis, vt per Auenda. capitul. 19. præto. numero. libro. 1. & ex. l. 2. titulo. 10.

infrà

infrà isto libr. sic esse decerpitur: hæc tamen Iudæorum gens, de qua in nostro titulo, à nostra Hispania expulsa est, vt in. l. 2. infrà, eod. pater.

Ibi, *Y Moros*, qui Latinè Sarraceni
9 appellantur, & voluerunt deducere † nomen hoc à Sara vxore Abrahæ, cum tamen dici deberent Agareni ab Agar ancilla æqua ipsi descendunt, & fuit ipsius Abrahæ ancilla, quæ eidem genuit Ismaelem, & ab eo originem traxerunt non verò à Sara, & sic minus idoneè faciunt se nuncupari ab vxore Abrahæ, cum ortum ducant ab eius ancilla, vt inquiunt Imolin Clement. 1. col. 2. versiculo, Quærit Guillelm. de Iudæis, Ioann. Andr. Abb. & Doctores, in Rubrica extrà, eodem titulo. Hostien. in summa eodem titu. Alberic. in Rubric. C. de Pagan. Deci. in cap. 1. colum. 7. de constit. & Couar. libr. 4. Variarum, cap. 9. Montolon. in suo Promptuario iuris, verbo, Iudæus. gloss. magna, vbi refert constitutionem Clemẽtis Quinti, in Concilio Viennensi editam contra istos Sarracenos & eorum mesquitas, & vide capit. Recurratur, & cap. dixit Sarra. 22. quæstione. 4. & optimam l. 1. titu. 25. part. 7. & licet Iudæi tolerentur in aliquibus terris Christianorum in eorum ritibus & Synagogis, quia colunt verum Deum, cap. Iudæi. cap. consuluit. extrà de Iudæis. l. 1. & l. 4. titu. 24. part. 7. l. fin. §. il-
10 lud. C. de Iudæis. Sarraceni tamen † 11
minimè tolerantur, & per dict. Clementinam 1. de Iudæis & in. l. 1. & l. nemo. & l. omnia. C. de paga. & l. 1. titu. 25. part. 7. prouidetur, vt minimè eis permittatur in terris Christianorum mesquitas habere, & quòd Principes sub quorum dominio morantur compescant Sarracenos sibi subiectos ab innocatione publica Mahumetis, & ab alijs eorum ritibus abstinere, & templa eorum applicanda Reipub. vt Imperator ea, cuicunque vellet, posset donare: sicut fecit Phocas Imperator, qui anno Domini. 607. concessit Beato Bonifacio Papæ Quarto, Pontifici Romano templum illud, quod Pantheon appellabatur, vt consecraretur in Beatæ Mariæ, & omnium sanctorum honorem, cuius rei meminit Azo, in Summa. C. de Paganis, & eo relato Marquardus de Susannis, in dicti Tract. de Iudæis, in prima parte, cap. 1. numero decimotertio, & decimoquarto, qui in tertia parte multa dixit de reprobatione Mahumeticæ sectæ: & in eo. c. 1. numer. 12. inquit, Sarracenos illos dici, qui adorant sacrilegum Mahumetem, de quibus habetur in dict. Clementina. 1. de Iudæis, & vocantur Mahumetani, quorum Mahumetanorum appellatione accipimus Sarracenos, Mauros, Turcas, & cæteros Barbaros omnes, qui Mahumetem illum impostorem, & Pseudoprophetam colunt, quorum omnium secta falsissima, & spurcissima est, & quæ facilè à quouis homine insimæ etiam eruditionis expugnari, & confutari potest: ea enim lumini naturali, & supernaturali repugnat, & ab omni Philosophia, rectaque ratione prorsus abhorret, vt hæc & alia per Simanc. de Instit. Catholi. titul. 59. numer. 1. & horum Sarracenorum, inquit, dict. l. 1. duplicem esse formam, † vna est eorum, qui nec no- 11
uum nec vetus testamentum receperunt. Alia verò eorũ, quiquinq. Moysi libros receperunt, Prophetas tamen despexerunt, & noluerunt eis credere, & ij vocabantur Samaritani, eo quod primò insurrexerunt in quadam ciuitate nomine Samaria, & de ijs loquitur Euangelium dicens, quod non debent in simul habitare Iudæi, & Samaritani.

Azeuedo super, 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi. *Gazis y Mudexares.* Isti Mauri sunt, sed differunt ab alijs Mauris de novo conuersis in hoc, quod nouiter
12 conuersi sunt, qui † post debellatum Regnum Granatæ, per Catholicos Ferdinandum, & Elisabeth se conuerterunt ad Christi fidem, vel post eiectionē generalem Maurorū à Regno per ipsos Reges constitutam ex. l. 4. infrà eod. Mudexares verò dicuntur,
13 qui ante adquisitum Regnum † Granatæ se ad fidem nostram conuerte-
14 runt. Et Gazis dicuntur, † qui ab Africa venientes Christiani facti sunt, qui vocātur Berberiscos, & sic colligitur ex. l. 9. infrà isto titul. & lib. & ex communi eorum vsu & loquela, clarius ex. l. 6. iuncta. l. 7. infrà eod. & clarissimè ex. l. fin. titul. 26. infrà isto lib. declaratur, qui dicuntur Gazis.

Ibi. *Y Christianos nuevos.* Verba hæc tam ad Mauros, quam ad Iudæos, de quibus dixerat legislator, referuntur, ita vt Christiani noui dicantur illi, qui descendentes à Iudæis facti fuerunt Christiani post eiectionem gene-
15 ralem † eorum à Regno, & itidem illi, qui à Mauris descendunt, & fidē Christi susceperunt Christiani noui dicuntur, vt diximus in præcedēribus. Et an ij Christiani noui de modico tēpore
16 conuersi † ad fidem debeant ordinari sacris ordinibus, & beneficia Ecclesiastica obtinere, vide per Doctores relatos per Tyberi. Decian. Respon. 34. num. 35. vol. 3. & per Hojedam, in suo tract. de benef. compat. & incompa. & dixi ego plura in meo tractatu de Decurio. vocato Curia Pisana: vbi omnes concludunt, quod si ex vita eius colligitur in fide perseueraturum ordinari posse, sin minus non, licēt in nouiter conuerso difficulter obtinebitur penes iudices, sed in descendentibus ab eo, quorum vita per temporum curricula probata est, & suorum prædecessorum in fide Christi, nulli dubium, quin ordinari possint; & eis præberi officia secularia, licet in descendentibus à Mauris, id nusquam vsque adhuc vidi receptum: non tamē tales descendentes à Iudæis vel Mauris, & ab alijs paganis nouiter conuer-
17 sis, admittendi sunt ad officia † Inquisitorum, & ministeria sanctæ Inquisitionis, nec ad collegia, confratrias, & capitula vbi ex institutione ipsorum excluduntur, vt per Rojas in singularibus fidei singul. 104. prout in hac Placentiæ ciuitate habemus confratriam Sancti Michaëlis, quæ instituta fuit pro introductione Christianorū veterum, & principalium hominum, de quā, vt alibi diximus, & nos confratres sumus, & an vāleant talia statuta alibi dixi, & tradit latissimè Cordoua in Quæstionario suo, quæstio. 104. & hæc pro Rubrica.

SVMMARIA.

Serui etiam si sint Christianorum non sunt impediendi baptizari. nume. 1. & nume. 2. quòd non efficiuntur ex hoc liberi.
Infideles, an cogi poterunt ad fidem Christi conuerti. num. 3.
Indi an iustè debellati fuerint ob hoc quod fidem Christi non profitebantur. nu. 4.
Filij infidelium an inuitis parētibus possint baptizari. nu. 5.

Lex Prima.

Summarium.

Iudæi aut Sarraceni si fidem Christi amplecti voluerint, nullo modo per aliquem Christianum Iudæū aut Maurum, vel alterius cuiuslibet nationis hominem impediendi sunt, sub nostræ legis pœna.

Ibi.

IBI, *Mandamos.* Hic cōstituitur principalis nostræ legis cōclusio, scilicet, quòd per neminē, quis Iudæus aut Maurus, aut Paganus impediendus est conuerti a † sanctam nostram fidem Chatolicam, & suscipere baptismum, quod adeò verum est, quòd etiam si serui sint Chri-
1 stianorum † non sunt impediendi, argumento. cap. duæ sunt. 12. quæst. 2.
2 non tamen ex hoc tales serui † liberi efficientur, cum seruitus sit approbata iure diuino, canonico, & ciuili. 12. quæst. 2. & si quos, dulcius tamen tractandi sunt quàm alij serui, qui non sunt Christiani. argum. de maio. & obed. per tuas. not. Syluest. in summa, verbo, Iudæus. nu. 12. in fine. & cum lege nostra concor. l. Iudæis. C. de Iudæis. & l. 6. titu 24. & l. 2. titu. 25. part. 7. Sed an è cōtrario cogi poterunt infi-
3 deles ad fidem Christi conuerti, † & dicendum est quòd non, quia nō sunt cogendi sed monendi; voluntarium enim militem elegit Deus. c. sicut, de Iudæis. cap. qui syncere. & cap. de Iudæis. 45. distinct. l. 6. titu. 24. & l. 2. tit. 25. part. 7. Sanctus Thom. 2. 2. q. 10. artic. 8. & in 4. Senten. dist. 13. quæst. 1. artic. 1. ad. 6. Syluest, in summa, verbo, Baptismus. 4. §. 6. & in verbo, Iudæus. n. 11. vbi inquit, quòd pecunia & blanditijs ad id allici possunt, secūdum glo. in cap. debet homo. 23. q. 4. & sic cogendi non sunt: cuius enim vult, Deus miseretur, & quem vult, indurat, vt in proposito inquit Simanc. de institit. tit. 35. num 13. & tradit Didac. Per. hic sub. l. 12. tit. 3. libr. 8. Ordinam. pag 66. col. 1. vbi allegat Zasi. & Natam, de ijs late tractantes, & gloss. *Acrescentar*, in. l. 2. titu 23. part. 2. vbi inquit quòd ex hoc non sunt bello compellendi suscipere fidem Chri-

sti, cum ipse Christus Rex Regum, cui data est omnis potestas in cælo & in terra, miserit ad capiendam possessionem mundi non milites armatæ militiæ, sed sanctos prædicatores, sicut oues inter lupos, & Christi vicarius nunc & quotidie mittit Religiosos & præsertim societatis Iesu, vt benignè & māsuete & in pace fidē Christi prædicent paganis Mauris & Indis, & grauissimè peccaremus si fidem Christi per viam belli ampliare contederemus, de quo latissimè agitur per gl. illam dictæ. l. 2. titu. 23. part. 2. & per Magistrum Bañes, in. 2. 2. quæst. 10. artic. 10. per totum. Ex quo dictus Marquardus de Susannis, in dict. Tract. de Iudæis in. 1. parte, cap. 14. suscepit pro-
4 uinciam examinandi, an Indi iustè † debellati fuerint ob hoc, quod fidem Christi non profitebantur per Hispanos nostros primos, qui in illas partes se primitus cōtulerūt, quæ cū sit longum enarrari, per ipsum videbis, & per illam glos. dictæ. l. 2. Sed an inuitis
5 parentibus † infidelibus possint corū filij baptizari, vide Marth. Afflict. decis. Neap. 151. per totā, vbi plura circa hanc dicit materiam, & Dida. Per. l. 1. titul. 4. lib. 8. Ordi. pagi. 117. & nouissimè, & optimè, & quando id liceat per D. Enrique Enriquez societatis Iesu religiosum in sua Summa Moralis Theologiæ lib. 2. ca. 25. per totum, & duas communes contrarias refert in hoc dubio Ioan. Baptista Ferretus cōsil. 76. num. 4. &. 5. vol. 1. & late per Magist. Bañes in. d. quæst. 10. art. 12. & per Marquar. de Susannis, in. d. tracta. de Iudæis in. 3. par. cap. 2. num. 6. vbi dicit esse communiorem & veriorē, quod non possit id fieri, & num. 7. declarat de qua violentia supra dicta sint intelligenda, & dicit quod de coactione præcisa, scilicet, cū coactus, & reclamans, & per vim baptizatur, & in nu. 8. declarat quiderit si hic coactus per lon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

longum tempus non reclamauit, & tacitus permansit, & actus fecit in approbationem susceptí baptismi, & dicit quod proculdubio characterem recepit, & tunc approbasse videtur per actus factos, nisi duraret eadem causa coactionis præcise, & de ijs late etiam tractat Simanc. de Institut. Cath. titulo. 29. numero. 51. cum sequentibus.

Ibi. *Que se hallaren por derecho.* De quibus in. l. Iudæis. C. de Iudæis, & in dict. l. 6. titulo. 24. & dict. l. 2. titulo. 25 partit. 7.

SVMMARIA.

Iudaizare quid sit. num. 1.
Apostatare proprie, quis dicatur. n. 2.
Apostata omnis est hæreticus non tamen è contra. num. 3.
Apostasia quid sit. num. 4. *& num.* 6. *quid sit generaliter loquendo.*
Apostasia non constituit diuersam speciem ab hæresi, sed addit quandam circunstantiam aggrauantem. num. 5.
Hæreticus dicitur in parte recedens à fide, non verò dicitur Apostata. 7.
Hæreticus vel Apostata vt quis dicatur spõte non coactle debet recedere à fide. num. 8. *& numer.* 9. *idem si coactle vtitur vestibus infidelium.*
Apostasia generalis quæ sit. nu. 10. *&.* 11. *Alia id generis.*
Apostasia generalis suprà diffinita quotuplex sit. nu. 12.
Inobedientia aliquando procedit ex infidelitate, & sic qui credit Papam non habere potestatem condendi canones, talis vt hæreticus punitur. num. 13.
Inobedientia etiam venit ex contemptu formali cum quis contemnit obedire præcepto Dei siue canonum, siue prælatorum. num. 14. *vbi pœna eius.*
Apostasiæ tertia species est irreligionis siue irregularitatis. num. 15. *&.* 16.
Clericus an Apostata dici possit si habitum dimittit. nu. 17. *&.* 18.
Lex nostra loquitur de propria Apostasia, num. 18. *& num.* 19. *quam pœnam incurrat eam committens, & num.* 20. *de pœna cum num.* 21.
Apostatæ nominantur sponte recedentes à fide.
Apostatæ nominantur spontanei transgressores legis suæ. num. 30.
Apostata si filios habeat, an eis sint bona relinquenda. nu. 21. *&.* 22.
Apostata obedientiæ seu religionis quando puniantur. num. 23. *&.* 24.
Abbas non potest Monachos suos absoluere ab excommunicatione canonis nisi in casibus à iure expressis. nu. 25.
Apostata verus, & proprius, an possit accusari post mortem. nu. 26.
Cum Iudæis communicare an liceat. num. 27. *&.* 28. *& nu.* 30. *quando.*
Christianus non potest se exponere assiduo Iudæi seruitio. num. 29.
Conuersatio nimia omnibus solet esse damnosa. num. 31.
Mores bonos corrũpit colloquia praua. n. 32.
Conuersatio mala facit quem suspectum præsumi. num. 33. *ideò repellenda ne tota domus pereat. num.* 34.
Pestes nulla est efficacior ad nocendum, quã familiaris inimicus. nu. 35.
Lex Mosayca an cessauerit in totum post passionem Christi. nu. 36.
Causæ Iudæorum an sint iudicandæ secundum Moysi, an verò secundum ius commune. num. 37.
Iudæi abominabiles facti sunt in conspectu Dei, & hominum. nu. 38.
Specialia plura in fidei fauorem. num. 39.
Templariorum collegia fuerunt destructa. numero. 40.
Delinquere dicitur respectu personarum res inanimata. nu. 41.
Iudæi fuerunt electi à nostro Regno, numero Quadraginta millia. n. 42.
Iudæi cum causa possunt ejici à Regno, sine causa non. nu. 43.
Reges Hispaniæ tempore, quo recipiuntur, vel possessionem Regni adipiscuntur, tenẽtur iurare non permissuros Iudæos in Regno. numer. 44.
Iudæi tolerantur in nonnullis prouincijs, & partibus. nu. 45.
Iudæorum bona an liceat Christianis rapere, & retinere sine iusta causa. num. 46.

Lex Secunda.

Summarium.

Rationes, quare Iudæi sunt ab Hispania expulsi, designat lex nostra.

Ibi.

IBI, *Que Iudayzanan, y Apostatanan.* Iudaizare est facere id, quod Iudæi † facere solent, ex tali ergo facto, quod non nisi per Iudæos fieri solet, arguitur Iudaizandi intentio secũdum Rojas de hæreti. 1. part. nu. 304. & Albert. in consi. 28. hicque habes text. probantem, quòd Christianus deuiãs à fide, & sic Iudaizans, Apostata vocatur, Apostatare † enim propriè dicitur, qui recedit à fide l. 1. &. l. hi qui sanctam, & per totum. C. de Apostat. & dicitur Apostasia quasi prostratio, id est, retrograda statio, vt in summa confess. lib. 1. tit. 7. quæst. 1. vnde Apostata dicitur quasi retro stans, vt cap. non obseruetis, 28. quæst. fi. & is non est aptus regno Dei cum ad aratrum manum posuerit, & retro respexerit, vt. 12. quæst. 1. Sancimus, & capit. magnæ. § 1. de voto. Hostien. in summa, tit. de Apostat. § 1. & Apostata Græca vox est, Latinè verò sonat defectio, & ita omnis Apostata est hęreticus, non tamen è contra omnis † hæreticus est Apostata, ideò Apostasia deterior est quacunque hæresi loquendo de proprio Apostata, qui est ille, qui in totũ à fide Catholica recedit, vt fuit Iulianus Apostata, cap. non potest, 2. quæstione. 7 cap Iulianus. 11. quæst. 3. & sic Apostasia proprie † loquendo est temerarius à statu fidei Catholicæ recessus, taliter quòd à fide Catholicá in totum recedat, veluti si aliquis de Christiano Iudæus, vel Sarracenus efficiatur, vt inquit Rojas, de hære. 1. parte. num. 486. & probatur ex. l. 5. tit. 25. part. 7. & hic talis secundum text. ibi, etiam si reuertatur ad fidem, non debet remanere impunitus & sine pœna, vt & l. hi qui sanctam. C. de Apostat. in fi. statuebatur, nisi secundũ gl. 1. in ca. l. 5. per Inquisitores, vel Ecclesiasticos iudices cognoscẽtes de hæresi admittantur ad reconciliationem, & gremium Ecclesiæ, nam tunc idem erit, quod in alijs hæreticis ad reconciliationem admissis, cum Apostasia non constituat diuersam speciẽ ab hæresi, sed addat quandam circunstantiam † aggrauantem, ex Sancto Thom. ibi allegato, & ex cap. si cõtra, de hæret. in. 6. ita probat Villadiego, relatus per glo. illam, qui inquit legẽ illam. Hi qui sanctam, & sic legem patitæ cum ea concordantem non procedere, cum disponant de re mere spirituali, scilicet, hęresi, quę est mere Ecclesiastica, neque sub laicorum iudicio potest cadere. e inquisitionis. §. prohibemus, de hæret. in. 6. & ita etiã cum glo. illa dict. l. 5. tenet Rojas, vbi supra. n. 492. & Simanc. relatus & sequutus per Clarum, lib. 5. Select. sentẽ. quæst. 78. num. 4. & habes pro eis l. 8. titu. 25. part. 7. & nouissimè tenet Tyberius Decian. in tomo. 1. de delictis. libr. 5 cap 72. num. fi. Generaliter verò † loquendo Apostasia est temeratius à statu fidei recessus, vel Religionis, secundũ Ray. Gof. & Hostii in suis Summis, titul. de Apostatis, & Sylvest. in Summa verbo Apostasia. n. 1. vbi ipse Sylvest. in. n. 4. inquit, quod Apostata à fide dicitur, qui penitus à fide recedit, vere quoad Deũ, apparenter verò quo ad Ecclesiam, quæ non iudicat de occultis. Et sic infert ibi primo Sylvest. quod sponte recedens a fide in parte, puta quia decredit Resurrectionem, licèt credat Incarnationem, non est Apostata, sed hæreticus, † quod est in plus, quia omnis Apostata est hæreticus, nõ verò è contra, nam licet in genere idem sint, non tamen in specie, in hoc enim differunt, albus namque per a iectionem albedinis non desinit esse albus, sed fit magis, sic hæreticus in vno, si in omnibus fiat hæreticus, non desinet esse hęreticus, sed maior fiet, est ergo Apostasia species hæresis, ita vt omnis

Aposta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostata sit hæreticus, sed non è contra: secundo quod faciens id, quod faciunt recedẽtes penitus à fide, vt adorans idola, vel sepulchrum Mahometi, non est apostata, si hoc non faciat sponte, sed ductus timore, nec hæreticus, vt tenet Rayn. nec etiam est excommunicatus, sed tamẽ peccat mortaliter. Tertio, quòd nec qui vtitur habitu infidelium, non sponte id est re ipsa delectatus, sed timore, vel alia iusta causa, imo sine peccato in casu aliquo fieri potest, vt dicit Veruec. sicut Beatus Sebastianus sub chlamide militaris Christiani militiã gerebat abscondiram, nisi, vt inquit ipse Verbec, esset institutum aliquod determinatum signum, ad cognoscendos professores alicuius idololatriæ, quia eo in casu non liceret, non tamen ex hoc iudicaretur Apostata, nisi appareret, quòd sponte talia deferret, puniretur tamẽ, vt inquit glo. 1. in l. 4. tit. 25. p. 7. Quartò, quòd qui habet sanam fidem Catholicam in animo, & nec tamen extrinsecus ostenderet se ab illa sponte recedere, putà adeundo partes Sarracenicas ex desperatione, vel libidine ductus, & ibi seruando ritus eorum, quantum ad Ecclesiam † esset vere Apostata, quia nõ iudicat de occultis, de quo 32. quæst. 4. sicut Sanctius, & Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 24. quas illationes adducit Sylvest. vbi supra. Iufero etiam cum Innocen. in cap. fi. de renuncia. & in cap. intelleximus, in fine, de ætate & qualit. quod religiosus incurrit Apostasiam, quando recedit à monasterio inconsulto suo superiore †, & non intrat aliud monasterium, quia tunc etiam si tenuerit habitum, Apostata est, & hoc dictum sequitur Panorm. in cap. 1. col. 1. de Apostat. & in cap. fin. eod. titu. & glos. 1. in c. ex parte, de tempo. ordin. Sed quotuplex sit hæc generalis Apostasia † supra diffinita, glo. in cap. 1. verbo, Apostasia, de Apostat. & Sylvest. vbi supra, nu. 1. cũ sequentib. tribus, & Rojas, de hæret. vbi supra, nu. 488. cũ seq. & Clarus, lib. 5. Receptarum sent. quæst. 78. n. 4. & Navar. in consil. 1. num. 3. de Apostat. & Lambertin. de iure patro. in. 4. part. lib. 2. quæst. 9. princip. artic. 8. per totum fol. 178. & Magist. Bañes, in 2. 2. quæst. 12. artic. 1. per totum, dicunt, quòd est triplex. Prima, qua recedit à fide in totum, in qua sunt Iulianus, vt cap. Iulianus. 23. quæst. 3. & sic recedentes, secundum Hostien. in dict. c. 1. de Apostat. & Sylvest. vbi supra, nu. 3. & Rojas, vbi supra, num. 489. sunt vere hæretici, & in eos habent locum omnes pœnæ hæreticis impositæ, & consequenter sunt excommunicati ipso facto, extrà, de hæret. excõmunicamus, 1. & c. 2. nec; possunt condere testamẽtum, & sunt infames, & bona eorum confiscantur, vt ex dictis patet. & ex l. 5. tit. 25. p. 7. & sic Inquisitores hæreticæ prauitatis contra eos procedunt, sicut contra hæreticos, recipiũtur tamen ad fidem & gremium Ecclesiæ, quemadmodum hæretici, vt dictum est. Secunda vero est inobedientiæ, quæ scilicet importat voluntatem à mandatis resilientem, & in omni peccato mortali inuenitur, vt patres nostri Adam & Eua, Genes. 3. cap. si quis venerit. cap. illud. de maior. & obed. sed tamen secũdum Sylvest. vbi supra, nu. 3. ista inobedientia aliquando venit ex infidelitate, vt puta ex hoc, quod credit quis, Papam non habere † authoritatem condendi canones, & tales vt hæreticus omnibus illebes. 19. distinct. nulli fas. ubi dicit Hug. quod est excommunicatus, & hæresis, & schismaticus. cap. licet, de electione. & cap. excommunicamus, de hæret. & Panorm. in Clementi. 1. de cra. & qualit. dicit, quod † hi infames, & not. glos. in cap. infames. 6. quæstio. 1. & in cap. generali. de elect. in 6. & ibi

Domi.

Domi. Aliquando autem venit ex cõtemptu formali, scilicet, quo quis contemnit obedire præcepto Dei, siue canonum, siue prælatorum, & talis efficitur † infamis, & repellitur à testimonio, & est excõmunicandus, cap. si quis à suo. 3. quæst. 4. & cap. si autem nobis. 11. quæst. 3. & si perstiterit in contumacia, crescere debet pœna, vt cap. quoniam frequenter, vt lite non cont. Et si redierit, non prius excommunicatus, recipitur ad pœnitẽtiam, sed si prius est excommunicatus, recipitur cũ satisfactione, quã facere tenẽtur excommunicati iniuriam passis, secundum Summ. Confes. Aliquando autem venit hæc inobedientia ex ignorantia, vel fragilitate, siue appetitu alicuius delectabilis, & tũc mitius punitur †, ita Sylvest. vbi supra, nu. 3. Tertia verò Apostasiæ species est irreligionis, siue irregularitatis, vna & prima, qua quis à statu assumptæ religionis † recedit, vt. 47. distinct. quantumlibet, &. 16. quæst. 1. legi, de qua optime loquitur Navart. consil. 1. de Apostatis, & latius Magister Bañes, in 2. 2. quæstione. 12. artic. 1. versi. Restat modo disputatio, cum sequẽtib. Alia, qua quis à statu clericatus recedit, ex dictis iuribus, & ex ca. tuæ, & ibi Abb. de Apostat. Apostasia tamen clericatus an conueniat clerico † in minoribus, vide Sylvest. vbi supra num. 5. Et nota quod clericus non beneficiatus non est Apostata, si habitum dimittit, sed ille, qui est beneficiatus, † vt communem testatur Anan. in cap. tuæ, de Apostat. relatus per Clarum, dict. li. 5. quæst. 78. num. 4. in fine, & nouissimè post hæc Tyber. Decian. de delictis, tomo. 1. lib. 5. cap. 73. nu. 23. Et de prima specie Apostasiæ, & de propria Apostasia, scilicet, cum quis spontè recedit à nostra sancta fide loquitur lex nostra. Et quam pœnam incurrat eam committens, habes bonum text. in cap. Beatus. 3. quæst. 4. vbi dicitur, Beatus prædecessor noster Clemens vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus vna cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicens: Accusandi, vel testificãdi licẽtia denegetur his, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint: transgressores enim spontanei legis suæ, T eiusque violatores Apostatæ nominãtur: & in effectu, vt inquit Abb. in cap. 1. col. 2. de Apostat. Apostata hic perfidiæ, de quo nunc loquimur, punitur pœnis hæretici, vt dicitur in Repertorio Inquisitorũ, verbo, Pœna. versic. Nunc videndum est qua pœna puniantur Apostatæ, & probatur optimè ex text. in l. fi. in fin. C. de Apostat. & vide l. 4. 5. & 6. titu. 25. par. 7. & specialiùs loquendo, inquit text. in c. hi qui sanctam. C. de Apostat. Hi, qui sanctam fidem perdiderũt, & sanctum baptisma hæretica superstitione profanauerunt, à cõsortio omniũ segregati testamenti non habeant factionem, nulli in hæreditate succedant, &c. Alia ibidem notanda dicuntur, & in l. Apostatarũ, eod. titu. vbi in ijs legibus dicitur, quòd etiã si reuertantur, admittẽdi non sunt, sed tamẽ Ecclesia eis non claudit gremium, vt in principio huius glo. diximus. Insuper etiam puniuntur in confiscatione bonorum, ex l. 1. C. de Apostat. si filios non habent, secus si eos, vel propinquos haberẽt, nam tũc non † confiscantur bona, sed ipsis relinquuntur, ex text. in Authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. &. 1. quæst. 4. cap. Iudæi. l. 4. tit. 25. part. 7. sed secundum gl. ibi, verbo, *Sus hijos*. de iure canonico † aliud est, scilicet, quod ad filios non applicantur bona hæc, sed ad fiscum, ex text. in cap. contra Christianos, de hære. in. 6. eò quod secundum text. ibi vt hæretici puniũtur, & sic ad fiscum

perti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinent, ex Authent. Gazaros. C. de hæret. & cap. vergentis, extrà eod. tit. & c. statutũ. eod. tit. in. 6. & hoc est seruandũ. Et hæc quoad Apostatas fidẽ deserẽtes procedũt. Sed si loquamur
23 de Apostata obedientiæ, scilicet, qui superiori suo cõtumaciter nõ vult obedire, & tũc diuersimodè punitur secũdum qualitatem inobedientiæ: Sed si
24 de Apostata status seu † religionis loquamur, aut ordinis, si secularis est, qui statum suum dimittit, est excommunicandus, & carceri mancipandus donec habitum reassumat, text. in ca. penult. de Apostat. regularis autem excomunicatus est ipso facto, vt est text. in cap. periculosa, ne cleric. vel mon. in sexto. & à tali excommunicatione non potest absolui ab Abbate suo, vt notanter dicit Felin. in cap. pastoralis. §. præterea. col. 3. de offic. ord. & facit quod notat Panorm. in capit. monachi, de sentent, excommun. vbi dicit quod Abbas non potest mona-
25 chos suos absoluere † ab excommunicatione canonis nisi in casibus à iure expressis, quia talis Absolutio est Episcopis reseruata, prout est text. in cap. nuper, de sentent. excommuni. quòd verò clericus secularis Apostata sui status non sit excommunicatus ipso facto, est gloss. not. verbo Anathema, in cap. si quis ex clericis, de vita & honest. clerico. & 23. distinct. cap. si quis ex cleric. & in. c. vt pericula, verbo, ipso facto, nè cleri. vel mon. in. 6. Sed an Apostata verus & proprius po-
26 terit accusari post mortem †, vt damnetur eius memoria, & bona ipsius confiscentur, Rojas in dict. 2. part. de hæret. nu. 493. cum sequentib. aliquibus examinat, & inquit communem esse, quòd vsque ad quinquenniũ post mortem poterit hoc fieri, & hãc probat lex 2. C. de Apost. & l. 7. tit. 25. p. 7. Et hoc in quocunq; delicto post mortem delinquentis accusando inquit esse Anto. Gom. tom. 3. cap. 1. num. 81. Sed quoad viuos vsque ad viginti annos, ex l. 5. tit. 7. par. 7. Anto. Gom. vbi suprà. n. 6. & iterum in cap. 14. num. 5. ciusdem tomi. 3. Cæterum quoad nostram Apostatarum à fide materiam, inquit Rojas, vbi suprà, num. 495. sibi placere contrariam opinionem, imò quòd per quinque annos mortuo tali Apostata nõ præscribatur iuri eum accusandi, sed quod sit necessaria quadragenaria præscriptio data bona fide per istud tempus in possidentibus bona, sicut in alio quocunque hæretico, ex text. in capi. fin. de præscriptio. in. 6. & quod ita in vtroque iure seruandum est, & hanc veriorem testatur, Symancas, de instit. Cathol. tit. 7. num. 4 & tit. 17. nu 7. & idem videtur sequi glo. *Dende*. in. d. l. 7. titu. 25. p. 7. quoties fisco Ecclesiæ esset bona hæc applicanda, secus si fisco Principis: nã tunc prima opinio communis procederet, & hãc distinctionem refert An 10. Gom. dict. n. 81. vbi tamen ipse inquit indistincte, quadragenariam requiri in crimine læsæ Maiestatis præscriptionem, licet in alijs delictis quinquennaria sufficeret, nè post mortem delinquentis bona publicarentur.

Ibi. *La communicacion*, Sed num cum Iudæis communicare licebat, aut li-
27 cet. & nunc † in partibus vbi adsunt Iudæi, prout Romæ adesse audio, & dicẽdum est quòd sic quoad loquẽdum cum eis, dum tamen non sit nimia familiaritas, & quoad contrahendum & distrahendum in rebus licitis & legitimis, vt per Roma. consil. 489. hæc Domina Petra, & Ferrara, in practica, In forma leue, in acti. reali. versic. Veris ac legitimis. col. 7. versicul. Sed quid dicemus, imò & Principi licet vẽdere redditus Iudæis, ex cap. ex speciali, de Iudæis, tradũt Archid. & Ioann. de Panthu. in cap. nullus. 28. quæst. 1. nec obstat. c. omnis. 23. quæst. 1. quia loquitur

loquitur de schismaticis & hæreticis, qui sunt excommunicari: & eos non licet in domũ recipere, nec fauorare, secus quoad Iudæos, & sic licitum est Christianis habere mancipium Iudæum, vt not. in cap. & si Iudæos, de Iudæis, & ea, quæst. 8. dispt. non tamen est contra Christianos debent esse serui ludæi orianj, neque eum eis morari, vt cap. multorũ, de Iudæis. l. Deo nobis & his ita. C. de Episcopis & cleric. l. fin. titu. 22. part. 4. neque vendi Iudæis, vt in. l. 22. titu. 5. part. 5. neque legari, vt l. 13. titu. 9. part. 6. Idemque seruus Iudæus nõ debet cum eius domino Christiano morari, tenetur habeat eum familiarem. 34. quæst. 4. sæpe, & 30 cap. nullus. sed debet facere dominus eum seorsum habitare de pariẽti cum ad custodiam porcorũ, vel aliorum, vt per Sanct. Thom. quem vide in. 2. 2. quæst. 10. artic. 9. Si amicus domini periculũ imminere, debet illum à se abdicare, iuxta illud Matth. 5. Si pes tuus scandalizat te. &c. Et si voluerit Christianus fieri, non potest illũ ab hoc dominus prohibere, quia Spiritus sancti vocatio vincula solui. 19. q. 2. duæ sunt. & de ijs late tradit Syluest. in summa. verb. Iudæus. & Marquard. de Susannis. in. d. Tract. de Iudæis. 1. p. c. 5. per totum, vltra Doctores in ritu. de Iudæis, debet tamẽ hæc conuersatio & cõmunicatio esse non
28 † nimia & assidua, sed extra domum & habitationem, & rarissimè, ex text. in cap. ad hæc, & cap. fin. extra de Iudæis, nè seducantur ab eis, sicut olim veteri lege erat prohibitum Iudæis, nè gentibus associarentur, quia seducebant Iudæos nè Deum sequerẽtur, sed alienis dijs seruirent, Deuter. 7. sunt enim aptiores ad subuertendum gl. in. §. verum. 28. q. 1. & 35. q. 1. §. hæc itaq;, & ex hoc Christianus nõ potest
29 se † exponere assiduo Iudæi seruitio, ex dict. capit. ad hæc, & l. 8. titul. 24. part. 7. ideo. nec in eo prohibetur hæc nimia familiaritas simplicibus & idiotis fieri in domo sua extra domum, vt inquiunt Abb. & Felin. reprobatus Hostien. & Ioan. Andr. in cod. capitulo hoc ea, & ibi Salon. num. 6. cum sequentibus in eum casu prohibitionis tam diuitis in assiduo seruitio extra domum, sicut in domo, quantum vna est, ne proximi animam familiaritate subuertant tuam animi simplicium. Alteram nè Iudæi videantur superiores si famulos habeant Christianos, & ista ratio ponitur in cap. & si Iudæos, extra de Iudæis, tamẽ qui sunt docti & firmi in fide, tuta quod ex conuersatione cum infidelibus non timetur † de subuersione, sed speciali
30 potest potius ex hoc infidelium conuersio, non prohibent eorum eis communicare, vt inquit sanct. Thom. 2. 2. quæstione. 10. relatus & secutus per Syluest. vbi supra, num. 2. & Maria. Soc. in dict. l. cap. ad hæc. num. 5. nè Iudæis,
31 sed & omnibus nimia conuersatio † solet esse damnosa, natu, vt inquit sanctus Paulus. 2. Corinth. 6. nolite iugum ducere cũ infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? & Ecclesiast. cap. 41. filij abominationum, id est, filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum, & ideò tutius est ab illis & eorum conuersationibus abstinere, & secedere, nam nimia conuersatio cum malis nimium nocet, proinde hic dicitur nocumento, cum in Hispania Iudæi cum Christianis & inter eos habitabãt, quos Christianos ipsi subuertere conabantur quotidie, & ideo inquit Marquar. de Susannis, in dict. Tract. de Iudæis. 1. part. cap. 4. n. 17. tutius esse, vt diximus, abesse recedere; nã vna mala pecus infecit omne pecus, nisi eũ D. Thom. vbi supra esset homo perfectus in fide, & qui tractaret de conuersione eorum, eumque in lege nostra communicationem hanc

& con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& conuersationem nociuas esse asseratur, & affirmetur, & quòd & separatio Iudæorum cum Christianis nihil proficiebat, tanta enim erat Iudæorum perfidia & solicitudo in subuersione Christianorum, quòd & domuum separatio non proficeret, & cum Rex videret, quòd adhuc mutuò se conuersabant & alloquebantur, & alloqui poterant, & eandem Christianorum subuersionem Iudæi procurabant, iustè posuit pro causa & ratione eos expellendi a regno communicationem & conuersationem eorum cum Christianis, vt omnino ab ijs abstraherentur & cessaret dicta causa & occasio.

Ibi, *Como se hiziesse inquisicion*, nam cum hæreseos crimen grauissimum esset, opponitur enim fidei, Euangelioque veritati est inimicum: quo non solum ipsa Christianæ Religionis fundamenta cõuellere, sed etiam humanam policiam, ciuiumque coniunctionem cõturbare, atque omnino dissipare hæretici conantur: pro extirpanda igitur hac execrabili pestè sacrosanctum Inquisitionis officiũ tanquam saluberrimum Antidotum fuit institutum tempore horum Christianissimorũ Regum, & quantã vtilitatem quantũq; commodũ toti regno hæc sancta Inquisitio attulerit, omnibus notũ est, & è cõtrario quot incõmoda quot calamitates processerint in regno & prouincijs, vbi nondum erat constituta, manifesta sunt: Dignetur igitur Diuina Maiestas eam & eius protectores indies & in cæterorum conseruare & eius ministros.

Ibi, *De la participacion, conuersation, y*
32 *communicacion*, Corrumpũt enim † (vt inquit Diuus Paulus. 1. ad Corinth. c. 15.) bonos mores colloquia praua, vt inquit glo. in dicisset, in. c. turbat. 37. dist. dicens Paulum hæc verba à Terẽtio sumpsisse, hanc etiam Pauli sententiam refert glo. colloquia, in Clement. 1. de celeb. missi & text. in cap. sæpe 18. quæst. 1. in hæc verba, sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia promptissimi? nulla igitur vltra commoratio sit Hebræis ad fidem Christianum translatis cũ his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne fortè participatione subuertantur eorum: & est etiã tex. de hoc, in cap. ad hæc, de Iudæis: Quis enim miserebitur incãtatori à serpẽte percusso, & omnibus, qui appropiant bestijs? sic & qui comitatur cũ viro iniquo, & obuoletur est in peccatis eius, Eccles. 12. c. Ex quo inquiũt, Bart. in l. si plures. §. quanuis. & §. si parens. ff. de admi. tuto. cap. ad hæc, & ibi Abb. de Iudæis, & alibi, q
33 conuersatio mala † facit quem suspectũ presumi, Cardi. in Clem. 1. notab. 3. de concessio. præb. & est text. in c. quorundam. 34. dist. c. inter. de purgano, & c. cum in iuuentute, de vita & honest. cleric. talis enim quis presumitur manifestè, qualis est ille cum quo conuersatur, vt patet, de hæret. in sexto. c. accusatus. §. ille quoque, & in Authen. de mona. §. si vero his. & in propositũ alia adducit Mascar. de probatio. tom. 1. conclu. 451. & sic inquit Hierony. Hospitiolũ tuum, aut rarò, aut nũquam pedes mulierũ terant, & habetur trãssumptiuè in. c. hospitiolum. 32. dist. modicũ enim fermẽti totam massam corrumpit. 1. Corin. 5. ex quo inquit iterũ Hierony. 24. q. 3. resecandæ, resecãdæ sunt putridæ carnes & scabiosa ouis à caulis repellẽda, nè tota domus, niasia, corpus, & pecora ardeãt, corrumpantur †, putrescãt,
34 & intereãt, & dicit tex. cõformiter ad hãc sentẽtiã in. c. sed & illud, circa mediũ. 45. dist. sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, sic & vno fœnicãte, vel aliud quodcũque scelus faciẽte plebs vniuersa polluitur, & sic optimè

optimè inquit tex. noster, quod ex cõ
37 uersatione, participatione, & cõmunicatione Iudæorum Christiani subuertebantur, sagaces enim Iudæi eos ad derelinquendam fidem Christi consulebant, & tanquam Christi inimici opera eius subuertere nitebantur, & sub specie agni lupum gerebãt in corde, de quibus Christus Iesus Dominus noster dicebat, Hypocritæ quid me tentatis, & iterũ vocauit eos, gentem prauam & adulteram: & his de causis iustissimè à Christianorum conuersatione expulsi sunt, nam vt inquit glo. fin. in. c. si inimicus. 93. dist. ex Boetio.
35 nulla pestis efficacior est, † ad nocendum, quã familiaris inimicus arg. l. lata. C. de dolo, vnde non est deterior hostis quã fictus amicus, non odium grauius quam simulatus amor, vndè solet dici, Mus in pera, ignis in sinu, serpẽs in gremio male suos remunerãt hospites, ex quo in Prouerbijs 6. c. dicitur, qui serpentẽ in suo sinu nutrit percutietur ab eo, habetur in. ca. 1. §. præcepit Dominus. 13. q. 1. & in. c. etsi Iudæos, extra de Iudæis, quibus de causis expedit Reip. malis hominibus purgari, itidemque à vicinia potest expelli mulier impudica, scandalosa, & malæ vitæ. Infirmique infirmitate cõtagiosa expellendi sunt: rixosique socij dimitti possunt.

Ibi. *La ley de Moyses*. Quæ quidem an cessauerit post passionem Christi
36 tam quoad moralia, † iudicialia siue vt alij appellãt iudicialia, quam quoad cerimonialia, tradit Sanctus Tho. 1. 2. q. 103. artic. 3. & 4. cum sequentibus quæstionibus, & articulis, quem & alios plures allegat Tyraq. de retract. in præfatio. nu. 8. 9. & 10. & latè per Dida. Per. in l. 1. titul. 4. lib. 8. Ord. pag. 153. quæs. 31. & pag. 116. q. 72. & q. 33. pagin. 158. Et an inter ipsos Iudæos existentes adhuc in perfidia sua sint causæ eorum iudicandæ, & diffinien-

dæ secundum legem Mosayeam, † an verò secundum ius commune, videlatè per Marquar. de Susannis in tract. de Iudeis. 2. p. c. 4. per totum in. 14. volum. tract. Doctorum.

Ibi. *Cesse tã grã opprobrio. y offensa de la Fè, y religion Christiana*. Quæ quidem opprobria, & offensas ipsi Iudæi religioni ac fidei Christianæ inferebant blasphemãtes obsistendo legi nostræ sanctissimę, & non credentes neque dantes fidem Euãgelio, & sic eos blasphemos appellat Summus Pontifex in cap. 1. & in cap. cum sit, de Iudæis, & infamantes Euangelium, vt inquit text. in cap. cum caput. 33. quæst. 5. notat glosl. *Denostar*. in Rubrica, titu. 28. p. 7. & ideò iure optimo. l. 2. titu. 24. p. 7. Iudæos procurantes conuertere Christianos ad legem suam in offensam, & opprobrium legis Christi morti esse tradendos præcepit, sequendo vestigia, cap. in nonnullis, de Iudæis, dicentis. Præcipimus præsumptores hu iusmodi per Principes seculares condignæ animaduersionis adiectione compesci, & gloss. *Deue morir*, in dict. l. 2. verba illa condignæ animaduersionis optimè ponderat de morte disponere, quasi animaduertere sit animam à corpore vertere. Et abomi-
38 nales facti sunt † in conspectu Dei, & hominum dicti Iudæi; si quis enim inquit text. in cap. si quis dixerit. 11. quæstio. 3. dixerit iustum, iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterque apud Deum, & qui sanctum dicit non sanctum, & rursus, non sanctum asserit sanctum, de quibus, dicit Esaias, capit. 5. translato in cap. si quis hominem. 11. quæstio. 3. Væ qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: dulce puto esse sanctimoniam, amarum quod sanctimoniæ contrarium est, & iterum in eo cap. 5. Esai. dicit, vt habetur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. Væ qui dicitis. 11. quæst. 3. Væ, qui dicitis bonum malũ, & malum bonũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã, & nobiles eius interierũt fame: & multitudo eius siti exaruit: propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino: & deseẽderũt fortes eius, & sublimes, gloriosiq; eius ad eum: & incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiũ deprimentur, & exaltabitur Dñs in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Quas ob res iustissime fuit hæc Iudæorũ prauage neratio expulsa à regno nostro. Qua eiectione nihil vnquã, vel tristius, vel acerbius passos, ipsi non difitentur, ità multi naufragio, pestilentia quam plurimi, fame maxima pars eorũ absumpta, vt nobis etiã Christianis in tãta calamitate, in qua diuinæ iustitiæ gloria delectabatur, homine tamen extremi adeo patientes cõmiserationẽ facerent & doloremẽ, vt ex Pico Mirandula refert Simanc. de Instit. Catho. tit. 35. ca. 8. vt sic nostra fides Catholica absque opprobrijs, & offensis dictorũ Iudeorũ remaneret. In huiusque fidei nostræ Catholicæ cõmendationem,
39 plura † singularia ex iuribus nostris desumpta congessit Montolonius, in suo promptuario iuris verbo Fides, in glo. hi omnes testi. nomio fidei probati. Primũ ex tex. in c. in fidei fauorem, de hære. in 6. Secundũ ex tex. in c. fin, versũ. sumite. 15. q. 8. vbi dicitur, omnia in fide Christi purgantur, fides enim est, quæ hũc mundũ vincit. Tertio in c. nõ turbatur in fi. 24. q. 1. Quarto in c. tres sunt, versũ. at hæc, de pœni. dist. 1. Quinto in. c. quia ex sola. 1. Resp. 24. quæst. 1. Sexto in. c. omnes. §. ex his. 28. q. 1. Septimò in. ca. vbi nam legistis. 96. dist. Octauò in. c. si Papa in fi. 40. dist. Nonò in. c. gratia, de conse-
cra. dist. 4. Decimò, & vltimò in Epistola inter claros, versũ patet igitur. Ca de Sum. Trin. vbi dicitur, mihi certe, plumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe: prout in his Catholicis Regibus legis nostræ cõditoribus claruit, qui Regnum suum postpositis cõmodis suis purgauerunt hac Iudæorum perfida ac pertinaci gente.

Ibi. *Es razon que el tal collegio y vniuersidad sea desfuelto.* Prout in Templariorũ
40 personis, in collegijs & cõuentibus ex historijs habemus fuisse in vno die factũ, Anno 1310. vt testatur Mexia, in sua Sylua de varia Lection. 2. p. c. 4. & 5. & Pineda. in lib. 22. c. 21. §. 2. 3. & 4. & 5. *de la Monarchia Ecclesiastica*. Per varietatẽ enim, & ciuium inconstantiam ciuitas infirmatur, & rebellio est delictũ cõcernẽs ciuitatẽ, & sic res inanimata dicitur delinquere, vt ex text.
41 & ibi DD. colligitur in. c. fundamẽta §. quid plura, de elect. in. 6. & diximus in nostro tractatu de Decurio lib. 4. c. 3. & late Marian. Soci. in. c. dilecta, de excess. præla. num. 94. cum sequentibus, & Anto. Gom. tom. 3. Var. ca. 9. 1. nu. 52. cum 2 sequẽtibus, & glossa l. 17. tit. 10. p. 7.

Ibi. *Por la qual mandamos*, Hic constituitur principalis dispositio legis nostræ, qua mediante Iudæi omnes fuerunt eiecti à nostro Regno, & fue-
42 runt numero † qua trecenta millia, vt testãtur Reuchlin, & alij relati per Simanc. de Instit. Catho. tit. 35. nu. 9. idque ex dictis iustis causis fieri potuit vt Oldrad. inquit in cons. 87. vbi & inquit bona ab eis auferri posse, vt cum referẽs sequitur Repertorũ Inquisitorum verbo Iudæus, versic. sed an possint, vbi & inquit, quod tãquam ingrati, & scandalosi debuerãt occidi cum bona conscientia. & de eorum eiectione meminit Alber. & Io. And. relati per glo. *viuiesson*, in l. 1. titul. 24. p. 7.

vbi

vbi fundant quod sine causa nõ erant
43 ejiciendi, cum causa tamen sic, † quod & disputabat Ias. in l. apud. §. constat, num 29. fol. 61. delegat. 1. & sanctissimè, & diuina prouidentia Reges nostros id iussisse testatur Burgos de Paz, in quæst. suis. q. 3. num. 45. & 46. referens Oldrad. vbi supra & in Regno Fraciæ etiam esse eiectos, eo quod post mortẽ Christi serui remanserũt, & sicut poterat eos vendere ita ejicere, & propter eorũ nequitiã, testatur Carolus à Grassalis, regaliũ Franciæ, iure 3. versũ. hinc est quod Iudæos. Et quando imminet periculum scandali omnes Doctores in cap. quod super, de voto, concludunt, ejici posse, præsertim, cum, vt ibi testatur & probat text. in l. 2. tit. 24. part. 7. pueros Christianorum [illegible] & crucifigebãt. Imò & in Concilio Toletano Sexto, sub Honorio Papa celebrato. c. 3. cau-
44 tum est, quod H. spaniarum Reges † tempore adipiscendæ Regni possessionis iuramẽtũ præstare teneantur de expellendis à suo regno infidelibus, vt refert Rojas, de hæreti. 1. p. nu. 565. cum sequentibus, vbi inquit id factũ, Anno 1492. & Reges nostri clementissime se cum eis habuerunt, assignãdo eis terminum competentem ad exeundum à regno, & permittendo, vt bona sua extrahere possent, & vendere, vt & refert Simancas, vbi supra dict. titu. 35. num. 7. vbi num. 9. refert verba dicti Concilij Toletani: tolerantur tamen
45 † in aliquibus mundi partibus, vt inquiunt Io. And. & Abb. in ca. consuluit, de Iudæis, relati per Rojas, vbi supra nu. 576. quia est spes de eorũ conuersione, atq; vt facilius ad fidẽ trahantur, & vt inquit Simã. vbi sup. nu. 5. vt hostes etiã & inimici nostri testes sint certæ fidei, & integritatis Scripturarũ nostrarũ, qui per vniuersum orbem dispersi, veteris testamẽti Codices proferẽtes testimonio nobis sunt, Scripturas integras apud nos haberi, quas illi magna diligentia seruant ad suã iudiciũ, & condẽnationem. Sic & ipsee de causis fuisse electos à pluribus alijs mũdi partibus testatur late Marquar. de Susannis, in. d. tract. de Iudæis. 1 p. c. 7. n. 1. cũ sequentibus pluribus, vbi cũ Corsero, in tractat. de potestate Reg. parte fin. q. 81. laudat nostrorũ Regum factũ, & intẽtionẽ: cumq; Dei gratia iam pridẽ Hispania liberata sit à Iudeorũ superstitione, non est opus amplius in hoc immorari, vt inquit Simanc. d. tit. 35. n. 10. eisdem etiam de causis & Sarraceni eiecti sunt à regno, & ab omni Christiana cõmunione, eo quod Mahumetum hominẽ facinorosum, & nefandum colunt, & sic non permittuntur vllo modo habitare inter Christianos, prout Iudæi permittuntur in aliquibus partibus, vt vltra alios aduertit Rojas vbi supra, n. 169. cũ sequẽrib.

Ibi. *Hasta fin del mes de Iulio.* Terminus enim statuẽdus erat eis, vt vel discedere possent, vel eandẽ cum Christianis religionẽ amplecti, sicut & fecit Iustini. qui tertio sui Imperij anno promulgauit legẽ, vt in iurisdictione sua nõ essent pagani, neque hæretici, nisi soli Orthodoxi Christiani datis illis indutijs vsque ad mẽses tres ad cõuersionẽ, vt ex. c. ersi Iudeos de Iudeis not. Oldrad. cons. 87. & 264. Soci. cõs. 86. libr. 4 Corser. in. d. q. 81. Albert. in Rubrica, de hæreti. in. 6. relati per Simanc. vbi supra nu. 6.

Ibi. *Vicu jus bienes.* Et an regulariter
46 liceat Christianis bona † Iudæorũ rapere, & detinere sine iusta causa, vide Domini. cons. 96. pro huius dubij resolutione, vbi quod non licet, fundat iure naturali diuino & humano.

Lex. 3. sequens est ampliatiua huius nostræ. l. 2. vt ex ea vides, neque eget commẽtatione, & sic ad. 4. 1 transgredior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

Sarraceni in regno non sunt tolerandi. nu-mero. 1.
Hispania nullum regnum est magis ab hæreticis alienum. nu. 2.

Lex Quarta.

Summarium.

Mahumetani expelluntur à nostro Castellæ & Legionis regno, secundum ordinem & formam nostræ legis & sub eius pœnis.

1 IBI, *Salgan de todos los dichos nuestros reynos.* qui quidē Sarraceni † per Clem. 1. de Iudæis, disponitur, quòd non tolerentur in regno, & vt Principes, sub quorum dominio morātur, compescāt Sarracenos ipsos sibi subiectos ab inuocatione publica Mahumeti, & ab alijs eorū ritibus. Detrahitur enim fidei Christianę honori si talia permittantur, vt l. 1. & toto tit. C. de pagan. & eorum sacri. de quibus in Rubric. huius tituli diximus in verba, *Moros*, & in lege præcedente: ex quibus Hosius ille doctissimus in lib. 3. aduersus prolegomena Brencij, laudans nostram † Hispaniam, dicit, nullum regnum est, hoc nostro infœlici seculo, magis ab hæresibus intactum, quā sit, vel hoc solo nomine fœlicissimū Hispaniarum regnum, cui propter hanc in fide Catholica constātiam, & eius tuendæ diligentiam, alias præterea multas fœlicitates Deus largitur. Sic & Pausanias, lib. 1. de religi. Atheniēs. loquens inquit, quanto cæteris Deorum cultu Athenienses præstent, secunda, qua in præsentia vtuntur, fortuna, argumento esse potest. Incredibile pene est, quanta fœlicitate coalescant regna in quibus iustitia commista est religione: quę cum in Hispania fulgeant, mihi conijcere licet, diuina prouidentia factum esse, vt Indorum gens tam latè longeque diffusa ab Hispanis potius, quam ab alijs nationibus inueniretur; nempe vt rectam puramque fidem ab Hispanis hominibus edoceantur, vt refert Simanc. de institit. Catho. tit. 39. num. 5. vbi nu. 4. nostræ legis meminit. Deus optimus maximus pro sua clementia & misericordia dignetur hos & Hispaniam nostram in sua sanctissima fide ac religione in perpetuum conseruare, ad laudem & gloriam suam, sanctissimique sui nominis & fidei.

Lex Sexta.

AD eam solū notabis, quòd pœna flagellorum hic imposita, ex. l. 8. titul. 11. & ex. l. 4. titu 24. infra hoc libr. in casu in quo licitè fieri potest, commutanda est in pœnam triremium.

Lex Septima.

AD hanc legem notabis, quòd eius dispositio est hodie ampliata ad descendentes ex hoc Maurorum genere, qui per Regis mandatum dispersi sunt per nouas regni nostri partes extra regnum Granatæ post eorum rebellionem, vt apparet ex noua pragmatica hic iam inserta, facta tamen per Regem ac Dominum nostrū Philippum huius nominis Secundum Madriti, Anno. 1572. vbi declaratur & moderatur pœna.

Lex

Lex Octaua.

AD declarationem huius legis 8. condita est, & publicata pragmatica quædam per dictum nostrum Christianissimum Regem, Anno 1585. qua quidem statuitur, quod super ijs controuersijs dirimendis, & liquidandis, an scilicet, sint Christiani veteres nec ne ij de quibus in hac lege fit mētio, vt possint habitare in Regno Granatæ post electionem eorum ab illo Regno, quod omne id, quod materiam dictorum Christianorum veterum respexerit & cetigerit, tractetur coram Dominis Regij consilij deputatis ad cognoscendum de poblatione, & alijs rebus dicti regni Granatæ, & non coram alijs, etiam super armis per eos deferendis, & alijs Christianis veteribus competentibus libertatibus, & prærogatiuis. Et quod processus omnes, & sententiæ latæ illic deferantur intra certum tempus, alioquin enim nullius sint effectus, vt in prag. Madriti facta, Anno 1585. quæ quidem inseritur in. 2. quaterno ad Recop. sub tit. 2. lib. 8.

SVMMARIA.

MErces an deferre liceat in barbaras nationes & infideles. num. 1.
Merces nullæ deferri possunt per Christianos tempore belli. num. 2. & num. 3. idem de tempore treugæ, vel in quo timor est belli, & num. 7. ampliatur.
Merces quæ deferri possunt tempore pacis, nu. 4. & 5.
Merces prohibitæ etiam si absque spe offendēdi Christianos deferantur, incurruntur pœnæ & censuræ. num. 6. & nu. 8. amplia tur, & num. 9. prosequitur.
Frumentum nullo tempore deferri potest, num. 10.
Arma in præsenti tam offensibilia quam defensibilia deferri prohibentur. nu. 11.
Arma quæ dicantur. nu. 12.
Ensis ad scindendum panem non venit appellatione armorum. nu. 13.
Equus Bucephalus Alexandri nullū alium recepit cum Regio ornatu. nu. 14.
Prohibita deferri ad infideles duplicia sunt. num. 15.
Vetitis rebus portatis, an & non vetitæ perdentur. num. 16.
Repertus in via cum rebus vetitis, an punia tur. num. 17.
Statuto si quis puniatur tanquam falsarius, non punitur pœna falsi. nu. 18.
Pœnā deferentibus res prohibitas ad infideles etiam iure canonico. numero. 19. & 20.

Azeuedo super. 8.

Lex Decima.

Summarium.

Contra extrahentes arma, & alia hic contenta à regno, & immittentes ea in Sarracenorum terris, & contra malos Christianos ad sectam Iudæorum, vel Maurorum se conuertentes statuuntur in præsenti graues pœnæ.

IBI. *No sean osados de sacar, ni saquen para tierras de infieles.* Con. l. 2. & fin. titul. 9. partit. 5. vbi gloss. & ire rum gloss. in l. 22. titu. 5. part. 5. & l. 4. titu. 21. partit. 4. & l. 31. titul. 26. partita 2.
1 Sed an merces deferre liceat † apud barbaras nationes, & infideles, notatur in. l. eorem ferro, in principio. ff. de public. & vecti. l. 1. & 2. C. quæ res exp. non pos. & in. l. 1. C. delictor. & itin. public. custo. libr. 12. & in capit. ita quorundam, cap. significauit, cap. cum olim, cap. ad liberandam, extra de Iudæis, vbi Doctores concludunt, q. tempore guerræ nullæ merces per
2 Christianos † deferri possunt ad infideles, nec etiā illæ, quæ nō præstant subsidium ad bellandum, nam existente bello inter nos, & istos, datur prohibitio generaliter de omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus rebus: Et idem est dicendum de
3 tempore treugæ†, & de illo tempore,
in quo timor est belli, ex dict. cap. significauit, cum ibi notaris, vbi est melior textus iure, quod etiã in materia pœnali tempus guerræ comprehendit tempus treugæ, vbi Henric. Bohic. cõcludit indistinctè, omnes merces esse prohibitum deferri per Christianos ad infideles tempore guerræ, siue sit treuga siue non, pro qua opinione dicit facere text. in cap. quod olim, verbo, Mercimonia, vel alia cõsilia, vel alia subsidia, de Iudæis, & idem tenent Imol. & Hostien. in dict. cap. significauit, tempore autem pacis remanet prohibitio solum in mer-
4 cibus præstantibus † auxilium ad bellandum, vt sunt arma, fertum & alia, de quibus in dict. cap. ita quorũdam. nam tales merces nullo tempore possunt ad infideles deferri, possent enim infideles ij facere pacem fraudulenter, & fulcire se huiusmodi armis & rebus, & ipsis postea vti contra Christianos tempore belli, vt notant Doctores, vbi supra maximè per Abb. in cap. quod olim, notab. 1. de Iudæis, quo verò ad alias merces, possunt tem-
5 pore pacis † portari ad infideles ad cõmodum ipsorum Christianorum & omni ingenio extorquere aurum à barbaris dict. l. 2. C. de commer. & mercat. & sic istam opinionẽ vltra Henri. Bohic. vbi supra, scilicet quod tempore belli nullæ res, etiam de non prohibitis, possunt deferri ad infideles: tẽpore verò pacis, illæ, quæ prohibitæ non sunt deferri possunt portari ad infideles, tenent Innocent. & Gofred. in eo. c. quod olim, & hunc intellectum & hãc opinionẽ dicit sibi placere Maria. Socin. in dict. cap. quod olim, num. 6. vbi num. 2. eam incepit in dubium proponere. & hanc esse veritatem testatur Sylvest. in summa, verbo, Excommunicatio. 7. num. 6. &
Boeri. decisio. 178. num. 18. & hæc approbatur videtur ex text. nellio si bene eum inspexeris, qui cum non loquatur tempore belli, sed generaliter, scilicet arma & alias res prohibitas deferri, portari prohiberi ad infideles, quasi in tempore belli dictam decisum ex multis dictis non posse deferri arma & res vetitas siue non vetitas, & ex Bulla cœnæ Domini sic etiam decisum videmus. Idque adeo verum censet Marian. Socin. in dict. cap. ita quorũdam, num. 12. quod etiam si absque intẽtione impugnandorum Christianorum deferantur
6 res hæ prohibitæ, adhuc incurrentur pœnæ excommunicationis à iure impositæ contra eos, & ibi Socin. hanc cõmuniter teneri testatur, et iã si alij contra venerint. Iterum & in tantũ est prohibita dicta delatio dictarum rerum prohibitarum tempore belli & guerræ deferri ad infideles inimicos, quòd dicto tempore non possunt de-
7 ferri etiam pro redimendis † captiuis, nec excusatur deferens eas etiam ex post facto, quia cum ex illis venian impugnandi postea Christiani, non licet impendi subsidium ad malum committendum sub specie boni, quod bonum sequi videtur, talis enim compensatio à iure est reprobata, capit. super eod. cum similibus, de vsur. & hoc verum fore, & magis communiter teneri inquit Alexand. in consil. 130. super eod. col. 2. versic. & etiam secundum. volu. 7. & dicit cõmunem Sylvest. in summa, verbo, Excommunicatio 7. n. 6. in fi. Idq; adeo verũ est, ꝙ etiam tẽpore pa-
8 cis pro redimẽdis captiuis † deferri nõ possunt arma, & aliæ res prohibitę in dict. cap. ita quorundam, pro redemptione captiuorum, nam si tales infideles perpenderent, quòd pro redemptione captiuorum possent tales res deferri, nollent aliud recipere

elpare pro tali redemptione, & voléti fraudem committere paratum esset velamen, vt semper diceret se fecisse pro redemptione captiuorum, & hoc ante factum, post factum verò si tempore pacis deferuntur, & non animo lucrandi, sed redimendi captiuos, tũc erit excusandus, cum Lappo, Innoc. & Hosti. & cum hac distinctione, inquit Sylvest. vbi suprà. num. 61. cõmunem esse, & testatur cum ea transire Doctores in dict. cap. significauit, de Iudæis, Marquar. de Susannis, in dict. tra
10 ctat. de Iudæis. 1. part. cap. 5. nu. 4. vbi etiam inquit, cum Alexand. in dict. consi. quòd hæc procedunt quo ad Sarracenos & hostes Imperij Romani, vt sunt Turcę, cum quibus habemus bellum in dictum, secus verò in alijs, qui non sunt hostes, sed populi extranei, vt sunt Tartari, vel alij cum quibus pa-
11 cem habemus, vel neque guerram, neque pacem, neque aliquid agere cum eis, vt cum Indis, sed Rebuf. in exposi tione Bullæ cœnæ Domini inserta in praxi benefi. in glo. Impugnant, idem esse dicit, quo ad illos, qui impugnare possunt, vt idem iu licetur, de potentia, sicut de actu, & bene dicit, nam satis est, quòd timeatur, quòd impugnabũt nos, licèt tũc non impugnẽt, eò quòd antea visum est impugnasse, vt tenet etiã expresse Boeri. decisio. 178. num. 21. de quo per Bal. & Porti. in. §. si ab hostibus. Instit. quib. mo di. ius pert. por. sol. & Benuenut. in dict. Tract de mercatu. 2. part. num. 40. cũ sequent, & sic lex nostra de infidelib' generaliter loquitur; ita vt ad quoscunque infideles deferantur prohibita, incurretur pœna eius, de alijs verò rebus, vel mercibus non facientibus ad bellum, inquit Sylvest. in dict.
12 num. 61. non esse dubium inter Doctores quin & tempore belli † deferri possint pro redemptione captiuorum, etiam quo ad loca Söldani, vt ibi Azeuedo super. 8.
inquit Sylvest. nu. 63. quæ nisi essent pro tali redemptione, ad loca Soldani deferri non possent vllo tempore, secundum eund. Sylvest. ibi num. 60. & num. 58. & glos. *Arma*. l. fin. titul. 9. part. 1. & in. l. 22. titu. 5. part. 5. & Suarez, allegatio. 18. fol. 144. in princi. in antiquis, & Boeri. decisio. 178. nu. 18. & quæ dicantur res prohibitæ; infrà, in glo. *Cosas vedadas*. dicemus in hac lege.

Ibi, *Pan*, quod quidem frumentũ
10 † deferri prohibetur, quia potest prodesse ad bellum, sicut ad pacem, vt inquit Sylvest. in summa, verbo, Excommunicatio. 7. nu. 60. & con. l. 22. tit. 5. p. 5. vbi glo. *Trigo*.

Ibi, *Ni armas*, quorum armorum appellatione in præsenti comprehẽdun
11 tur non solum arma offensibilia cuiuscunque generis, sed etiam † defensibilia, vt potè, scuta, cassis, galeæ, loricæ, platæ, dyploides & similia, secundum glos. in extrauag. quorundam, de Iudæis. Io. 22. facit. l. 3. §. armis. ff. de vi & vi arm. & ex. l. 7. titu. *De las armas*, lib. 6. suprà, vbi probatur quod armorum appellatione defensibilia, & offensibilia comprehenduntur, & probatur etiam ex. l. 2. C. quæ res expor. non deb. imò & secũdum glos. in cap. ita quorundam, de Iudæ. fustes & lapides machinarum non æ dificiorum comprehenduntur, cum etiam armorum appellatione veniãt. Iarmorum, vbi Rebuff. ff. de verb. significa. & etiam quia per ea oppugnantur Christiani, & sic quoad terminos etiã Bullæ Cœnæ Domini, tenet Rebuf. super eadẽ Bulla, in gl. *Arma* art. 5. pag. 414. in praxi benefici. nouæ impressionis, anni 1580. & Sylvest. vbi suprà. num. 59.
12 vbi etiam dicit, vel die, quòd arma † dicuntur, quæ veniunt solum, vel principaliter, in vsum offensionis, vel defensionis, quibus autem etiam in alijs vtimur principaliter, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicuntur arma, nisi ex intentione, vt in Clementina nè in agro, de statu mona. vnde gladius ad incidendum panem † non venit nomine armorum, secundum Abb. in cap. Clerici. 1. de vita & hon. cler. vt patet per illum text. qui dicit, quod clerici arma portantes excommunicentur, & consequenter mortaliter peccant, & tamen non prohibentur ferre gladium ad incidendum panem, hæc Sylvest. dict. nu. 59. 13

Ibi. *Ni cauallos.* Siue sint in cursu velocissimi, siue veredi, id est, vehentes rhedam. l. 1. C. de cursu publi. lib. 12. siue alij, cum hic generaliter loquatur Consultus, & de natura equorum, qui præsagiunt pugnam, & amissos lugẽt dominos, lachrymasque interdum desiderio fundunt, licet videre per Plinium, libr. 8. cap. 42. vbi narrat de equo Bucephalo Alexãdri, qui Regio instructus ornatu neminem alium, 14 † quam Alexandrum recepit in sedẽ, alios passim reijciens, cui defuncto rex duxit exequias vrbem quã tumulo circundedit nomine eius, aliaque mira ibi de equis citantur, vt refert Rebuf. in dicta Bulla Cœnæ Domini dicto articul. 5. verbo Equos. pag. 414.

Ibi. *Ni otras cosas vedadas.* Et quæ sint ista extra text. in cap. ita quorundã & cap. quod olim & cap. ad liberandã de Iudæis, & ex. l. fin. titu. 9. part. 2. decerpes, & ex alijs partitarum legibus in principio huius legis per me allegatis, inquit tamen Sylvest. in summa verbo Excommunicatio. 7. num. 60. 15 quod prohibita in ista materia † sunt duplicia, quia quædam sunt prohibita omni tempore, & loco, siue quoad omnes Sarracenos, vt arma, ferrum, equi, ligamina, naues, galeę, vt in dict. cap. ad liberandam, & in dict. cap. ita quorundam, per quæ intelliguntur omnia conferentia, & apta directè, & inmediatè ad vsum belli offensiue, aut defensiue, & ista sunt, quæ à Doctoribus appellantur prohibita: quædam verò quoad omnem locum suò quoad omnes Sarracenos prohibẽtur aliquo tempore, scilicet, belli tãtum, vt victualia & mercimonia, & omne consilium, ac subsidium, vt in dict. cap. quod olim, & eadem prohibẽtur quoad omne tempus secundum aliquem locum, scilicet, solum quoad loca Soldani, ad quę nullo tempore licitè mittuntur, vt in extrauag. olim de Iudeis, inter communes, in qua de bello, vel pace mentio non fit, & tempore pacis licitè mittuntur ad alios Sarracenos, quia hoc nullibi legitur prohibitũ nisi fieret in dispendium Christianorum, puta quia Sarraceni ijs se muniunt ad pugnam, quia generaliter prohibentur subsidia belli in quãtum talia: quod dico, quia eadem res conferre potest ad bellum & pacem, vt copia frumentorum, & ista quæ non sunt semper prohibita; nisi in aliquo loco, nec vbique nisi in aliquo tempore, a Doctoribus appellantur non prohibita, hæc Sylvest. vbi supra ex quo, & ex dictis iuribus decerpes, quæ sint omni tempore prohibita deferri ad Sarracenos, & Boerius decisio. 178. & Benuenut. in tractat. de mercat. 2. part. nume. 12. cum sequentibus, & in dict. capit. Bullæ Cœnæ Domini. 5. in ordine, secũdum quod numerat Rebuf. super ea, sed quid si portentur vetitæ res, † & non vetitæ, an omnes confiscabuntur, Boerius, vbi supra, numero. 27. cum sequentib. aliquibus, inquit, quòd, si tempore guerræ deferantur, quia tunc omnes prohibentur deferri, siue prohibitæ, siue non prohibitæ, tunc omnes confiscabuntur, & etiam nauis, vel animal, siue balliſia, & arca vbi deferuntur, cessante verò guerra an omnes confiscãdæ sint, 9. adsunt opiniones, vt ibi per Boerium, num. 24. cum sequentibus, 16

quibusdam dicentibus, licita non publicari, sed tantũ illicita, & prohibita, in numero tamen. 25. inquit communem esse confiscanda esse omnia, siue sint portantis, vel alterius scientis, & consentiẽtis, & alibi in lib. 6. supra, sub titul. *De las cosas prohibidas sacar del Reyno:* diximus. Itidẽ quærit Boerius vbi suprà, nume. 30. cum sequentibus, an 17 repertus in via † cum his rebus puniatur, & distinguit, an statutum dicat, si quis portauerit extra comitatum, & tunc non incidit, aut dicat, si quis repertus fuerit portare, & tunc incidit, de quo & in. d. lib. 6. diximus, ad ibi dicta me remitto.

Ibi. *O dieren favor, consejo, o ayuda.* Idem probatur in dictis iuribus canonicis, & partitarum suprà allegatarum in glos. præcedenti, vbi & in cap. quod olim, & cap. ad liberandam, de Iudeis, ampliatur in dante consilium ad facienda naufragia, & similia, & ex. l. fi. C. de pœnis.

Ibi. *Que sean auidos por ellenos.* Et sic propriè aleuosi non sunt, sicut & in terminis similis legis. 22. titul. 5. parti. 5. per text. ibi considerat glos. fin. ibidem, & est maximi effectus, nam cum veri aleuosi non sint, non punientur vt tales ex doctrina Baldi in ca. nonnulli. §. sunt & alij, de rescript. & ibi Felin. & in cap. Solitæ. column. 1. de maior. & obedient. Hippolyt. singulari 236. scilicet, quod si statutum dicat aliquem tãquam falsarium puniendum 18 † non punietur pœna ordinaria falsi, sed pœna extraordinaria ex glos. in l. 3. ff. de receptatoribus, sequitur Rebuf. in tractatu de alienatione rerum Ecclesiæ, num. 101. & in. 3. tomo constitutionum Franciæ, titu. de sententijs artic. 3. glos. vna, nu. 39.

Ibi. *Muera por ello.* Ex dictis legibus partitarum in hac lege per me allegatis non imponebatur ita rigorosa pœna, sed nostra vt nouior erit seruanda.

Azeuedo super, 8.

Et de iure ciuili eadẽ capitis pœna, & confiscatio bonorum † imponitur, ex l. 2. C. quæres. expor. non pos. & ex l. 22. titul. 5. partit. 5. idem videtur de ciuium, & in. l. 4. titul. 21. partit. 4. ponitur etiam confiscatio bonorum. De 19 iure vero † canonico ijs, qui ista prohibita ad infideles portare non verẽtur, aliæ pœnę imponuntur, Prima est excommunicationis, vt in dictis iuribus canonicis, & partitarum suprà allegatis in hac lege, & eius principio, & ex dicto capitulo Bullæ cœnæ Domini. Secunda, quod ab alio, quam à Papa absolui non possunt, vel de eius speciali mandato, quam absolutionẽ Papa de facili non præbet, teste Abb. in dict. cap. quod olim, in fine, de Iudæis. Tertia, quod serui efficiuntur capientium, etiamsi Christiani fuerint, contra ea, quæ dicit Bart. in. l. hostes, ff. de captiuis, & Boeri. in. §. 1. de consuetudinibus statutis status personæ in cõsuetu. Biturigen. vbi dicit, iura seruitutis, & captiuitatis inter Christianos locum non habere, sed quod speciale est in hoc casu. Quarta, sunt infames, & sic omnibus pœnis, quibus infames affliguntur puniendi sunt. Quinta, sunt intestabiles tam actiue, quam passiue; quia nec ipsi de bonis suis disponere possunt, nec aliquis eis relinquere, vel aliqua legata facere, vel donationes. Sexta, ad succedendum sunt inhabiles tam ab intestato, quam ex testamẽto. Septima, ad publica nõ possunt admitti officia, vt ibidem habetur. Octaua, omnes actus legitimi sunt eisdem interdicti, de quibus, in ea. actus legitimi, de reg. iur. in. 6. Nona, omnia bona eorum sunt confiscata. Vltima, quia diebus Dominicis excommunicati publicè nunciari debẽt, hæ pœnæ deferibuntur, in extrauagan. 1. de Iudæis, inter communes, & retulit eas Rebuf. in dicta Bulla Cœnæ, in. d. artic. 5. glos. fin. & post descripsit Cãtera,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tera in quæsti. crimi. tit. de hæresi. nu. 66. cum sequentibus.

Ibi. *Captinos de quien los tomare.* Specialis casus, vt dixi in gloss. præcedente, in quo Christianus captiuus efficitur, & in dictis iuribus canonicis, & in l. fi. titul. 9. part. 1. & in l. 4. titul. 21. partit. 4. vbi quærit gloss. an poterunt isti manu mitti per dominum, & dicit quod non, quia in pœnam delicti fuerunt serui facti. Ego tamen pondero, quod text. hic non dicit, quod efficiũtur serui, sed tantum captiui, qui quidem poterunt dimitti per eos capientem lege nostra attenta.

Lex. 14.

Summarium.

Procedentes à Mauris (vocati, *Moriscos*) in hoc regno commorantes non possunt emere seruos nigros, neque eos possidere sub pœnis hic contentis.

IBI. *No comprenesclauos negros.* Nè forte eos subuertant, consulendo eis, vt Sarraceni fiant: vel nè vt mittant eos in partes Africæ, vt pro ratione apponitur in supplicatione nostræ legis Regi porrecta. Sic & Mauris ac Iudæis prohibitum erat habere Christiana mancipia, vt in ca. Iudæi, & in ca. Nulli, de Iudæis.

SVMMARIA.

Christianus vbi quis effectus est tenetur fidē seruare. nu. 1.
Homo duplex maledictus est. nu. 2.
Passiones animi facto declarantur, & sunt facta nuncij cordis. nu. 3.

Lex. 15. 16. & 17.

Summarium.

Leges hæ eandem continent materiã, cum Sarracenis factis Christianis iubeant, quod non loquantur linguam Arabem, neque sub ea scribant, vel contrahant: neque vt vestiantur, vt antequam essent Christiani vestiebantur: & in nuptijs ritus euitent antiquos, neque nominibus Maurorũ nuncupentur.

AD quas quidem leges exornãdas notabis ex eis quòd licèt vt in hoc titulo dictum est, voluntariè quis ad fidem reducendus est, non vero compulsus, voluntarium enim militem elegit Deus, tamen postquã quis libenter, & libere, & non præcisa coactione, baptizatus fuit, & per baptismum effectus Christianus, & gremium ingressus Ecclesiæ, est omnino compellendus fidem seruare, † 1
& dimittere veteris legis ritus, quos ante colebat, translato enim Sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, vt in cap. translato, de constitu. quia maledictus est homo, qui terrã Domini duabus ingreditur vijs, sicut faciebant Ebionitæ, qui legem seruabant cum Euangelio. 24. quæst. 3. quidam, verbo Hebionitæ, neque debet quis veste indui lanã & linoque contexta, vt cap. cum causam, de electio. homo enim duplex maledictus est, † vt 2
in cap. quidam. de Apostat. & 88. distinct. eijciens, vnum enim gerit in corde, & aliud in ore, facit gloss. in l. obseruãdum. ff. de offic præsi. Sed debent esse simplices: & talis simplicitas dolo contraria, & duplicitati, summè laudanda est, vt ca. 3. de præsumptio. 22. quæst. 4. innocens, simplicitas verò contraria discretioni vituperanda est,

est, capit. de Petro. 47. distinct. & cum baptizatus per baptismum effectus sit nouus homo, nam dicitur renasci in spiritu & aqua, iuxta illud, nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. & ideo baptizatus debet dimittere ritus sectæ antiquæ, cogendusque est fidem suscepram seruare, vt cap. contra Christianos de hæreti. in 6. 45. distinct. capit. de Iudæis, & dict. ca. quidam, de Apostat. & 23. quæst. 5. ad fidem, nam si quis seruat ritus alterius sectæ, vel legis, quam depositi adepta lege Christiana, non ne facto declarat, se adhuc sectam illam dimissam amare ac retinere, & in ea gloriari, licet animo, & voce id declarasset, quibus quidem, vt ait Philosophus, significantur passiones, quæ sunt in animo: voceique nuncij cordis † sunt, vt inquit Bald. 3
in tract. schismatis colum. 12. & ex factis de affectu præsumitur, cap. qui viderit, & cap. sicut. 32. quæst. 5. neque enim refert facto, vel verbo talia facere, cap. extimant. 11. quæst. 3. dummodo tale factum sit, quod aliquid erroris in se mixtum habeat, prout est, vt ritibus sectæ contrarijs legi diuinæ, & fidei Catholicæ, & sic siue verbo, siue facto, per se, vel per alios faciant hæretici, per Christianos excommunicantur in Bullæ cœnæ Domini; imò & legentes eorum libros, vt ibidem per Rebuf. & ideò iure optimo vetantur iis Sarracenorum descendentibus in præsentibus legibus, vt ritus antiquos non exerceant, neque lingua antiqua loquantur, neque libros Arabũ legant, alias puniendi sunt, vt hic, & in Pragmatica noua facta per Philippum nostrũ Madriti, Anno. 1572. renouantur leges nostræ & nouæ statuuntur pœnæ aduersus hos Maurorum descendentes, linguã, & ritus eorum exercentes, & loquentes, vestibusque vtentes, quam quidem pragmaticam reperies iam in hac recopilatione insertam ad ampliationem nostrarũ legum, ideòcam nõ refero, vt sic finem huic titulo imponamus.

TITVLO. III. DE LOS hereges y reconciliados, y adiuinos, y hechizeros, y agoreros.

ET continuatur ad præcedentem titulum, nam cum in eo dictum sit de Iudæis & Mauris, qui non baptizati Deũ blasphemant, & de nouiter etiam conuersis, qui id facere solent; nunc sequitur titulus generalis de baptizatis incidentibus in hæresim.

In huiusque Rubricæ & tituli declaratione non multum immorabimur, nam si immorandum esset, vnum integrum, & non paruum volumen fieri posset, cum de hac materia latissime actum sit per Doctores in locis ordinarijs de hæreticis, in iure canonico, & in ciuili, & in partitis Regijs, & per summistas in verbo Hæresis, & hæreticus, per Simanc. de Instit. Cathol. & in Enchiridione, & per Villadiego, in tract. de hæreti. per Paul. Grillard. eod. tracta. per Zanchin. de hæretic.

Fran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Francis Schlazenſ. de fide Catholi. c. 13. cum ſequentibus, per Ambroſ. de Vignare, de hæreſi, cũ additio. Pegnæ, Bor. Comen. Lucerna inquiſitorum: Arnal. Albert. de Catholi. Aſſer. Conradus, de hæret. Arelatan, Ioan. à Rojas, Ludouici Carreri, Pala. Rub. & Boſsius, de hereti. Clarus, in practic. §. hæreſis, Alphonſus à Caſtro, de hæreſi. & de iuſta hæret. puni. & Cantera, in ſuis quæſtit. de hære. Iacob. de Velouiſo, in ſua practic. & per Ber. Diaz, in ſua pract. cano. ca. de hæreticis. 24. quæſt. 1. per totam, & quæſt. 3. §. quia verò vſq; ad finem quæſt. & 11. q. 1. & 23. quæſt. 7. & 8. diſtin. quo iure, & 1. q. 1. in multis, & in tit. 36. p. 7. & in reperto. & in directorio inquiſitorũ, & de definitione hæretici, & hæreſis in l. 1. ſequente dicemus. De ſecunda verò parte Rubricæ, *De adiminos, hechizeros, y agoreros*, diximus in l. 5. titul. 1. ſupra iſto libro.

SVMMARIA.

Hæreſis Græca vox eſt, quæ ab electione dicitur. num. 1. & ſic optatio eſt ſiue electio, tra. num. 3.

Hæreticus ab hæreſi deriuatur non verò è contra. n. 2.

De ædificatoribus turris Babel. numer. 4. & num. 5. qua pœna fuere puniti.

Hæreſum plures cauſas remiſsiuè. nn. 6.

Quilibet de hæreſi inquiri, & accuſari poteſt. num. 7. & num. 8. etiam ſi ſit Imperator, & nume. 9. quid in Papa.

Papa hæreticus minor eſt quolibet Catholico in eo quod eſt hæreticus. nu. 10.

Hæreticus in iure propriè, & largè, & impropriè ſumitur. nume. 11. & ibi ſpecificatur, num. 12.

Hæreticus proprie, & ſtrictè vt quis dicatur quæ requiruntur. nn. 13. & 14.

Hæreſis non cadit in Iudæis. num. 15. & ſic accuſatus de hæreſi debet probari quod eſt Chriſtianus. nu. 16. & 17. & 18. alia ad propoſitum, & nu. 19. an Inquiſitores contra Iudæos procedant.

Inquiſitores in certis caſibus procedere poſſunt contra Iudæos. nu. 20. & nn. 21. & num. 22. quomodo fiet iſtud.

Pœna graniſſima eſt non conuerſari inter homines, & eorum cœtus facere ſuffragijs. numer. 23.

Putans ſe baptizatum cum non ſit, an de hæreſi puniri poſsit. numer. 24. & numer. 25. quid in cathecumeno, & numer. 26. quid in infante baptizato ab infidelibus capto, vbi didicit infidelitatem.

Nouiter conuerſi an ſint venia digniſi errauerint, antequam ſufficienter inſtructi ſint. num. 27.

Procedi an poſsit contra dubitatum, an ſit baptizatus. num. 28.

Hæreticus improprie, & large etiam quis dicitur. nu. 29.

Secundum requiſitum vt quis proprie hæreticus dicatur. nn. 30. & 31.

Hæreſis eſt ſpecies infidelitatis. nn. 32.

Infidelitas eſt in intellectu. nu. 33.

Hæreticus non eſt proprie faciens aliquid ſine errore in intellectu. numer. 34. vbi numer. 35. infertur ad peccantes mortaliter, niſi vt num. 37. & 40.

Domus conſtat ex ſtrato pariete, & tecto. num. 36.

Hæreſim conſummatam criã reddunt. nu. 38.

Pertinacia conſummatũ facit hæreticum. nume. 39.

Dubitãs de fide errat. ſicut & qui vetuſtati cõ tradicit. nu. 41. & 43.

Errare eſt verum putare id quod falſum eſt. num. 42.

Schiſmaticus proprie quis ſit. nu. 44.

Schiſma dicitur ſciſſura. nu. 45. & ibi ratio. & nu. 46. quando propriè hæreticus dicitur ſchiſmaticus.

Omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus quia ſcindit vnionem Eccleſiæ diuidendo ſe ab illius vnione, ſed non è conuerſo. num. 47.

Schiſma nullum eſt, niſi aliquam hæreſim contingat. nn. 48.

Vnio duplex eſt. nu. 49. vbi & num. 50. quæ ſint hæc.

Schiſma quæ latinè dicitur ſciſſura opponitur vnioni, quæ ſit per charitatẽ. n. 51. & 52.

Fautores & defenſores hæreticorum ſolum perſonas defendentes, non verò errores, nõ ſunt cenſendi hæretici, licèt pœnis canonicis puniantur. nu. 53.

Hæreſis ſumit initium in corde poſtea deſcendit in os. nn. 54.

Lingua nuntius cordis appellatur. nn. 55.

Tertiũ requiſitum vt quis proprie hæreticus dicatur, ſcilicet vt erretur in iis, quæ ſunt fidei.

fidei. n. 56. & 57. & ſic differunt multoties ſcriptores in iis, quæ non ſunt fidei. nu. 58.

Determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad Eccleſiam. num. 59.

Nullus Doctor, vel ſanctus defendit ſuam ſententiam contra authoritatem Eccleſiæ, num. 60. & num. 61. quòd eſſet hæreticus aliquid pertinaciter aſſerens in contrariũ in pertinentibus, & neceſſarijs ad ſalutem contra determinationem Eccleſiæ.

Hæreticus eſt qui ab aliqua fidei parte errat, neque requiritur quòd cõtra totam fidem Catholicam erret. num. 62. & 63. & 64. quod recedens in totum, non eſſet propriè hæreticus, ſed Apoſtata, licèt & vt hæreticus talis Apoſtata puniretur. numero. 65.

Titulus de Apoſtatis extra non loquitur de Apoſtatis recedentibus à fide, ſed à religione, vel clericatu. n. 66.

Hæreticus pluribus dicitur modis. numero. 67.

Hæreſis contrahitur deuiando à fide, & religione Chriſtiana. nu. 68. & nu. 69. & 70. ampliatur. nu. 71.

Hæreticus eſt adhærens opinionibus denominatorum in canone & legibus deſignatis in num. 72. & num. 73. idem defendendo eorum opiniones.

Dubius in fide hæreticus. nume. 74. & num. 75. declaratur.

Hæreticus non eſt eligens vnam opinionem DD. Theologorum. nu. 76. vbi declaratur.

Hæreticꝰ eſt qui nouũ dogma vel extraneũ à fide, & nouas opiniones, & falſas gignit. numero. 77.

Hæreticus eſt firmiter credens Chriſtianis licere vſuras exercere. nu. 78. vbi declaratur remiſsiuè.

Hæreticus largè pluribus alijs modis dicitur, num. 79.

Hæreſim per blaſphemiam quando contrahi dicatur. nu. 80.

Blaſphema verba, quæ hæreticalia dicuntur, numer. 81. & numer. 82. quæ non ſunt hæticaliq.

Blaſphemia hæreticalis punitur ab inquiſitoribus etiam ſi conditionaliter proferatur, num. 83.

Hoſtiam non conſecratam petere tempore mortis an ſapiat manifeſtam hæreſim, numero. 84.

Quartum requiſitum, vt quis propriè hæreticus dicatur, eſt pertinacia. num. 85. & nu. 92. & 93. inferuntur aliqua, & num. 86. quis dicatur pertinax, & n. 95. & 97. proſequitur hoc de pertinacia, & nu. 88. quis ob hoc hæreticus dicatur.

Pertinacia hæc & error pertinax dupliciter conſideratur. numer. 89. & 90. vbi exemplificatur.

Pertinacia hæc procedit à radice ſuperbiæ, num. 91. & hæc hæreticum conſummatũ facit. nu. 94.

Pertinaciæ viginti modos remiſsiue. numero. 96.

Pertinacia cum ſit facti, non præſumitur niſi probetur. num. 97.

Pertinacia hæc etiam in iis, quæ ambigua ſunt, & vbi adhuc Eccleſia nihil diffinit ea ſola ſufficit hæreticum facere. numero. 98.

Hæreticus an cenſeatur credens ignem infernũ eſſe ſimilem aut diſsimilem igni quem nunc cernimus in hoc mundo. num. 99. & num. 100.

Hæreticus eſt contradicens iam diffinitis etiam ſi dicat ſe paratum corrigi. numero. 101.

Electio voluntatis operatio eſt, quæ ex conſilio prouenit. nn. 102.

Pertinax non ſolum eſt relaxandus ſed etiam viuus comburendus. nu. 103.

Hæreſis & hæreticus quibus teſtibus probetur. numero. 104. & 105. cum. 3. ſequentibus.

Teſtes hæreſim alterius teſtificantes ſi ſunt criminoſi & infames, etiam concurrentibus adminiculis, duo non ſufficiunt. numero. 109.

Teſtes circa hæreſim vbi duo ſufficiunt debẽt eſſe calificati. 110.

Teſtium maioritas vbi requiritur probanda eſt. num. 111.

Teſtes ſingulares etiam plures non ſufficiũt in hoc delicto. num. 112. & nume. 113. an ad probandum hæreticum in genere ſufficiant.

Teſtes recepti in generali inquiſitione debent repeti, & ratificari. eo nume. 113. vbi quomodo repetantur, & an idem ſit in ſpeciali inquiſitione.

Verba propoſitionum ſi habent duplicem ſenſum, in meliorem ſunt capienda vt excuſetur accuſatus. nu. 114.

Hæretici quomodo cognoſcantur. nume. 115. vbi an comedere carnes diebus vetitis, vel

verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba Lutheranica pronunciare sit hæreticum.
Hæresis crimen est Ecclesiasticum. nu. 116. & .117. & .118. & .119. ad quem appellandum est, & quòd secularis iudex se in hoc intromittēs excommunicatus est, & si per annum insorduerit in excommunicatione vt hæreticus condemnandus. nu.121.
Ecclesia corporales sanguinis pœnas non infligit, & ideo executio earum committitur seculari iudici. nu. 122. nisi sit perpetui carceris, & flagellorum & triremium. num. 123. & .124.
Iudices tenentur exequi pœnas corporales hæreticis dandas ex sententia Inquisitorum nullo viso, nec petito processu. nu.125.
Inquisitores sunt delegati ad vniuersitatem causarum. num. 126.
Peccatis puniendis tres causæ attribui solent nu.127.
Iustitia punitiua est commutatiua pœnæ pro culpa. num. 128.
In grauioribus criminibus nō solum damnum passo, sed & reip. satisfaciendum est. numero. 129.
Multato pestilente sapientior erit pœnulus nu.130.
Leges pœnales factæ sunt vt humana coerceatur audacia tutaque sit inter improbos innocentia. num. 131.
Hæreticorum sibilas mentes auditorum vulnerat. num. 131.
Hæretici ab omnibus fere nationibus pœnis affecti sunt. num. 132.
Origo Inquisitorū nostrorum potuit initiari à iudicibus constitutis ab Atheniensibus Romanis pro violata religione. nu. 133.
Pœnæ hæreticorum plures describuntur. num. 134. cum sequentibus pluribus.
Casus in quibus incurritur pœna ipso iure remissiuè. num. 135.
Hæretici omnes sunt excommunicati. n. 136. & à iure diuino procedit, & est antiquissima eorum pœna. nu. 137. & .138. & .139. quòd ipso iure incurrunt.
Hæretici ecclesiastica carent sepultura. numero. 139.
Excommunicatus non est ille qui citra omnē pertinaciam assentitur alicui hæresi si est paratus suscipere & tenere eam fidem quam Catholica tenet Ecclesia. nu. 141.
Appellationi non est locus ab excommunicatione incursa ab hæretico. nu. 142.
Absolutio excommunicationis ab hæretico incursæ Summo Pontifici reseruatur. nu. 143. & .144 quòd ipsis tantum inquisitoribus committitur absolutio per Papam, adeo vt neque virtute bullæ Apostolicæ possint absolui. num. 145. & nu. 146. & Episcopi absoluunt occultos hæreticos in foro conscientiæ.
Confessor cui occultus hæreticus confessus est hæresim quid faciet. nu. 147.
Absolutus à Papa ab hæresi an sit tentus in foro Inquisitorum. nu. 148.
Hæreticus post mortē declarari potest excommunicatus. num. 149.
Defunctus anathematizari potest, id est, maledici. num. 150. & num. 151. contra quos anathema proferatur.
Hæreticus etiam occultus & mentalis incurrit dictam excōmunicationem. 152. & nu. 153. 154. & .155. declaratur & prosequitur opinio tenenda.
Hæreticus purè mentalis confitens inquisitoribus hæresim, vel amico, petēs ab eo consilium an incurrat excommunicationem. nu. 156. & nu. 157. per iocum dixerit se aliquando id tenuisse.
Hæreticus occultus an teneatur seipsum prodere. nu. 158.
Existēs in excommunicatione per annum an possint inquisitores contra eum procedere. num. 159.
Hæreticus morte afficitur æterna. nu. 160. vbi nu. 161. quòd grauius est hæresis peccatum cæteris peccatis.
Hæreticus notatur infamia perpetua, numero. 162.
Hæretici contractus, testamēta, vel alia acta infirma sunt. 163. vbi quòd neque ex testamento aliquid capere possunt.
Hæreticis scienter relictum per alium fiscus capit. nu. 164.
Hæretici ab accusando, & à iudicijs, & à testimonijs & officijs publicis repelluntur. num. 165.
Hæreticus an sit infamis infamia iuris vel facti. nu. 166. & quid in suspecto de hæresi. num. 167. & num. 168. quid si se conuertat.
Relapsus etiam si se conuertat traditur curiæ seculari. nu. 169.
Hæreticus reconciliatus non euitat confiscationem bonorum. nu. 170.
Hæreticorum infamia ad filios eorum transit. num. 171.
Hæretici clerici sine laici in corpus dāda eadem

dem est: numero 172. & clericus prius est degradandus quam curiæ seculari relinquatur, ibidem vbi à quo fiat degradatio. & nu. 174. quomodo fit exauctoratio.
Ecclesiastici iudices solent intercedere cu iudice seculari nè pœnā mortis imponat degradato et relicto. num. 175. sed secularis procedit ad executionem pœnæ ignis. numero. 176.
Pœna ignis aduersus impios hæreticos antiquissima est. num. 177.
Hæresiarcha si ante declarationem pœnitet an euitabit pœnam ignis. 178.
Hæretici an admittantur ad pœnitentiam lata sententia. nu. 179.
Hæreticorum bona ipso iure confiscantur à die commissi criminis. 180. & num. 181. ampliatur.
Hæreticus amittit administrationem omnium bonorum. nu. 182. & nu. 183. & .184. an dominium bonorum vim statim transeat in fiscum.
Hæreticus non tenetur in conscientia ante sententiam bona sua tradere fisco, neque sententiam contra se exequi. num. 185. & 186.
Hæreticus alienare bona sua non poterit, neq; valebit alienatio, neque donatio, neque dotis constitutio etiam filijs. num. 187. & 188.
Hæreticus an ante condemnationem faciat fructus suos. nu. 189.
Bona deficientis in purgatione aut ob contumaciam damnati non publicantur. n. 190. nisi vi ibi.
Hæreticus occultus an per pœnitentiam recuperet bona. nu. 191.
Conditionalia iura non veniunt in confiscatione. num. 192. neque alia numerata in nu. 193. vbi quid in donatis à consanguineis hæreticis vxori. & nu. 194. limitatur & declaratur.
Inquisitores nullum habent arbitrium in confiscatione bonorum. num. 195.
Bona clerici hæretici sicut & laici confiscantur. num. 196. & num. 197. quid circa bona ecclesiæ talis clerici. & nu. 198. quid in adquisitis intuitu ecclesiæ. & .199.
Bona clerici hæretici Episcopo an verò fisco pertineant. nu. 200. & .201.
Hæretici clerici dignitatibus & beneficijs priuantur. nu. 202. vbi num. 203. an ipso iure, vel per sententiam.
Filij hæretici an primandi sint beneficijs obtentis vel priuati. num. 204. 205. & 206.
Peculium ob delictum hæretici an confiscabitur. nu. 207. 208. & .209.
Peculium castrense vel quasi filij hæretici confiscatur. nu. 210. & nu. 211. quid in peculio profectitio. & num. 212. quid quòd aduentitia, & nu. 213.
Bona maioratus an ob hæresim confiscentur. nu. 214.
Bona hæreticorum habentium filios an filijs & non fisco deferantur. num. 215. cum sequentibus.
Alimenta & dotes de æquitate an sint dandæ filijs hæretici. nu. 219.
Filij filiæue, nati vel natæ ante delictum patris hæretici, comprehendantur & notentur infamia. n. 220.
Bona hæreticorum cui fisco sint applicanda, nu. 221. & .222.
Condemnatus in regno Castellæ si habeat in Francia cui fisco applicabuntur. n. 223.

Lex Prima.

Summarium.

Quis sit hæreticus & qualiter puniatur, declarat lex nostra.

IBI, *Hereges*, Post quam sol iustitiæ Christus IESVS Dominus noster in terris visus est, & lux Euangelicæ veritatis in toto orbe refulsit, obmutuerunt idola, Dæmones fugati sunt, & idolatria omnis detectis fallacijs reiecta, derisa, & contempta est. Videns autem inimicus, (vt ait Cyprianus in Tract. de simplici. Prælat. & Augustin. lib. 8. de Ciuitate Dei, cap. 31. Nicephorus, lib. 4. Histor. Eccles. c. 2. & lib. 8. cap. 2.) idola derelicta, & per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitauit nouā fraudem, vt sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos: hæreses inuenit & schismata, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus subuerteret fidem, veritatem cor
tumperet, scinderet vnitatẽ. Cumq;
has Dæmonũ inuentiones mali Chri
stiani eligerent, necessarium fuit pro
eorum punitione nouas indicere le-
ges ac pœnas, vt à tali maleuola volũ-
tate formidine pœnæ retrahãtur, iam
3 quòd virtutis amore ab ea se abstine-
re noluerint. Et ethymologia verbi
huius, *Herege*, denominatur, quem-
admodum, & ipsa hæresis, Græca vox
1 est, quæ ab electione † dicitur, eo ꝙ
aliquam opinionem sibi sectandam
hæreticus eligat. 24. quæst. 3. hæresis,
putans esse meliorem, vt inquiũt Do
ctores, maximè Sylvest. in summa ver
bo, Hæresis. 1. numer. 1. & Simanc. de
Instit. Catho. tit. 30. num. 1. & Castro,
aduersus hæreses, lib. 1. ca. 1. & iterum
de iusta hære. puni. li. 1. cap. 1. vbi ipse
inquit, Inde Philosophorum sectæ aut
opiniones hereses appellatę sunt, quia
sibi has eligebant opiniones. Ex quo
cum ipsi eas eligerent, nõ potest dici,
doctrinã Euãgelicam hæresim esse ap
pellandã, cum nõ ab homine produtã,
aut aliqua humana ratione inuẽtam,
sed sola Dei inspiratione, & reuelatio
ne agnitam, ac ideò non ex nostra ele
ctione obuenisse alicui, sed sola Dei
voluntate eam manifestante: quo fit,
vt prius à Deo edoctum esse oporteat, quisquis hanc vere, & tenaciter
(vt decet) amplectatur disciplinam:
sic enim dicit ipse veritatis Magister,
Nullus venit ad me, nisi Pater meus
traxerit illum. Quapropter iuxta vo-
cis proprietatem, quamtumlibet ex-
tensa dictione, minimè hæresis appel-
lari potest, cum Christianorum hæc
fides nequaquam humano aliquo sen
su, vel iudicio constet. Sententia er-
go, quam pro suo arbitrio sibi quisq;
elegit, hæresis appellatur, quæ (vt di-
ximus) ab electione denominatur.
Sic & hæreticus, cum ab hæresi deri-
2 uetur, non verò hæresis † ab hæreti-
co, vt considerat Castro, de iusta hær.
punt, lib. 1. cap. 1. ad finem, dicetur ab
Heuronme, quod est, opto, seu eligo,
vnde etiam apheresis, quæ apud no-
stros ablatio dicitur, & diæresis, quæ
est diuisio, & syneresis, quæ est diuiso-
3 rũ coniunctio: itaque hæresis † opta-
tio siue electio: eligunt enim hære-
tici sectam specialem, & Catholicæ re
ligioni contrariam, vel diuersam, ita
in reperto. Inquisitorum, verbo, Hæ-
reticus. versi. sed hæreticus dicitur. Et
hæreticos (secundum aliquos sacros
Doctores) visi sunt significasse viri illi,
qui turrim Babel ædificantes cœlum
4 conscendere † voluerunt: qui cœlum
etiam (vt illi) conscendere nituntur,
quando proprio ingenio freti secreta
cœlestia se posse rimari contendunt.
Eucherius enim lib. 2. super Genesim,
cap. 7. iuxta hunc sensum illam histo-
riam interpretatur. Magna quidem
superbia est ambulare in magnis, & in
mirabilibus super se. Aliorum omniũ
iudicia, & sententias contemnere, suo
iudicio tantũ tribuere, vt illi soli plus-
quam cæteris omnibus fidat. In pœ-
5 nam tantæ † superbiæ Deus illos ig-
norantiæ cœcitate percutit, vt nõ in
telligant multa, sed pessimè errent in
illis, quæ si humiliter de se sentirent,
facillimè intelligere valerẽt. Nam de
huiusmodi superbis, qui multa de se
opinãtur, Paulus ait, ad Rom. 1. Obscu
ratũ est insipiens cor eorum dicentes
enim, se esse sapiẽtes, stulti facti sunt:
Et Salomõ in Prouerbijs, Prouerbio. 11.
ait, vbi humilitas ibi erit Sapientia.
Quibus verbis ignorãtiã, & errorẽ vi
detur ex proposito tribuisse superbię.
Et B. Gregorius ait, Lumẽ veritatis ela
tis mentibus absconditur. Ideò hære-
ticis elatis, qui iudicium suum totius
Ecclesiæ iudicio præponere non ve-
rentur, Deus per Ezechielem Prophe
tam ait, cap. 13. Væ Prophetis insipiẽ-
tibus, qui sequuntur spiritum suum,
& nihil

& nihil vident. Vbi Hieronymus in
Commentarijs, dicta verba de hære-
ticis esse intelligenda dicit, prout
hæc & alia refert Castro, de iusta hæ-
retic. punit. lib. 3. cap. 1. vbi inquit, ex
verbis Hieronymi constare, inde hę-
reticorum omniũ hereses oriri, quia
illi superbia elati spiritum suum sequi
volunt, & ibi de ijs malis & peruersis
hęreticis plura prosequitur per ipsum
6 videnda. Et plures causas hęresum †
vide per Rebuf. in Bulla Cœnæ Domi
ni, pag. 403. versic. Causę ex quibus, &
per Simancã de Institu. Cathol. titu.
30. nu. 8. &. 9. &. 10.

Ibi, *Todo aquel*, nota vniuersalem &
indefinitam hãc orationem, vt intel-
ligas, neminẽ excludi, quilibet enim
de hęresi inquiri, & accusari potest,
7 etiã religiosę personę, & sacerdotes.
c. ad abolendam, de hęret. cap. accusa
tus, in fi. eod. tit. in. 6. & etiã exemptæ
personæ & priuilegiatæ. c. vt officiũ.
§. deniq;, de hæret. in. 6. &. c. excõmu-
nicamus, eod. tit. etiam Episcopus, vt
in. c. Inquisitores, de hære. in. 6. & ibi
glo. Apostolicè, quãdo specialiter cõ-
mittitur inquisitoribus in eorum lite
ris, imò tales grauius & acrius punien
di sunt, vt inquit text. in. d. c. accusa-
8 tus in fi. Imò & Imperator de hæresi †
puniri potest, & ob eam deponi, vt di
citur de Frederico Imperatore, qui
fuit ob hæresim & alia crimina depo-
situs, vt traditur in. c. ad Apostolicę, in
versi. de hæresi. & ibi gl. eo. verb. De re
iudi. in. 6. & in. c. vt inquisitionis offi-
cium, ibi tunc in deuotionem Eccle-
siæ existentem, & ibi glo. Tunc, de hę
reti. in. 6. & glos. in. c. si Papa. 40. dist. &
intellige vt per Bart. & Bal. in. l. fin. C.
de legi. quòd deponi potest per solum
Papã & nõ per aliũ. 16. q. 6. c. alius, not.
glo in. d. c. ad Apostolicę, & in Clem.
1. §. fi. & ibi Card. de iure iur. in fi. Alex-
an. post Barto. in. l. 1. §. fi. ff. de requi.
reis, licet glo. & Bal. in. c. 1. col. fin. si in-

ter domi. & vasallos oriatur, & Bar. &
Guilliel. in l. non ambigitur. ff. de legi.
& in l. sed & reprobari. in princ. ff. de
excus. tut. dicãt deponi posse à popu
lo, à quo habuit Imperiũ. l. 1. ff. de con
stit. Princ. tamen in. d. l. fin. concludũt
Bart. & Bal. quòd à solo Papa, per. d. c.
ad Apostolicæ. & ibi in. d. l. fi. vide Bar
ba. & Alex. & de Frederico Imperatore
per Matth. Affli. in prælud. cõsti. Sicil.
q. 1. ꝙ fuit depositus per Papã, & Iser
nia, in pręlud. feud. & in proœmio cõ
stit. & per Cardin. in Clem. 2. §. cæte-
rũ, de electio. & quid in Papa an possit
9 de hæresi accusari, † magnæ sunt opi-
niones inter Canonistas & Theolo-
gos, vt diximus in. l. 14. tit. 13. lib. 1. su-
prà. Reco. n. 30. vbi retuli latè de ijs tra
ctãtes, & vltra ibi allegatos, vide etiã
latissimè Isa. cõs. 1. col. 6. versi. Trãseo
ad tertiũ, cum sequentib. vol. 4. & Iul.
Clar. lib. 5. pract. crim. §. fi. q. 35. versic.
vidẽdum, admodũ enim esset pericu
losum, si vera fides, quæ in toto popu-
lo Christiano requiritur, in. capite nõ
reperiatur, vt dicitur in. c. miramur.
61. dist. Ideò dixit gl. in. c. Acarius, ver
bo, Hæresim. 24. q. 1. Papam hæreticũ
10 † minorẽ esse in eo, quod est hęretic',
quolibet Catholico, ita est enim etiã
mẽ hæresis grauissimũ, vt nec vlli per
sonæ hæreticæ sit dãda exẽptio illum
accusandi, etiã si sit Papa, secũdum ali
quorũ opinionẽ, & eò est peius, quò
latius se diffundit, acutius penetrat,
tenacius adhæret, ac difficilè curatur,
vt in detestationẽ huius criminis pro
sequitur Simancas, vbi suprà, tit. 30. n.
7. & ideò text. noster nullum excipit.

Ibi, *Que es Christiano baptizado*, ex ijs
& sequẽtibus verbis colliges, hic diffi
niri hæreticum proprio & stricto mo-
dò sumptum: in iure enim hæreticus
11 duob' modis dicitur †, propriè, & stri-
ctè, & alio modo improprie & large.
Et secundum proprium & strictũ mo
dum diffinitur in præsenti, nam pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

prie & strictè, hæreticus dicitur ille
12 Christianus † qui contra fidem Chri
sti, vel aliquem eius articulum, seu ali
quod ex septem Ecclesiæ sacramẽtis
aberraret, vt per Grilland. de hæreti.
quæst. 2. num 2. vel secundum Alph.
à Castro, lib. 1. de iusta hæret. puni. c. 7.
hæreticus prie ille dicitur, qui
postquam verum baptismum susce-
pit, & fuit instructus sufficienter in
fide Catholica, pertinaciter errat con
tra id, quo l scit ab Ecclesia Catholica
pro fide teneri, siue oppositum veri-
tatis asserens, siue de ipsa veritate per
tinaciter dubitans, multa enim requi
13 runtur vt quis meritò debeat † hæreti
cus dici, vt pœnæ à iure decretæ iustè
illi possint infligi, de quibus per Ca-
stro, dict. cap. 7 & iterum in lib. 1. c. 10.
a uersus hæreses, & per Clarum, in
dict. lib. 5. §. hæresis. num. 2. per Siman
cam, de Institu. Cathol. titu. 31. nu. 4.
cum sequentibus. & per Alberti. in
Tract. de agnos. asser. Cathol. quæst. 2.
num. 2. cum sequentib. quę in hac in-
serenus lege, vt prę manibus habeam
14 tur. Primum † igitur horum requisi
tum est, quòd vt quispiam proprie di-
catur hæreticus & in eum pœnæ hæ-
reticorum exerceantur, requiritur,
quòd fuerit Christianus & baptiza-
tus, nam qui fidem Christi profitus
non est, Iudæus vel Gentilis, Mahu-
metanus, aut quiuis potius, quàm
hæreticus erit, vt ex lege nostra pro-
batur, Ecclesia siquidem de ijs, quæ
foris sunt, non iudicat, dicente Pau-
lo. 1. Corinth. 5. quid mihi de ijs, quæ
foris sunt iudicare? at qui non est in-
ductus Christum in baptismo, sic est
extra Ecclesiam, vt nunquam illius
domum intrauerit: quoniam ad Bap-
tismum, quod huius domus est ia-
nua, nondum accessit. De ijs ergo,
qui baptismum non susceperunt, non
iudicat Ecclesia, & per consequens ij
non sunt, quos nomine hæretico-
rum punit. Item vt in principio huius
legis diximus ex Augustino & alijs,
Videns Dæmon genus humanum à
cultura eius liberari; hæreticos mo-
uit, qui sub vocabulo Christiano do-
ctrinæ resisterent Christianæ. Item
priuatio præsupponit habitum. l. de-
cem. ff. de verborum obligat. cap. ad
dissoluendum de desponsat. impube.
l. manumissiones. ff. de Iustitia & iur.
& esse hæreticum denotat diuisum,
quia hæresis idem est quod diuisio. c.
hæresis. 24 quæst. 3. facit. l. 1. ff. famil.
Herciscund. ergo debuit esse ante ve ni
tus Ecclesiæ ad hoc vt Hæreticus sit
censendus. Et in re est, quòd in Iu-
15 dæos † non cadit hæresis, vt dicit gl.
Hæreticum. in Clement. 1. de vsuris,
quia cum Iudæi non sint de gremio
Ecclesiæ proprie diuisionem ab ea fa-
cere non possunt, cap. de Iudæis. 45.
distinct. Socin. consil. 71. super quæ-
stione proposita, colum. 3. lib. 1. Et sic
promotor fiscalis sanctæ Inquisitio-
nis (cum Inquisitores iurisdictionem
habeant potissimum aduersus hære-
ticos) in accusatione primum po-
nit, quòd ille, quem de hæresi accu-
16 sat, est Christianus † baptizatus, nam
si baptizatus non esset à iudice secu-
lari puniri deberet, vt inquit alios re
ferens Simancas, in dict. titul. 31. nu-
mero. 5. Ex quo inquit Castro aduer-
sus hæreses, lib. 1. cap. 10. miserè errasse
Bernardum de Luzemburg, qui hę
reticorum Cathalogum describens
aliquos ibidem recenset, qui nun-
quam in fide Catholicâ fuerunt ini-
tiati, atque ideò neque hæretici no-
minandi erant, quales sunt Auicẽna
& Auerrois, quos hæreticorum Ca-
thalogo inseruit, cum tamen nihil
minus quàm hæretici dici possint.
Constat siquidem eos sectam Mahu-
meticã fuisse amplexos. Quod si ideò
inter hæreticos nominãdi erant, quia
fidei Christi aduersi fuerunt, cur non
etiam

etiam apposuit Photinũ, Libanium,
Lucianum, Plutarchum, Apuleium,
aliosque Philosophos, qui fidei Chri-
stianæ maximè repugnant. Ex qui-
bus supradicti Doctores, & maximè 21
Simancas de Institut. Catholic. titul.
35. num. 11. & in Enchiridione, tit. 17.
de Iudæis. inquiunt, quòd Inquisito-
rum iudicio non subiacẽt ij, qui Chri-
17 stiani baptizati † non sunt, eò quòd
Ecclesia non iudicat de ijs, quæ fo-
ris sunt, & inquisitoribus solum sit
dat † iurisdictio aduersus hæreticam
prauitatem & Apostasiam. capit. Filij,
cum sequentib. de hæret. in sexto. in
suprascriptionibus. cap. multi. 2. quæ-
stione. 1. capit. gaudemus. de diuor.
18 1. Corinth. capit. 5. neque audiendos †
esse, inquit Simanc. dict. numero. 11.
quosdam, quorum est Oldrad. consi-
l. 36. & alij, quos ibi refert in fine
dicti. num. 11. existimantes, Eccle-
siam & inquisitores procedere posse
contra Iudæos, quoties illi errauerint
contra vetus testamentum, aut
Christianum quempiam ad Iudaismũ
induxerint, aut circuncidauerint, aut
fidem Catholicam abnegare coegerint: nam primo casu hæretici non
sunt, nec nostra refert an vetus vio-
lent testamentum vel obseruẽt, cum
vtroque modo foris sint, in alijs verò
per iudices laicos puniendi erunt, ta-
metsi, vt fatetur ibidem ipse Siman-
cas, se non abnuere, inquisitores de
19 ijs causis cognoscere † quoque posse
ex extrauagãti quadam Nicolai Quar
ti, ex qua contra Simancam, & ex glo.
in dict. Clem. 1. de vsur. §. fi. vbi Card.
num. 10. & alijs relatis tenet Rojas, de
Hæret. 2. part. num. 182. & latius in. 1.
part. nu. 552. cum. 12. sequentib. asse-
rens, Inquisitores fidei posse contra
infideles nõ baptizatos dogmatizan-
tes, seu eorum iurisdictionem impe-
dientes, vel prophanos suos ritus pu-
20 blicè celebrantes rectè procederet, &
hanc testatur veriorem Nauarro, in
consi. 7. nu. 3. de hæreti. & sic optimè
procedent Inquisitores cõtra hos infi
deles in septem † casibus descriptis ab
Oldrado, in dict. consi. 36. quos cum
alijs tribus refert nouissimè Cantera,
in suis Quęst. crimi. tit. de hæreti. n. fi.
Primus est in infideli recepтãte in do
mo sua scienter aliquem baptiza-
tum, & post lapsum in hæresim. Se-
cundus, quando infidelis emit pue-
rum Christianum, vt negaret fidem
Christi. Tertius, quando aliquis infi-
delis emit Christianam, & eam facit
Apostatare, vt haberet in vxorẽ. Quar
tus, quãdo accusatur aliquis Christia
nus, & nè veritas sciatur, aliquis infi-
delis fecit pactum præmissa pecunia
cum accusatore. Quintus, quando iu
dex fidei procedit contra aliquem, &
infidelis eripuit eum nè puniretur.
Sextus, quãdo Iudæi in parasceue cru
cifixerunt agnum siuè ouem, vel ma-
lè tractant crucem. Septimus, quãdo
volentem esse Christanum, & id mõ-
strantem nutu, verbo, vel facto, infi-
delis impedit eum, vt declaratum est
Motu proprio Gregorij. 13. qui Mo-
tus proprius habetur in Inquisitione.
Octauus, quando publicè infideles fa
cerẽt cerimonias suas in vilipendiũ,
& scandalum Christianorum. Nonus,
quãdo aliquẽ infidelẽ quidã Christia
nus vult conuertere ad fidẽ Christi
monẽdo, & prædicãdo, & infidelis id
impedit, dicens ei, quòd non redeat
ad fidem, sed teneat suam sectam, ita
Cantera, vbi suprà, & in effectu si be-
nè considerẽtur dicta per Symanc. d.
titu. 35. num. 11. versic. cæterum si Iu-
dęus, hanc eandem opinionem, quod
Inquisitores procedant, voluit in plu-
ribus horum casibus tenere, & Addi-
tio. Rojas, sub dict. nu. 552. inquit iam
ex decreto Grego. 13. Ponti. maximi,
per Extrauag. incip. Antiqua Iudæo-
rum improbitas editam, Anno 1581.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Kal. Iunij, Pontificatus sui Anno 10. statuendum est, in quibus casibus possint Inquisitores contra Iudæos procedere; & Aretin. consil. 157. numer. & Repertor. Inquisit. in verbo, Iudæus versic. An & ex qua causa Inquisitor. & in versicul. Item inquisitor. vbi in versic. Sed circa prædicta quæro, mi-
22 quit dubitans, quomodo puniat hos infideles inquisitor, cum non possit pœnas pœnitentiales, seu spirituales imponere, prout imponuntur Christianis, & dicit quòd si poterit fieri, interdicendo Christianis ne aliquid eũ Iudæis cõmunicent, vt extrà de Iudæis, Ita quorundam, in fine, & in capit. si Iudæos. & cap. ad hæc. codem titul. nam hæc est pœna grauissima, non eõ
23 uersari inter homines †, & hominum carere suffragijs. vt l. 2. C. de Apostat. Item & pœnam pecuniariam imponendo, vt cap. Postulasti, de Iudæis. Item & eos incarcerando, vel verberando, vt extrà, de raptori. in Archiepiscopatu. & 67. quæst. 3. constituit & not. de hoc. 45. dist. sincera, in glo. Sed nonne, in fi. & 28. quæst. 1. sepè. Sed coram seculari Iudice aliter punientur vt d. Iudæos. & l. fi. C. de Iudæis. & d. Iudeos, eod. tit. & lib. 5. titu. 24. par. 7. & sic quoad hoc, vt hæresis crimen dicatur, & vt talis puniatur Iudeus & Sarracenus non punietur nisi in casibus dictis, & similibus, sed quoad hoc vt capiamus hæresim simpliciter in quirum est falsa propositio, ita in eis, sicut in Christianis capiemus, vt per Covar. optimè libr. 3. Variar. cap. 1. nu. 2. per totum. Infertur etiam ex dictis cum Simanc. vbi suprà, titul. 31. num. 5. & cum Castro & alijs ab eo relatis, quòd is qui probabili errore ductus putat se baptizatum, cum non sit, si
24 hæresi aliqua infectus fuerit, postea, propriè hæreticus dicetur, & pœnis hæreticorum subijcietur, & hoc verius esse ibidem testatur. Infertur etiam cum eodem Simanc. ibidem. nu. 6. & Castro ibi relato, quòd Catechumenus, qui constanti animo baptismum
25 suscipere statuit, & postea in hæresim sint lapsus, hæreticus propriè dicetur, ideo tamen quo ad forum exterius dubitat ibidem Simancas, eò quòd ille se in se baptizatum non esse baptismo exteriori, & vix est, vt Spiritu sancto baptizatus sit, qui potuit sa-
26 cerò baptismo ablui, & id non fecit, & alij, de quibus ibi per Simanc. nihilominus tamen Castro ibi per Simancam relatus primum tenet optimis fundamentis. Sed quid erit in infante † baptizato, qui captus ab infidelibus didicit infidelitatem eorum, an
27 censeri debeat Apostata, & Castro, dicto lib. 1. de Iusta hære. puni. cap. 8. versic. Secunda dubitatio, inquit, hũc minimè esse Apostatam, quia fides infusa non sufficit ad credendum, sed præterea opus est aliquo Doctore, in ea quod Apostolus inquit, quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? non ergo puniri debet is, qui nunquam fidem Catholicam didicit, & insuperabili tenetur ignorantia, sequitur Simanc. dicto titulo
28 21. numer. 7. vbi ex hac inquit ratione venia dignos esse noniter † conuersos, si fortè in aliquo erraverint, præsertim in fide Catholica fuerint sufficienter instructi. Vnde Inquisitoribus Hispaniæ ab Apostolica sede concessum fuit, vt recenter conuersos etiam relapsos, Ecclesiæ restituere possent, si modò constaret illos vere pœnitentes esse, & hæc quo ad hæreticum proprie & stricte sumptum procedunt: qui & alio modo diffinitur à Cantera vir. dict. titu. de hæret. in princ. nu. vbi retulit nostrã, quam in principio huius legis retulimus, opinionem: & num. 5. disputat,
29 quando dubitatur † an sit aliquis baptizatus possit contra eum procedi.

29 Alio & secundo modo dicitur hæreticus improprie & largè vt simoniaci excommunicati & schismatici, vt per glo. & Doctores in cap. firmissimè. verbo, Hæreticum, de sum. Trinitate, & fide Catholica, & dicitur secundum Grilland. de hæret. quæst. 2. numer. 17. is, qui sacram Scripturam
33 malè & erroneè intelligit seu interpretatur, scilicet, aliter quam sensus Spiritus sancti flagitat, 24. quæstione. 3. hæreses. Item is, qui conatur velle auferre priuilegia Ecclesiæ à Deo, vel à Romanis Pontificibus concessa. 22. distinct. omnes. Item qui præcepta Apostolicæ sedis transgreditur. 18. distinct. nulli. & quibusdam alijs modis de quibus per glos. dict. cap. firmissimè, & glos. in cap. in-
35 ter hæresim. 24. quæstione. 3. Felin. in Rubric. extrà, eodem titu. Cardi. in Clementinam 1. eodem titulo. Bald. in Rubric. C. eodem titul. & per summistas in verbo, Hæresis, & hæreticus. Et isti diuersis puniuntur pœnis ab illis, qui propriè hæretici sunt, secundum Grilland. in dicto numero decimoseptimo, qui se remittit ad dicta per eum, in eod. Tract. sub tit. de sortilegijs, quæst. 15.

Ibi, *No creé*. Hic consistit secun-
30 dum requisitum † vt quis propriè & stricte hæreticus dicatur, de quo in lege nostra tractatur, requiritur enim ad consummatam hæresim, vt Christianus baptizatus (de quo in glossa præcedente) erret, nemo enim hæreticus sit absque intellectus errore,
31 & sic erroneam opinionem † in hoc speciali habere requiritur, ita quòd malè sentiat de veritate illius assertionis, ita asserunt omnes suprà relati in primo requisito, & est omnium concors sententia, vt ex Simanca, testatur Clarus, in dict. §. hæresis. nume. 2. vnde Beatus August. in libr. de vtilitate credendi, dixit, & habetur in capit. hæreticus. 24. quæstione. 3. hæreticum esse illum, qui fallas, aut nouas opiniones vel gignit, vel sequitur, & ratio huius est secundum Cardin. & Archiepiscop.
32 Florent. quia hæresis est species † infidelitatis, infidelitas autem est in intellectu † subiectiuè, sicut & fides eius contraria, & ita hæresis, quæ est eius species per necessitatem supponit errorem in intellectu, ex quo sequitur quòd factum sine errore in
34 intellectu non facit † propriè hæreticum, vt putà si quis fornicatur, aut mœchatur, licèt enim agat contra veritatem sacræ Scripturæ, quæ dicit non mœchandum, non tamen ex hoc est hæreticus, nisi crederet †, aut opinaretur esse licitum mœchari, vt per Castro, aduersus hæreses, libr. 7. sub. §. hæreticus, hæresi. 3. & ratio huius est, quia quandocunque aliqua necessaria requiruntur ad constitutionem alicuius, altero deficiente, impossibile illud est, quia dato opposito, quod sine illo posset esse, iam non necessariò requireretur ad constitutionem illius, sicut quia ad constitutionem domus necessariò requiruntur fundamentum, & paries & tectum, ideò altero deficiente, non potest esse domus, quoniam secũdum Dialecticos,
36 domus † constat ex fundamento pariete & recto, secundum verò legistas ex duobus scilicet, solo, & superficie, vt dicit gloss. in. l. solum. ff. de reivend. Barto. & alij in. l. cætera. §. hoc senatus. & in. l. quod in rerum. §. fi quis post. de legat. 1. sic ergo ad hæresim constituendam requiritur error in intellectu necessariò, nullum enim factum sine errore in intellectu facit hæreticum, licèt quoad forum exterius, si illud factum esset tran-
37 situs, vel reditus ad ritum Iudæorũ †,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si de hoc constaret per confessionem vel testes, ex hoc solo talis transiens vel rediens tanquam hęreticus puniretur, cum videatur hoc fecisse intentione Iudaizandi, vt est text. in capitulo contra Christianos, de hære. in. 6. l. 7. titulo. 24. partita. 7. quia satis tunc arguitur error in intellectu cum ad ritus Iudæorũ quis transijt, vel redijt: & sic concurrit tunc error in intellectu, qui requiritur ad hæresim consummatam: tria enim eã
319. contra theologos contrariam te
nentes, vt in dict. 1. part. num. 240. re
fert idem Rojas, cum sequentibus ali
quibus numeris, & hanc theologo-
rum è nostris sequitur Simancas, in
dict. titu. 27. num. 2. & Didac. Perez,
vbi suprà, pag. 84. in fin. cum sequent.
& Iulius Clarus, in dict. §. hæresis, nu.
23. & Nauarrus, in Manuali Latino
capit. 27. numero. 56. & Magister Ba-
ñes super. 2. 2. Sancti Thom. quæst. 11.
artic 4. versic. His suppositis, cum se-
quentibus. Inquit tamen Rojas in di-
cta. 1. part. num. 271. & 272. quòd opi-
nio prima iuristarum est intelligen-
153 da † & procedit, hæretico occulto
& mentali, qui habuit hæresim in
mente formatam per errorem in in-
tellectu, & pertinaciam in volun-
tate, vt sæpè dictum est. Et de du-
bitante in fide, qui habet in se firmi-
tatem animi, & quandam pertina-
ciam perseuerando in illa dubitatio-
ne, quæ sanè dubitatio tacitam affir-
154 matiuam in se continet. Opinio † ve
rò theologorum procedat in simplici
dubitatione proueniente ex primis
motibus, quibus non assistit, sed po
tius resistit, tenendo semper fidem
Catholicam, iste enim non dicitur
hæreticus ex dicta simplici dubita-
tione, sed potius meretur, quàm de-
meretur, cum primi motus non sint
hominis. Alia etiam nouissimè in pro
positum huius quæstionis tradit Can
tera, in quæstionib. suis crimin. titu.
de hæreti num. 8. cum sequentib. Ve-
runtamen Franciscus Pegna, in ad-
ditio. ad Rojas, de Hæreti. in dict. 1.
parte sub numeris. 240. & 246. inquit,
155 quòd hæc theologorum sententia †
communis est & vera, & in practica
obseruatur, & quòd ab eà non est re-
cedendum, quia Ecclesia non iudi-
cat de actibus interioribus, & quòd
in hoc nullo modo est adhærendum
opinioni de Rojas. Sed an hæreticus
purè mentalis, qui coram Inquisito-
ribus occultissimam hæresim confite
tur, vel eam reuelat amico, petens ab
eo consilium, incidat in excommu-
156 nicationem propter † illum actum
exteriorem, & Simanc. dict. titul. 42.
numero. 9. tenet cum Victoria, quòd
non, quia exterior ille actus est bo-
nus, & hæreticus non protulit hæ-
resim asserendo illam. Sed an si ta-
lis mentalis hæreticus per iocum
dixerit se aliquando hanc aut illam
157 hæresim credidisse † excommuni-
cationem dictam incurrat, & Siman
cas ibidem numero decimo, contra

Victoriam

Victoriam ibi relatum dubius existit, 161
sed benignitatis gratia inquit, defen-
di posse opinionem Victoriæ, quòd
non incurrerit hanc excommunica-
tionem, & numero. 13. inquit ipse Si-
manc. in eodem cap. 42. quòd ve-
158 rior est ac benignior opinio, hære-
ticum occultum non teneri seipsum †
prodere cum in generali inquisitio-
ne interrogatur à iudice vtrum sciat
aliquem hæreticum esse, idque sit
nulla præcedente infamia. Et an si
159 quis per annum stetit in excommu-
nicatione possit contra eum † proce-
di per Inquisitores, vide per Siman
cam. d. tit. 27. numero. 4. & Gutterrez, 162
in prima parte Quæst. Canonic. cap.
12. numer. 20. vbi inquit ex concilio
Trident. sessio. 25. de reformat. cap. 3.
in fin. quòd si indurato animo infor-
duerit in excommunicatione per an-
num potest procedi contra eum tan
quam de hæresi suspectum, ita vt licet
vt hæreticus damnandus non sit, ta-
men sufficiet hæc suspicio vt purga-
tio indicatur, secundum glos. & Do- 163
ctores, in cap. fin. de pœnis, sed si pur-
gationem subire noluerit, & in ex-
communicatione permanserit, tunc
velut impœnitens & pertinax & hæ-
reticus condenari potest, secundum
Simanc. & Gutierrez, vbi suprà, aliàs
enim sola suspicio prædicta leuis est,
vt tradit optimè praxim huius casus 164
exponens author Directorij Inquisi-
torum. 2. part. quæst. 47. relatus per
Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §.
7. num. 10. & hæc pro prima excom-
municationis pœna sufficiant. Secun-
da verò hæreticorum pœna est, quòd
160 morte afficitur † hæreticus æterna,
cum peccauerit contra & aduersus
diuinam Maiestatem, quam offende-
re grauissimum peccatum est, magis
quam humanam Maiestatem, cujus 165
vergentis. & ibi glo. de hæreti. c. cle-
ricis, de immuni. Eccles. in sexto. in l.
vlti. Azeuedo super. 8.

Gazaros. C. de hæret. & quòd sit † gra-
uius cæteris peccatis, probat text. vbi
Cardi. in cap. quid autem. nu. 1. & 4.
24. quæst. 3. Thom. 2. 2. quæst. 34. artic.
2. Nauar. in Manuali. cap. 11. num. 14.
probat ijs & alijs modis Didac. Perez.
in dict. l. 1. titu. 4. lib. 8. Ordin. pagi. 85.
col. 1. in fin. cum princ. seq. vbi inquit,
quòd sic igne æterno puniendus est
hæreticus si in sua reprobata opinio-
ne decesserit impœnitens, cum dece-
dat in peccato, & hanc ibi pro tertia
hæretici pœna describit, nos autem
pro secunda. Tertia verò hæretici pœ
na est, quod notatur infamia perpe-
tua † l. 1. in fi. C. de sum. Trinit. & ibi
Bart. & in l. Cassius. ff. de senato. in
Authen. Gazaros. C. de hæreti. & in
cap. infames. 3. quæst. 1. & in cap. aliã.
2. quæst. 7. vt & per Simanc. dict. titu.
46. num. 66. cum duobus sequentib.
vbi inquit hoc fine delectu personā-
rum esse verum. Vnde fit, vt omnia
commercia sint hæreticis interdicta,
nec eorum contractus aut voluntā-
tes vltimæ, nec alia eorum acta † rata
sint, nec ex testamento alterius quic-
quam capere possint, præsertim cum
manifesti aut conuicti fuerint. l. Mani
chæos. l. Ariani. C. de hæret. l. 4. titu.
4. part. 6. l. 4. titu. 16. part. 7. quæ alle-
gat Simanc. dict. titu. 46. num. 35. vbi
num. 36. ex hoc infert, vt quidquid
hæreticis † relinquitur fiscus rapiat, si
modo scienter illis relictum fuerit,
nam si quis ignorans aliquem hære-
ticum, illum hæredem instituerit,
probabilius est, vt pro non scripta
sit institutio, & hæreditas proximio-
ribus defuncti consanguineis defera-
tur, idque sibi placere cũ Bald. & alijs,
ibi testatur Simãc. Sic & ab accusando
& ab omnibus iudicij actibus repellũ-
tur † hæretici, nec testes esse possunt,
nec Iudices, Aduocati, tabelliones
aut procuratores, neque alia officia
publica habere, vt per Simancam, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà.n.57.cum quatuor sequentib.& per Carrerium,in pract.tit.de hæreti. num.153.cum sequentib.Et an hæreticus sit infamis infamia iuris, an
166 verò infamia † facti, latè tractat Castro,de iusta hære.puni.lib.2.cap.9.& quot sint huius inuestigationis effectus,nouissimè tradit Cantera, in d. tit.de hæreti.nu.9.vbi nu.20.refert iura & instructiones, quibus hæreticus priuatur officijs publicis,& omnibus, quæ sunt iuris ciuilis, quod tamen ibi intelligit in vero hæretico,secus verò in suspecto, nam suspectus tantum de
167 hæresi non †esset infamis. Verus tamen hæreticus ita infamis est,& incurrit dictas pœnas & alias, quòd etiam si se cõuertat,& admittatur ad gremiũ Ecclesiæ & reconcilietur,sem
168 per remanet infamis,†& incurrit alias pœnas,excepta ea,quòd non traditur curiæ seculari,vt inquit ita practicari & seruari Cantera.d.n.10.in fine, nisi sit relapsus, nam hic,cũ igne cremandus sit, etiam si velit pœnitere & ad fidem redire, vt inquiunt Iul. Clarus, in.§.hæresis.nu.8.ad fin.& Didac.Per. in.l.1.titu.4.lib.8.Ordin.col.1.& glos. *Deue.* in.l.4.titu.26.p.7.in princ.& ad
169 fi.curiæ tradetur † seculari: cum relapsis enim minimè Inquisitores dispẽsare possint,secundum Rojas,de hæret.2.part.assert.41.nu.335.vbi limitat. Et sic neque confiscationem bo-
170 norum euitamit talis hæreticus †cõciliatus,vt contra Iul.Clarum,vbi suprà, tenẽdum asserit Rojas,vbi suprà, 1.parte.nu.117.cum sequentib. Infa- 176
miaque hæc transit ad hæreticorum
171 filios†, vt per Canteram,vbi suprà.n. 11.& probatur in.l.3.isto titu.vbi dicemus.Quarta verò hæretici pœna est, quæ in corpus & bona eius infligitur.
172 nam quoad corporis pœnam vna† & eadem est danda hæretico clerico sicut & laico, nam si clericus in hæresim incidat,& pertinax sit, relapsus, vel impœnitens, degradandus est,& 173 iudici †seculari relinquendus. Quæ quidem degradatio hodie ab vno Episcopo duntaxat fieri potest, ex Decreto.4.sessio.13.concil.Trident.cap. ad abolendam, capit. excommunicamus.1.cap.penult.de hæret.& cap.1. & ibi Doctores,de hæret.in 6.exto.Simanc.dict.titu.46.num.69.vbi num. 70. inquit per hanc degradationem clericus ordine, dignitate, & omni priuilegio exuitur.Et fieri exauctoratio † debet cum solemni detractione 174
insignium clericalis militiæ, qua quidem à militia sacra missus & exauthoratus omni priuilegio clericali destituitur, ademptis singulis ornamentis ad eius, qui exauthorandus est, ordinem pertinentibus. Quæ omnia solemniter fieri debent coram seculari iudice, cui degradatus est relinquendus, non vero tradendus. Quinimo iudices Ecclesiastici pro eo efficaciter intercedere † debent, vt secu- 175
latis sententiam & pœnam citra mortem moderetur,vt per Simãcam, ibidem, & Didac. Perez,in dict.l.1.titu. 4.libr.8.Ordinament.pag.90.col.1.& sequent. vbi à pagi. 88. plura dixit de degradatione & quotuplex sit.Laicus verò hæreticus pertinax,vel relapsus, siue impœnitens est curiæ seculari tradendus, & contra talem laicum, siue clericum hæreticos pertinaces, siue impœnitentes, post clerici degradationem proceditur per iudicem secularẽ ad executionẽ pœnæ corporalis mortis naturalis ignę† vltore, ex l. Ariani. C. de hæret. Castr. de iusta hære. punit.capit.12. Simancam dict. titu.46.num.42.cum sequentib.& nu 85. quem correptè allegat Didac.Perez.vbi suprà, pagina.91.colum.2.in medio, vbi alios plures allegat, & ex authoritatibus Deuteronomij, id probat Simancam in dicto numero 42.& num.45.inquit, quòd licet plurimis

rimis modis vltimum supplicium irrogetur, Impij tamen hæretici de generali omnium consuetudine comburi solent, neque iniqua est hæc consuetudo, sed iuri diuino consona, inquit enim saluator noster, si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet: quamobrem antiquissima est
177 pœna ignis aduersus † impios, & hæreticos, vt ibi numero.47.48.& 49. & 85. ipse Simanc. optimè prosequitur, & Didac. Perez dicta pagina. 91. columna. 2. vbi inquit, hanc ignis pœnam non omnibus hæreticis esse 180
infligendam, sed illis tantum qui, vel relapsi sunt, vel in sua pertinacia, & impœnitentia vsque ad probationem sententiæ persistunt: nam quanuis secundum eundem Didac. Perez, ibi & alios per eum allegatos ibidem, aliquis esset impius, & hæresiarcha non est protinus igni tradendus, sed Ecclesiastica benignitate monen-
178 dus, † quia si conuersus fuerit priusquam per iudicem Ecclesiasticum declaratus sit relapsus,pertinax, vel impœnitens, proculdubio isto casu pœna ignis euadetur.Si verò captus con 181
uerti maluerit sæpius exhortandus est, & hibitis etiam ad hoc negotium viris Religiosis, & eruditis, vt si fieri possit, conuertatur, & viuat, neque statim brachio seculari relinqui debet, sed sententia diffinitiua ferenda est, vt hæreticus furor cesset, nam nulla vnquam de morte homi- 182
nis cunctatio longa est.

Quod si Pharaonis, & Dæmonis instar in obstinata perfidia permanserit, tunc lata prædicta sententia,qua declaratus est hæreticus iudici laico 183
dimittendus est, à quo mox condemnatus hic illico igni tradi debet, cap. ad abolendam, de hæretic. Castro, & alij relati per Didac. Perez, Azeuedo super. 8.

vbi suprà pagin. 92. in princip. sic tenens ipse cum eis. Et an post latam
179 sententiam admittantur † isti hæretici ad pœnitentiam, & misericordiam, vide Clarum in dict.libr. 5. recep.sentent.§. hæresis nume.9.& vide glos. *Deuen.* in.l.4.titul.26.partita.7. vbi inquit, quod in relapsis (vt & suprà dictum est)est secus,quia non euitant pœnam ignis, sed statim sine audientia sunt iudici seculari relinquendi,licet ei non denegentur Sacramenta si misericordiam petit, vt alibi diximus. Quoad verò pœnam bonorum, dicendum est bona hæreticorum † confiscari ipso iure à tẽpore cõmissi delicti, siue mobilia,siue immobilia, siue se mouentia, siue iura quoque & actiones,& iura sepulchrorum cap. cum secundum leges, de hære. in.6.& ibi omnes,& in.l. fin. C.ad.l. Iuli. Maiest. l. bonorum. l. mouentium,de verbo.signi.l.1.§. interdum, ff.de suis & legi.hære.quæ iura ad hoc allegat, Simanc. de Institu. Catholi. titulo.9. numero.7.& in numero.21. hanc communi omnium consensu dicit receptam opinionem, etiam si ex contractu conditionali debeantur, impleta conditione †. sunt fisci, secus si ex vltima voluntate conditio pendeat, vt per Simanc.vbi suprà, numero. 11.& 62. & dixi in.l.3. titulo.10.libro.4.suprà, numero. 141. cum sequentibus aliquibus, & sic amittit, vt inquit Clarus, in dict. §. hæresis,numer. 13. talis hæreticus administrationem † omnium bonorum suorum,ex dict. capit.cum secundum leges. Idque adeò verum dicebat,& asserebat Castro,de iusta hære. punit. lib.2.c.6. vt statim absq; aliqua declaratione dominium talium † bonorum dicti hæretici infiscum transeat, & consequenter teneatur in conscientia talis hæreticus bona hæc, iura, & actiones fisco restituere, & tradere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

184 cuius doctrinam † latissimè confutat & contra eam veram, & communem esse opinionem fatetur Simanc. d. tit. 9. num. 157. vsque ad. 191. qui à nume. 228. vsque ad. 252. respondet, & satis- 188
facit fundamentis ipsius Castri, & præsertim ad illud de dominio, dicens in num. 233. verum dominium non transire in fiscum, sed improprium, & cinile, ita vt hæreticus non teneatur in
185 conscientia † fisco statim bona sua tradere, neque fisci propria erunt vsque dum adsit condemnatio, & fortasis nec tunc quidem fiscus eorum Dominus erit, nisi & apprehensio subsecuta sit, traditionibus enim & acceptiombus dominia rerum transmitti solent, non verò verbis legum. Imò neque tenebitur quis sententiam cō-
186 tra se latam exequi, nec fisco bona † sua offerre, vt late de ijs diximus plures allegando in Rubrica titu. 1. lib. 2. suprà, & sic veriorem contra Castro, testatur nouissimè Cantera, in dict. ti 189
tul. de hære. num. 16. eò quod secundū eum ibi, licet ipso iure confiscētur, nō tamen tolluntur ab hæretico donec declaretur per sententiam, vel confessionem in iudicio factam, nam vt diximus in. l. 1. titul. 4. lib. 4. suprà, num. 61. 190
vbi etiam pœna imponitur ipso iure adhuc sententia declaratoria requiritur, & ita tenetur ab omnibus saltem extra casus notorios, secundum Nauar. consil. 12. num. 1. de hæreti. & Magistrum Bañes 2. 2. quæst. 12. articu. 2. 191
versic. Pro decisione quæstionis cum sequentibus. Ex qua quidem confiscatione ipso iure facta, & ex dicto ciuili, 192
& improprio Dominio in fiscum trāslato à die commissi criminis, inferun-
187 tur plura, scilicet, quod alienare talia † bona hæreticus talis non poterit, & alienationes contractus, & distractus 193
eorum ab inde per hæreticum facta nulla erunt, & hæc est vis illorum verborum, ipso iure dicti cap. cum secundum leges, vt ibi notant Ioan. And. & Doctores, & Simanc. dict. titul. 9. nu. 15. & quia censentur in fraudem fisci alienationes tales factæ, & consequēter donationes à tali hæretico † factæ imperfectæ sunt. Item dotes etiam filijs, & filiabus datę reuocantur à fisco & id generale est in quacunque alienatione, vt per Simanc. in dict. titul. 9. numer. 22. cum. 3. sequentibus. Idque adeò verum est, quod etiam si talis hæreticus pœniteat, adhuc non euitat confiscationem bonorum à iure factā quia cum semel Dominium saltim ciuile, & improprium perdiderit, nihil potest recuperare in præiudicium illius, cui quęsitum est ius, secundum Canteram, vbi suprà, num. 17. & Rojas, de hæreti. 1. parte num. 117. & 118. contra Iali. Clarum, in dict. lib. 5. senten. §. hęresis, num. 8. in fine. Sic etiam ex dictis notat ipse Cantera, dict. nū. 17. quod interim, quod non damnatur hæreticus facier † fructus bonorū suorum suos, & potest illos vendere, & consumere dum tamen non sit in fraudem fisci. Sed tamen bona eius, qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam damnatus est, nō publicantur, nisi ab eo die, quo † hæreticus esse præsumitur, non autem à tē pore, quo testes aiunt illum esse hæreticum, secundum Simanc. vbi supra, nu. 26. Et quid in occulto hæretico, an per pœnitentiam recuperet † bona, tradit Cantera, vbi suprà, num. 18. multa tamen sunt, quæ non veniunt in tali confiscatione, & primo iura cōditionalia ex vltima † voluntate prouenientia, si post condemnationem conditio extiterit, item bona futura, vt diximus in. d. l. 3. tit. 10. n. 140. cum 4. sequentibus lib. 4. suprà. Item neque alimenta, neque aliena † bona reperta inter hęretici bona, neque dos vxoris, & bona paraphernalia, & alia propria quocunque titulo quęsita, neque

dimidia pars lucrorum constante matrimonio illo acquisitorū, neque donatio propter nuptias, Arræ, vel donationes factæ ipsi vxori à consanguineis viri, vbi non est dictum donari, vt marito adquirerentur, prout hæc & alia prosequitur Simanc. dict. tit. 199
9. num. 61. vsque ad. 77. nisi ipsa sciens
194 nupsisset hæretico, † vt ibi nu. 73. & num. 74. quid tunc erit quoad lucra, & de ijs etiam agit nouissimè Cantera, vbi suprà, num. 22. cum plurib. sequentibus. Et notandum est, quod in
195 confiscatione bonorum nullum † vnquam Inquisitorum arbitrium est, secundum Rojas, de hære. 2. parte Asser. 16. numer. 201. Quibus generaliter, & particulariter circa confiscationis bonorum pœnam præmissis, quoad personas contra quarū bona confiscatio fit, etiam est distinguendum. Nam in clericis licet quoad temporalia eorū bonorū fiat indistincte sine vllo Do-
196 ctorum discrimine confiscatio, † sicut hæreticorum laicorum, tamen pro-
197 pter hæresim clerici ex bonis † Ecclesiæ nihil est publicandum, & qui secus fecerit, in sententiam excommunicationis incurrit, & ab ea non est absoluendus, antequam Ecclesiæ satisfaciat, secundum Simanc. in dict. titu. 9. num. 88. vbi inquit hoc non habere locum in eo, qui confiscat libros Monachi Franciscani hæretici, quia non sunt Monasterij, quod nihil proprium habet, Clement. 1. de hære. Aymon, de Anti. tempo. 4. parte. §. 1. in fine. Idque à leò aliqui volebāt extēdere, vt & bona clerici hæretici, quę ex Ecclesia, vel eius respectu adquisierit, publi-
198 cari † non debeant. Sed eidem Ecclesiæ, restituenda sint, & ita Pontificios tenere, inquit Simanc. vbi suprà, nu. 89. verum vt ipse ibidem inquit num. 90. cum vera sententia sit, quòd clerici verum dominium habent fructuū suorum beneficiorum, & moribus ac legibus Hispaniæ receptum sit, vt clerici habere eosdem fructus etiam in vltima voluntate alienare, ac distribuere possint, relinquitur planè, cum Maiore, & alijs ibi per ipsum Simanc. allegatis, vt propter hęresim tales fructus confiscari † queant. Et quamvis multi putent patrimonium, & alia bona clerici hæretici pertinere Episcopo, ita tamen vt ea distribuat in vsus pios, secundum Abb. Socin & cæteros in ca. excommunicamus. 1. §. 1. de hære. veriorem tamen & iustior sententia est, vt
200 ad fiscum † ea bona pertineant, pro alimentis eorundem Clericorum pœnitentium, & aliorum pauperum, atque alijs impensis sanctæ Inquisitionis, secundum Simanc. dict. titul. 9. numer. 92. vbi inquit ex Bossio, in practi. tit. de hæreti. num. 33 & alijs ibidem relatis, id cautum esse constitutione extrauag. Bonifacij, & quod eo iure sic semper vtitur, & quod fisco Regio
201 † pertineant, tradit etiam Salzedo, in addi. ad pract. Bern. Diaz. ca. 114 super verbo, Applicātur, & Iulius Clarus, li. 5. select. senten. §. hæresis, nume. 13. & Cantera, in dict. titul. de hæreti. num. 42. versi. contrariam. Et sic clerici hæretici non solum bonis omnibus temporalibus priuati sunt, verūm & dig-
202 nitatibus, † beneficijs, & sacerdotijs, alijsque stipendijs Ecclesiasticis, secūdum Simanc. vbi suprà, titul. 46. num. 71. vbi inquit, quod tunc Diocæsani requirendi sunt ad priuationem beneficiorum, nisi constiterit eos scienter hæreticis illa contulisse, ex c. vt commissi. §. priuandi, de hære. in. 6. cap. ad abolendam, cap. excommunicamus, §. credentes, extra, eod. tit. sed an tūc clerici isti hæretici, sint beneficijs Ec-
203 clesiasticis priuati ipso iure, † an verò sententia iudicū sit necessaria, æquo rem ac veriorem esse, sententiam declaratoriam esse necessariā, testatur Simanc. dict. titul. 46. numero. 71. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Salzedo, vbi supra, sub cap. 114. hæretici, in. 1. addi. qui tamen ibidem inquit ex decreto quodam Pij Quinti, Pontifi. max. inductum esse, vt vacent ipso iure dicta beneficia clerici hæretici, & quod si ea resignauerit, nullũ ius adquiri resignatarijs, prout & tenet Nauarro, cons. 6. de hære. Quem post reperi relatum per Flam. paris. de resignatio. bene. lib. 4. quæst. 3. nume. 15. cum sequentibus. Quia hæretici omne ius suum amiserunt, & renunciatio beneficij facta ante priuationem valida est, secus si ante declarationẽ, vt per Nauarr. vbi supra, cons. 2. num. 3. & hoc verius credo licet declaratoria esset sententia requirenda, per quam declaretur ipso iure vacasse, & ad hanc essent, vt dictum est, Diœcesani requirendi, & hoc est, quod voluit Simancidict. num. 72. vt & tenet Salzedo, vbi supra, in versic. Fateor tamen. vbi in versicul. quinimo inquit, quod filij hæreticorum, & eorum receptatorum priuantur ipso iure bene
204 ficijs obtentis tempore † commissi criminis, & hanc ibi cum alijs testatur esse communem opinionem, & tetigit Rojas in singularibus fidei, singul. 66. num. 3. Sed tamen Salzedo refert Simancam in dict. titul. 29. num. 7. dicentem, quod pia & benigna consideratione receptum est, quod non tantum priuati non sint, verum nec pri-
205 uandi dictis † beneficijs tales filij, & itidem illum ad hoc refert Clarus, in dict. §. hæresis, num. 16. in fine, vbi dicit, hanc esse mitiorem atque benigniorem sententiam, & est in num. 20. dicti titu. 29. ipse Simanc. vbi hoc tenuit, sed communis est seruanda, licet, vt inquit Rojas vbi supra, in fin.
24 hæc quæstio tanquam dubia noua
206 Romani Põtificis † decisione indiget, & ideo de assertione Ignatij de Salzedo, contrariam dicentis communem maximè dubito, cum iniquissimam & nullo iure cautam testatur Simancas, in dict. titul. 29. num. 20. de Instit. Catholi. Sed an confiscabitur peculium
207 propter delictum † hæretici, & in hoc sciendum est, an pater sit hæreticus, vel filius, & si pater est hæreticus propter patris hæresim non confiscatur peculium Castrense, vel quasi Castrẽse filij, nam cum horum peculiorum filius ipse habeat administrationem, & dominium, non veniunt in confiscatione bonorum patris, & idem in bonis aduenticijs filij quoad proprietatem, quorum bonorũ pater habet vsum fructum, vt inquiunt Doctores, & in ijs nullum dubium esse testatur Cantera, in dict. titul. de hæret. num. 34. in princip. adeò vt neque quoad vsum fructum horum aduenticiorum, cuius vsum fructum pater percipiebat, habebit locum confiscatio, nam
208 cum patre facto hæretico amittat † ipse pater patriam potestatem filij, per text. in cap. 2. §. fin. de hæreti. in. 6. cõsolidatur vsus fructus cum proprietate, & sic pleno iure bona illa redeũt ad filium, secundum Quemada, qua. 19. in causis fisci, & Symancvbi supra, titul. 9. num. 81. quem corruptè allegando sequitur Cantera, vbi supra, numer. 35. vbi quid esse in alijs criminibus declarat. Peculium tamen profe-
209 ctitiũ † publicatis bonis patris censetur publicatum, quod eiusdem patris est, filius enim talis peculij duntaxat administrationem habet, secundum Siman. dict. titu. 9. nu. 17. & Cantera, vbi supra. n. 36. vbi. n. 37. & 38. ad duobus modis declarat. Primò, vt non procedat in delictis in quibus pater non perdit ex delicto ciuitatem, nec patriam potestatem, sicut perdit ob hæresim. Secundò, vt nõ procedat, quoties tale peculium profectitium esset deputatum ad satisfaciendum creditoribus peculiaribus, vt ibi per eum.
210 Sed si filius est iste hæreticus peculiũ † eius

eius castrense, vel quasi confiscatur, cum dominium, & eius administratio penes ipsum sit, nec patri aliquid ex talibus bonis debeatur, secundum Simanc. titul. 9. num. 13. 14. & 15. & hãc veriorẽ in crimine saltem hæresis & lęsæ Maiestatis testatur Cantera, vbi supra, & quod credit, quod in praxi seruaretur, licet ibi contrariam communem, & magis communem asseruerit, quæ licet, vt communis sequẽda esset, mihi tamen verius videtur contrarium, nam si cum patre est hæreticus non confiscatur peculium, castrense, vel quasi filij, vt iam dictum est, ex eo quod plenum dominium, & administratio, & vsus fructus est penes filium, ergo & ex eadem ratione filio existente hæretico confiscabitur peculium eius castrense, vel quasi cũ vt iam dictum habemus, quod omnia bona hæretici confiscentur, sed cum casus occurrerit magna est authoritas opinionis communis, sed magis amica veritas, latius tamẽ tu pensitabis. Quoad peculium verò profectitium, cũ dictum sit, propter hæresim patris confiscari, ex eademmet ratione, quia est peculium patris, non con-
212 fiscabitur ob delictum hæresis filij, † illud in administrationem habentis, & hæc est omnium concors sententia, secundum Simanc. titul. 9. nume. 80. quem corruptè allegat Cantera, vbi supra, num. 39. in princ. Quoad bo-
211 na verò aduentitia † filij hæretici an confiscentur si filius hic erat in patris potestate (nam de tali filio fam. loquimur in ijs quæstionibus) & quoad aduenticia, quod non confiscentur, neque veniant in confiscationem bonorum filij huius fam. hæretici, tenet Cãtera, in dict. titul. de hæreti. nume. 39. in princip. eo quod licet ipse filius habeat proprietatem in talibus bonis aduenticijs, non tamen liberam, cum pater habeat vsum fructum, & cum nõ sint bona libera ipsius filij non confiscantur, quia in eis non habet plenum dominium, & pro hac opinione facit illa communis, quæ habet, quod ob delictum filij fami. non debet fieri executio in bonis aduenticijs neque in vsufructu, neque in proprietate, vt diximus in l. 3. titul. 10. lib. 4. supra, num. 134. cum sequentibus: contrarium tamen in hoc casu & crimine hæresis tenet Symanc. dict. titulo. 9. num. 16. vbi ex hoc in num. 18. consequenter inquit, confiscari vsum fructum talium bonorum aduentitiorum patri debitum, eò quod maxima capitis diminutione ius illud patriæ potestatis soluatur. Quod crederem verum, cum hęc capitis diminutio à patre procedit, nõ verò si à filio, & sic prima opinio, quæ communis est mihi cum Cantera tenenda videtur. Bene tamẽ verum est, quod quauis pater non teneatur de peculio propter filij delictum, & è cõtra, tamen quatenus propter delictũ
213 † cuiuslibet eorum alter factus est locupletior tenebitur, vt diximus in d. l. 3. num. 137. Sed an bona maioratus
214 ob hæresim † confiscabuntur, tradit Simanc. in dicto titul. 9. num. 252. cũ sequentibus, & in num. 93. & latissimè Molina, de Primoge. Hisp. lib. 4. c. 11. per totum, & Cantera vbi supra, num. 51. cum sequentibus, vbi à num. 43. de bonis subiectis restitutioni tractauit, quæ missa facio, vt finem cum glo. sequente huic legi imponamus.

Ibi. *Pierda todos sus bienes.* Et sic ipso iure cum pręsenti verbum præsentis temporis loquitur, vt in gloss. præcedente diximus, vbi & quæ bona, & quomodo esse declarauimus.

Ibi. *Para la nuestra camara.* Filijs non
215 † existentibus, ex dispositione legis, cognouimus. C. de hæreti. & in Auth. vt cum de appellari cogn. §. si quis de prædictis, & ex l. 2. & 3. titu. 16. p. 7. & l. 7. tit. 7. p. 7. vbi gloss. *Catholicos.* iurà

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc allegat, de iure verò canonico contrarium statui videtur. Intrò quod
216 filijs † hæretici eius bona non deferantur, ex capit. vergentis, de hære. in. 6. & in capit. Filij, & in capit. Quicunque. §. Hæretici, de hære. in. 6. habetur etiam in Auth. *Cazaros.* C. de hær.
217 Sed quod horum † ius sit hodie seruãdum, diuersæ fuerunt opiniones; nam glossi. in sum. 23. quæst. 7. dixit, correctas esse leges in hoc disponentes, & sequitur ibi Archi. & Ioan. de Fantu. Contrarium tamen tenebat Gofred. cum distinctione, scilicet, quod in bonis temporalibus seruentur leges, & non canones, nisi in terris subiectis Romanæ Ecclesiæ etiam quoad temporalem iurisdictionem, ita Gofred. in summa tit. de hæreti. §. quid si hæretici filios habeant, & istud etiam voluit Ioan. Andr. in dict. cap. vergentis, vbi dixit quod in terris Imperij seruãtur in hoc leges seculares, quæ maiori æquitate nituntur, Abb. verò ibidẽ dicit, mirandum esse de opinione Ioã. Andr. quia non habet inserationem, neque probabilitatem, cum in dict. c. vergentis Papa expresse faciat mentionem de terris Imperij, & mandet Principes seculares ad hoc compelli, neque curandum est in hoc casu de legibus, cum crimen hæresis sit merè Ecclesiasticum, vt in hac lege remanet dictum, & pœnæ impositio ad Ecclesiasticum nõ verò ad secularẽ spectat, vt. 24. quæst. 2. §. in hoc, & istud tenet Alberi. in. d. l. cognouimus, & glo. & ibi communiter Doctores, in. d. ca. vergentis, & voluit glossi. in capi. cum secundum, de hære. & licet dictæ nostræ leges partitarum plurimũ ijs aduersentur, adhuc tamen tenendum
218 est, quod Iuris Canonici † dispositio sit in hoc seruanda, cum istud sit crimen mere Ecclesiasticum, & ita tenet glossi. illa *Catholicos* in. d. l. 7. c. titulo. 7. p. 6. & in. d. l. 2. titu 26. parti. 7. dum ad eã se remittit, & hanc esse communem sententiam, & vsu comprobatam in causa hæresis testatur Simanc. dict. titul. 5. num. 3. 4. & 5. & eo relato Iulius Clarus, in dict. lib. 5. senten. §. hæresis, num. 14. & Rojas, de hæreti. 2. part. asserti. 16. num. 191. & Dida. Perez in. l. 1. titul. 1. col. 33. in medio, lib. 1. Ordi. & voluit Tellius, in l. 4. Tau. num. 34. & nouissime, & late tractat Cantera, in. d. titu. de hæret. numer. 20. cum sequentibus. Sed an alimenta & dotes de æquitate sint danda ijs filijs hæreti
219 ci † remissiuè tradit glossi. 2. in dict. l. 7. Est tamen quæstionis an comprehẽdentur filij, vel filiæ nati natæ vè an-
220 te † hæresim patris, fuit anceps Doctorũ. discrimen, vt licet videre per Simanc. in de Instit. Catho. titul. 29. nume. 22. cum sequentibus pluribus, sed communis est in causâ hæresis tãnatos comprehendi sicut nascituros, vt testatur Clarus, vbi suprà, num. 17. & verissimam esse inquit Rojas, in singula fidei, singulari. 68. num. 3. Sed vt finem huic glossi. & toti legi imponamus videndum restat, cui fisco bona
221 hæc confiscata ob hæresim † sint applicanda, & in hoc Feli. in cã. cum nobis col. pen. de præscript. dicit quod bona damnatorum de hæresi non applicantur fisco secularis etiam Principis non recognoscentis superiorem, vt caueri dicit in pluribus constitutionibus modernis, de quibus Bibliotheca Papæ in libro, qui dicitur, tractatus Inquisitorum, cap. 24. Doctor tamen de Villa diego, in suo tracta. de hæreti. prauit. allegat quandam extra uag. Clementis, ex qua dicit, hodie bona hæreticorum diuidi in tres partes, quarum vna assignator Domino temporali. Alia officialibus Inquisitionis. Tertia verò ipsi officio, dicit tamen illam loqui de Inquisitoribus Italiæ, & quod ad alias Prouincias nõ extenderetur, de iure verò canonico antiquo

tiquo bona laicorum hæreticorum fisco seculari applicantur, capit. excommunicamus. 1. de hære. c. vergentis, & cap. cum secundum leges, eod. titu. in. 6. & cum ijs remanet glossi. *Nopierda.* l. 8. titu. 25. partit. 7. & idem quã sit refert Iulius Clarus, in dict. §. hæresis num. 13. vbi ex Couar. lib. 2. Varia. cap. 9 numer. 12. resoluit, quod hodie saltem in Hispania, bona mobilia, & immobilia hæreticorum etiam clericorum, & habentium beneficia Ecclesiastica applicãtur fisco Regio & quod tita praxis obtinuit. Sed quòd (vt inquit Simanc. de Instit. Catholi. titul. 9. num. 132.) hodie in Hispania omnia ea bona data esse à Regibus Catholicis officio sacrosanctæ Inquisitionis pro salarijs alimentis, & alijs pluribus necessarijs impensis, & quod sic in. 2. Instruc. Hispal. cap. 12. statutum est, & refert Cantera, in dict. titu. de hereti. nume. 41. ad fin. & nu. 42. vbi & inquit
222 quod in Hispania fisco † Regis applicãtur, & non alteri, Domino temporali, & quod tales confiscationes per Regem applicãtur officio Inquisitionis, vt ex eis soluantur salaria officialium Inquisitionis. Ex quibus cessant dubia proposita per Simanc. in dict. titul. 9. num. 127. cum. 4. sequentibus, & ex ibi dictis Cantera, vbi suprà, d. numer. 42. post medium determinat aliud dubium, scilicet, si condemna-
223 tus † pro hæresi in Regno Castellæ habeat bona in Regno Franciæ, cui eorum fisco applicabuntur, de quibus & per Nauar. in consil. 12. nume. 4. de hæreti. & hęc pro huius legis declaratione, quę licet multa sint, necessaria tã mẽ fuerunt ad eam, & eius materiam declarandam.

SVMMARIA.

CRimine admisso nihil pœnitẽtia prodest ad veniam impetrandam. num. 1. nisi vt num. 2. & 3.

Verecundia quædam est in peccatis crimen fateri, & pœnitentiæ portio. numero 4. & 5. an quoad confiscationem bonorum prosit.

Vbi nouello procedum est, & illis qui nouiter incipiunt versari. nume. 6. nisi iteratò delinquant, vt nu. 7.

Hæretici ad quod vsque tempus admittuntur ad gratiam, & misericordiam. nu. 8.

Deferens seipsum, & errores plenè fatens recipiendus est. num. 9. & 10. & nume. 11. quid de eo, qui iam carceratus fatetur hæreses an puniatur, & vsq; ad tempus admittetur ad misericordiam.

Hæretici negatini si in in publico actu conuertantur eorum conuersio ficta, & simulata præsumitur, num. 12. nisi vt ibi.

Pœnitentia vera veniam meretur; simulata Deum irritat. nu. 13.

Quomodo puniantur conuersi ante vel post accusationem, vel publicationem testium, & confitentes hæreses. nn. 14. sed ad hunc debent bona publicari. nn. 15.

Lata sententia solus Inquisitor generalis dispensare, & mutare potest. nn. 16.

Arbitrium nullum est in confiscatione bonorum, sed ius seruandum. nu. 17.

Cum damnato ad perpetuos carceres post lapsum termini Inquisitorem generalem solitum esse dispensare. nu. 18.

Hæretici hodie loco perpetui carceris ad triremes condemnantur. nn. 19.

An omnes sint pariter admittendi ad pœnitentiam. nu. 20.

De forma reconciliationis faciendæ remissiuè. numer. 21. vbi an Apostata admittetur, dicto. nn. 20.

Pœnitentia quæ olim istis conuersis dabatur, num. 22.

Heresis hodie nomẽ odiosum est, & apud vulgus infame. nume. 23.

Hæresis quid significet ibidem, vbi & quot sint necessaria ad hæresim consummatam.

Reconciliatis & filijs, & nepotibus eorum prohibetur aurum, argentum, & alia afferre sub graui pœna licet hodie arbitraria sit. num. 24. & numer. 25. an equum, vel mulam ascendere possint, vel asinum.

Filij relictorum curiæ seculari, an pœnis iuris teneantur, etiam si parentes pœnitentiam egerint. nu. 26.

Relapsi non incorporantur vnitati Ecclesiæ, num. 27.

Lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex nostra solum procedit in filijs, & nepotibus relapsorum, non verò in filijs & nepotibus semel lapsorum emendatorum tamen.nu.28.
Filij Catholici hæreticorum an prinentur nobilitate sanguinis.numer.29.vel ex antiquo parentum priuilegio deriuata. ibi.
Filij hæreticorum an retineant ius eligendi & succedendi Auo Paterno.nu.30.
Posteritas cum punitur an intelligatur per lineam masculinam tantum an & per fœminam.numer.31.
Hæreticus omnis ipso iure antequam declaretur infamis est.nume.32.
Spurij & Iudæi ad Decurionatum admittũtur.numer.33.vbi & in numero.34.declaratur.
Arbitri nullam habent dignitatem nisi sint arbitri iuris.num.35.vel si sint in causa Principis, vbi & in eius procuratore idẽ dicimus.
Infamia patrum hæreticorum filios, & nepotes in quocunque loco seqnitur. numero.36.
Infamia est macula inhærens ossibus, & sequitur infamem quocunque ierit.numero.37.
Infamia est immortalis, quæ & viuit cum credis esse mortuam.nu.38.
Periurus etiam post peractam pœnitentiam non potest esse testis.nu.39.
Infamia remanet apud infamem etiam extincta infamiæ causa.nu.40.
Periurus neque etiam de eis, quæ dum inculpabilis fuit, vidit, non potest esse testis, num.41.
Testem esse infamẽ tempore depositionis sufficiat, vt testificari non possit licet tempore iuramenti non esset infamis. numero.42.
Infamia non solum ab obtinenda dignitate repellit, sed & ab obtenta.nu.43.
Peccant infamibus dignitatem conferentes, num.44.
Index ex officio infames repellere potest ab honore, & de eorum inquirere infamia. numer.45.
Infamiam incursam iudex tollere non potest, num.46.
Index in sententia vti debet verbis legis infamatorijs.nu.47.
Princeps facere non potest facta infecta, neque vt hominũ impressiones mutẽtur.nu.48.bene tamen potest facere quod infamia iuris, vel facti non habeat effectum. numer.49.
Infamia varijs modis potest quis notari, iure, scilicet, & facto.nu.50.
Infamia iuris irrogatur tametsi apud bonos viros non sit grauata eius opinio, & hoc dupliciter.nu.51.&.52.
Infamia facti ad hominum opinionem potissimum refertur.nu.53.
Lex nostra in alijs personis quam in ea specificatis non procedet.nu.54.
Lex 3.titulo.24.partita.7.declaratur in numer.55.
Filij hæreticorum an possint promoueri ad sacros ordines.nu.56.
Officia publica quæ dicantur.num.57.
Infamis non est suspectus de hæresi.num.58. neque eorum filij, vt ibi.
Quæ sunt pœnæ impositæ officialibus ad quæ sunt inhabiles.nu.59.
Inhabilis patiens se eligi punitur.numer.60. & .61.

Lex. 3. & 4.

Summarium.

Nullus reconciliatus, vel filius aut nepos concremati mandato sanctæ Inquisitionis potest habere officia, & honores in præsenti propositos. Idque absque vlla limitatione obseruãdum sub pœnis in ijs duabus legibus constitutis, quas absque vlla sententia, & declaratione incurrent contra facientes.

HAB I. *Los reconciliados.* Id est, qui ad gremium Ecclesiæ statim reuertuntur, & misericordiam petũt postquam in hæresim lapsi sunt. Ecclesia enim nulli claudit gremium suum. Nam licet post crimen admissum nihil pœ-
1 nitentia † prosit ad veniam impetrandam, ex l. ea mente. ff. de furt. l. si quis seruo. C. eo tit. l. pen. ff. de vi bon. rap. quo & in Republica Iudæorum vsitatum erat, vt Iustinus Philosophus Author

thor est, quæst.104. idque est, quod Cicero pro Murena dicebat, fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniã petit, nefarium est, facinus ignoscere. In cuius propositum Tyra. de pœnis temperan. causa. 28. refert historiam quandam ab Herodoto relatam.
Quòd & ibi ipse Tyr. in causa. 25. exag
2 gerat, vt nec per baptismum † quoad corporis pœnam excuset ante susceptum baptismum delinquens. Quæ licet ita sint, in Sacro tamen Inquisitorum foro iuris clementia est, atque adeò deprecatio locũ habet, vt quanuis bene merita, nobilitas, dignitas, propinqui, & amici nihil prodesse possint, cordis tamen contritio, & confessio iusta, & spes in futurum innocẽ
3 ter viuendi deprecationi locum † cõcedãt. Est enim deprecatio, cũ & peccasse, & consulto fecisse reus confitetur, & tamen postulat, vt sui misereantur. Nam est quædam in peccatis verecundia, † & pœnitentiæ portio crimen fateri, nec deriuare culpam, sed
4 recognoscere, vt Ambrosius inquit, lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 9. relatus per Simanc. de Instit. Cathol. titul. 47. num. 4. vbi nume. 5. refert in hoc propositum Marci Tulli Ciceronis sententiam. Et num. 6. refert iura tam ciuilia, quam canonica misericordiam concedentes, & veniam delicti, & probatur ex l. 2. titul. 26. parti. 7. & tradit optimè Castro, de iust. hæret. punitio. lib. 1. capi. 21. Et hoc adeò esse verum aliqui dicebãt, quod nõ solum quoad pœnam mortis euitandam procederet, sed et etiam quoad confiscationẽ bonorum, hoc tamen de confiscatione † bonorum iam in lege præceden
5 te reprobauimus, & hos reconciliatos solum quoad pœnam mortis excusãndos diximus, dummodo non sint relapsi, qui licet admittantur ad Ecclesiastica Sacramenta si misericordiam petierint, non tamen excusantur à pœna mortis, sicut neque à confiscatione bonorum, vt in cap. super eo, de hæret. in. 6. not. glo. 1. in. d. l. 2. idque nimirum, nam licet ciui nouello parcendũ sit, & illis, qui nouiter in quopiam
6 negotio, vel arte † incipiunt versari, si quid per imperitiam deliquerint, vt per Tyra. vbi suprà, causa. 16. nume. 1. & 2. ita vt inde Græcorum esset Prouerbium, venia primùm experienti: Et ei qui in initio lapsus est, veniam damus omnes, verùm si tales iteratò delinquant, non iam illis pareitur, sed
7 pœna † competẽte afficiuntur, vt plura in propositum adducit Tyra. in. d. causa. 10. numer. 4. cum sequentibus adeò vt inquit text. in. ca. Diaconi. 2. ad finem. 93. distinct. quod Deus non miseretur eorum, qui assiduè peccãt. Sed est quæstionis non modicę difficultatis inter Doctores ad quod vsq; tempus admittuntur hæretici ad gra-
8 tiam & misericordiam, † ita vt dicatur in continenti, & continuò pœnituisse, & hanc quæstionem tetigerũt plures, prout sunt Paul. Grillan. de hęre. quæst. 5. Zanchin. de hære. cap. 16. vbi additio litera. A. dicit vere in hoc procedere Simanc. de Instit. Catholi. tit. 47. nũ. 27. cum sequentibus aliquibus, tangit etiam Rojas, de hæret. 2. p. assertio. 16. nume. 192. cum sequentibus, & glosl. magna in. l. 2. titul. 26. par. 7. & Iuli. Clarus in dict. §. hæresis prac. crimin. num. 9. & Carreri. in practic. titul. de hære. num. 159. & in Report. Inquisitorum verbo misericordia, vbi optimè dicitur, quod in illo, qui in ipso rei primordio, cum incidit in errorem, vel etiam statim cum in errore deprehenditur, vel quæritur contra eum, ipse fatetur, & confitetur, ac detestatur errorem suum, & humiliter petit misericordiam, recipiendus erit omnino; si modo Inquisitor viderit ex puro corde, & fide vera, & non ficta redire, vt de hæreti. in. 6. vt officium

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium.§.si verò,& de pœnit.dist. 3. inter hæc,& de consecr.dist. 4. ostenditur,& 27.dist.quod interrogasti,&.1. quæst. 1. sicut fieri, quæ iura allegantur in dicto Inquisito.reperto. verbo, *Misericordia*, eò quòd Ecclesia nunquã claudit gremium redeunti, vt.c.super eo, de hæret. in sexto.l.fin.in fin.C.de sum.Trinit.Deus enim non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur,& viuat. Et per consequens & à fortiori occultus hæreticus à nemine iudicatus se ipsum apud Inquisitores
9 deferens & errores suos † plenè fatẽs proculdubio recipiendus est,secundũ Simanc.dict.nume.27.vbi. nume. 28. idem in illo, qui in alio Regno publi-
10 cè Apostata,vel hæreticus † fuit,& antequam aduersus eum quispiam testimonium dixerit,ipse ad sanam mentem rediens veniam & absolutionem ab inquisitoribus postulat,& is quoque admittendus est, sed errores abiurare publicè debet,& salutarem pœnitentiam agere, cæterum nec pœnam carceris patietur,neq; habitum pœnitentium induet,ex instructi.1.c.8.sed si metu imminentium probationum ad Inquisitores venit,& cõfœderatos indicat,& errores suos plenè fatetur, & is quidem si testes contra eum superuenerint,Ecclesiæ reconciliandus
12 est,sed mitius cum eo agi debet, nec enim ad perpetuum carcerem damnandus est,nec habitum pœnitẽtium deportabit, vt per Simanc.vbi suprà, nu.29.& circà hęc non reperio adesse opiniones,sed circa illum, qui cõprehensus in carcerem cõiectus fatetur hęreses,circa istum enim si resipuerit, & redeat ad fidem & Ecclesiæ misericordiam petat, cui deneganda nõ est, vt optimè per Simanc.vbi suprà.n.30. vsque ad.36.vbi discutit qualiter tũc punietur,& hic vsq; ad quod tẽpus ad
11 mittatur opiniones † diuersæ adsunt, vt ex dictis Doctoribus decerpes, quas opiniones resoluit breuiter Iul. Clar. in d.§.hæresis.n.9.nam aliqui dicunt, quod non admittãtur nisi statim post deprehensionẽ ad Ecclesiæ vnitatem redierint,& hanc opinionem tenere cõiter canonistas testatur Grilland. in d.q.5.quem refert Simanc.d.tit 47. nu.38.inquit tamen,vbi suprà,Iul.Clarus,Simãc.ibidem asserere, quòd ipse ferè nullum inuenit hanc tenentem opinionem, sed in meo Codice ipsius Simãcæ,neque vidi hoc dicentẽ, neq; reprehendentem Grillandum dictis verbis. Alij verò dicunt,quòd non sunt admittendi nisi vsque ad sententiam,& quòd ita in Hispania obseruatur,vt ex Simãca, vbi suprà,nu.40.testatur ipse Iulius Clar.& Rojas,in.d.2. part.de hæret.n.192.vbi inquit sic instruẽt Hisp.c.12.esse statutum,& nouissimè instruct. Madriti, facta anno 1561.c.25.Alij autem dicũt,quòd semper etiam post condemnationem,& hanc esse mitiorem & magis cõem testatur Boerius,decis.343.nu.3.&. 4.& Carreri.relati per Clarum,in. d.nu.9. & quòd dicit Bossius, in tit. de hæret. nu.20.& in tit.de foro compe.nu.137. quòd ita seruatur. Inquit tamẽ Rojas, vbi suprà.num.193.quòd si in publico actu fidei hæretici negatiui cõuertantur,eorum conuersio ficta † & simulata præsumitur, & quòd metu mortis potius quàm fidei Catholicæ zelo cõuertuntur, & ob id perquàm rarò aut nunquam huiusmodi conuersio tunc admittenda est,nisi vrgẽtissimæ causæ subeant, veluti si quis multis lachrymis & signis suos cõfiteatur errores,nõ solum de quibus est accusatus, sed etiam de alijs,& detegat alios cõplices,præsertim personas sibi coniunctas & dilectas, ex ijs & alijs, quæ Inquisitorũ fidei arbitrio relinquũtur,recta vel ficta cõfessio perpendi potest, & sic inquit ibi Rojas.n.194. illam instructionem Madriti esse intelligendam

dam: & hac in re admonet ibidẽ ipse Rojas Inquisitores fidei, vt præoculis habeant omni tempore dictum cap. vt officium.§.si verò,versi. prouiso solerter,de hær.in.6. qui verticulus, prouiso solerter est firmissimus Inquisitorum baculus: nam sicut vera pœni-
13 tentia veniam meretur, simulata † Deum irritat,cap. inter hæc.2. de pœnit. distinct.3 cap.sacerdos.50. distin. & quanuis in omni iudicij parte, secundum Rojas,vbi suprà,nu. 197. Hæreticorum cõuersio & eorũ confessio sit admittẽda,tamen, secũdum eund. ibi cum num.198.qui in limine iudicij
14 ante accusationem † cõfitetur ad carcerem tẽporalem cum habitu pœnitentiali pro breui tẽpore est condemnandus, si verò post accusationem, augenda erit pœna & pœnitentia, qui verò post publicationem testium hæreses confitetur,ad perpetuum carcerem damnandus est, quia præsumitur quòd metu probationũ confitetur,& talis confessio non caret suspi-
15 cione,instru. Hisp. anno.1484.c.14.in omnibusque casibus supra dictis proxime bona publicantur,† secũd.Host. & alios relatos per Rojas,d.nu.148. & quòd ita cõmuniter ab omnibus Inquisitoribus seruatur & tradit Siman. d. tit.47.n.15.nisi vt ibi nu.16.& 17.nam
21 licèt arbitrio Episcopi & Inquisitorũ sit pœnã mitigandi,vel mutandi potestas,quod arbitriũ ante sententię prolationẽ locum habet,lata verò sentẽ-
16 tia solus † Inquisitor generalis dispensare & mutare poterit,vt in.5.instruc. Hisp.c.7.&.4.instru.Toler.c.9.quas retulit Rojas,vbi sup.n.200.tamẽ secundum eũ,ibi.n.201.in cõfiscatione bo-
17 norũ nullum vnquã arbitriũ † est,sed ius cõe omni tẽpore seruandum,cum à tempore cõmissi criminis ipso iure Hæreticorũ bona sint cõfiscata, vt dictũ est suprà,& ideò illud ius fisci minimè tollere possunt. Inquit etiam ipse

Rojas,vbi sup.nu. 202. & 203. quòd praxis nimis frequens atque vsitata in sacro sancto Inquisitionis foro ver
18 satur, cùm damnato † ad perpetuos carceres post lapsum triennij Inquisitorem Generalem solitum esse dispensare: Sed si ad perpetuos & irremissibiles carceres quispiam fuerit condemnatus, si humilis & verus pœnitens apparuerit, lapsis octo annis dispensatur: Hodie verò loco perpetui carceris hæretici ad trire-
19 mes † condẽnantur,dummodo debiles aut senes nõ sint,& huiusmodi cõdemnatio fit non ad minus quã ad trienniũ, nè fiscus propter expensas plus incõmodi,quam commodi secũ afferat, ita superioribus annis per prudentissimos supremi Senatus Sacrosanctæ Generalisq; Inquisitionis proceres maxima cũ ratione decretum fuit, idque iure communi iuuatur,ex.c.circeũ celliones.23. q.5.ibi alicuiuis tili operi deputẽtur.l.quidã sunt.l.seruus.l.in
20 metallũ.ff.de Pœnis:Et an omnes sint pariter admittendi ad pœnitentiã, † vide Cast.de iusta hære.puni.lib.2.c.22. vbi.c.23.an apostata admittetur, & in c.24.quid est exigendũ si resipuerit hęreticus,antequã ad reconciliationem admittatur:Et de forma recõciliationis † faciendæ vide Reperto.inquisitorum, verbo Reconciliatio, per totũ.Et quæ Pœnitentia olim † istis con-
22 uersis dabatur,tradit Siman.dict. titu. 47.nu.7. cum aliquibus sequentibus.

Ibi, *Heregia*. Quid sit hæresis in hoc titulo remanet dictum, & tradit Siman. vbi suprà, titul. 30. de hæresi, vbi num.1. inquit esse Græcã vocem, & latinè sectam sonat,olim sæpè in bonã partem accepta, hodie verò † nomẽ odiosum est & apud vulgũ infame, significatq; hæresis de aliquo dogmate firmatã opinionẽ in qua tenaciter
23 persistit,& num.3. inquit ipse Siman. Quæ sint necessaria ad hæresim con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

summatam,& tria esse asserit,falsa credulitas,quæ est ex parte virtutis animæ siue potentiæ rationalis:peruersa volũtas,quæ est ex parte cõcupitiuę: Pertinax defẽsio,seu impugnatio,quę est ex parte irritabilis : Duo pertinent ad intellectum, error & sentẽtia fidei, pertinacia verò pertinet ad voluntatem, & hæc est, quæ consummatum facit hæreticum, vt late diximus in.l. præcedente.

Ibi, *Apostasia*, de qua & quotuplex sit in.l.2.tituli præcedẽtis in glo. *Que judai zauan y apostatauan*, late dictũ remanet.

Ibi, *Ni los hijos ni nietos de quemados, y condenados por el dicho delicto*, Pœnitentibus enim reconciliatis Ecclesiæ,& filijs ac nepotibus damnatorum interdictum est, ne argento & auro & præciosis vestibus & armis vtantur,& nè officijs publicis fungantur, quod sub pœna ignis sancitum est,sed hodie ar-
24 bitrio † Inquisitorum puniuntur, secundum Simanc.de instit. cathol. titul.47.num.22. ex legibus tamen nostris in præsentialijs etiam pœnis afficiuntur eis contrauenientes vt ex eis apparet,non excluditur tamẽ dictum arbitrium, cum & leges nostræ constitutæ fuissent tempore quo Simancas,dict.num.22.de arbitrij huius practica scripsit.Sed an equũ vel equulũ
25 aut mulam ascendere † isti tales poterunt,tradit idem Siman. ibidem nume.23. cũ.3.sequentibus, vbi inquit quòd non,adeò vt neque asinis & vehiculis vti possunt,vt ibi num.26.sed quòd pedibus iter facere debẽt, nam & ea pœnitentia quibusdam facinorosis imponitur, vt cap. admonere. cap. latorem: 33. quæst. 2. cap. vlti. Concilij Vormacen.cap.fin.13.quæstione.2. Sed an hæc de filiis & nepotibus eorum,qui relicti sunt curiæ seculari,propterea quòd in hæresim relapsi fuerint, suprascriptis pœnis tenẽ-
26 tur,etiãsi pœnitentiam † egerint parentes eorum, tradit Simanc.vbi supra,titul.29.num.17. & nos diximus in tract.de Decurio. vocato Curia Pisana, lib.primo,cap.12.num.8. vbi tenuimus cum Rojas, ibi relato, quod lex nostra,& iura canonica ibi relata, & nostræ legi similia, esse intelligendum procedere in filijs, & nepotibus hæretici semel lapsi,& nõ incorporati vnitati Ecclesiæ,vel in relapsis, qui relapsi etiam si correcti, & pœnitentes sint, eorum filij, & nepotes iuris prohibitionibus sunt obnoxij, secundum gloss.reincorporator, incap.statutum.2.de hæreti. quam ibi sequitur Ioann.Andr. Fran.& Simancas,in suo Enchiridione,titu.63.num.7. & nouissimè Salzedo, in addi.ad pract. Bern. Diaz.cap.23. num. 22.& melius Zanchin.de hære.cap.28.num.3.&.4 par. 2.volum.11.tracta.Doctorum,& Hojeda,in tract. de benefi. incompatibil. 1.par.c.24.nu.1.in.1.par.tomi.15. trac. Doctorum,eò quòd relapsi non incor
27 porãtur † vnitati Ecclesiæ, sed sine audientia curiæ seculari traduntur etiã si sint emendati.cap.ad abolendam.§. illos quoque,de hæreti. cap.super eo. titu.in.6.& quanuis eis, vt ibi dicitur, sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ concedantur, vtrumque tamen in dict.c.statutum.2.requiritur,videlicet quod sint emendati, & reincorporati,& sic in relapsis tenent supradicti Doctoribus,contra Domini. & alios, & Simancam,de Insti.Cathol. tit. 29. num. 17. cum sequentibus aliquibus, aliud tenẽtes. Ex quibus lex nostra in supradictis procedet, non verò procedet, in filijs & nepotibus semel lapso-
28 rum,† emendatorum tamen, & reincorporatorũ vnitati Ecclesiæ, vt per eundem de Rojas, in singul. fidei. 66. & Gracian. in regulis suis in reg. 223. hæreticus, & nouissimè hanc quæstionem tangit,& examinat Cãtera in.d. tit.de hære.nu.11.12.&.13. vbi & inquit quod

quod de consuetudine relapsis nõ datur Sacramentũ Eucharistiæ, etiam si de iure aliud cũ aliquibus alijs asserebat Dida.Per.l.1.tit.1.lib.1.Ordi.col.33. in princ.Sed an hereticorũ filij Catho-
29 lici priuati sint nobilitate sanguinis, † vel ex antiquo parentũ priuilegio ad eos deriuata,& verorẽ esse quod nõ testatur Siman.de Insti.Cathol.d. tit. 29. nu. 18.& sic vt per eum ibi nu. 19. retinent tales filij ius eligendi,& succedendi auo Paterno.Sed an idem sit
30 in filijs falsi testis cõbusti mandato inquisitorũ contra eum procedentium ob dictum falsum contra accusatum de hæresi,tradit idem Simanc. vbi suprà, tit.64.de testibus,num.95.

Ibi. *Por linea femenina.* Cautè verba hæc fuerũt expressa ad euitãdũ dubiũ illud tactũ per Card.in Clemẽt.1.vers. ipsius,de pœnis,scilicet,an cũ punitur
31 posteritas intelligatur per lineã † masculinã tantũ, an per fœmininam,& ideò iuste hic etiã de fœmininã explicatur, vt nihil dubietatis remaneat.

Ibi, *No pueda*, impossibilitat eos lex nr̃a in ijs verbis, ita vt incapaces sint, dictio enim, potest,præcedẽte negatiua hui' est naturę, vt diximus in.d.2.n. 29.titu.3.lib.5.supra, vt necessitatem importet.

Ibi, *Del nuestro Consejo*, eò quòd infa-
32 mis est ipso iure omnis hæreticus † etiam antequàm talis declaretur, vt per Castro,de iust.hær. puni.lib.2. cap. 9.per totum,maximè versicul.sed dubium est,& cum infamis sit,infamibus portę dignitatum patere non debent vt in cap.infamibus,de Reg.iur. in.6. fama enim hominis delicatissima res est,& quæ sæpè leuibus ex causis rubiginem cõtrahit,& maiorem si ex grauissimis, prout est hæresis crimen,adeo vt in alterius infamiam nõ facile cuiquã credendum est,ita quoque si infamia re vera comperta est, infamem à Republica penitus arcere, eosque ran-

tum eius gubernationi adhibere expedit, qui non solum priuatis rebus tractandis,verum etiam publicis negotijs gerendis,citra infamiam apti sunt,scilicet vt famosis & notatis, quos scelus vitæ, aut turpitudo inquinat, & quos infamia à bonorum cœtu segregat,dignitatis portæ non pateant.l.neque.C.de dignita.lib.12.sicut & olim, vt testis esse Modestinus,ab ingressu vt bis prohibiti fuerunt.l.sed & similiter. §.scribit autẽ.ff.de excusa. tut. Et habere aliquem pro infami tanti momẽti causam esse duxerunt veteres, vt inter cognitionum genera iudicium de æstimatione retulerint.l.cognitionũ: ff.de var.& extraor.cogni. Sed obijci potest nostræ legis dispositioni, quod
33 Vlpianus † spurios,& eos,qui iudaicã superstitionem sequũtur ad decurionum dignitatem admittit, li generali. §.spurios.ff.de decurio.Iuliusque Paulus eorum dictis fidem adhibet, qui vltimò supplicio infames destinantur.l. qui vltimo. ff. de pœnis, & Vlpianus iterum ex Pomponio respondit, parum referre integrę famę quis arbiter sit an ignominiosus.l.pædius.ff. de arbit. Iustinianusque exceptionem infamię procuratori obiectum reijcit. §. fin. instit.de exceptio.reusque criminis delatus, post annum quàm delatus est, honores petere non prohibetur l.reus.ff.de mun.& honor.Sed omnia hæc cessant,cũ de iure aliud prohibitum reperitur,nã si per infames regimen Regni officia publica & honoris administrarẽtur, nimis esset authoritati.administrationi, & gubernationi nociuũ potestas enim malitiæ cõiuncta neruos ac robur affectibus addit, verũę est illud Dyonisij dictũ, qui tũc maximè Imperio frui dixit, quod liberet, facere. Ideòque Plato lib. 3. de legibus respondit, ciuitates institutiones suas habere, eosque, qui maximè peccant, qui à maximè nocent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab administratione arcendos esse, nè si quis non segregetur hos, reliquos sua contagione inficiant. Quamobrem olim Dominus, ad gerendum magistratum, voluit ex omni plebe assumi viros sapientes & timentes Deum in quibus esset veritas, & qui odissent auaritiam. Neque ijs obstant contraria, tum quia nō procedunt, vbi aliud in contrarium reperimus specialiter statutum: tum etiam quia vrgente necessitate & in defectum † aliorum, 34 quid admittitur, quod alias non admitteretur. cap. inter, de religi. domi. vnde sicut propter inopiam testium, quādoque recipiūtur nō idonei. l. consensu. C. de repud. & inhabiles recipiūtur ad ordines Ecclesiasticos propter defectū habiliū. c. 2. dist. 55. ita & spurij, ideò eligūtur dūtaxat, quia meliores nō inueniuntur, tametsi dici possit, quòd spurius non est infamis, infamia iuris aut facti, quæ oritur ex moribus eius improbatis, sed propter culpam parentum, & præsumptionem similis incontinentiæ ad peculiares hos effectus à iure infertur nota quædā, quæ à multis dicitur infamia facti, secundum Angel. cons. 274. & Calder. cons. 2. de fide instru. qua ratione & secundæ obiectioni sufficienter responsum esse putamus. Sed in filijs & nepotibus hæreticorum aliud est maius, tam ex nota & infamia ac parentum delicto, quàm ex infamia in ipsos filios & nepotes deriuata, & sic est differēs ratio & dispositio. Quod verò tertio loco obijcimus, hāc rationē habet, q̄ ar- 35 bitri † nullam habēt dignitatē, nisi sint arbitri iuris, vel in causa Principis, in qua omnes integerrimæ fidei esse debēt, vt per Marc. Anton. in tract. de cōprom. q. 2. n. 13. Ex quo & alteri obiecto satisfieri potest, quia procuratoris officium vile est, & à quo viles nō arcentur. l. si procurationē, & ibi late Platea. C. de decurio. lib. 10. Præterquā si agatur de procuratore Regis aut Principis, vel de eo, qui in Curia Principis versatur: neq; itidem vltima obiectionem obstare dices, quia quando accusatio infra annum nō est finita, talis qualis præsumptio pro innocentia accusati oritur, & mala nascitur cōtra accusatorē, q̄ calūnioſe ad accusandū prōcesserit, & proinde post annum promoueri potest ad honores, & ad dignitates, & quia nō est adhuc infamia notatus, prout sunt filij & nepotes hęreticorum & per consequens cessant dictę obiectiones, neque militāt quo ad hāc nostram materiā de qua agimus, in qua infames efficiuntur, & inhabiles honorū filij, & nepotes patrum hęreticorum, & filij matrū hæreticarū, & portę dignitatum eis patere nō debent. Idque procedit non solum in loco in quo infamia contracta, aut per 36 sententiam illata est, verum etiā † in alio quocunque loco, quia vt eleganter cū Bar. in. l. ex ea. ff. de Postulā. respondit Paul. Castr. in. l. 1. ff. de ijs qui not. infam. sicut lepra sequitur leprosum quocunq; ierit, & sicut is, cui mē brum aliquod mutilatū est, id ipsum membrū mutilum secū perpetuò defert, & sicut excommunicatus in vno loco, vbiq; locorū graui ac periculoso hoc vinculo ligatur. Ita quoque sentē tia aliquem infamans est eiusdem naturæ, adeòq; statū alicuius diminuit, vbique infamat, apud omnia tribunalia ligat, sequiturq; hominē etiā si ad locum non subditū iurisdictioni illius qui sententiā tulit, eat: personamque afficit, eāque velut individuus comes subsequitur, quod & Abb. probat in. c. 1. de treuga & pace, infamia enim est 37 macula inhærens ossibus, † & veluti character quidā, qui hominē sequitur quocunq; locorū ierit, secundū Bald. & Angel. in dict. l. ex ea. ff. de postul. Iterum, & secundo procedit dicta regula, quod licet aliàs delinquentes emendati, id est post peractam pœnitentiam gradum suum & dignitatem recipere solent. cap. contumaces. 50. distinct. emendatus tamen de crimine & infamia, eatenus adhuc nota infamiæ laborat, vt integer ad actus publicos & legitimos, nec ad testimonium in causa criminis ferendum, velut. integer & idoneus non admittatur. cap. testimonium, & ibi Abb. num. 1. extrà de testibus, verumque 38 est quod ait Plautus, Hominum † immortalis est infamia, quæ etiam tunc viuit, cū esse credas mortuam. Ideoq; & Claudius Cæsar, cum cuidam notam appositam (deprecantibus familiaribus) ademisset, lituta tamen, inquit, extat, sentiens etiam remissa culpa, manere prioris infamiæ vestigiū. Vnde & periurus etiam post peractā pœnitentiam, non poterit esse testis, 39 † sicut nec anteà poterat, glo. in. l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re milit. Tertio amplia, quod infamia rema- 40 net † apud infamem etiam extincta infamiæ causa, vt per Hippolyt. sing. 107. Priuilegium, vnde in simili dicitur, quòd Iudæus eo in casu, quo non 45 potest esse testis contra Christianum, non poterit etiam testis esse, si efficiatur Christianus, de quo tamen vide plura per Felin. in. c. eam te, de rescrip. non enim mihi hæc satisfacit doctrina baptismo iam susceptō. Imò & in- 46 famis qui est, non solum non est testis legitimus super rebus postquam infa- 41 miam cōtraxit accisis, verum nec † de ijs; quas adhuc integer & inculpatus vidit, secūdum Alciat. in. l. notionem, in fi. ff. de verb. signif. quia qualitas te- 47 stis, eiusque fides tempore depositionis attēditur, ex. c. forus, extrà, de verbo. signifi. Felin. in. c. in literis, de testi. eoque pertinet quæstio, an testē tem- 42 pore depositionis † infamem esse sufficiat, qui tempore iuramenti præstiti infamis nō fuit, de quo plura per Abb. Azeuedo super. 8.

in. d. c. testimoniū. n. 3. & gl. in Clem. 1. de offic. deleg. & non solum infamia repellit quem à dignitate obtinenda, 43 sed & ab obtēta. Ideoque Diocletianus, infamia, inquit, quæ tibi abeminēda est, non etiā amissionis oculorū casus, quæsitum tibi adimit honorē. l. infamia. C. de Decurio. lib. 10. & rursum, iudices, Inquit, qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse cōuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti inter pessimos quosq; & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiātur, quo se ipsos indignos iudicauerunt. l. iudices. C. de dignita. lib. 12. Nec enim debent homines infames cum hominibus integræ famæ in dignitatibus participare. l. neque quis. C. de decurio. Et si dignitas infamibus confertur non solū ipsa cōmaculatur, sed & plurimū quoque 44 peccāt ijt, qui eam ijs conferunt, secūdum Innocēn. in. c. qualiter & quādo, extrà, de accusa. Imò & quòd plus est, quòd iudex vel magistratus, etiā nemine excipiēte, vel petente eos reijcere, & de eorum infamiū conditione inquirere † possit & debet, secundum Ias. in. l. Arennam. C. de inoffi. test. scilicet, ne quis nisi bonus & integer ad hoc officiū assumatur: neque potest iudex alterādo aut cōmutando pœnā legis, & aliam imponēdo, tollere infamiam † ex dispositione legis vel statuti tali delinquēti imponēdam, ex. l. nolucrunt. C. vt intra cert. tempus cri. quæst. termi. & ibi Angel. n. 1. Roma. in. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. & in modo infligendæ pœnæ debet iudex in sentētia vti eisdē † verbis infamatorijs in. l. cōtentis, secundū Auen. c. 18. præto. n. 5. lib. 1. nemoque mortalium potest tollere infamiam facti, quæ ex communi hominum opinione prouenit, imò nec Princeps quidem, quia cum in facto consistat, vt facto contrario tollatur, necessariū est,

quia Princeps, vt ea quæ facta sunt, pro infectis habeantur. l. in bello. ff. de captiu. vel vt hominum impressiones mutentur, facere † non potest, cæterum quod infamia facti † vel iuris non habeat effectum, facere potest, latè Tyraq. in tractat. de cõstitut. parte. 3. limi. 7. numer. 10. sed an inferiori hoc tributum sit, late discutit Abb. in. c. Cũ te, de re iud. vt autẽ omnia dicamus, varijs modis quis notari † potest infamia, iure scilicet, vel facto, vt inquit text. & glo. in. c. infames §. Porrò. 3. q. 7. & l. 1. tit. 6. p. 7. iuris vocatur infamia, † quæ irrogatur alicui iure ciuili, vel canonico, tametsi forte apud bonos viros non sit grauata eius opinio, & æstimatio. Et hoc † quidẽ dupliciter, vno modo cum lex ipsa non sententia, rem illicitam, mox atque facta est, damnat, ipsumque factũ notat, id est, cum sola legis authoritate infamia nominatim infligitur, neque necessaria est sententia ad hoc, vt ea infligatur. Licèt enim per sententiam delictum declaretur. l. infamem. ff. de publ. iudi. in his tamen iam ante simul atque quis deliquit palam ex sola deprehensione infamis est, neque in eis, sicut in alijs requiritur sententia. l. Athletas. ff. de ijs qui not. infam. & in. l. 1. in fine, & l. 3. & 4. titul. 6. partit. 7. vt si quis ab exercitu ignominiæ causa dimissus sit, si artis Ludricæ causa in scœnam prodierit, vel in alijs pluribus casibus à dict. l. 1. ff. de ijs qui not. infam. & dictis. ll. 3. & 4. titul. 6. partita. 7. descriptis. Alio vero modo, cum factum, & personam notat, non lex, sed sententia à qua non est appellatum, nam si appellatum esset, non infamat, vsque dum confirmetur, ex. l. furti. §. 1. ff. de ijs qui not. infam. nam quando requiritur sententia, non ex facto præcedente, sed ex sententia infamia oritur, vt per Paul. Castr. in. l. improbum. C. de his qui not. infam. quem vide. Infamia autem facti ad hominum † opinionem potissimum refertur, vt cum quis apud bonos graues que viros malè audit, licet illa iure, & ex ipsis legibus nulla infamia irrogatur, quibuscunque autem modis infamia irrogetur, vtique infames à dignitatibus repelluntur. Quis enim (inquit Ecclesiasti. capit. 10.) honorificabit exhonorificantem animam suam. Et sic iustissimè ex lege nostra heretici, & filij, & nepotes eorum per lineam masculinam, & per fœmeninam vsque ad filios inhabilitantur ad honores, & officia publica, & alia hic, & in. l. 4. sequente contenta. Cum infamia eos sequatur sicut lepra leprosum, vt dictum est. Ex quibus cum lex nostra personas enumeret, & specificet, in alijs quam in ea specificatis cessabit eius dispositio, † ita vt filij descendentes ex Christianis nouis, qui neque ipsi neque patres eorum nouiter conuersi, non sunt ab Inquisitoribus puniti, poterunt officia publica habere, idque comprobatur ex. l. 6. titulo. 24. p. 7. & per plura comprobat Montal. relatus & secutus per Auend. c. 19. præto. nu. 20. lib. 1. & lex. 3. eiudem tit. 24. p. 7. nihilobstat, nam loquitur † in Iudæis, qui nõdum facti sunt Christiani, isti enim nullo modo ad officia publica sunt admittendi, imò & nouiter ipsi conuersi non solent admitti, ex cap. constituit. 17. quæst. 4. & not. Anan. in ca. cum sit. de Iudæis, nisi esset persona insignis, & multum decorata, vt not. Feli. in. c. eam te. nu. 12. de rescrip. imò & descendẽtes eius, nisi sint iam probatę fidei, prout dixi in curia Pisana, lib. 1. cap. 12. numer. 23. & Hojeda, in tractat. de benef. comp. & incompat. 1. parte. cap. 24. numer. 5. in fin. tomi. 15. part. 1. tract. diuersorum, & probatur ex. l. 23. tit. 5. p. 1. & sic hodie eos videmus in Hispania, & in partibus alijs

alijs admissos ad officia publica, & honoris, nisi vbi aliud statuto, aut consuetudine approbatis reperitur dispositum, vt & alibi in. 1. tomo diximus. Et an ad sacros possint † ordines promoueri hæreticorum filij, tradunt additio. Bern. Diaz in practica cano. cap. 23. num. 22. cum. 6. sequentibus, & Simanc. de Institutio. Catho. titulo. 29. numero. 14. cum sequentibus aliquibus, & quid Concilio Tridentino attento idem additio. Bern. Diaz vbi su prà, tractat.

Ibi. *Ni abogado.* Nobile est enim, & honorosum officium aduocati, vt per Tyra. de nobilit. c. 29. num. 13. & nos alibi diximus.

Ibi. *Otro officio publico.* Maximè honorosum, vt in capit. statutum. 2. de hæret. in. 6. in capit. 2. eod. titul. & est instructio Inquisitionis in antiquis, cap. 6. & in nouis cap. 11. l. 4. titul. 29. partita. 7. & ibi gloss. tradit, quæ dicautur † officia publica, & ad has nostras leges se remittit. Et amittunt omnia, quæ sunt iuris ciuilis, vt. l. amissione. §. quæ efficiunt. ff. de capitis diminu. qui text. loquitur in alijs, qui sunt rebelles contra Dominum, & maiori cum ratione in nostro casu, cum hæreticus sit contra Deum rebellis, notat Cantera, de hæreti. numero. 10. & Rojas, de hæreti. 2. parte, Assertione. 42. in princip. & id intelligit verum Cantera, vbi supra, in vero hæretico, secus in suspecto tantum de hæresi, nam iste † non est infamis, & consequenter neque eorum filij.

Ibi. *So las penas en que caen, e incurren las personas priuadas, que vsan de officios, para que no tienen habilidad.* Et quæ † pœnæ sint istæ, Abb. in capit. scisciratus, numero. 14. & ibi Addition. liter. G. & H. de rescript. latè descripserunt, vbi Felin. numero. 8. inquit, quod inhabilis patiens se † eligi punitur pœna capitis, tenetur enim inhabilis suã inhabilitatem manifestare † alias punitur & peccat, secundum Suarez, allegati. 12. folio. 148. pagina. 1. in fine, cum principio sequentis in antiquis. Imò si quis plebeius permittat se ad aliquod officium eligi, tanquam nobilis, cum non sit, venit ob talem simulationem puniendus, vt ex. l. 2. C. si ser. aut liber. ad Decuri. aspira. libr. 10. notat Auenda. capit. 14 præt. numero. 23. ad fin. lib. 2. Et sic Personæ, de quibus in præsentiarum, si ad hæc officia permitterent se eligi, punirentur pœnis saltim extraordinarijs, & insuper in confiscatione bonorum, vt hic disponitur. Et an de hoc facto hæresis oppositę contra petentem dignitatem, vel officium cognoscet iudex laicus, nouissimè vidi assertum quod sic per Doct. Sahagum, in apparatu impresso ad ca. decernimus, in princip. num. 86. & 92. de iudicijs, dum tamen secundum eũ ibi de hæresi sit iam condemnatus ille prætensor dignitatis per iudices sanctæ Inquisitionis.

Ibi. *Ni sentencia, ni declaracion.* Cautè fuerunt hæc verba adiecta, nam de iure aliud esset, eò quod etiam vbi lex imponit pœnam, ipso iure requiritur adhuc declaratio pœna in cursæ, vt in hoc titulo remanet dictum, & diximus latius in titu. *De las contestaciones*, lib. 4. suprà, & ijs leges hæ. 3. & 4. satis remanent commentatæ.

SVMMARIA.

Receptatorum est pessimum hominum genus. num. 1. & qui sint. numer. 2.
Receptatio vnica an sufficiat. nu. 3.
Receptans ignoranter an puniatur, numero. 4.
Receptatores hæreticorũ qui dicantur. nu. 5.
Iudices negligentes capere hæreticos, fautores eorum sunt. num. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex. 5. 6. & 7.

Summarium.

In ijsce legibus pœnæ imponendæ forti legis, & arioli, & maleficis, & credentibus eis, accedentibusque ad eos, & receptatoribus eorum describuntur, & qualiter iudices in ijs cum clericis & laicis habere se debent. De quarũ legum materia plura, quæ hic referri possent, diximus, in l. 5. titul. 1. supra, isto lib. ad ibi dicta te remitto ne bis eadem repetamus.

IN l. 5. ibi *Que el juez, o alcalde do esto acaeciere pueda hazer pesquisa*, & sic ex officio procedere, quam in hoc allegat Auenda. cap. 32. præto. num. 1. lib. 2. imo & secundum l. 6. sequẽtem puniri possunt iudices in hoc negligentes.

Ibi. *Porque hereges es.* Anisti sortilegi, arioli, aruspices, & incãtatores, & maleficí sint vt hæretici puniendi in d. l. titu. 5. 1. supra, isto lib. diximus.

In l. 6. ibi *Y los que los encubrierẽ en sus casas*, idem disponebatur, in l. nullus, C. de malef. & Matth. & l. fi. C. de Paganis. l. 1. titu. 23. partit. 7. Estque receptatorum pessimũ hominum genus, 1 sine quibus latere nemo dici potest, † Plato Dialogo. 12. de legibus, pœna mortis plectendos asserebat, vt hæc & alia de ijs receptatoribus tradit Meno. de arbit. li. 2. Centu. 4. casu 348. & dicũtur isti receptatores, fautores, nã fautores dicũtur, & fauere, qui criminosis præstãt aliquid alimoniæ, & qui procurant aliqua, ob quæ liberentur 2 † criminosi, vel subministrant eis 23. quæst. 4. est iniusta, & l. pignore. §. fin. ff. de furt. nor. Archi. in c. 2. de hæret. in 6. & Card. in Clement. 1. in princi. quæst. 17. de foro comp. Cœpol. cons. crimin. 27. nume. 6. & de receptatoribus vltra Doctores in tit. ff. de receptat. Vide late per Anton. Gom. tom. 3. Vari. ca. 3. num. 50. per totum, & in cap. 5. num. 16. tractat de receptatore latronum, & glos. *Encubrieren.* per tex. ibi in l. 18. titu. 14. parti. 7. & Auiles. c. 3. prætorum fol. 94. num. 19. verbo *Iurisdicion*, vbi differit, quis dicatur receptator, de quo habes text. in l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. de seruo corrup. de quibus, & traditur per Auẽd. ca. 7. præt. lib. 2. & an vnica † receptatio sufficiat vide Lucam de Penna, vbi Bartol. & eius additio. l. 1. colum. 2. in princ. C. de desertor. lib. 10. & Angel. de malef. verbo, dicto maleficio, num. 23. pagina. 552. in paruis, & ibi additio. 3

Ibi. *A sabiendas.* Hoc est principalius requisitum, vt quis de receptatione puniatur, scilicet, quod scienter id faciat, secus si ignoranter, nã tunc † nõ 4 punitur, secundum Bart. in l. omnes, nume. 2. C. de Agricol. & cens. libr. 10. vbi se remittit ad dicta per eum in l. fin. C. de fabric. cens. lib. 11. & quid in receptante affinem, vide text. in l. 2. ff. de recept. & glosl. 1. in l. 6. titul. 26. p. 7. tradit Meno. d. casu. 348. omnia referens, & late differẽs. Et Luc. de Pen. l. 1. col. 2. C. de deserto. lib. 11. Ex quibus iam est abolita apud bonos, & Christianos iudices prauorum, & crudelium iudicum corruptela, & iniustitia punientium caupones hospitalarios, & alios ignoranter recipientes delinquentes fugitiuos in suis hospitijs & domibus, præbentes eis alimẽta, & hospitia, & illos etiam, qui eos per flumina in suis naubus, & batellis portauerunt, nam ignorantes homines, & præsertim præpositos ad hæc officia iniustissimè condemnantur vlla pœna, sed crudeles sunt tales, & iurium ignari, si qui nunc sunt qui hoc genus crudelitatis exerceant, cũ lex nostra, & omnes leges de receptatoribus loquentes malitiam, & sic scienter factum considerant, non vero si ignorãter. Imò & tenetur eos accusans scientiam probare, nam ignorantia præsumitur. Et sic receptatores etiam 5 hæreticorum † ij dicuntur, qui eos recipiunt scientes esse tales, & eos occultantes, vt manus iustitiæ euadant, vt per Rebuf. in Bulla Cœnę Domini, verbo, Et receptatores. 6

Ibi *Que pierdan los officios.* Nam fautores dicuntur tales iudices negligentes, habentes enim iurisdictionem tales sunt † si neglexerint capere, vel punire hæreticos, cap. negligentes. 2. quæst. 7 ibi neglixere (cum possis) perturbare peruersos, nihil aliud est, quã soluere: neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, vt hæc & alia optima in propositum adducit Rebuf. in d. Bulla Cœnę, verbo Fautores pag. 405. in fin. cum sequentibus, & ijs titulus hic. 3. satis remanet declaratus.

TITVLO. IIII. DE LOS Blasphemos de Dios, y de nuestra Señora, y del Rey.

Summaria, Titulo. IIII. in Rubricam.

Blasphemia species hæresis est. nu. 1. & est graue crimen. num. 2. & reputatur crimen contra naturam. nu. 3.

Blasphemi sunt, qui sacrilego maledicto se obstringunt. numero. 4. velut diffinitur, num. 5.

Blasphemia quid sit. numer. 6. & 7. quid importet.

Blasphemia oris, & blasphemia cordis, quæ sit. num. 8. & 9.

Blasphemia iuridicè quomodo sumatur, & diuidatur, nu. 10. & 11. & 12.

Differentia est inter blasphemare, & maledicere. nu. 13.

Maledicere an dicatur dicens, Al dispetto de Dio. *nu. 14. & nu. 19.*

Blasphemia an sit dicere Deum factum, infectum facere non posse. num. 15. 16. & 17. & 20.

Quomodo intelligatur Rubrica illa Summi Pontificis in Rubrica de blasphemis. numero. 18.

Baldi dictum reprobatur in num. 19. dictum in num. 14. supra.

Blasphemia vt omnia comprehendantur quæ dicatur. num. 21.

Iurare per membra Christi, vel sanctissimæ Virginis blasphemia est. nu. 22.

Reprobatur opinio Angeli tres species blasphemiæ constituens. num. 22. & 24.

Blasphemia mente, & verbo, committitur, & scripto. num. 25.

Virgo ac domina nostra sanctissima dignior est omnibus sanctis. n. 26. & ideò in arbitrarijs plus debet puniri delinquens contra eã quam contra alios sanctos. nu. 27.

Miraculum contra Virginem Sanctissimam quærendam deprecantium. nu. 28.

CVM superiori titulo dictum sit de hæreticis, qui, vt ibi diximus, fidei & mandatis Dei resistunt, & cõtradicunt, nunc immediatè sequitur videre de blasphemantibus Deum ipsum ac Beatissimã Virginem Mariam, verbo, Vel facto, 1 nam blasphemia † species hæresis est large,

Universidad de Deusto
Biblioteca

largè,vt per Squilacens,de fide ca.16. nu.1.& etiam de illis,qui regem huma num blasphemant.

Pro cuius Rubricæ introductione & declaratione totius tituli sciendũ est prius, & discutiendum, quis blasphemus dicatur, & antequam diffiniamus sciendum est,esse crimen gra
2 ue, † & eius grauitas demonstratur ex dicto Hosti. in summa titul.de excẽsi.præla.§. clericos, qui eos Iudæis vocat deteriores. Item & colligitur ex punitione eorum in sacra Scriptura designata:nam ob blasphemiam fi lius mulieris Israëlitidis præcepto Do mini lapidibus fuit obrutus, eò quod nomen Do mini blasphemasset,Leui. 24.vt hæc & alia plura refert Salzedo, ad prag.cano.Bern.Diaz,ca.110.blas-
3 phemi, in addi. 1. & reputatur crimen † contra naturam, vt per Auenda.cap.5.præto.num.1.lib.2. & tradit etiam Maschard. de probatio. tom.1. conclu. 194. in princip. & nouissimè, & latè Tyber.Decianus in.2.tomo de delictis,libr.6.cap.3. per totum.Hoc-
4 que suppositio dicendum est, quod blasphemi sunt, qui sacrilego † maledicto se obstringunt, vt ait Budæus relatùs per Simanc.de Instit. Catholi. titu.8.num.1.vel, vt inquit Dida. Perez hic sub Rubrica,titu 8.de blasphemis, lib.8.Ordin.pag.203.blasphemus
5 vè is dicitur,qui negat † quod in Deo est,vel illi tribuit quod ei non conuenit,vt ex Sancto Thom.2.2.quæst.13. articul.1.& ibi Caietan. idque à diffinitione blasphemiæ deducitur, vt infrà videbis,& sic oportet diffinire blasphemiã. In quo Hugo de Sancto Victore, in lib. de fructu carnis, & spiri-
6 tus,cap.6.inquit, quod blasphemia † est cum quadam improbosa irreligiositate cõuitiosorum iaculata in alium maledictio. Aut est iuris diuini,vel humani nominis diminutio iurãdo, vel exprobrãdo facta. Ex quibus duabus diffinitionibus plura infert Castro, li. primò,de iusta hæte.puni.cap.12. per totum.Et secundum Ambrosium diffinitur, vt sit affirmatio falsitatis, vel negatio veritatis circa Deum. Et blasphemare sit atribuere Deo falsum,vel quod ei non conuenit, vel negare de illo verum, vel quod ei conuenit, & huius ratio est,quia secundum sanctũ Thom 2.2.quæst.13. nomen blasphemiæ importat † derogationem excel-
7 lentis bonitatis præcipuè diuinæ. Quicunque autem negat de Deo aliquid ei conueniens, vel asserit de eo, quod ei non conuenit, diuinæ derogat bonitati, quia secundum Dionysium,cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, quicquid Deo conuenit pertinet ad eius bonitatem, & quidquid ad ipsum non pertinet, longè est à ratione perfectæ bonitatis, vnde omnis talis blasphemat, vel secũdum solam
8 opinionem intellectus,vel etiam coniuncta quadam affectus detestatione, quorum vtrumque si consistat in corde, dicitur blasphemia † cordis, si verò exterius prodeat per locutionẽ,
9 est blasphemia oris, † quæ opponitur fidei confessioni. Et hoc est diffiniendo Blasphemiam Theologicè,& propriè, vt inquit Syluest.in summa, in verbo,blasphemia num.1.&.2.iuridicè tamen secundum eum ibi, sumitur etiam blasphemia. Et hanc ali-
10 qui † dicunt diuidi in propriam,& impropriam,vt inquit nouissimè Cantera,in suis quæstionibus, titul. de blasphemis, nume.1.ex Sylucstro,vbi suprà,& Abb.& Ana.in capit. 1. &. 2.de
11 maledi.Et propriam † esse inquit ipse Cantera, quoties negatur aliquid in Deo,quod ei proprium est,vel tribuitur Deo aliquid, quod ei non conuenit, verbi gratia, dicere, quod Deus non est omnipotens, vel quod est malus,vel quod non est iustus, & similia, vt per Sanct.Tho.& Caieta.vbi suprà,

& Syl-

& Sylvest.vbi suprà, & idem quod in Deo dicimus, est dicendum in Beata Virgine Maria, & in Sanctis,& in rebus sacris, & sic Theologicè dicitur
12 quis blasphemare. Impropria verò † blasphemia,inquit Cantera vbi suprà, cum Sylvestro,iuridicè loquendo, est maledicere Deum,vel Sanctos,vel aliquid dicere in Deum, vel sanctos,vel res sacras,vt traditur per totum,maximè in cap.2.de maledi. quasi differen
13 tia sit inter blasphemare † & maledicere, vt apparet ex Bart. & Doctoribus in.l.turpia,de lega.1.in.l. item apud.§. sed quod adijcitur.ff.de iniur.& Catal di.de syndicatu.num.104.Ex quo Bal. in cons.476. an dicatur maledicere, lib.3.dicebat,quod dicens, *All dispeto de Dio*,non dicit blasphemiam, nec ve-
14 nit puniendus † de blasphemia,quem ad hoc retulit Socin. consil. 102. in princip.lib.1.& Clarus,in lib.5.select. sentent.§.blasphemia,nume.2.& Couar.in cap.quanuis pactum,1.parte.§. 7.num.9.in princ. & Menochi.de arbit.casu.375.num.4. vbi in nume.5.& 6.inquit, quod nõ esset blasphemum verbũ prolatũ super illo facto, quod nec ipse Deus potest,putà si quis dice
15 ret, Deum facere non posse † mulierem semel corruptam incorruptam, ex capi. si Paulus. 32.quæstio.5.neque quod factum est, quin factum sit, vt per Meno.ibi num.6.7.&.8. verũ ego adhæreo omnino in contrarium cum Couarr.vbi suprà,nu.8.scilicet, quod
16 vna sit species blasphemiæ, † scilicet, proprie, & consequenter quodlibet verbum malè dictum,& quodlibet cõ
17 uitium,vel iniurioſum dictum † blasphemiam esse, vt & latius Bossius, in practic.crimi.titu.de Inquisit. nu.130. cum sequentibus,& Menochi. de arbitra.casu1376.nu.19.& vt tale puniendum, sicut cum detrahitur potentiæ Dei,vel attribuitur ei,quod ei non cõuenit, vel id, quod ei conuenit detrahitur. Siquidem nec maledictio, nec conuitium Deo possunt aliqua ex parte conuenire,& sic licet in Rubrica ex
18 tra de maledi. loquatur † Summus Pontifex in capitulis sub illa Rubrica contentis,de blasphemis loquitur, & disposuit, præsentens omnem maledictionem in Deum, & Sacratissimã Virginem, & sanctos blasphemiam esse,vt considerat optimè Sylvest.vbi suprà,num.2.&Cantera,vbi suprà,nu. 1. Ex quibus infertur dictum Bald. in dict. cons. 476. esse ab omnibus com-
19 muniter reprobatũ † vt apparet ex dictis Doctoribus illũ allegantibus, & tam à Theologis, quàm a Canonistis dictum Baldi reprobari, inquit Mascardus,de probatio.conclu.194. num. 5.& num.6.asserit Mediolani inter atroces blasphemias hanc numerari. Infertur etiam, vt blasphemum eum
20 puniendũ,qui diceret, Deũ factũ † infectũ facere non posse, nam licet Doctores per viam doctrinæ, & scripturæ id affirment, non tamen id licere debet homini idiotę,&imprudenti dicere per iocum, risum, vel iram sine pœna.Et sic(vt ad inceptа redeamus) iuncta diffinitione Hugonis de sancto Victore, vbi supra, & diffinitione iuristarum,omnia comprehendendo di
21 ci potest,blasphemiã † esse cum quadam improbosa irreligiositate, & diminutione honoris diuini,vituperiũ, aut conuitium, vel detrahendo Deo quod ei cõuenit,vel attribuẽdo quod ei non cõuenit.Et sic breuius summari potest ex Iulio Claro,vbi suprà,numer.1.quod blasphemia est omne cõuitium, vel maledictio prolata in Deum,vel sanctos,ex Bartol.in dict.l. apud Labeonẽ, quam legit, cum.l. in iuriarum.§.Sed adijcitur,num.4. ff.de iniur. vbi ipse Iul.Clarus ponit aliqua exempla,& latius Couarr.in dict.§.7. num.8.cum sequen.& voluit sic tenere Simanc. in dict.tit. de blasphemis,

num.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.1 & potest contingere pluribus modis de quibus per Lucam de Penna in l. omnes iudices. C. de deserto. lib.10. & refert glos. *Denostar*, in princ. titu.28.partit.7. Sic et am infertur ex
22 dictis iurantem per membrum † aliquod Domini nostri Iesu Christi, vel Sanctissimę Virginis blasphemũ esse, licet verum dicat, vt per dictos DD. & per Simanc. vbi supra, vlterius ex supradictis infertur quod licet Angel. in summa, ex Sancto Thoma, velit
23 colligere, tres esse species † blasphemiæ. Prima, cum Deo attribuitur, quod ei non conuenit, vt impotentia, iniustitia, crudelitas, malitia, membra humana & huiusmodi, nam quãuis Dei Filius humanam carnem pro nobis assumpserit membra habẽtem, Deus tamen in se incorporeus est, omninoq; simplex. Secunda blasphemiæ species est, cum Deo adimitur, quod ipsi propriè conuenit, vt omnium rerum prouidentia, & præscientia, iustitia, bonitas, misericordia, omnipotentia. Sic negare Dei filium non esse factum verum hominem, aut nõ esse in Eucharistiæ Sacramento, aut non odisse peccatum. Tertia species est, quãdo creaturæ attribuitur, quod Deo appropriatur, vt quod Imago creata sit Deus, quod Imago det gratiam, quod creatura aliqua ex se pronunciet futura soli Deo nota, vt circa superstitiones interdum fieri solet, prout has tres species refert Angel. te ste Syluest. vbi supra, num.3. & Iodoco, in sua practic. crimi. titu.61. de crimine lesæ Maiest. diui. nu.11. & Lucas de Penna, in l. omnes delatores. C. de delator. lib.10. colum.2. in medio, tamen, vt inquit Syluest. dict. num.3. fal
24 litur † Angel. & sequaces, nam inquit Sanctus Thom. in d. quæst.13. artic. 1. ad tertium, quod per illa tria non possunt propriè distingui diuersæ species peccati blasphemiæ, quia duo prima non differunt, nisi secundum affirmationem, & negationem, quæ diuersitas speciem habitus non distinguit, quia per eandem scientiam innotescit falsitas affirmationum, & negationum, & per eandem ignorantiã vtroque modo erratur, cum negatio per affirmationem probetur, vt probatur primo poster. tertiũ verò, attribuere creaturæ, quod est Dei, pertinet ad primum. Quia quicquid est Deo proprium, est ipse Deus, & consequenter attribuere, quod est Deo proprium, creaturæ, est ipsum Deum dicere idẽ creaturæ. Et sic vnam esse speciem blasphemiæ iustè suprà consideraui-
25 mus, & hæc committetur † mente, & vocatur mentalis. Et committetur etiam verbo, & vocatur vocalis. Si autẽ scripto, scripta dicitur, secundũ Nauar. in Manuali Latino, c.12.nu.81. & nu.82. vocat blasphemiã peccatũ grauissimũ, quanuis neq; blasphemia exterior, neq; interior secundũ se tantũ dicẽda sit hęresis, aliud est enim credere, aliud dicere, etiam *Si solomente* dicatur, & blasphemia in dicendo, hæresis autem in credendo consistit, secundũ Sanct. Thom. relatum, & secutum per Nauarr. dict. nume.2. ex quibus remanet satis diuisum, quis blasphemus, & quæ blasphemia dicatur.

In ea Rubrica. Ibi. *Y Nuestra Señora*,
26 Quæ dignior est omnibus Sanctis, † vt in cap. noua quædam, de pœni. & remis. & dicit Hosti. relatus per glos. *Sancta*, in l.2. titu.28. part.7. quod quidam ita sunt deuoti Virginis gloriosæ, quod magis credunt peccare ipsam Virginem offendendo, quam Deum, de quo tamẽ se remittit ad ipsummet Hostiensem in capit.2. de celeb. Miss. quem videbis. Et in arbitrarijs plus debet puniri delinquens contra Beatam Virginem, † quàm contra aliquẽ
27 aliorum sanctorum, secundum Abb. in cap.2. de maledi. per text. ibi, & sic

in Ru-

in Rubrica nostra de Sanctissima Virgine dictum est, & non de alijs Sãctis, licet alij Sancti non excludantur, sed potius eos blasphemantes puniũtur, etiã à iure, vt apparet ex l.4. tit.28. p.7. & in hoc titulo dicemus. Libet tamẽ recensere casum relatum per Nicephorum, lib.18. histo. Ecclesiast. ca.33. contra quosdam *Malos Christianos*, Vir-
28 ginem † Sanctissimam blasphemantes. Nam refert ipse Nicephor. & ab eo didicit Simanc. dict. titu.8. num.8. quod quidam Græci, siue Gentiles in quadam domo conuiuantes, & vino se se inuitantes post prandium, simul atque satis adbiberant, blasphemare & conuicijs proscindere verbi matrem cœpêre. Postremum hoc computationi adhibentes studium, vt quęcunque aliquis eorum excogitare posset absurda, atque indigna, pereariden cœconomiæ, & dispensationis salutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulantis linguę pœnas dederẽ: ęlium autem Dominus, tunc quidem periculum effugit. Non multo verò post, noctu ei dormienti in somnis Dei genitrix adstitit, cui diligentius perconctanti, ecquid se, quę nam esset, nosset. Postquã ipse nosse se eam professus est, illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tunc ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere, & nè tam citò morte mulctaretur, sed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur orare. Illa datum se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturũ promittere. Vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca veluti exaratis circunscribere. Id vbi factum auolans ei postea non apparuit. At ille somno discusso mẽbra ea, quę vimine notata fuerãt, statim ab reliquo corpore disrupta inuenit recenti sanguine profluente, &

in publicum productus, iustum omnibus iudicium promulgauit. Qui verò id audierunt, laudes Deo propter tam inopinatum miraculum cantarunt, matrem itidem Dei celebrarunt: quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæque nouo quodammodo affectionem erga nos suam, quanuis præter naturam eius sit, vt quempiã puniat, vi quadã adacta ostenderet, vt scilicet, religio nobis stabilis & firma esset, hæc ille. Iustissima igitur regia lex est, quæ duplo maiorem pœnã imponit ijs, qui blasphemant, & vituperant Beatissimam Virginem, quàm eis, qui cæteros diuos. l.3. titu.28. part. 7. vt inquit Couar. in cap. quanuis pactum. 1. parte. §.7. num.9. versic. nono hinc patet.

In eadem Rubrica. Ibi. *Y del Rey*. Hæc sunt postrema verba nostræ Rubricæ, ex quibus probatur, blasphemiam etiam committi ex maledicis verbis aduersus regem productis, de quo in l.3. istius titu. dicemus, & hæc pro Rubrica.

SVMMARIA.

Recognoscere Dominum, & benefactorem tenemur aliàs nulla peior res. numer. 1.

Renegare Deum prodigiosum est. num. 2.

Inquisitores cognoscunt de blasphemijs hæreticalibus. nume. 3. & nume. 13. ampliatur cum num. 14. & 15.

Pœnæ quæ habent locum in blasphemijs hæreticalibus. nu. 4. & 5.

Hæresis quædam est species iurare per membra verecunda Christi. numero. 6. & antea morte puniebatur, hodie tamen secus. numero. 7.

Pœnam hæreticaliter blasphemantibus solitã imponi. num. 8.

Blasphemia hæreticalis est dicere Descreo de Dios. *nu. 9.*

Blasphemis hæreticalibus aliquando non amputatur lingua, sed perforatur. numero. 10.

Blasphe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Blasphemiæ pœna de facto commissa, remissiuè. nu. 11.
Verbum semejantes. l. 5. infrà eod. quomodo intelligantur. nu. 12.
Voluntas datur de præsenti in actu conditionali. nu. 15.
Iracundia non excusat in totum à pœna. nu. 16. nisi vt ibi. nu. 17. & 18.
Ebrietas an excuset blasphemantem à pœna, num. 19.
Consuetudo etiam publica blasphemandi non excusat à pœna. numero. 20.
Consuetudine ab illicitis excusare quomodo intelligatur. numero. 21. & 22. & 23. & 24.
Blasphemia iocosè dicta punienda est. numer. 25.
Blasphemus an ab Ecclesia extrahendus. nu. 26. & 27.
Blasphemus non solum repellitur à testimonio ferendo, verum neque ipse testes contra se repellet nisi ex causa inimicitiæ. nu. 28. & 29. nisi vt ibi num. 30.
Blasphemus etiam per lubricum linguæ puniendus est. num. 31.
Blesphemiam etiam si quis sacerdoti confitetur puniendus est. nu. 32. & nu. 33. etiam si publicè pœnituerit.
Fœmina etiam blasphemans punitur. numer. 34. etiam si extranea à Regno. numero. 35.
Blasphemia etiam per scripturam prolata punienda est. nu. 36.
Minor an à pœna blasphemiæ excusetur. numer. 37.
Puer quidam quinque annorum percussus adeo & mortuus in manibus patris ob blasphemias. nu. 38.
Adpellare an liceat à symonia vbi pro blasphemia imponitur pœnam. numero. 39. & 40.
Testes primæ instantiæ possunt reprobari in secunda. nu. 41.
Blasphemus non sufficienter punitus coram Ecclesiastico potest coram seculari puniri. num. 42.
Punitus pro prima cum esset secunda blasphemia an post accusari, & puniri possit pro qualitate illa secundæ blasphemiæ. numero. 43.
Blasphemans pluries & non accusatus de omnibus an possit pro vna, vel pro pluribus puniri. nu. 44.
Blasphemia non hæreticalis mixti fori est. nu. mer. 45.
Transactio locum nõ habet super crimine blasphemiæ. nu. 46.

Lex Prima.

Summarium.

Pœnæ blasphemantium remissiuè hic describuntur.

HAB I. *El desconocimiento.* Nulla enim peior res est quam seruum non recognoscere Dominum, 1 & quemlibet benefactorem suum, iuxta illud Malach. 1. filius honorat patrem, & seruus Dominum, si ergo pater sum vbi est honor meus, & si Dominus, ego sum, vbi est timor meus, in cuius ingratitudinis propositum plura diximus in. l. 2. tit. 1. lib. 1. sup. & vt inquit Menander relatus per Tyraq. in. l. 9. connubiali, nu. 27. ingrato homine terra peius nihil habet, & plura dixit Mandosius, in sua praxi. titul. de ingratitudine, quæ consulto comitto, vt alia vtiliora transeamus.

Ibi. *Renegare.* Scelestissimum crimẽ est Deum, cuius nutu conditi sumus, cuius prouidentia gubernamur, abnegare. 2 Et quod prodigiosum est † Deũ ipsum renegare, vt inquit Couarr. in dict. cap. quanuis pactum, 1. parte. §. 7. nume. 9. versic. sed vt ad alia, & eo relato Humada, in. l. 60. titul. 6. partit. 1. fol. 78. & nouissimè Tyberius Decianus, in tomo. 2. de delictis, libr. 6. capitul. 2. numero. 7. & hæc renegatio de blasphemijs hæreticalibus est, & 3 sic in ea sicut in similibus † Inquisitores hæreticæ pranitatis cognoscunt, quæ sunt hæc, *Desdreo de Dios, no creo en Dios, reniego de Dios, o reniego de la Fe, o de la Cruz, o Crisma ỹ tẽgo en la frẽte, o reniego d la puredad de nuestra Señora.* Nã verba

verba hæc dicuntur hæreticales blasphemiæ, & de eis Inquisitores cognoscunt, quia habent significationem infidelitatis, & fidei abnegationem, & directè opponuntur cõfessioni fidei, secundum Rojas, de hære. 2. parte assertio. 12. nume. 170. & Soto, de ius. & iure lib. 8. quæst. 2. artic. 3. pag. 697. ver sic. tertio, & additio. Bern. Diaz in prac. cano. c. 110. blasphemi, addi. 1. vers. & quia sæpissimè, & ante eos Simanc. de Instit. Catho. titul. 8. num. 6. & Bañes. 2. 2. quæst. 13. artic. 1. ad fin. & Castro, de iusta hære. puni. lib. 1. capit. 12. versi. blasphemia autem, quæ habet, vbi & in alijs exemplificat blasphe-
4 mijs. Et in hæreticalibus † blasphemijs habent locum pœnæ legum partitarũ, de quibus lex nostra meminit, scilicet. l. 2. 3. & 4. titul. 28. partit. 7. & l. 2. nostri huius tituli, quæ est sequens, & l. 7. infrà isto met titul. in primo eius casu, & dispositione, ità quod si quis dixerit Blasphemiam aliquam ex dictis hæreticalibus vltra pœnas dictarum
5 legum † partitarũ pro prima vice impositas, punietur & pœna. l. 2. infrà eo. scilicet quod abscindatur ei lingua, & medietatem bonorum amittat, & insuper secundum. l. 7. infrà eod. in prima eius dispositione, in triremes per decennium mittatur, & nimirũ ob enormitatẽ criminis. Et sic inquit Carolus à Grassallijs, li. 1. Regal. Franiure. 3. pagi. 57. in paruis, quod Anno. 1535. fuerunt per Arestum Parlamẽti Tholosæ combusti duo ribaldi, vnus Tholosæ & alter Carcassonæ, post abscisionem, & combustionem linguæ pro eo quod in carcere tædio, vel ira affecti eorum linguam maledicam contra Deum, & Beatissimam Virginem turpissimè laxare præsumpserãt, nefandissima verba proferẽdo. Et merito inquit ibi Carolus sic puniti fuerunt, quia tales enormes blasphemiæ sapiebant hæresim, sicut dixit Bal. l. in l. accusationem. C. qui accusati. non pos. de iurante per membra verecunda Christi, quod est † species hæresis, 6 de ijs enim scriptũ est Dani. 3. quicunque dixerint blasphemiam in Deum Sydrach, Misac, & Abdenago in interitu erunt, & domus eorum in dispersione. cap. quando vult. 24. quæst. 4. & alios casus refert Iuli. Clarus, in pract. crimi. §. blasphemia nu. 3. & sic anteà morte puniebantur blasphemi isti, ex Leuit. 24. cap. & ex iure ciuili itidem, ex Auth. vt non luxur. homi. contra natu. & notant Siman. d. titu. 8. num. 9. & Clarus, vbi suprà, dict. nume. 3. & Cantera, in quæst. crimi. d. tit. de blasphemijs, num. 4. & Auend. ca. 5 per to. num. 14. lib. 1. & Dida. Perez, hic tub. l. 1. titu. 8. lib. 8. Ordin. gloss. 1. & late Menochi. de arbit. casu. 376. cum sequen
7 tibus, hodie † tamen non mortis pœna, sed nostra à legibus nostris signata puniuntur, vt inquiunt aliqui ex suprà relatis, & Olanus, in concor. Antino. verbo, Blasphemia, & post hos nouissimè Tyber. Decian. in dict. 2. tom. de delict. lib. 6. cap. 6. nume. 7. & 8. vbi per totum illud cap. tradit de pœnis blasphemantium. Et sic hodie dicta pœna dictis blasphemis hæreticalibus nõ mortis pœna, sed à nobis suprà posita imponetur, quia circa hæc lex nostra, & sequens, & lex. 7. infra eod. in primo casu seruabuntur, neque se corrigunt, sed se augent, & declarant, & leges partitarum innouant, quicquid aliud voluerit *Ducãs*, in Reg. 290. limita 2. & sic inquit additio. Ber. Diaz in dict. additio. 1. versic. pœna autem, 8 quod per inquisitores † solet imponi pœna ijs hæreticaliter blasphemantibus, scilicet, quod si blasphemus sit in fimæ sortis flagellis cœditur cum publica pœnitentia, in publicoque spectaculo lingua ferro, vel ligno comprehensa cum abiuratione de leui ad triremes regias pro blasphemia condem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

demnatur, si vero fuerit nobilis pœna pecuniaria mulctatur, & ad tempus in monasterium detruditur, & sic etiam circa tales consideratur nobilitas à dictis legibus partitarum considerata. Et consequenter, l. 5. infrà eo. quæ de dicto verbo, *Defereo de Dios*, mentionem fecit, cum sit blasphemia
9 † hæreticalis, vt dictum est, & tenet Soto, vbi suprà, quantum ad hoc correcta dici potest per nostram, quæ nostra de ijs hæreticalibus est intelligen
12 da, & illa, *Defereo de Dios*, eadem iudicatur, & sic idem ius est in ea statuendum, sicut in alijs hæreticalibus, & cõsequenter verba sequentia nostri tex. ibi, *O denostare a nuestro Señor Dios*, de ijs hæreticalibus blasphemijs sunt intelligenda, idque clarius ex l. 2, sequente deducitur, pœnam abscisionis linguę imponente pro prima vice, licet aliquando non amputatur lingua, sed
10 perforatur, † vt inquit Clarus, in dict. num. 3. Et quod in prima vice lex nostra, & sequens loquatur tenet etiam
13 Cantera, vbi suprà, column. penul. in princ. & Dida. Perez, hic sub l. 1. titul. 8. lib. 8. Ordi. pag. 207. in addi. qui sic voluit legem nostram intelligere, & clarius Humada, in dict. l. 60. titu. 6. part. 1. num. 5. in fin. cum sequentibus & ante eos Auiles, cap. 25. prętor. glo. 5. num. 1. in fine, & gloss. *Primera vez*, in dict. l. 2. titulo. 28. parti. 7. Aliæ autem
14 blasphemiæ in. d. l. 5 infrà eod. descriptæ, (excepta illa, *Defereo de Dios*, quã inter hæreticales numerauimus) non sunt hæreticales, & sic in eis leuiores pœnæ statuuntur, quæ omnino seruãdæ sunt, & in eis pro tertia vice pro qua lingua est ferro fixanda imponetur, & tunc ex secundo casu dictæ l. 7. infrà eod. pœna sex annorum ad triremes, & secundum supradicta credo has nostras leges intelligendas, & declarandas, etiam si alio modo velit eas declarare Auend. relatus per Hu-
madam, vbi suprà, & ante eum ego retuli in l. 3. titu. 1. lib. 1. suprà, numer. 8. vbi & diximus legem. 5. titu. 28. parti. 7. loqui in blasphemante de facto, vt clare ex ea colligitur, de qua blasphe-
11 mia † de facto commissa vide Meno. de arbitra. casu. 377. & in effectu, sic voluit intelligere Auẽd. vbi sup. n. 15. in fi. vbi. n. 16. inquit nõ obstare dictis verba illa dict. l. 5. infrà eo. ibi *Nuestras tales, ni semejantes*, quia intelligun-
12 tur de similibus in essentia † substantia & conditione, non vero in alijs maioribus, quia in maioribus maior est imponenda pœna, vt dictum est, in hęreticalibus imponi, & voluit etiam Salazar de vsu & consuetu. cap. 5. nu. 28. versic. vnde possunt, licet multum intricatè processerit, quibus habes satis declaratas leges nostras, & pœnas blasphemantium. Quibus sic discussis ampliatur primo legis nostræ dispositio, & eius pœna, & legum 2. & 7. infrà eod. vt etiam si blasphemia hæreti
13 calis sub conditione † proferatur adhuc ab Inquisitoribus punienda sit, prout solet proferri per blasphemantes, putà, non credo in Deum nisi te percutiam, aut nisi veritatem dico, quia sub hac forma non allegat Deũ in testem, sed potius eius nomen blasphematur, vt ait Couar. vbi suprà, vel melius dicendum est, quia hæc blas-
14 phemia † conditionalis habet in se puram implicitam affirmatiuam, scilicet quod si ad percutiendum, vel occidẽdum illum opus fuerit in Deum non credere, paratus est, id libenter facere, & ita ineſt deprauata voluntas, sicut in simili solemus dicere, quod in
15 actu conditionali est † voluntas de præsenti. l. 2. vbi gloss. ff. de contra. emp. quæ est notanda declaratio ad notissimam iuris regulam, quod ea quæ sunt in conditione non sunt in dispositione, quia conditio nihil ponit in esse. l. quibus diebus. §. fin. l. qui

hæredi. ff. de conditio. & demonstr. nam procedit in casibus in quibus licitè potest apponi conditio, ita ijs fundamentis expresse tenet Rojas, de hære. in 2. parte assertion. 12. nu. 173. cum 2. sequent. & Cantera, vbi suprà, in dict. cap. 3. de blasphemis, nu. 3. quicquid aliud velit Salazar, dict. cap. 5. nu. 28. versi. vnde possunt, Amphatur secundo vt etiam calor iracun
16 diæ non excuset à pœna, † vt inquit Couar. Syman. & alij relati per Rojas vbi sup. nu. 172. quos ipse sequitur cuius contrarium aliqui tenuerunt relati per Tiraq. in tract. de pœnis temp. causa. 1. nu. 14. sed concordantur hæc doctorum diuersæ opiniones, scilicet,
17 quòd si ex causa † licita prouenit iracundia tunc excusandus esset non à toto, sed à quanto, & sic mitius esset puniendus, sed si ex causa illicita, tunc cum rigore est puniendus, & hanc cõmunem testatur Minchaca, controu. illustri. cap. 18. num. 29. relatus & secu
21 tus per Clarum in. §. fin. recep. senten. lib. 5. quæst. 60. num. 9. & Didac. Perez vbi sup. pag. 207. col. 2. & Latius, pag. 205. ibidem in col. 2. & Tyber. Decia. nouissimè in libr. 6. de delict. tomo. 2. cap. 5. nu. 9. & in casu in quo calor iracundiæ in aliquo excusaret, probari debet, qualitas iracundiæ, scilicet, qp talis erat, quòd ipsum delinquentem
18 mente alienauit, † vt in proposito inquit Alberti. de hæreti. q. 27. num. 8. ampliatur tertio nostra dispositio, vt
19 neque ebrietas excuset † à pœna blasphemiæ licet à dolo excusaret, nõ tamen esset talis ebrius pœna ordinaria puniendus, sed extraordinaria, vt nouissimè traditur per Tyber. Decia. vbi supr. nu. 8. nisi forte sine culpa inebriatur, nam tunc & à culpa & dolo excusaretur, putà cum socij socium inebriant mittendo sal in vinum, secundum Iuli. Clarum, in lib. 5. sententia. §. fin. quæstio. 60. num. 12. & Did. Pe-
22 rez in Rubric. titu. 8. lib. 8. ordi. pag. 203. col. 2. in fine cum sequent. & de ebrietate, latè traditur per Tiraqu. vbi sup. causa. 6. vbi causa. 2. & 5. quid de furioso vel dormiente, & per Iuli. Clarum, vbi sup. nu. 7. vidi tamen hominem quẽdam (& iuste quidem horrendas enim blasphemias proferebat) insanum apparentem incarcerari & catenis comprimi, & dum sic detentus nõ cessaret, publicè fuit flagellatus, & profuit, nam vt communiter fertur, insanus pœna resipiscit, & sic intelliges dicta per Additio. Bernar. Diaz, in dict. cap. 110. additio. magna, versi. excusabitur autem, cum sequẽt. & Tyber. Decian. vbi suprà, nume. 7. vlterius etiam ampliatur, vt consue-
20 tudo etiam publica † similes blasphemias dicendi non excuset, sed & potius mihi augeret animum imponendi maiorẽ pœnam vt alios à similibus cõmittendis deterreret, nã licet dici solear, quòd cõsuetudo † excusat etiã
23 ab illicitis, secund. glo. in. c. cum venerabilis, de consuet. quã pluribus exornat & similes allegat Tiraque. vbi sup. causa. 42. n. 1. cũ seq. & Auẽd. c. 5. præt. nu. 13. lib. 2. & Couar. in. d. §. 7. n. 11. versi. quid de consuetudine, tamẽ, secũd. eundẽ Coua. ibi in casu nostro vbi ius diuinũ, vel naturale repugnat, vel res notoriè & manifestè mala est & peruersa † nullo modo excusat dicta cõsuetudo à pœna, sed potiùs auget eã, secũd. Sim. d. tit. 8. n. 14. & tit. 9. n. 4. quẽ allegat Rojas, vbi sup. nu. 177. & licet Simancabidẽ nihil de cõsuetudine dicat vera est dicta concl. quãtunuis Salazar, in dict. tract. de vsu. & cõsu. ca. 5. n. 27. aliud voluerit cõtra quem tenent etiam alij plures relati per Decianum dict. libr. 6. tomi. 2. de delict. capit. 5. num. 4. vbi nu. 3. id declarat non procedere quoties esset dubium an tale maledictum esset blasphemia necnè,
23 † nam tunc ex cõmuni vsu loquendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

id declarari posset, & excusare, & faciunt alia, quæ ibidem ipse Decianus nume. 15. refert. Et sic loquitur
24 glos. illa dicti cap. cum venerabilis, † quoties sumus in dubio, an id quod consuetum est, sit illicitum, necne, non verò vbi est certum esse illicitum, vt & tenet Menochius, in dict. 28
casu. 376. nume. 34. & Iuh. Clarus, in dict. §. blasphemia num. 7. vbi inquit Senatum suum non admittere, vt pœna mitigetur blasphemanti ob consuetudinem ab eo allegatam, imo & 29
solere plerunque reijci Capitula in quibus quandoque imputati de blasphemia volebant huiusmodi consuetudinem probare, talis enim non consuetudo sed abusus potius dicendus est, cuius nulla ratio haberi de- 30
bet. Ampliatur & quinto nostra lex & eius dispositio, vt etiam si locose quis verba blasphemiæ protule-
25 rit † puniendus sit, vt per Salzedo, in dict. addit. ad Bernad. Diaz, in loco iam supra allegato, addi. 1. versicul. sed locus iste, cum sequentibus, Sexto amplıatur vt talis blasphemus
26 ab † Ecclesia extrahendus sit, vt in 31
Senat. Burd. inquit fuisse decisum, Boeri. decision. 110. quem refert Rebuf. in. 2. tomo, constitu. Franc. titu. de immunita. Ecclesiarum arti. 1. glo. 1. nume. 23. & Decianus, vbi suprà, dict. libr. 6. capit. 3. nume. 5. & 33. eò quòd secundum eundem Rebuf. ibi sapit hæresim si ex animo fiat, & consequenter vult ibi Rebuf. quòd si hæ-
27 resim non sapiat † non extrahetur ab Ecclesia, prout sic declarándo tenet Nauarrus, in Manuali latino, cap. 25. num. 20. & tunc non extrahetur tanquam blasphemus, sed ex ea parte 32
ex qua hæreticus & infidelis est, & consequenter pro hæreticalibus blasphemijs tanquam de hæresi suspectus extrahi posset, non verò pro alijs blasphemijs non hæreticali-

bus, & sic videntur declaranda dicta per Gutierrez, lib. 3. pract. quæst. 4. quæstio. num. 19. dum indistincte tenet blasphemum non esse in Ecclesia defendendum, sed potius ab ea extrahendum. Septimo ampliatur lex nostra, quòd non solum blasphemus repellitur à testimonio † ferendo tanquam testis in causis vbi maioritas testium requiritur, vt late per Couar. in dict. §. 7. num. 12. & Auend. cap. 5. præt. num. fin. lib. 2. verum & ipse blasphemus non poterit repellere testes † contra eum productos, nisi ex causa tantum inimicitiæ, vt per Iuli. Clarum in dict. §. blasphemia, num. 4. & eundem Auend. vbi sup. num. 5. & 6. licet secundum eum ibi si tantum adsint duo testes de blasphemia, qui aliquem † defectum patiantur, non imponetur ex eorum dictis pœna ordinaria, sed extraordinaria tantum, nisi sint testes ij amplius quã duo, nã plures quã duo supplerent defectum illorũ duorum, vt ibi per Auẽd. quẽ vide & Ber. Diaz in suis Regulis & Fallentijs Reg. 746. Fallen. 19. Nono siue octauo ampliatur vt etiã si per lubricũ linguæ † quis blasphemiã proferat, puniẽdus est, vt per Salze. ad prac. cano. Ber. Diaz, ca. nio. versi. supra dictis, cũ seq. vbi tamen inquit mitius esse puniẽdum præsertim si statim pœnituit, & Palinodiam recantauit, vel si verè appareat ex lubricitate linguæ dictũ esse, & quòd non est consuetus blasphemare, neque ex cõtemptu fecit, vt optime per Tyber. Decian. in dict. cap. 5. num. 11. Ampliatur nono lex nostra, vt etiam si quis Sacerdoti blasphemiæ peccatum confessus fuerit adhuc puniri † debet in foro exteriori, aliter enim multa sequerentur mala, nam si Apostata, hæreticus, & Idolatra & quicunque Deum palàm offenderet, absolutus à Parocho puniri non posset à iudice. Quid absurdius dici,

excogitari vè posset? Præsertim cum forum illud arcanum nihil commune habeat cũ foro iudiciali, & sic meritò puniendus etiam si à parocho in foro conscientiæ sit absolutus, vt te 39
nec lasc. in l. 3. §. iurari. ff. de iure iuran. Afflict. libr. 3. constit. Sicil. Rubric. 54. & Decianus, dict. cap. 5. nu. 16. & Couar. libr. 2. Variar. cap. 10. Simanc. de instit. Catho. tit. 8 nu. 17. 18. &. 19. Auend dict. cap. 5. præto. nu. 17. versi. item procedit, lib. 2 & Didac. Per. vbi suprà, pag. 207. col. 1. in princ. imo etiã
33 si publicè pœnitentiã egerit † punietur in extetiori foro secũdum Ant. Gom. to. 3 cap. 1. nu 40. & Anles. cap. 53. præ ro. glos. 1. num. 18. Decimo ampliatur,
34 vt etiã fœmina † blasphemans puniatur sicut masculus etiã si sint à Regno
35 † extranei, vt ex nostris legibus tenet Auendan. in dict. num. 17. in principio, imo & non solum si verbo verũ
36 etiam si per scripturam † proferatur blasphemia puniẽda est, vt ibi per eund. Auend. Sed an minor excusabi
37 tur à pœna blasphemiæ † si minor est decimo anno & dimidio, quod videtur ex. l. 19. tit. 1. par. 1. & l. 4. tit. 19. p. 6. & l. 8. titu. 31. part. 7. per quas ita tenet Auend. dict. c. 5. prætor. nu. 20. in prin. vbi limitat nisi tãta esset malitia quòd arbitrio iudicis debeat puniri, sed si esset maior dicta ætate non excusaretur à pœna carceris vnius mẽsis, quia leges illæ partitarum loquuntur cum venit imponenda pœna corporalis, non verò si hæc carceris triginta dierum, & attenta delicti grauitate placet eius opinio in illo, qui est maior decem annorum & dimidij, qui potest delinquere, vel si minor est malitia supplet ætatem, prout relatum videmus à Beato Gregor. in Dialogo. 4.
38 cap. 17. de puero quodã † quinq; annorũ, qui ob blasphemias percussus fuit à Deo & mortuus in manibus patris sui, & post hæc scripta vidi Decia

num sic tenẽtem in. d. c. 5 n. 6. lib. 9. dicti tom. 2. de delict. vndecimò ampliatur lex nostra, vt à sententia incursæ pœnæ ob blasphemiam impositæ non
40 liceat appellare † si blasphemans est victus & confessus, cum pœna certa sit & à iure determinata ex. l. 2. C. quorũ app. non recipi. Sed si nõ est confessus, sed testibus tãtum conuictus, qui testes repulsi sunt obiectionibus oppositis tunc admitteretur appellatio, † vt per Auend. d. c. 5. nu. 27. & 28. vbi ramẽ inquit tunc sub fideiussoribus relaxãdũ, quod ego intelligo in casu in quo non esset ei pœna corporalis imponenda, sed tantum carceris, nam tunc nè durãte appellatione trãseat maius tempus, quã transiret si appellationi nõ deferatur, sub fideiussoribus relaxabitur, secus verò si esset pœna corporalis imponẽda, nam tũc nõ est relaxandus sub fideiussoribus, nec alio modo etiam durante appellatione. sed si obiectiones testium non sunt probatæ in prima instantia, etiam si oppositæ fuerunt, tunc appellatio non admittitur, quia in secunda instantia non possunt testes repulsari nisi ex falsitatis causa, vt per Couar. in practic. cap.
41 18. num. 5. sed hæc ratio mihi † non placet, quia in secunda instantia possunt reprobari testes primæ reprobando eos in libello grauaminum, vt per Couar. ibi, & alibi diximus in lib. 4. supra eodem. Sed ideo placet opinio Auendañi, quia cum in prima instantia sint reprobati testes & admissus reprobans ad probandum obiectiones testium & fecit articulos super eis & testes produxit pro earum probatione & non probauit, in secunda non debet admitti ad probandum obiectiones illas quas in prima non potuit probare instantia, & sic nimirum si tunc non admittatur appellatio. In casu tamen in quo essent obiectiones admitten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæ in secunda instantia contra testes illos, tunc vtique non esset deneganda appellatio blasphemo huic testibus tantum convicto & non confesso, sed negatiuo potius: defensio enim nemini est deneganda, nisi vbi de iure id permissum reperiatur, neque puniendus esset iudex non exequens in hoc casu sententiam suam, licet appellationi non deferat, nè videatur esse remissum in punitione, etiamsi Auenda. dict. num. 28. & 29. aliud velit distinguere, sed secundū supra dicta credo q̄ sit intelligendus. Duodecimo lex nostra ampliatur, quòd blasphemus etiā si sit punitus non tamen sufficienter à iudice Ecclesiastico, potest puniri
42 coram † seculari supplendo vsque ad debitam pœnam, secundū Bal. & alios relatos & securos per Auend. d. nu. 18. vbi sup. vbi tamen inquit quòd tūc secularis mitiorem pœnam imponet, & Syman. dict. tit. 8. nu. 5. sed an si aliquis fuit à iudice punitus tanquam pro prima blasphemia, cum esset secunda vel tertia, quod quidem declaratum non fuit, & hac de causa pro prima fuit punitus cum deberet puniri pro secunda vel tertia, an poterit post accusari & puniri pro qualitate illa secundæ vel tertiæ blasphemiæ, †
43 & in hoc Auend. in dict. nu. 18. vers. sed quid si aliquid, inquit quòd sic, quod & tenet, licet in aliud propositum Anton. Gom. tom. 3. c. 11. n. 27. & tenet contra Auendaū in casu in quo sententia esset iam executa, secus verò si ante executionem, nam tunc admitteretur qualitas illa, licet esset minoranda pœna arbitrio iudicis, vt dicit Auend. ibi. dē, & in hoc casu dicet pœnam legum minorare: & cetera mihi videtur distinctio Antonij Gomez vera & tenēda. Sed an si quis plures protulit blasphemias de quibus non est accusatus an
44 poterit † de omnibus accusari & puniri, vel pro vna tantum, & in hoc Syманc. d. tit. 8. nu. 6. inquit, quòd si eodem tempore & impetu plures quis blasphemias dixerit, pro vna, vice licet durius & acrius puniendus est, secus verò si diuersis temporibus, ex Doctrina Bar. Cyn. & aliorum relatorū per Iuli. Clarum in lib. 5. Recep. sent. quæst. 84. nu. 2. 3. & 4. quē vide, & Cœpol. consi. crimi. 76. & Didac. Perez. in l. 6. tit. 1. lib. 1. Ord. col. 56. vers. præterea etiam, & optimè per Tiberi. Deci. in dict. cap. 5. nu. 14. & Couar. lib. 2. Vari. cap. 10. nu. 7. vers. hactenus tractatū est cū sequēt. vbi late loquitur. Itē nota quòd crimen blasphemiæ non hæreticalis † est mixti fori secularis siue Ecclesiastici, vt dicunt dicti DD. & notatur in cap. 2. de maledi. & per Tybe. Decia. in dict. lib. 6. tomi. 2. de delict. capit. 4. per totum, hæreticalis verò blasphemia per Inquisitores punitur, vt dictum est, transactioque locum
46 non habet super † crimine blasphemiæ, vt per Menes. l. transigere nu. 99. C. de transactio. & melius Auiles. ca. 25. præt. gloss. 1. nu. 12. cum sequent. & hæc pro prima hac lege sufficiant, vt ad secundā deueniamus, quæ est augmentatiua pœnarum nostræ legis.

SVMMARIA.

Dictio, vltra, extendit id tantum, cui additur nu. 1. & inclusiua est, nu. 2. & repetitiua est sicut dictio hoc amplius. nu. 3. & confirmatoria priorum, num. 5. & 6. & 7. ampliatur.

Dictio, hoc amplius, qualitatem & conditionem præcedētis legati repetit in sequente. nu. 4. nisi vi nu. 8.

Dictio, amplius, sine dictione, eō, vel hoc, non repetit. num. 8.

Dictio hoc amplius, repetit qualitatem primi legati etiam conditionalis, nu. 9. & nu. 10. declaratur.

Dictio, vltra in dicto testis nihil operatur, nume. 11.

Dictio, vltra aliquando exclusiue apponitur num. 12.

Dictio, dictas, ad præcedentia se refert. num. 13.

Blasphemia pœna augetur ex loco vbi blasphematur. nu. 14.

Sacrilegium quoddam est offendere aliquem in scholis. nu. 15.

Curia eo dicta quod ibi adest ensis iustitiæ. nu mero. 16.

Puniri in eo quis debet in quo deliquit. numer. 17.

Linguæ abscissio aliquando conuertitur in affixionem nume. 18. aliquando perforatur, num. 19.

Blasphemi persona attenta aliquando conuertitur pœna in magnas eleemosynas. numero. 20.

Renegans sanctum aliquem punitur nè in amputatione linguæ. nu. 21. & 22.

Remissio nec concordia non potest fieri in delictis vbi offenditur Deus. numer. 23. & numer. 25.

Episcopus non potest facere pacem de maledictione Dei, nu. 24.

Peccatum in Spiritum sanctum non remittitur. numero. 25. & numero. 26. quot modis fit.

Lex Secunda.

Summarium.

Vltra pœnas in lege præcedente contentas contra blasphemos hæreticales, secundum verum harum legum intellectum, aliæ etiam in præsente continentur lege.

IBI. *Aliende.* Cum lex hæc secunda immediatè post primam præcedentem sequatur cum dictione hac, *Aliende*, Latinè, vltra, necessario fatēdum est, legem hanc secundam de eadem materia tractare, de qua lex præcedens loquuta est, nā dictione hac
1 vltra, extenditur † id tantum cui additur, ex. l. si sic, &. l. si tibi pure, vbi Bar. de lega. 3. gloss. & Bart. in. l. legata inutiliter de lega. 1. not. Tyberius Decianus Resp. 20. nume. 17. volum. 2. & cum lex nostra per viam augmenti, &

Azeuedo super. 8.

additionis procedat, argumentō hoc ad dicta in præcedente lege referendum est; & sic secundum materiam ibi tractatam, & pœna ibidem posita esse censendum augmentum eatum à lege nostra propositum, vt tenet gloss. *Primera* in l. 2. tit. 28. part.
2 7. nam dictio, vltra, inclusiua est, vt si vltra dotia legatur vinum, videntur etiam dotia legata, secundum Bartol. in. l. cum ita. quæst. fin. ff. de dote prel. tex. & ibi Doctoribus in. c. Raynutius. verbo, Vltra dotem, de testamen. glo. facere, in Clement. 1. de vsur. & sic inquit Barto. an. l. cum ita. ff. de auro, & & arg. de gal quod dictio hæc, vltra, est
3 repetitiua † sicut dictio hæc, hoc amplius, dictioque, hoc amplius, qualitatem †, & conditionem præcedentis legati repetit in sequente, vt no. per gloss. in dict. l. si tibi pure, & in. l. in repetendis, de lega. 3. nota. Paul. Castr. in consil. 16 num. 6. vol. 2. ergo & hic repetitiua est hæc dictio, *ultende*, Latine vltra, dictorum in lege præcedente, maximè cum immediatè post eam sequatur, nihil inter medium ponendo, & per consequens verum est nostrum assumptum, & verus est intellectus in lege præcedente ad eam, & ad nostram assignatus, quod loquantur in blasphemijs hæreticalibus. Imò & dictio, vltra, non solum est repetitiua primi legati, verum & est confir-
5 matoria † priorum legatorum de se intuilium, nam si testator, filio debitoris sui aliquid legauerit hoc adiecto, plus vel vltra tibi reliquissem, si pater tuus, quod mihi debebat soluisset, tale legatum inducit liberationē filij debitoris, si hæres † patris fuerit,
6 quia illæ dictiones, plus & vltra, includūt debitū patris, casus est sing. in. l. si. §. fi. ff. de doli excep. hæc enim dictio vltra, vel hoc amplius nedū est repetitiua primi legati, vt in dictis legibus, si sic, & si tibi purè, vbi plene Bar. & Bal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed etiam est confirmatoria priorũ le
7 gatorũ de se inutiliũ †. l. legatã inutili
ter, de legri. & ibi glo. Bar. Bal. & DD.
& Bened. in. d. c. Raynutius, verb. Alterochæ filię vltra dotem, n. 1. & 2. vbi
idem esse inquit si diceretur, amplius
vel vltra dotem lego decem, quoniã
videtur eo casu dos & decem esse le-
gata, vt ibi & in. l. qui ita. ff. de dote
præleg. idem si diceretur vltra ea, quę
legaui, ex. l. cum vltra. C. de fideicom.
l. Sæio. §. vxori. ff. de annuis lega. idem
si diceret præter dotem, vel supra do
tem, vt. l. diuortio. ff. sol. matr. vel si di-
ceret lego domũ plusquam stichum,
ff. si cui plusquã per leg. fal. l. 1. in prin
cipio. Idẽ si dicatur in testamento, eo
amplius lego decẽ. l. liberis. ff. de cõd.
& dem. facit. ff. si cer. pet. l. lecta, secus
8 si in legato reperiretur sola dictio. am
plius, sine dictione, eo, vel hoc, † aut
eis similibus, quia tũc reiterationem
actus legandi inducit, veruntamen
antiquum legatum non repetit. l. si
seruus legatus. §. si ita scriptum, de
legat. 1. vt putà si testator dicat, am-
plius quam Titio legauerim lego
decem Seio, tunc enim Seius non
habet nisi decem, vbi si esset aliqua
dictio repetitiua haberet nedum de-
cem, sed etiam partem legati Titio
facti, vt dict. l. si sic, & in dict. §. si ita
scriptum. Et intellige quòd dicta dic-
tio hoc amplius etiam repetit qua-
9 litatem † primi legati, vnde si pri-
mum legatum erat conditionale ta-
lis conditio videtur in sequente le-
gato repetita, secundum glos. in. l. in
repetendis, de legatis. 3. quam tenet
Bar. in dict. l. si tibi pure, pro quo est
text. in. l. liberis omnibus. ff. de cond.
& demonst. idem Bar. in dict. l. qui ita.
ff. de dote præle. Quod verum intel-
liges, vbi conditio apposita in primo
legato alias non inerat ex natura ip-
10 sius legati, † secus vero si ex natura
inesset, quia tunc in secundo legato
diuerso talis conditio non cẽsetur re-
petita, vt singulariter consuluit, Ro-
ma. consi. 134. pro declaratione primæ
dubitationis, vbi allegat de hoc ca-
sum expressum in. l. si in diem. § fin. ff.
de cond. & dem. not. Benedic. vbi sup.
nu. 3. & 4. Ex quibus, ad nostrũ propo
situm habes dictionem, aliende, Lati-
nè, vltra, includere pœnas à lege præ-
cedente positas, & insuper cum eisdẽ
qualitatibus loqui, scilicet, in blasphe
mijs hæreticalibus, prout præcedens
loquuta est. Sed habes notare quòd di
ctio, vltra, apposita in dicto testis, qui
debet clarè deponere, nihil operatur,
11 † secundum Paul. de Cast. consi. 192.
nu. 3. lib. 2. & Aluarum Velascũ, in con
sultatio. Regni Portuga. consulta. 44.
aliquando tamen dictio, vltra, exclusi
ue apponitur, videlicet, cũ resultaret
12 absonus † intellectus, & iuri cõtrarius,
secundũ glo. facere, in. d. Clemẽt. 1. de
vsur. not Benedictus, vbi suprà, nu. 7.

Ibi, *De las dichas penas*, Ex istis verbis
clarius colligitur legem nostrã ad præ
cedentem se retulisse, quia dictio, *di-
chas*, significat ante dicta, & supra di-
13 cta, vnde ad præcedentia se refert, se
cundũ Bar. in. l. 1. §. antepe. nu. 2. ff. de
postulan. tenditque ad confirmatio-
nem prædictorum, secundũ Deci. cõs.
195. col. 3. & Socin. Iun. consi. 144. n. 37.
volu. 3. prout latius dixi in consilijs
meis, & cũ ad præcedentia se referat,
inest referẽs in relato cum omnibus
suis qualitatibus & cõditionibus, ex. l.
à se Soto. ff. de hæred. instit. & ex simili
bus à me pluries alibi relatis, & conse
quenter vera sunt à nobis proposita
in hac lege, & in præcedente.

Ibi, *En nuestra corte*, Nam & ad augẽ
dam pœnã blasphemiæ locus vbi blas-
phematur † est considerandus, solet
14 enim locus augere delictum, prout
est in eo, qui furatur rem non sacram
de loco sacro, committit vltra fur-
tum sacrilegiũ, ob locum vbi res exi-
stebat

stebat tempore furti, vt in cap. quis-
quis, cum sequẽt. 17. q. 4. Imo & esse
15 dere aliquem † in scholis est quod-
dam sacrilegium, secundum Bal. in
auth. habita, column. 4. C. nè filius
pro patre, sequutũ per glos. sagrada, in
l. 2. titul. 18. partit. 1. vbi est text. con-
cordans cum illo, cap. quisquis, & in
Curia ideò actius punitur delictum,
vel quia ibidem persona Regis assistit,
hæc enim dicitur, *Corte*, vel quia ibi-
dem plus abundat iustitia, eo enim
Curia, secundum aliquos, dicta est,
16 quia ibidem adest ensis iustitiæ, † vt
colligitur ex. l. 27. titul. 9. part. 2. vel
quia est caput totius terræ, vt inquit
text. in. l. 1. titul. 4. part. 3. & ideò iure
optimo acrius punitur blasphemia in
Curia commissa si est de hæreticali-
bus de quibus lex nostra loquitur.

Ibi, *Le corten la lengua*, vt in eo punia
17 tur † in quo deliquit, vt inquit text. in
cap. an sit, ibi cum in eo quis punien
dus sit in quo deliquit, de appellatio.
capitul. pastoralis, de iure patronat.
capit. literas, de temp. ordin. capit.
prouida, de electio. in 6. text. in au-
then. de statut. contra libr. Eccles. §.
omnes. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vul
ga. Cœpol. in rep. l. si fugitiui. num. 4.
C. de ser. fug. & in signum maleficij ad
exemplum aliorum sic esset facien-
dum, vt numer. 16. & capit. hæc di-
xit Dominus, de consecrat. distin. 2.
not. Didac. Perez, hic sub. l. 2. titul. 8.
libr. 8. ordinam. pag. 209. colum. 2.
vbi ex hoc inquit fieri diruptiones do
morum ob proditionem, ex. l. 6. titu.
27. part. 1. & ibi glos. eruunturque ocu
li eorum, qui discordiam intendunt
facere in repet. vt. l. 4. titul. 28. part. 2.
& in constitutioni. Neapolita. habe-
mus simile cõstitutionẽ huic nostræ,
vt apparet ex Afflictis, libr. 3. Rubric.
54. quam ad literam retulit Didac. Pe-
rez, hic, pag. 210. in principio qui in
pagin. 207. colum. 1. in fin. cum prin-
sequent inquit, aliquando hanc absci
sionis pœnam cõuerti in affixionem
18 † linguæ ligno, vel ferro, quod, *Mor-
daza*, dicitur, & per populum publi-
cè sic ducitur. Aliquando tamen ei
19 perforatur, † & hoc ex causa fieri pos-
se testatur Afflict. vbi suprà, numer. 7.
vbi & inquit, quòd si aliqua honora-
bilis persona incidat in hoc delictum,
potest cum eo haberi misericordia
20 dando magnas † Eleemosynas, &
vtrumque voluit Couar. in dict. cap.
quanuis pactum. 1. part. §. 7. nu. 11. sed
in harum pœnarum impositione ab-
scindendi, aut perforandi, aut ligandi
linguam plurimum præualebit con-
suetudo. Sed an si aliquem sanctum
quis blasphemauerit aliqua vel aliqui
bus ex dictis blasphemijs, puta dicen-
21 do, *Remiego de tal santo, o santa*, pu-
nietur nè pœna amputationis lin guę,
Afflictis ibidem numero. 8. proponit
hanc quæstionem, & inquit, quòd
cum cõstitutio eius loquatur per ver-
bum, Sanctos, non extendetur ad bla-
sphemantem vnum tantum, & con-
sequenter cum lex nostra loquatur
de Deo, & de Beatissima Virgine, &
non de alijs sanctis, videtur quòd
non imponetur pœna absciscionis
linguæ, præsertim cum ex. l. 3. titul.
28. partit. 7. habeamus pœnam pro-
positam blasphemantibus sanctum
aliquem, & sic illa, & non alia vi-
detur imponenda, nihilominus ta-
22 men mihi videtur, † sub Correc-
tione rectius in iure sentientis, quòd
blasphemiam aliquam ex grauibus di
cens contra sanctum aliquem vel san
ctam, & non contra Deum, vel Bea-
tissimam Virginem Mariam, non pu
nietur pœna absciscionis linguæ, licet
grauius castigabitur quàm si diceret
aliàs minores blasphemias contra
sanctos ipsos, licet maiori deliberatio
ne hoc indiget, eò quod lex præcedẽs
de sanctis etiam loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *Y nos no entendemos remitir esta pena.* Quia in delictis vbi offenditur Deus non potest fieri concordia, nec
23 remissio † si pars remittat, secundum Bald. in l. 1. C. de rap. Virgi. & Aules, cap. 25. præto. glos. 1. num. 13. facit dictum eiusdem Bal. in l. accusationem C. qui accusat. non pos. quod Episco-
24 pus non potest facere pacem † de maledictione Dei, vt not. in glos. in cap. vt pridem. 23. quæstio. 8. & sic inquit Ana. in cap. 2. de maledict. column. 9. quod ea, quæ committuntur in nos dimittere possumus, sed ea, quę in Deũ,
25 vel Ecclesiam † minimè, vt in cap. 1. de maled. & sic iudicibus prohibitum est sub pœna, nè dispensent in aliquo cum blasphemis, vt in l. 20. titu. 6. lib. 3. suprà vbi aliqua diximus, & tradit Auend. dict. cap. 5. præto. nume. 20. ad fin. lib. 2. & præsertim si peccatum, &
26 delictum † est in Spiritum sanctum, quod remissione dignum non est, vt per Tyber. Decia. dict. 2. tom. de delict. libr. 6. capitulo. 2. numer. 17. cum
27 seq. vbi quot modis † committatur, vbi in cap. 6. num. 27. admonet Reges ac Principes nè super ijs blasphemijs conniuentibus oculis pertranseant, tenentur enim honorem Dei vindicare ardentissime, & iudices, etiam summè admoneo si negligentes in punitione fuerint, seuere puniendos iubeant.

SVMMARIA.

DEVM non timens, neque hominem venerans duritiam cordis habet. numero. 1.

Intimiditas an sit peccatum. nu. 2.

Intimiditas tripliciter contingere potest. numero. 3.

Hispani semper habuerunt Regi suo fidelitatem. nu. 4.

Lex nostra est intelligenda data malitia, & animo iniuriandi. nu. 5.

Pœna criminis læsæ maiestatis non punitur Principem maledicens. nu. 6.

Maledicens Principi sine malitia arbitrariè punitur. nu. 7.

Blasphemans contra Papam quomodo punitur. numero. 9. & numero. 10. quid si est Clericus.

Blasphemiæ crimen est Principi maledicere, num. 11.

Pro salute Principis debent subditi iciunare. num. 12.

Distributiuum, qualquier, *quemlibet in solidum comprehendit. nu. 13.*

Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno. nu. 14. & numero. 15. vsque ad. 27. plura inferuntur, & declarantur, & ibi de spolijs.

Præfertur secunda vxor primæ in bonis stantibus. nu. 28.

Mulier pro dote præferenda est Regi, & fisco eius. num. 29.

Socius non tenetur alterius socij sentire damnum obnenies culpa ipsius socij. numero. 30.

Lex tertia.

Summarium.

Blasphemanti in Reges, & eius descendentes quæ pœna imponenda.

IBI. *No temiendo a Dios.* Et Deum non timens nihil boni faciet, nam timens Deũ faciet bona, & è contrario non faciet ea, qui non timet eum, eum enim non timens, si neque
1 hominem reuereatur, duritiam † cordis habere probatur, vt not. Archi. in cap. Sunt plures, de pœni. distin. 3. & est text in cap. ad Apostolicæ. §. sed licèt sic, de re iudi. in. 6. vbi etiam dicitur, huiusmodi hominem obturare aures suas more aspidis, quæ aurem vnã calcat in terram, & alteram obturat cauda, nè incantationem possit audire, & est glos. in cap. 1. in glos. penul. eod. titu. in. 6. & ideò dicitur Prouer. ca. 24. Time Dominum Fili mi, & Regem

gem, nam & Sacerdotalis authoritas, & regia timenda est, & ita putum Domino poterimus impendere famulatum, & Ecclesiæ eius sponsæ iura non lædere, sed intemerata seruare, cap. res autem omnes. 23. quæst. 5. timoreque Domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non potest iustificari, Eccles. 1. Vnde dubitari solet, an
2 intimiditas sit peccatum, † in quo dici potest, post Sanctum Thom. 2. 2. q. 126. artic. 1. quem Alueric. de Rosate, in dictionario suo corruptè allegat, quod intimiditas potest contingere
3 †tripliciter. Primò, ex eo quòd aliquis minus quã debeat timet timenda, vt morte, vel alia temporalia mala, hęc enim intimiditas ex totali defectu amoris nõ cõtingit, sed quia minus debito amat bona eius cõtraria. Secũdo contingit, eò quòd quis æstimat mala apposita bonis, quę amat, sibi superuenire non posse, & hoc ex elatione animi procedit de se præsumentis, secundũ quod dicitur Iob. 14. Factus est, vt nullum timeret. Tertio contingit ex defectu rationis, sicut Philoso. dicit. 3. Eth. quòd stulti nihil timent, vt de patet, quòd omne impauidum est vitiosum, vel ex defectu amoris, vel ex elatione animi, vel ex stoliditate, quæ tamen excusat à peccato si sit inuincibilis, ita Montolonius, in Promptuario iuris verbo timere, in glos. qui sine timore est vbi in glos. timor. inquit triplicem esse timorem, filialis, seruilis, & mundanus, de quibus per sanct. Thom. 2. 2. quæst. 19. per totam, & diximus in l. 1. tit. 9. nume. 22. lib. 3. suprà.

Ibi, *Y oro dando la coltad a que sonteuudos a su Rey y señor,* Quam legalitatem & fidelitatem semper Hispani habuerunt, † vt patet ex l. 2. tit. 18. partit. 2.
4 & ideò non debent eam obliuisci, sicut obliuiscuntur isti blasphemãtes aduersus Regẽ & Regias personas, cum hæc bonitas, quæ in legalitate consistit, mater bonorum morum vocetur l. 9. tit. 21. part. 2. nihil enim stabile est, quod infidũ est, vt dicit Tullius, & refert Bal. de capit. contra in principio, & glos. 1. in dict. l. 9. & ideò per l. 11. titul. fin. infra isto lib. maledicens Regẽ vel eius prosapiam & descendentiam Aleuosus reputetur.

Ibi, *Con malicia.* Sic est intelligenda lex nostra & eius pœna, & dict. l. 11. titul. fin. infra isto lib. & text. in cap. 1. de maledi. scilicet, cum adest malitia, &
5 animus † iniuriandi, vt inquit Hosti. in summa, titu. de maledi. colu. 2. & expresse ad nostras leges dixit Plaza, de delict. cap. 4. num. 2. & 3. & ideò iustè lex nostra expresit hoc verbum, malitia, cum quis, scilicet, ex proposito, & per iniuriam Principi maledixit, hic enim pœna ipsius Principis arbitrio moderanda plectẽdus est, ex l. vnic. C. si quis Imp. Mal. licet non pœ
6 na † criminis læsæ maiestatis, ex Didaco Perez, hic sub. l. 3. glos. 1. in part. tit. 8. lib. 8. Ordin. pag. 210. & Menoc. de arbit. casu. 377. num. 13. & 14. & additio. Ber. Diaz, 1. in. capit. 66. ad pract. Cano. & sic in casu in quo detur hæc malitia in blasphemante Regem, vel aliquam ex Regijs personis imponetur pœna nostri text. & dict. l. 11. titu. fin. infrà isto lib. sublata tamẽ hac malitia, imponetur pœna tali blasphemã
7 ti, quæ aliàs de iure † esset imponenda, scilicet, cum ex lubrico linguæ, vel ex temulentia & ebrietate procedit hæc maledictio, vt iudicis arbitrio puniatur, secundum Menochi. vbi suprà, & Plazam, & Didac. Perez, vbi suprà, pag. 212. quibus tota hæc materia remanet discussa. Et quid in blasphemãte cõtra Papã, † vide Montolo. in
9 Prõptuario iur. verbo blasphemia glo. fin. & quid † in clerico & Additio. Ber. Diaz. vbi suprà, & ibi Bernar. Diaz etiam dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi. *A blasphemar.* Nam blasphemiæ
11 crimen est principi maledicere, † si quidem dicitur contra diuinum præceptum, Exodi cap. 22. scriptum est, Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices. Et Ecclesiast. 10. in cogitatione tua regi nè detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocem tuã, & qui habent pennas annũciabunt sententiam, quia salus Regis, salus est subditorum, vt l. 1. C. de vete-
12 ra. libr. 12. & ibi Plat. & pro salute † Principis debent subditi ieiunare singulis annis quatuor dies Ianuarij, vt l. si calumniam. §. 1. ff. de verbo. signif. Imò & orãdũ est pro Rege, ex Paul. 1. ad Timot. c. 2. obsecro, inquit, primò omniũ fieri obsecrationes, & orationes pro omnibus hominibus, & pro regibus, & omnibus, qui sunt in sublimitate constituti, & in c. de luminis, de consec. disti. 1. not. Did. ac. Perez, vbi suprà, pag. 210. colu. 2. in addi. & quod à Pontifice concessum est orantibus pro Rege Quadraginta dies indulgentiarum, & fateor me multis ab hinc annis omni die pro Rege nostro orare, & precari ad Deum.

Ibi. *Contrã qualquier dellos.* Caute hęc verba apposita fuerunt, vt dubitationi illi in lege præcedẽte à nobis signatæ ex Matth. Afflict. in cõsti. Sicil. lib. 3. Rubrica. 54. num. 8. dubitandi locus non relinqueretur, num pœna apposita contra blasphemantem sanctos haberet locum si blasphemaret vnum sanctum tantum, nam attentis ijs verbis, *Y qualquier dellos*, plana remanet hæc dubitatio, distributiuum enim
13 hoc, *Qualquier*, quemlibet dictorum † comprehendit, & nouissimè tenet ipsum Afflictis allegando Tybe. Decia. in. 2. tom. de delictis lib. 6. ca. 5. nu. 14.
16 Ibi. *Y la otra mitad, que sea para sus hijos*, Ex ijs verbis colligo, quod medietas bonorum cameræ Regiæ applicatorũ ex verbis præcedentibus nostræ legis, & medietas alia ex l. 11. titu. fin. infrà isto lib. etiam imposita blasphemanti, non sunt diuersæ, neque ambæ imponendæ, sed vna tantũ medietas est intelligẽda, ex eo ꝙ nostra lex nostra in ijs verbis aliã medietatem filijs huius blasphemi applicat, & filijs deficientibus omniũ bonorũ camerę duę tertię partes applicentur, & alia tertia pars accusatori, ex quo quidẽ clare colligi tur ex. l. nostra, & ex. d. l. 11. non duas medietates confiscari ex bonis blasphemantis Regem, sed vnam tantum filijs existentibus, quemadmodum ex l. 28. Tauri, quæ est. 12. titu. 6. lib. 5. suprà statutum est, ex vi duarum legum disponentium patrem de quinto bonorum disponere posse filijs existentibus, nõ de duobus quintis, sed de vno tantum disponet.

Ibi. *Sacadas las dendas.* Non enim di-
14 cuntur bona nisi deducto † ære alieno, l. subsignatum. §. 1. ff. de verbo. sig. Mascard. tom. 1. de proba. conclu. 201. bona in contractibus, vnde si quis mihi dederit dimidiam partem bonorũ suorum, primò deducentur debita, & & de eo, quod superetit, dimidia pars mihi donatario traderur. Et si mulier
15 donauerit bona sua in dotem † intelligitur deducto ære alieno. l. mulier bona. ff. de iure doti. & ideò quando bona Regi confiscantur intelligitur deductis expensis processus, & ære alieno. l. 1. §. an bona ei non possunt. ff. de iure fisci. id enim bonorum cuiusq; esse intelligitur, quod ære alieno deducto supereſt, vt in dictis iuribus, intelligẽda tamen hæc sunt, prout aliàs dixi, in l. titu. 4. num. 139. cum. 2. sequentibus, lib. 5. suprà, licet non ita clare, quod in appellatione naturali bona dicũtur
16 ære † alieno deducto, alioquin si multis essent implicita debitis non bearẽt ex dict. l. subsignatum. §. 1. vt consuluit Deci. cons. 237. in casu, ideò si aliquis relinquat mihi vsumfructum omnium bonorum in primis deducitur
17 æs † alienum, & omnia quæ testator debet, & de residuo vsusfructus debetur. l. vsufructu bonorum. ff. ad l. Falcid. in. l. fin. ff. de vsufruct. leg. sic consuluit Barba. consil. 63. præclare quæstio. 3. volumi. 2. nempe bonorum appellatio, sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam, ac ius successionis, non singulas res demõstrat. l. bonorum. 2. ff. de verbo. sig. & Iuris consultus hæreditatem bona vocat. l.
18 2. ff. de offici. proc. cæsa. Item vbi bona Rectoris Ecclesiæ debent reseruari futuro successori, intelligitur ex bonis deducto ære alieno, & illud quod † supererit solutis debitis. ca. præsenti. §. porro. de offic. ordi. in. 6. Clement. pen. de electio. Ex quibus infero quod vbi bona Episcopi mortui non habentis licentiam testandi cameræ Apostolicæ deferuntur, intelligi debet de
19 ducto † ære alieno, imò & Motus proprius Pij Quinti super spolijs editus ita intelligitur, secundum Gutierrez, in practic. quæst. lib. 2. quæst. 93. in fin. pag. 210. Et Nauarr. in consil. 14. nume. 5. de regularibus, ciuilis verò bonorũ appellatio (vt ad incœpta reuertamus) est, quæ etiam admixta habet
20 onera, vt hæreditas, bonorum possessio, & id quod bona fide possidetur, secundum gloss. & Altia. in. l. bonorũ 1. 49. in ordine. ff. de verbor. significat. & ibi Rebuf. pagina. 360. & in naturali significatione venire bona, quæ prosunt, nam proprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi † quã commodi habent. l. proprie. ff. de verbo. sig. & seruus bona habere non potest. l. pater fam. ff. eod. titu. ciuilis autem ad facultates tantum refertur, quod in idem fere recidit cum supradicta elucidatione: capiuntur tamen bona naturaliter in contractibus, vt si mulier dederit bona sua in dotem,

tunc dicuntur deducto ære alieno, ex dict. l. mulier bona. ff. de iure doti.
21 in beneficijs † autem Principum non deducto ære alieno. l. Princeps. ff. de
22 verbo. sig. & in dispositionibus † fauorabilibus bona capiuntur, vt plurimũ non deducto ære alieno, sed in dispositionibus, quæ strictè concipiuntur deducto ære alieno, sic scribit Corneus, cons. 260. ad euidentiam col. 2. volu. 1. vbi in vltimis voluntatibus mediã viam dicit adhibendam, quia si bona
23 † relinquantur, tunc bona dicuntur non deducto ære alieno per. l. nam quod. §. fin. cum. l. seq. ff. ad Trebe. si ve-
24 rò pars bonorum, † tunc deducto ære alieno. l. non amplius. §. fi. de legat. 1. l. si quis seruum. §. fin. cum. l. seq. de lega. 2. Deci. cons. 232. in casu, &. 387. Iass. cons. 64. volum. 1. si transferantur bona per legem, tunc cum suis oneribus. l. tutoris, ad. l. Iul. de vi. pub. & in l. 2. ff. de bono. possess. Iacob. in. d. l. mulier bona, de iure doti. Ancharra. in. c. relatum. 2. columna. 1. de testamen. & quando est appellatio naturalis, † tũc
25 antequam tradantur bona deducitur æs alienum, prout in nostra disponitur lege, si verò appellatio sit ciuilis, omnia dabuntur, & is, qui bona habe-
26 bit, debita soluet, † ita Rebuf. in. d. pagin. 360. de verbo. signi. vbi inquit sic fieri regulariter in regno Franciæ, & seruari, vt is apud quem bona deueniunt, ea recipiat, & postea debita persoluat. In nostra tamen lege verbum bonorum accipitur naturaliter, & sic prius extrahẽda sunt debita. Quæ notanda quia singularia, & conducent tibi, vt quoties hæreditas aliqua tibi relicta sit, quia tunc bona ciuili appellatione denotantur, licet sit debitis implicata, non sunt deducẽda antequã
27 hæreditatem adeas, sed tibi † omnia sunt tradenda cum onere soluendi debita illa. Et post hæc scripta vidi Gutierrez de ijs agentem in lib. 2. practi. quæst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæst.q. 58 nu.2 & Latius in lib.3. q. 24 nu.17.& 22.

Ibi: *Secando el dote, y arras de su muger.* Didacus Perez, hic super ijs verbis in l.3.titu.8.lib.8.Ordin.pag.213. inquit, *Vtrū* mulier debet consequi quod filium est, ex text.in Auth.vt ex actione *Hodie* ante dotis.§.his igitur collatio ne.1. vbi probatur, quod licet prima vxor sit potior quam secunda in dote exigenda, & filij eius, vt in.l.assiduis.l. qui potiorem pig.habe.& ibi in.d. Auth. tamen in rebus datis in dotem per secundam vxorem, ipsa secunda est præ
28 ferenda in rebus suis stantibus † primæ vxoris doti, & ad hoc reputat singu.prædictum text.Angel.in.d.§. his igitur num.3. similis est text.in Auth. si quid.C. qui poti. in pig. habe. cum ergo mulier habeat priorem hypothecam, & ius pro recuperanda dote
29 † est præferenda etiam Regi, & Imperatori.l.si fundum.C. qui potio. & ibi glossa.text.in.l.25.titu.13.parti.5.idem ipse Dida.Perez.d.pagin.213. dicit de bonis habitis per patrem ex successio ne alicuius ex filijs primi matrimonij quia per transitum ad secundas nuptias reseruatur alijs filijs illiusmet matrimonij, in isque fiscus etiam nō succedit, sed prædicti filij in quorum fauorem fit reseruatio. Ita Didac. Per. vbi supra, quasi volens hanc ad decisionē nostri text. in ijs verbis assignare rationem. Simancas verò in titu. 9. de Instit. Catho. num. 65. vsque ad. 73. hoc de dote & Arrhis, & donatis ab sponso, & de Paraphernalibus excipiens, vt sub confiscatione bonorum mariti non comprehendantur confirmat, quasi ea tē ratione, scilicet, quod alienum, quod est, non intrat in tali confiscatione. Proprior tamen ratio in propositum mihi ea videtur, scilicet, quod vnus socius non tenetur alterius socij sentire damnum † obue-
30 niens ex persona sui socij, prout in simili lege videlicet 77. Tauri transcripta in.l.10.titu.9.lib.5. suprà, nume.1. cum sequentibus late diximus, ita vt non sit necesse ea iterum hic referre, vt ad alia transeamus.

SVMMARIA.

B*Lasphemum quilibet potest accusare.nu mer.1.*

Iniurias nostras sufferre debemus, Dei autē nullo modo.nu.2.

Incarcerare alium nemo potest sine iudicis mandato.num.3.imò neque citare num.4. nisi in casu nostræ legis incarcerando blasphemum.nu.5.

Debitor fugitiuus capi potest pro creditore si est periculum in mora.nu.6.&.7.& nu. 8.requisita ad hoc proponuntur.

Capiens delinquentem debet illum intra. 24. horas iudici præsentare.num.9.

Capere quilibet potest criminosum fugientem num.10.

Blasphemantem non deferens ipse tanquam assentiens puniri potest.nu.11.

Blasphemantem quis corrigere tenetur si sine periculo facere potest.nu.12.

Blasphemum capiens potest contra eum esse testis cum alijs.num.13.

Lex Quarta.

Summarium.

Quicunque potest capere blasphemantem, & in carcerem ducere, & carcerarius tenetur eum recipere.

1 BI. *Lo pueda tomar y prender, por su propria autoridad.* Quilibet enim potest † ac debet accusare blasphemum, quia id crimen in Maiestatem diuinam committitur, nec dissimulare debemus eius opprobrium, quia probra nostra deleuit. Et vt Pius Papa inquit, si quis talem hominem nō indicauerit, dubium non est, qui in diuina

uina condemnatione coerceatur. Et Imperator Theodosius ait, tutum non est negligere diuinitatis iniuriā, & impunitum relinquere scelus. Et Chrysostom.in Matthæum, Homi.5. operis imperfecti, enarrans verba illa seruatoris nostri, vade retro Sathana, in præcedentibus (inquit) non est exasperatus, sed quando diabolus, Dei sibi præsumpsit honorem, iratus est, & increpauit eum, vt nos illius discamus exemplo, nostras iniurias illatas ab Impijs magnanimiter sustinere:
2 Dei autem † iniurias neque vsque ad auditum sufferre. Quoniam in proprijs iniurijs esse quempiam patientem, laudabile est, iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. Et idē Chrysostomus alibi multa in eādem dixit sententiam ad populum Antiochenum Homil.1.capit.in nonnullis de Iudæis, cā. si quis per capillum. 22. quæst.1.cap.si is qui.23.quæst.4.&.C. Theodosiani.l.1.titu.2. legum nouellarum: ob idque lex nostra præbet cui libet licentiam capiendi blasphemantem, & in carcerem conijciendi: licet
3 enim regulariter de iure † nullus possit alium incarcerare sine iudicis mādato, ex.l. neminem.C. de exhi.reis, adeo vt neque, *Alguazello*, liceat sine mandato iudicis si non est in fraganti delicto, ex.l.7.titu.23. libr.4.suprà vbi
4 diximus, imò neque † citare ex text. in.l.3.titu.3.eod.lib.4.suprà de quo & Mincha.lib.2.controuer. vsu freq. ca. 24.late: Ex lege tamē nostra habemus vnum casum in quo absq; iudicis mā-
5 dato † potest quis aliquem capere, & in carcerem ducere, scilicet, blasphemantem, & est singularis casus. Alius
6 casus est, cum debitor † est fugitiuus, & periculum est in mora, & deficit copia iudicis, potest enim tunc creditor eum apprehendere, & trahere ad carcerem publicum.l.ait Prætor. §. si debitorem.ff.quæ infraud.creditō. cum late congestis à Segura, & eius additionatore, in repet. l. ab exhæredati num.8.de lega.1. & Couar. lib.2. Vari. cap.19. numer. 14. Imò & procurator
7 creditoris id potest, secundum gloss. l.1. C. vbi quis de curio. libro.11. Iaf. in.§. superest, num.78. Instit. de actio. sex tamen inquit Curtius in tract. de sequestris fol.4.vol.1.& eo relato, Quesada, in quæstio. suis quæst.8.nu.8. debere præcedere, vt debitor fugitiuus
8 à capi possit per creditorem. Primum, vt Summarie saltim semiplenè cōstet de debito. Secundō, quod post cōtractum debitum mutauerit conditionē debitor, secus si tempore, quo contraxit iam non erat soluendo. Tertium, quod inopia superueniens magna fuerit, quod iudex arbitrabitur. Quartū, quod non possideat immobilia in iurisdictione. Quintum, quod postquā sciuerit creditor debitorem velle solum vertere, siue fugere, statim iudicē adeat, quod tēpus etiam iudicis arbitrio committitur. Sextum, quod per exteriora argumenta, vel presumptiones suspectus sit de fuga. gloss. tamen in.l.10. verbo, *Por si mismo*, titu.15. partit.5. quatuor tantum refert requisita quoad creditorem capere volentem, suum debitorem fugitiuum, & melius; quia omnia hæc sex requisita potius respiciunt personam iudicis capere volentis debitorem fugitiuum ad petitionem creditoris. Aliud requisitū scilicet, quod debitor portet rem creditoris non credo necessariū, quia satis portat rem eius si cum debito aufugit. Alius casus vbi licet priuato cuilibet alium capere est in.l.1.titu.11. in fra isto lib.8. Alius itidem cum dat debitor creditori potestatem eum capiendi propria authoritate, vt in.l.2. colum.2.titul.13. infrà isto lib.8. & in l.5.titul.13.lib.4.suprà, vbi dixi in glo. 1. Alius est in fabricante falsam monetam ex.l.5.titulo.7.patit.7. vbi gloss.

verbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo, *Pueda prender*, l.1. C. de Fal. mon. l.2 titu 29. partit. 7. vbi ponuntur alij tres casus, & per Doctores, maximè Crotum, in l. nemo potest, de lega. 1. alij casus referuntur. Alius etiam casus refertur in l. 2. titul. 1. lib. 1. suprà, & per Anton. Gom. tomo. 3. cap. 9. numer. 3. & 4. & Suarez, in l. 2. titu. *De los emplazamientos*, nume. 8. pagina. 207. & Dida. Perez in lib. 3. Ordi. colum. 819. in princip. & Auend. cap. 1. præto. nu. 33. versic. 23. causa lib. 1. & hæc omnia conducunt ad limitationem dictæ. l. neminem. C. de exhib. reis & similiũ, in ijs tamen, & alijs casibus, debet capiens debitorem suum, aut delinquentem præsentare iudici intra. 24. horas, 9 † ex. l. capite quinto. ff. de adulte. & ex d. l. 2. tit. 13. infrà isto lib. & diximus in d. l. 5. tit. 13. lib. 4. sup. & ex. d. l. 5. tit. 7. p. 7. & gl. 1. in l. 2. tit. 29. pa. 7. Imo & qui 10 libet priuatus potest capere † crimino sum fugientem, vt ex. l. fin. C. de Male fi. & Mate. notat Belluga, in speculo principum Rubrica. 26. §. Iesu Christi, nũ. 16. quibus casibus addẽdus est noster hic de blasphemante. Adeò quod blasphemantem non deferens, ipse 11 tanquam maleficus blasphemanti † consentiens puniendus esset, ex cap. si quis per capillum. 22. quæst. 1. versus medium. Adeò vt secundum Nauarr. in Manuali Latino, cap. 12. numer. 83. tenetur quis corrigere blasphemantem quanuis emendatio non speretur, & quod acriter id facere tenetur, 12 si sine suo periculo facere † potest. Et in propositum nostrum aliqua refert Auiles, cap. 25. præt. gloss. 1. numer. 2. &. 3. & iterum ibi in gloss. possess. & Auenda. cap. 5 præto. nume. 2. lib. 2. & Didac. Perez, hic sub. l. 4. titul. 8. libr. 8. Ordina. & non solum quiuis de populo denunciare potest, & accusare blasphemum, sed etiam iudices omnes eum punire debent, nam & iudices Pontificij, & Regij, & Inquisitores quoque Apostolici pœnas blasphemis irrogant, vt in hoc titulo remanet dictum. Imò & quòd plus est, quod ille qui capit blasphemum potest esse testis cum alijs contra eum de blasphemia illa, 1 secundum Iserniam, in constit. Sicil. lib. 2. cap. humanitatem, relatum, & sequutum per Auenda. cap. 5. præt. numer. 3. in fin. lib. 2. quod est notabile. 13

SVMMARIA.

L *Ex nostra loquitur in verbo, non vero in facto blasphemantibus. nu. 1.*
Verba, Descreo de Dios, *ad hæreticales blasphemias referuntur. nu. 2.*
Baldi opinio reprobatur. nu. 3.
Verba, Mal grado aya Dios, *blasphema sunt. nu. 4.*
Verba, Non le por far dio, *blasphema sunt, num. 5.*
Blasphemans contra sanctos Dei an incurret nostri text. pœnam. nu. 6.
Blasphemia in Virginem Sanctissimam maior quam in sanctos. n. 7.
Similia dicuntur quæ sunt idem in qualitate, numer. 8. vel arbitrio iudicis relinquitur, nume. 9.
Verba alia blasphema numerantur in nume. 10. & 11. vbi referuntur, verba blasphema cuiusdam Indæi, & num. 12. aliud de alio Indæo.
Iuratio improba est iurare per intemeratam Deiparæ virginitatem. nu. 13.
Carcer de iure Regio datur loco pœnæ. nume ro. 14.
Mensis capturæ alicuius blasphemi debet esse continuus. nu. 15.
Stans discontinue non dicitur stare in vinculis spatio. 30. dierum nu. 16.
Carceratio blasphemi debet esse vera, & non ficta nec simulata. nu. 17.
Vno teste de blasphemia non debet accusatus, detineri in carcere. nn. 18.
Blasphemia non probatur per testes singulares. nu. 19.
Blasphemus si stetit in carcere ante sententiã per. 30. dies an satisfiat. nn. 20.
Blasphemo pœna non est relaxanda, nu. 21. nisi vt numer. 22. & 23.
Blasphemus existens in carcere pro blasphemia si ibi iterum blasphemet an ab illo die numeren-

tur anni. 30, dies. nu. 24.
Mensis hic carceris blasphemi quot dies habebit. num. 25.
Reprobatur opinio Alexand. & aliorum in materia blasphemantis an esset necesse plures blasphemari, vt punitio locum habeat, num. 26.
Nobiles & literati etiam in blasphemiæ pœna distinguuntur à plebeijs. nn. 27.
Fœmina etiam blasphemans incurrit pœnam blasphemiæ. nu. 28.
Assuefactio & frequentia aggrauat crimen, num. 29.
Auth. vt non luxuri. homi. §. 1. contra quos blasphemios locum habeat. nu. 30.
Consuetudo blasphemandi per binas, aut trinas vices debet verificari. num. 31. & iterum. nu. 32.
Authoritas illa Domini, viuo ego. numero. 33.
Iuramentum hoc per vitam Dei an habeat eundem sensum, quẽ habet illud, viuit Dominus. nn. 34.
Proferens aliqua verba in contemptum Dei blasphemare dicitur. nn. 35.
Dicens per vitam sanctorum, an blasphemare dicatur. nu. 36.
Capit. 69. curiarum de Madrid Anni 1528. an disponat. nu. 37.
Cap. 24. curiarum de Madrid, Anno 1570. an disponat. nu. 38.
Iuramenta, sicut Deus est veritas, & similia an blasphema sint. nu. 39.
Dicens hoc est Euangelium, vel credi potest, vt Euangelium, vel verum est sicut Euangelium, an blasphemet. nn. 40.
Verba non le por far Dio, *an sint verba blasphema. nu. 41.*
Verba de boto a Dios, *quid significent. numer. 42.*
Denotare maledicere interpretatur. numero. 43. & numer. 44. quod est grauis blasphemia.
Blasphemia duplici de causa potest dici. numer. 45.
Maledicere Deum est blasphemia. nume. 46. & 47.
Maledictio in homines non est blasphemia. numer. 48.
Iuramenta scelerata hæresim sapiunt. nume. 49. & blasphema sunt, vt nu. 50.
Iurans per mẽbra, vel corpus Dei blasphemiæ pœna puniri potest. num. 51. 52. & 53. & numer. 54. quod Inquisitores contra eum procedere possunt, & num. 61.
Iurans per membra pudibunda Christi punitur grauiter. numer. 55. vbi si Beatissimæ Virginis, vel sanctorum. num. 56. & numer. 57. quod hæresim sapiunt talia iuramenta.
Corrigitur litera. c. omnis. §. quoniam. 21. q. 4. num. 58.
Iurans per capillos, vel membra Dei itidem punitur, & sapit hæresim. nu. 59.
Iurare itidem non licet neque per honesta mẽbra Christi. nu. 60.
Iurans per Corpus Christi, vel Virginis matris eius punitur. nu. 62.
Iurans iuramenta fœda non punitur hodie pœna mortis. nu. 63.
Blasphemia etiam committitur facto. numero. 64.
Imagines Principis fœdans grauiter punitur num. 65.
Casus de quodam Iudæo. num. 66.
Spoliantes Ecclesias dicuntur etiam blasphemare. num. 67.
Blasphemare dicuntur Iudæi abradentes in Bibijs verba, quæ possunt Christo conuenire. num. 68. & num. 69. refertur de quodam homine.
Puniri debet ex facto iniurioso illud perpetrans etiam si absit mala intentio. numero. 70.

Lex Quinta.

Summarium.

Pœnam imponendam dicenti aliquam ex blasphemijs in lege nostra contentis describit lex nostra, sub qua secundum meum intellectum in. l. 1. & 2. suprà eod. per me assignatum, non comprehenditur blasphemia verbi illius in lege nostra positi, *Descreo de Dios*, nam hæc sub dispositione dictarum legum. 1. & 2. comprehenditur.

IBI. *De dezir.* Hinc colligitur legem hanc loqui † in de verbo, Non verò in de facto blasphemãtibus, de quibus vltimis loquitur. l. 5. tit. 28. partit. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

partit. 7. vt inquit Auenda. ca. 5. præt. nu. nero. 10. lib. 2 & nos diximus hæc & alia, in l. 3. tit. 7. lib. 1. supra, & ine retulit in hoc Humada, in reportorio suarum additionum ad glossas, 1. & 2. partitæ, in verbo, Blasphemi. nota bis etiam verbum hoc, dezir simpliciter prolatum; nam comprehendit dicẽtem aliquam ex blasphemijs hic declaratis, tam ex odio & detestatione, quam ex ira aut iracundia, siuẽ ex alia causa, & occasione, nam licet hæc dicatur informis, & imperfecta, tamẽ a lhue est blasphemia sicut illa, quæ perfecta est, scilicet, quæ ex odio & detestatione procedit, vt optime per Magist. Bañes, in 2. 2. quæstio. 13. articul. 1.

Ibi. *Desero de Dios.* Latinè vertitur per aliquos, ac si dictum esset, abnego Deũ, vt per Humada, in l. 60. tit. 6. part. 1. super text. numer. 6. versic. at vbi, & Couar. in cap. quanuis pactum, parte. 1. §. 7. num. 9. versic. vt ad alia, & hæc verba in l. 1. & 2. suprà isto titu. & lib. ad verba blasphemiæ hæreticalis retulimus † cum per hæc verba Deus difficerũt, vt inquit ibi Couar. & cum ita sit, nonnè a lhæreticales blasphemias referẽda hæc verba sunt sicut referuntur illa *Renego de Dios*, & meo quidem videri idem dicendum est, & sic lex nostra diminutè pœnam in hunc blasphemãti verbis ijs, *Desereo, de Dios*; imposuit, cum deberet imponere pœnam illam per dictas leges, 1. &. 2. impositam renegãti, & subsaniori consilio ita mihi videtur.

Ibi. *Despecho de Dios.* Ex ijs verbis † reprobatur opinio Baldi iam à nobis in hoc titulo reprobata, iniustissimè dicentis verba hæc non esse blasphemã, cum id negari non possit, & ex lege nostra sic statutum habemus, & plures Doctores communiter Baldum in hoc dicto iure optimo reprobant, vt apparet ex dictis à nobis in hoc titulo, & ex Couarr. in dict. num. 9. in principio, & nouissimè optimè, & late ex Tyberio Deciano, tom. 2. de delictis, capit. 2. numer. 4. vbi num. 5. idem dicit si dicantur hæc verba de Sanctissima Virgine, Petro, Paulo Apostolis, & alijs sanctis, & ex lege nostra iam indubium est reprobatam esse illam Baldi doctrinam.

Ibi. *Malgrado aya Dios.* Verba hæc manifestam habent blasphemiæ culpam, tribuit enim hic blasphemus Deo id, quod est omnino ab eo alienum, quia Deo nihil † mali potest cõtingere, vt inquit Couar. in d. c. quanuis pactum. 1. part. §. 7. num. 9. versi. tertio in eãdem.

Ibi. *Nisha poder en Dios.* Blasphemia hæc idem est, nam potestati Dei, omnipotentis aduersatur maledicus hic talia verba proferens, & ideò pœnis blasphemi puniendus est, secundum text. nostrum, quem ad hoc considerat Couarr. in dict. numero 9. versicul. quartò eadem constitutio. Et idem est in illo, qui dicit, non *Lo por far dio*, vel non *Lo potrebbe far dio*, † vt optime per Tyberi. Decian. in dict. 2. tomo de delict. libro. 6. capit. 2. numer. 6.

Ibi. *Ni pese a Dios.* Latinè, Deum tœdeat, displiceat Deo, quæ quidem verba, vt inquit Magist. Bañes in 2. 2. quæstio. 13. articulo 1. in fine, quanuis sint falsa ex intentione proferentis, non tamen secundum se continent falsitatem, nam cum hæc loquutio non sit indicatiui modi, non habet falsitatem, sed explicat quoddã desiderium blasphemi verba hæc proferentis, qui optat in Deo esse dolorem, applicando ei, quod ei non conuenit, nam displicentia non conuenit Deo, nisi de ijs, quæ ab hominibus praue, & aduersus eius præcepta committuntur, qua ratione detrahit excellentiæ diuinæ, qui hos humanos affectus illi tribuit. Et præterea hoc verbũ hominis egritudine animi respuẽtis in Deum, demõstrat quasi Deus nostris afficiatur perturbationibus, & odium quis Deo aduersus homines tribuat, quos diligere maximè præcepit, vt in propositũ considerat Couarr. nu. 9. versi. quinto idẽ, quẽ ad hoc refert, & sequitur Decu. vbi supra. nu. 8. & tenet Soto, de iust. & iur. lib. 8. q. 2. artic. 3. pag. 697. col. 2. Et ideo hæc eriã proferentẽ verba lex nostra pœnis blasphemiæ puniendũ asserit iustissimè, sicut in alijs præcedẽtibus. Quicquid nouissimè velit dicere Ludouic. Lop. 1 p. sui instr. cõscien. c. 51. pa. 138.

Ibi. *Nisha lo dezan de nuestra Señora la Virgen Maria.* Vide quæ diximus in Rubr. sup. isto tit. in gl. pen. & idẽ in blasphemijs hæreticalibus dispositũ est in l. 1. istius tituli, & in simili ita inquit Iodocus Dãhouder. in præct. crim. ti. 61. de crimine læsæ maiest. diuin. n. 17. Et quid in sanctis eius si dicatur aliqua ex blasphemijs nostri text. cõtra sanctos Dei vel aliquẽ eorũ † an incurret integram nostri text. pœnam & dicẽdum est q̃ nõ tota sed dimidia incurretur pœna, ex dispositione legis nostræ. 3. tit. 28. p. 7. nam cũ in lege nostra nihil prouisum sit de sanctis, seruabitur dispositio dictæ legis partitarũ circa eos specialiter disponentis, & ita practicatur quotidie. Et hoc quia licet blasphemia in sanctos, ita puniatur, sicut blasphemia in Beatissimã Virginem, vt in ca. fi. de maledi. attamen grauior est blasphemia † in Virginẽ, quã in sanctos, vt per Abb. ibi in. 1. notab. & ideo quãdo pœna remitteretur arbitrio iudicis, maior esset inferenda blasphemantibus gloriosam Virginem, quam sanctos, vt ibi per Abb. & Ana. col. 1. in fine.

Ibi. *Ni otras tales, ni semejantes*, Põdera verbũ hoc, tales, quod designat, vt sint idẽ in substãtia, sed in exteriori dissimilia, vt sic distinguatur à verbo seq̃ẽte, *Semejantes*, quæ neque in substãtia neq; in verbis sint eẽdẽ blasphemiæ cũ a lege nostra specificatis, sunt tamen similes, omne enim simile non est idem, & consequenter, vt inquit Auend. c. 5 præto. nu. 16. in prine. lib. 2. sint similes expressis, non verò maiores eis, nam similia dicũtur, quæ sunt idẽ in qualitate, † vt not. Bal. in addit. ad specul. tit. de dispura. vel saltim arbitrio † iudicis relinquitur quod dicatur simile, vt not. Soc. cõs. 102. & Mende arb. lib. 2. cẽt. 1. casu. 84. & sic nisi lex nostra expressisset de similibus nõ extẽderetur ad alia, quã hic expressa, vt inquit Auẽd. d. n. 16. & ideò nõ sine mysterio lex nostra ad similia extẽdit suã dispositionẽ, & pœnã, nã blasphemia est, si quid opprobriosum, vel iniuriosum dicatur cõtra Deũ, vel sanctos eius vt per Bar. in l. itẽ apud Labeonẽ. §. sed q̃ adiicitur, de in iur. seq. Ale. cõs. 233. n. 6. & 11. vol. 6. & nouissimè Tyb. Dec. to. 2. de deli. c. 2. n. 10. cuius quidẽ Authoris opera dũ circa interpretationẽ horũ verborũ versarer ad manus meas peruenerũt, nũquã enim anteà de eo notitiã habebã, & sic ad præcedentia, quę iã scripserã in hoc. li. 8. in locis cõgruis ipsum applicaui & retuli, & in seq̃ẽt. referã. Quicquidẽ in eo. n. 10. ex hac similitudine inquit referẽdo Cœpol. in eõs. crim. 76. esse blasphemiã si dicatur, *Si Dio si dicesse, lo diria, si el tomẽtisse por la gola.* Etiã si prolata fuissent † talia verba super revera, vbi & in nu. 12. refert alia verba, quæ non sunt de hic specificatis, & tamen sunt blasphema. Imò & ipse dicit, idem esse etiam si talia verba iniuriosa, & opprobriosa non essent prouata immediatè in Deũ, vel in Christũ, sed mediatè referent de illo scelestissimo Iudæo, qui altercando cum Christiano † dixit, *La fede vostra, è fe de decazi*, contra quem consuluit Socin. consil. 119. volumn. 4. nam licet in ijs verbis nulla

mentio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽrio Dei vel Christi vel sanctorum fiat, attamen quia fides Christiani est in Christum, iniuria videtur illata Christo, vt ibi per Socin. secutum per Couar. vbi suprà, dict. §. 7. nu. 9. in fine, versic. quodecimo: Quinimo refert Hostien. in summa. tit. de Iudæis. §. & in quibus, versi. quid enim, vt refert Decianus vbi suprà, & Auend. dict. c. 5. prætorum. num. 10. conclusione. 6.

12 lib. 2. quòd quidam Iudæus † fuit condemnatus in quinquaginta solidis Regalibus, quia faciẽdo quoddam computum cum quodã, dixit iratus, vellem potius esse suspẽsus, vt illa eleuãs manus versus Crucifixũ, licet se excusaret, quòd non intellexerat de Crucifixo, sed de quodã latrone, qui erat suspensus ex eadem Regione in quam spectabat Crux illa, sequitur Felin. in cap. audi tis num. 53. circa medium, de præscriptio. Sic etiam iurans per intemeratam Dei p.ræ Virginitatem † est

13 omnino improba iuratio, nec enim Deus in testem adducitur alicuius veritatis, sed execratio est linguæ temere in iram excandescentis, secundum Couar. dict. cap. quanuis pactum. 1. p. §. 7. num. 9. versic. decimo eodem iure, vbi inquit ex hoc Carolum Quintum Imperatorem, Hispaniarumque Regem apud Madritium anno. 1528. Sanxisse, hanc temeritatem puniendam esse pœnis statutis aduersus blaphemantes in pragmatic. 1. & in constitutione de Toledo anni. 1525. quæ est lex sequens, in illis verbis, *Y otros juramentos malos y feos*, Et licet Auenda. in dict. cap. 5. præto. num. 16. in medio voluerit, capitulum illud 69. nihil disposuisse, fallitur tamen meo videri, cum ibidem responsum sit, quòd seruẽtur iura Regalia, & exequerentur, maxime illa Toleti dicti anni. 1525. quæ est sequens, ita vt sub illis verbis, *Otros juramentos malos y feos*, etiam iuratio ista contineatur, & iustè quidem: licet sit nimia suppletio ad lege sequentem, eò quòd verba illa generalia, *Otros juramentos malos y feos*, In supplicatione sint posita, & in respõsione ac dispositione solum declaratur intelligi, cum per membra Christi iuratur, & sic alia iuramenta punientur extraordinariè, & non vt blasphema, si lex ea vt blasphema non declarat esse punienda.

Ibi, *Sea preso y este en prisiones*, hic habes text. probantem quòd de iu-

14 re Regio † carcer datur loco pœnæ, vt dixi in. l. 15. verbo, *Carcel*, titulo 6. libro. 3. suprà, vbi in glos. *Y prisiones*, dixi alia in propositũ horum verborum, quæ hic referre superfluum esset, cum ibidem sint dicta, vbi te remitto.

Ibi, *vn mes*, qui quidem mensis de

15 bet esse continuus, neque † sufficeret interpollatus, ex glos. in Clemen ti. vnic. de in integrum restitut. late Alexand. consil. 9. volum. 4. & in propositum tenet Anto. Gom. tom. 3. Varia. capit. 1. nu. 3. & Cantera, in quæst. crimi. titu. de blasphemis colu. pen. & Gut. in quæst. canonic. cap. 12. nu. 25. & probatur ex. l. 58. titul. 4. libr. 3. suprà, & late tradit ita etiam tenens Auendaño. dict. capit. 5. præto. numero. 21. per totum libr. 2. vbi in versicul. quod in præsenti, inquit, quòd adeò hoc verum est, quòd qui discontinue † 16 stat non dicitur stare in vinculis per spacium triginta dierum, quia cœpta pœna si quid deest tota oratio, & pœnæ solutio inutilis habetur, argumento, text. in. l. si is qui. §. verum, ff. ad. l. Fal. not. in simili, Ias. in. l. si idem cum eodem. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, neque dicitur aliquid factum, cũ restat aliquid faciendum. l. pen. C. de ijs qui. vt indig. cap. 1. de Baptis. dixi in. l. 10. n. 2. tit. 6. lib. 3. supra, & ita expresse tenet glos. *Primera vez*, l. 2. tit. 28. part. 7. debetque ista car

carceratio esse vera, & non ficta & si-

17 mulata † aliter enim non esset carceratio, secũd Auẽd. dict. cap. 5. per tot. nũm. 23. versi. & in dubio, lib. 2. vbi nu. 25. versi. ex quo infertur inquit optimè ipse Auend. quòd cum carceratio hæc triginta dierum detur in pœnam, non vero ad custodiam, quod si de blasphemia nõ adest nisi vnus testis, & reus negat ipsam blasphemiã, statim debet sub fideiussoribus relaxari dũ-

18 taxat † integra habeatur informatio, quòd non est in alijs criminibus vbi carceratio principaliter fit causa custodiæ, vt per eum ibi nu. 24. Item nota quòd blasphemia non probatur per

19 testes singulares, † secundum Alexan. consi. 72. col. 1. & Marzarium, cõsi. 17. nu. 12. Sed an si steterit blasphemãs ante cõdemnationẽ in carcere per triginta cõdemnatione facta habebitur cõsideratio ad illos triginta dies vt

20 amplius detineri † non possit, credere quòd non, nisi reus ipse incarceratus protestatus fuerit, quòd in casu in quo iustè pro blasphemia illa ei imposita condẽnatus sit in pœna ordinaria carceris triginta dierum, ex nunc prout ex tunc & è contra vult sibi numerari

22 à die carcerationis, & quòd per iudicem in sententia sic iubeatur & declaretur, prout video fieri & iuberi, & sic est intelligenda consuetudo asserta in hoc per glos. *Primera vez*, in dict. l. 2. titu. 28. part. 7. versic. sed an pœna carceris, & adhuc ego hæc intelligo vera esse dum tamen sit etiam tunc satisfactum cum legis nostræ forma, scilicet, quod per illos dies steterit in carcere & cũ ligaminibus & catenis cõtinuò, & q. de hoc constet, aliter enim non debẽt numerari illi dies carceris pro implemẽto dicti trẽtanarij, ex dictis per Auẽd. in. d. c. 5. nu. 22. nam vt ibi dicitur, & diximus in hoc titulo & alibi, nullo modo est remittenda ne-

21 que relaxanda † pœna blasphemo

etiam nobili, (nisi ex causa) in forma adimplementi pœnæ ipsius, nam si est nobilis potest ei assignari † pro

22 carcere Palatium, vel domus aliqua vt diximus in. l. 15. titul. 6. libro. 3. suprà, & latius in. l. 6. aut. 7. titul. 2. libro. 6. suprà, & ex lege nostra deducitur etiam cum hominibus bonæ conditionis ac status, dum distinguit pœnas eorum ab illis, qui ignobiles sunt. Ideo esset causa existendi extra carcerẽ publicũ, si blasphemus talis esset macellarius & tabernarius, † nã in

23 tabernis, & macellis potest poni ligatus cũ vinculis & catenis præstita fide iussione, vel iuramento de non recedẽdo, prout pluries feci esse, inquit Aui les, in capit. 25. prætorum in glos. dispensaren, numero. 7. & cum in hac nostra Placentia ciuitate esset iudex & præbebet residentiam, iudex cum syndicans ob hoc processit contra eum, & fuit per superiores iussum, quòd super hoc contra eum non procederet, & ibi diximus. Quid tamen erit si quis pro blasphemia existens carceratus & cum ligaminibus, & in progressu triginta dierum blasphemet † iterum, an ab illo die se-

24 cundus mensis proceder, & sic alij triginta dies in simul cum primis, & crederem quòd non, quia non adimpleretur cum legis forma iubentis pro qualibet Blasphemia per vnum mensem detineri in carcere cum ligaminibus & catenis, ex doctrina Bar. in. l. Senatus consulto. ff. ad Trebelli. & eum referens sequitur Philippus Probus, in addit. ad pragma. sancti. tit. de pignorantibus cultum diuinum, in glo. trium. vbi in propositum exilij imposita ita tenet & bene, & sic idẽ esset in propositũ dicẽdum nisi lex nostra pro secunda vice differentẽ pœnã imponeret, prout imponit, nam hæc erit imponẽda, & exilium adimplendũ, lapsis iã triginta diebus primæ blasphe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mię. Dubium itidem aliud nouum est quot dies mensis hic habeatur. † & dicendum est, quòd cum lex nostra non eos definiat, neq; habetur relatio ad principia mensis, sed sumus in dubio de quo mense anni intelligatur, & à quo tempore incipiat ideirco ignoramus, dicendum est, triginta dies debere continere mensem nostræ legis numerandos ab illo die, à quo vel ex partis protestatione, vel ex iudicis assignatione incipiunt, ex dictis per Menoch. de arbit. iudic. libr. 2. Centuria. 1. casu 50. per totum, maximè, num. 12. cum sequentib.

Ibi, *& por la segunda*, Hic habes text. præsertim verbis præcedentibus, *Por la primera vez*. Attentis & cõsideratis, contra Alexand. & alios relatos per Mascardum, de proba. tom. 1. conclu. 164. nu. 1. dicentes, quem esse blasphemum non probari si semel bis vel ter blasphemauerit, sed quòd erat necesse probare illum sepius blasphemasse, cõtra quos habes hic text. expressum,
26 l. pro vna vice pœnam blasphemanti imponentem, & iure optimo, vel intellige hos Doctores, prout in glos. 2. legis sequentis dicemus.

Ibi *Esfuerço, o persona de mayor credito*, putà si sint nobiles, literati, † vel
27 honorabiles personæ, vt inquit Aules dict. cap. 25. præt. glos. dispensen. nu. 5. & Auend. dict. c. 5. prætor. num. 22. versic. & attenta libr. 2. & ex. l. 2. cum 3. sequent. tit. 28. part. 7. etiam in hoc distinguũtur nobiles à plebeijs, distinguendi enim sunt in pœnis, sicut in alijs multis distinguũtur, de quibus diximus in tractat. de decurio. & alibi.

Lex Sexta.

Summarium.

Prohibentur in præsenti alij iurandi modi & formæ in opprobrium Dei & Domini nostri sub pœnis in lege præcedente contentis.

IBI, *Con mugeres*, hic habes text. probantem fœminas etiam incutrere 1 blasphe
28 mantium hominum pœnas, si & ipsæ blasphemauerint, vel prohibita iuramenta fecerint, vt diximus in l. 1. supra isto tit. & not. Auẽd. d. c. 5. præt. n. 17. in princ. lib. 2. vbi idẽ dicit esse etiã si sint extraneę à Regno.

Ibi, *Tienen costumbre de jurar*, Contra quos sacra scriptura dicit, vir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet à domo eius plaga: assuefactioq; & frequentia 1 aggrauat crimẽ,
29 vt in c. admonere. 33. q. 2. & in c. tres, in fine, de pœnit. distin. 1. ita vt si quis consuetus sit iurare in opprobrium Domini nostri, & blasphemare, durius puniatur, quia tanto sunt graviora peccata, quanto diutius infælicem animam detinent alligatam, cap. fin. de consuet. Quinimo voluerunt Pet. & Cin. quos refert Bald. in l. 2. C. ad. l. Iul. Maiest. & in l. 2. C. de rebus credit. quod pœna capitis, quæ imponitur blasphemanti, per §. 1. in Auth. vt nõ luxu. hom. cõtra natu. habet locũ tan
30 tum † contra cõsuetos blasphemare, nõ autem contra eos, qui non sunt soliti, sed semel vel bis tantũ blasphemarunt, & sequitur Angel. de malefi. in §. verba cõrumeliosa, nu. 14. in fin. cũ seq. licet ad hoc vt consuetus diceretur blasphemare, oportet 1 probare, q̃
31 vltra binas, & trinas vices blasphemauerit, & castigatus sit, vt cõsuetudo inducta censeatur, vt inquit Salazar, in tract. de vsu & consuet. c. 5. n. 26. nam licet alias consuetudo ex bino actu inducatur ex l. 3. & ibi gl. C. de epis. audi.
32 nõ tamẽ quoad hoc vt quis dicat 1 cõsuetus blasphemare, secũdũ Tyb. Dec. in d. 2. to. de deli. li. 6. c. 5. n. 5. & ita põt intelligi. id, q̃ dicũt DD. quos remissiuè retuli in l. præcedẽti in gl. pen. dicẽtes, q̃ debebat quis pluries blasphemare vt puniretur de blasphemia, scilicet quod

quod loquuntur cum pro ea erat imponenda pœna mortis, vel vt quis tanquam cõsuetus blasphemare esset puniendus, non verò alias, prout post vidi intellectum per Bellonum, consil. 69. numer. 5. Ex quibus vides, consuetudinem hominis alicuius frequẽter iurantis temerariè, vel iuramenta fœda, & opprobriosa proferentis, vel quod ita in loco illo per alios idẽ solitum est fieri, non solum non excusare, verum & efficere, vt tales iurantes tanquam blasphemi puniantur, & iure optimo, nam hæc prana consuetudo, vel potius corruptela non solum non excusat, verum & nocet & aggrauat, quicquid aliud & male dixerit Salazar, vbi suprà, num. 27. & relati ab eo.

Ibi. *Por vida de Dios.* Sed nonne Dominus ipse dicit Numero. 14. viuo
33 ego, & appellatur etiam † Deus viuens Deuteron. capit. 5. dum dicitur, quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis? & Iosue. 3. dicitur, sciẽs quod Dominus Deus viuens. Quinimo per antiquos patres hoc erat speciale, & tremens iuramentum per hæc verba, viuit Dominus, quale fuit iuramentum Gedeonis. 8. dum inquit, viuit Dominus, quia si seruasseris eos, non vos occiderem. Sic etiam Ruth. 3. dicitur, quod Booz iurans Ruth, quod eam saluam faceret dixit. Ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus, dormi vsque mane, & 1. Reg. cap. 14. videns Saul quod sacrificio Dominus non mouebatur ad respondendum, putãs peccatum alicuius ex populo Israelitico esse in causa, sic iurauit dicens, viuit Dominus Saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morietur, & dicitur etiam de eodem Saule, cap. 19. placatus Saul voce Ionathæ iurauit dicens, viuit Dominus, quia non occi

detur. Sic etiam iurauit Dauid eo. lib. 1. Reg. ca. 26. & alibi sæpe, & in. ca. etsi Christus, de iure iur. & cap. & iurabũt 22. q. 1. videtur approbari hoc iuramẽtum, viuit Deus, ergo iurare per vitã Dei non videtur blasphemia, quomodo ergo lex nostra, vt blasphemum puniri iubet tale iuramentum faciẽtem. Et dicendum est cum Couar. in d. c. quanuis pactum. 1. part. §. 7. nu. 9. versi. sexto, ideo legẽ nostram hoc dispoſuisse, quia iuramentũ hoc per vitã
34 Dei, † nõ habet eundem sensum, quẽ habet illud, viuit Dominus, quia cum dicimus, per vitã Dei, nõ inuocamus simpliciter Deũ in testẽ, sed sunt verba execratoria, sicut quando dicimus per vitam patris mei, quibus verbis satis tempatris in pœnam vouemus, & adstringimus si non fiat, quod eo iuramento asserimus, vel negamus. Sic ergo qui per Dei vitã iurat, videtur adstringẽ Deũ ipsum pœnę, si nõ sequatur, vel verũ sit quod asserit. Itẽ per hæc verba videtur inferri, quod Dei vita finiri potest in pœnam, quod blasphemum est, ideò merito lex nostra disposuit, & iussit, vt blasphemum puniri iurantem per vitã Dei. Quicquid voluerit dicere Tyber. Decia. in. d. lib. 6. c. 2. num. 13. cum & ipse ibidem dixerit, quod si hæc verba execrandi animo, & iniuriandi dicerentur, esset blasphemia, nam cum hoc fateatur, & ex dictis per Couar. vt iam diximus animus hic deprehendatur, iustè lex nostra disposuit, proferentẽ hæc verba, per vitam Dei, vt blasphemum esse puiendum. Maximè cum generali-
35 ter verum sit, quod quicunque † in contemptum Dei profert aliqua verba dicitur blasphemare, iuxta illud Matthæi cap. 27. vbi Pharisæi videntes Christum crucifixum præterẽuntes mouebant capita sua, & dicebant, vah qui destruis templum Dei, vt hæc & alia refert Decianus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi sup. n. 10. & 12. Quare meo videri
eriã si lex nr̃a non adesset, proferẽs di
cta verba, esset, vt blasphem⁹ puniẽd⁹,
cõtra Decianũ, vbi sup. prout post hęc
scripta vidi etiã asserẽtem Soto, lib. 8.
de iustit. & iure, quæstione. 2. artic. 3.
pagin. 697. & iterum eod. lib. quæstio
ne. 1. artic. 6 sed an qui dixerit per vi-
36 tam sanctorum ꝛ Dei dicetur blaspheme
mare, crederem quòd sic, quia & tũc
militant rationes supradictæ, cum iu-
ratur per vitã Dei, & itidem Deus in
sanctis suis honoratur, iuxta illud, ni
mis honorati sunt amici tui Deus, er-
go à contrario si iuratur per eos irre-
uerenter, inhonoratur Deus & sic re
sultat in oppobrium eius, iuxta illud,
mirabilis est Dominus in sanctis eius,
& tũc talis punietur in medietate pœ
næ, vt in. l. 5. supra proxima diximus
in gl. *Ni pese*. Ex. l. 3. titu. 28 partit. 7. &
sic quòd sit blasphemia iurare per vi-
tam sanctorum Dei, nouissimè tenet
Ludouicus Lopez in. 1. parte sui Instru
ctorij conscientię titu. de blasphemis,
sub cap. 282. versic. postquam de mali-
tia pagin. 778.

Ibi, *No creo en la fe de Dios*, Hæc ver-
ba apposita fuerunt in supplicatione
illius capit. 69. Curiarum de Madrid
anni. 1528. ex quibus colligitur ca-
pitulum & eius responsionem de-
37 cidere & disponere, ꝛ vt asserebat
Couarru. vbi suprà, numero 8. versic.
vndecimo, contra Auend. cap. 5. per
totum, lib. 2. num. 16. aliud & malè di-
centem vt & in præcedente lege di-
ximus, & consequenter etiam cum
hæc verba, non credo in fidem Dei,
vt blasphema iustissimè punienda es-
se lex nostra disponit, sicut & crũt bla-
sphema si dicatur, non credo in Deũ,
imò si a falsa affirmationẽ aut ne-
gationẽ referãtur Apostasiæ crimẽ in
ducunt, vt optimè per Couaruu. dict.
§. 7. num. 9. versic. secundo vt ad alia
verba. Infero etiam ex dictis, quòd
cum per capit. 34. Curiarum de Ma-
drid anni. 1570. fuerit supplicatum
quòd iurans, sicut Deus est veritas,
Hispane, *Como Dios es verdad*, Vel si-
cut Deus est Deus, vel per virginita-
tem virginis Mariæ, vt blasphemus
puniretur, & responsum fuit, quòd
super his erat bene prouisum per pra-
gmaticas regias & capitula Curiarum,
infertur inquam, quòd capitulum
38 hoc etiam dispositiue ꝛ processit, cum
ad leges Regias se referat, quæ non
tantum iuramenta in eis expressa vt
blasphema puniunt, verum & om-
nia alia iuramenta in despectum Do
mini Dei nostri prolata, & inter talia,
quænàm potiùs, quam hæc censen-
dum est prohiberi? Quę ad execratio
nem magis Dei & Beatissimæ Virgi-
nis proferuntur, quàm vt in testes af-
ferantur. Et quæ res humana in terra
poterit esse tantę veritatis, sicut Deus
& Virginitas matris eius, & consequẽ
ter, vt inquit Soto, lib. 8. de iust. & iur.
quæst. 2. art. 3. pag. 698. col. 1. iuramẽta
hæc, sicuti Deus est Deus, vel sicut est
veritas, & sicut natus est ex Virgine
Maria, & similia, si blasphemię nõ sunt,
saltim proximè accedunt, quocirca
dum falsitas sic affimatur fœdissimũ
est periurium, blasphemiæ affine. Et
quando affirmatio veritatem pol'e-
ret, non tamen esset à blasphemia lon
ge distans: nam quamuis veritas, vt
aiunt philosophi, eo quòd adæquatio
est rei ad intellectũ, ac perinde in indi
uisibili cõsistens, nõ recipiat magis &
minus, tamen quia diuinæ veritates
ipsissimę sunt veritatũ omniũ fontes,
nõ sunt à nobis accessibiles, atq; ideò
insolentissima superbia est, tantã no
bis fidẽ arrogare, vt veritates caduces
nostras cum illis sempiternis cõsera-
mus, hæc Sotus vbi sup. Et sic ex lege
nostra & ex illis capitulis anni 1528. &
1570. intelligendũ est, Reges corã qui
bus fuerunt proposita voluisse eram

hæc

hæc iuramenta, vt blasphemiæ simi-
lia esse punienda, prout voluit Couar.
vbi suprà, dict. §. 7. nume. 9. versic. De-
cimo eodem iure: Quod ego intel-
ligerem verum nisi ex coniecturis ap
39 pareat ꝛ similitudinariè, non verò
eõparatiue esse talia iuramenta pro
lata, prout distinxit Medina, in sua in-
structi. fol. 76. pagin. 2. relatus & se-
cutus nouissimè per Ludouicum Lo-
pez in. 1. parte sui instructorij conscié
tiæ, cap. 51. versic. insuper aduertito,
pagin. 138. & iterum & latius in eod.
lib. cap. 282. versic. tertio de isto. pag.
778. vbi idem vult de illo, qui dicit vo
lens exaggerare verũ esse quod dicit,
aut enim, hoc ꝛ est Euangelium, vel
40 credi potest vt Euangelium, vel est
verum sicut Euangelium, licet ipse
Lopez, ibidem indistincte velit hoc
non esse blasphemiam, neque vt ta-
lem damnandam, eò quòd vult ipse
hæc dicentes dixisse animo persuadẽ-
di esse verum, quod dicunt similitudi-
narie, & consequenter nisi aliud con-
41 stet ita esse intelligendum, sed ve-
rius iudico cum Soto & Couarr. vbi
suprà, in dubio nisi aliud appareat cõ-
paratiue esse prolata, & non similitu
dinarie, & ideò nisi aliud probetur vt
blasphema esse punienda, multum ta
men proderit ad elidendam hanc ani
mi blasphemi coniecturam bona fa-
ma iurantis, & quòd nõ est consuetus
iurare, vt saltim de blasphemia nõ pu
niatur, si aliud in contrarium non pro
betur, scilicet, de animo malo iurantis
& proteruè affirmantis à se dictum es-
se verum sicut Deus est veritas, vel si-
cut Euangelium, vel esse Euange-
lium.

Ibi, *Y no ha poder en Dios*, Hæc blas-
phema sunt verba, cum Deo adima-
tur id quod suum est, scilicet, esse om-
nipotentem, abnegatur enim per ver
ba hæc potentia Dei, sicut per Italicè
dicta, non le por far Dio, vel non lo po
trebbe far Dio, cum potentia Dei sum
ma sit, & omnia possit, vt probatur
Genes. cap. 17. dum dicit ipse Deus ad
Abraham, Ego Dominus omnipotẽs,
& idem dicitur cap. 35. & Exodi cap.
15. Dominus quàsi vir pugnator om-
nipotens nomen eius, in quorum con
firmationem hæc & alia adducit Ty-
ber. Decianus, in dict. 2. romo. de de-
lict. lib. 6. cap. 2. num. 6. quæ cum noto
ria sint non indigent corroboratio-
ne: ipse tamen Decianus ibi hoc intel
ligit verum, quoties subiecta materia
foret de ijs, quæ potest Deus face-
re, secus si foret de ijs, quæ Deus face-
re nõ potest, vt quod facta infecta nõ
sint, quia tunc inquit ipse Decianus,
cum Alexan. consi. 15. volum. 3. quòd
non esset Blasphemia, contra Socin.
consi. 102. vol. 1. Sed quidquid ipse De
cianus dicat, tam in vno casu, quàm
in alio, est puniendus ea proferẽs tan-
quàm blasphemus, nam etiam si quis
dum verba talia profert (negando po-
tentiam Dei) verum dicat ꝛ & asserat
quis negare poterit esse irreuerenter
dicta, nullus quippe negabit, imò ipse
Decianus ibidem id fatetur, sed vt in
hoc titulo dictum remanet, & Decia.
ibidem num. 10. & 12. asserit & benè,
& per alios omnes assertũ est, si quid
opprobriosum, vel iniuriosum dica-
tur contra Deum est blasphemia, etiã
si dicatur super re vera, ergo & erit in
hoc nostro casu, in quo etiam cum ve
ritate negaretur Dei potentia cum ir-
reuerenter id sit dictum, & in contẽ-
ptum Dei, & ex tex. nostro probatur,
dum vt blasphemum dicit puniẽdum
proferentem iuramenta in contem-
ptum Dei, & sic sine dubio verius es-
se credo id quod Socin. in dict. consil.
102. volum. 1. asseruit contra Alexan.
& Decianum vbi suprà.

Ibi, *Deboro à Dios*, Verba hæc in la
tinũ versa idẽ sonãt, ꝙ deuoueo Deũ
42 ideſt maledico ꝛ Deũ, nam August. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstio.super Numeros cap.40.deuo
43 tare maledicere interpretatur † ex vulgi vsu,& interpretatione, vt Anathematizare apud Marcum capit. 14. Petrus cœpit Anathematizare,& iurare, quia non nouit hominem, iurauit enim Petrus per execrationē maledictionem sibi imprecatus, si nouisset hominem.Quod iuramētum grauissimum est, vt testis est Augusti. super Psalmo 7.illa autem oratio, voue Deo, non tam ad iramentum, quam ad expressum votum pertinet, quāobrem, cum hæc verba ad futurum aliquid referuntur, quod pollicemur voti formam,& speciem habet, ideoque tunc à voti materiam attinet,& inspiciendum est quid fuerit promissum.At si nihil promittatur futurum, sed velut iuratoria verba proferantur assertionis, aut negationis, inepissima locutio est, cum Deus in testem minime allegatur,ita Couarr. in dict. cap.quanuis pactum dict. 1. part. §. 7. num. 9. versi. septimo patet, & horren
44 dam † hanc esse blasphemiam testatur Tyber. Decian.in.d.cap.2. num.9. vbi refert Couarr.vbi suprà,& Meno. etiam sic dicentem, & Pet. Devbald. inter Decisio. Tho. Gram. decisi. 50. nume.6. nam vt inquit Hieronym.in cap.si igitur Michael.24.quæst.3.si Michael Archiangelus non fuit ausus diabolo, & certe maledictione dignissimo,iudiciū inferre blasphemiæ:quanto magis nos ab omni maledictione debemus esse puri ; & præsertim in Deum Saluatorem, & conseruatorē nostrum, & per quem benedicimur, & licet Felin proœmio decretali, numero.10 referat Bald.in consi.473. vol. 3. dicere,quod dicendo, *Malaictto sea Dio*, non indicatur blasphemia, tamen Bal. hoc non licit, & si diceret, male loqueretur, nā duplici de causa po-
45 test licibi blasphemia, † primo quia maledicendo putat Deum dignum blasphemia cum tamen summè sit bonus & dignus omni benedictione,ideo dicitur Paralip. 1.capit. 16. confitemini Domino quoniam bonus, & Psalm. 134.idem dicitur,& in Psalmo. 102. & alibi pluries, maledictio enim aufert timorē,& reuerentiam Deo debitam quia dicitur, Psalm. 134. in fin. qui timetis Dominum benedicite Domino,& ideò dicitur numerorum,capit. 24 qui benedixerit tibi, erit & ipse Benedictus,& qui maledixerit tibi in maledictione reputabitur; & sic prædicta conclusio, quod maledicere Deū
46 † sit blasphemia,videtur probari ex c. 24.Leuiti.ibi, cumque blasphemasset nomen Domini,& maledixisset ei:& parum infrà , clarius exprimitur per hæc verba,homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur:& licet ex his videatur intelligi, quod maius sit peccatum blasphemare nomen Domini, quam maledicere Domino, idque cum perpendisset,& sibi durum visum esset Augustinus,super Leuit.quæst.87. ita vt aliter soluere difficultatem non posset, dixit,obscurum esse: tamen quia Augustinus in suo text. loco copulæ habuit aduersatiuam, autem , erat enim in suo sic scriptum,homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suū, qui autem blasphemauerit nomē Domini morte moriatur:& dictio illa, autem,aduersatiua aduersabatur præcedenti, ita vt necessario intelligendum erat,quod ista duo delicta essent diuersa,& ideò Augusti.dicebat,quod si non esset illa aduersatiua,autem,potuisset saluari,quod idem esset peccatum maledictio , & blasphemia , sed quod repetijt Deus,vt denotaret blasphemum non modo portaturū peccatum suum in alio seculo, cū quo æterno igne cruciabitur in inferno , sed quod est tantum scelus, vt etiam hoc

sæculo morte puniatur, & sic Augusti. dicebat,& dabat hunc intellectū propter aduersatiuam illam, autem, quā cum nos non habeamus, sed eius loco copulam , tenenda est Augustini concordia,quod scilicet per copulam illam , etiam, repetierit idem ad denotandam atrocitatem blasphemiæ, idque comprobatur, quia cum supra dixisset , quod ille homo Israelita ex AEgyptio natus maledixerat, & blasphemauerat subdit,quod Deus interrogatus à Moyse, quid sibi de eo agendum esset,respondit,educ blasphemū extra castra , quod hoc solo nomine
49 blasphemi nominat eum , qui etiam blasphemauerat,& maledixerat,quasi quod eo nomine vtrumque comprehenderetur. Ex quibus manifestū fit, maledicentem Deo blasphemum esse , cum ex hac etiam maledictione attribuatur Deo , quod non habet, scilicet passio , & pœnā maledictionis , quasi esset creatura , cui pœnas precamur à Deo , cum tamen ipse sit impassibilis , & non subiectus ijs execrationibus,& pœnis , vt etiam sentit Boeri decisio. 301. & præterea nostri communiter tenent, maledictionem
47 à blasphemia † quoad Deum nihil differre,vt per Socin.consi. 32. numer.6. volum.1.& Lucam de Penna,in.l.omnes.C.de delatori.lib.10. & eund.Socin.consi 119.nu.2.volum.4.& Grammatidecisio.Neapoli.50.num.7.9. & 10.idque sine dubio est , cum ad Deū & sanctos eius maledictio dirigitur, nam tunc idem est quod blasphemia, quod secus si ad homines dirigeretur, nam tunc differt à maledictione blasphemia, quia communis vsus loquen
48 di non admittit, quod maledictio † in homines dicatur esse blasphemia, vt per Bossium,in titul. de Inquisitione,post numerum.131.&per Clarum in libr. 5. sententr. §. blasphemia, numero. 1.& ideò secundum eum ibi in eum , qui aliquod malum imprecatur alteri non habet locum pœna blasphemiæ.

Ibi. *Iuramentos malos y feos.* Quæ non solum blasphemiam inducere asserendum est, cum in opprobrium, conuitium,contumeliam, vel maledictum in Deum, vel sanctos eius proferuntur,vt communem testatur Angel.relatus,& sequutus per Clarum,in dict. num.1.& Couar.in dict. cap. quanuis pactum.1.part.§.7.num.8.& probatur ex his verbis,&sequētibus nostri text. verum etiam si talia iuramenta scelerata sint,hæresim † sapere testatur Iaso.
49 in.l.3.§.iurari.ff.de iure iurand. quem refert,& sequitur Simanc.de Instit.Catholi.titu.50.de præsumptio.num.30. prout sunt illa , quibus iuratur per caput Dei,per capillos,vel pedes,nam talia iuramenta cum ad diuinam personam referantur , & ad naturam diui-
50 nam,† blasphemia est directa,& Theologice sumpta,vt probatur ex text.in Auth.vt non luxu. homi. contra nat. & in cap.si quis per capillum.22.quæs. 1.vbi dicitur , quod si quis per capillū Dei,vel caput iurauerit , vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit,si in Ecclesiastico ordine , deponatur, si laicus Anathematizetur. Et sic dicit ibi Archidi. quod ideò prohibemur iurare per capillum Dei,caput,& huiusmodi,ne diuinam naturam , huiusmodi membra habere credamus, si cut quidam hæretici id falso credidērūt,qui dicebāt Antropormophitę, vt.c.quidam autem.de hæreti. versic. Antropormophitæ , & huius hæresis primū fuisse authorē asserebatur Tertullianum, quem hac de re excusasse Augusti.lib.de hæresi.cap. 86. testatur Castro , de hæresi. libr.4 verbo Deus hæresi. 2. vbi ipse inquit , quod cum Beatus Augusti. Tertullianum in hoc excusauerit, non vult ipse Castro aduersus ipsum Tertullianum seuerior

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse iudex, latè tamen prosequitur cõtra hos hæreticos Antropomorphitas, qui falsò credebant Deum habere membra. Et ideò per membra, vel corpus Dei iurãs, cum ad diuinam naturam sit referendum † hoc iuramentum, vt inquit Albertin. de agnos. assertio. Catholi. quæst. 27. num. 16. 19. &. 31. & hæresim sapiat suspectus de hæresi † haberi potest, & puniri inspecta conditione personæ, & circunstantia rerum, & consuetudinis iurandi, prout in proposito inspiciendum esse asserit Simancas, de hære. titu. 50. nu. 31. & nouissimè etiam † de iurãte per corpus Dei, fundat latè Anto. Thesau. in decisiõ. Pedam. 241. etiam si Ludouicus Lopez, in suo Instructo. Consci. cap. 51. pagin. 138. & cap. 282. pag. 778. parte. 1. aliud velit, & sic per membra Dei iurans, cum Deus membra non habeat, tanquam suspectus, & tanquã grauiter, & scelerate blasphemans puniẽdus est, cum ad naturam diuinam, vt dictum est, hæ referendæ sint blasphemiæ, vt & tradit nouissimè Tyber. Decian. in dict. 2. tomo de delict. cap. 2. num. 13. post medium, & Inquisitores possunt † contra eum procedere, secundum Alberti. in dict. quæstio. 27. num. 35. 36. & 37. & sic isto modo possunt intelligi verba hæc, *Iuramentos malos*, de quibus in hac glossa. Et itidem possunt verificari, & intelligi, quoties quis iurat per membra † pudibunda Christi, prout ex sequentibus verbis nostri text. ibi *Feos*, colligitur, sicut & voluit intelligere, & declarate text. in dict. cap. si quis per capillum, Alberti. in dict. num. 16. cum seq. iurare enim per membra pudibunda Christi, Beatissimę Mariæ matris eius ac Dominę nostræ, vel sanctorum, blasphemia est † secundum Bald. in. l. accusationem colum. 3. C. qui accusar. non poss. vbi & dicit, quod est hæresis species, quẽ ad hoc refert Alberti. vbi supra, nu. 33. & Decianus, vbi suprà, nume. 11. referens Porcellinum dicentem hæresim sapere talia iuramenta, † prout in principio huius glossi. diximus ex Iaf. in. d. §. iurari, nam licet Christus veram naturam humanam habuerit, contra Cerdonem & Manichæos falso aliud dicentes, vt per Castro, de hæresi. lib. 4. §. Christus, hæresi. 2. ex hoc etiam falsa isti hæretici introducere volentes contemptus imaginum, metuebant enim imaginis Domini vsu errores suos confundendos, vt colligitur ex. ca. omnis. §. quoniã. 21. q. 4. vbi pro verbo † imaginarias scripturas legẽdũ est imaginũ picturas, siue imaginarias picturas, ex capit. 16. septimæ Synodi vniuersalis, & ex Iuone Carnoten. parte. 5. cap. 337. vt plenior sit literæ intellectus, quem glossi. ibi verbo imaginarias, non bene intellexit, nec à Doctoribus est animaduersum. Et sic (vt ad incepta reuertamus) habuit Christus corpus, & membra, vt cæteri homines, tamen propter irreuerentiam & inhonestam loquutionem dicitur blasphemia hæresim sapiens, vt dictũ remanet, sicut quoties iuratur per capillos, vel membra † Dei, cõsiderando diuinam naturam, quæ etiam est in Christo, quia & Deus est, aduersus Ebionem, & alios hæreticos, qui negabant Christum fuisse Deum. Et sic verba nostri text. refutantia iuramenta hæc mala, & fœda verificantur istis duobus modis, & sic miror valde Didac. à Couarr. qui in capi. quanuis pactum parte. 1. §. 1. num. 6 affirmare voluerit, non esse talem iurantẽ, vt blasphemum puniendum.

Ibi. *Ni jure por otro ninguno de los miẽbros santissimos de nuestro Señor*. Verba hæc distinguuntur à supra proximis in hoc, quod referendo verba hæc ad naturam humanam Domini nostri Iesu Christi, prout referenda sunt, quia diuina natura membra non habet, verba hæc de membris Christi non pudibundis intelligenda sunt, & sic habes hic text. probantem, quod neque per honesta † Christi membra licet iurare, & sic patet indistincte prohibitũ esse iurare per membra Dei, quia est blasphemia de hæresi suspecta, quia Deus membris caret attenta diuina natura, itidem neque per mẽbra Christi iurare licet, quia est irreuerentia, & hoc procedit, siue affirmando, siue detestando hæc fiant, vt tenet Alberti. contra Hosti. in dict. quæst. 27. nu. 32. quia semper est blasphemia, vt dictũ est, & ex text. nostro probatur. Et consequenter est hic text. expressus contra Couarr. in dict. num. 6. qui circa hæc dubius, & non se affirmans loquitur, licet tandem ad nostram se referat legem, quæ quidem ist hæc clarissimè probat, nam cum antea in verbis præcedentibus loquuta sit de malis & fœdis iuramentis, nunc materiã hanc iuramentorum prosequendo inquit, quod neque per aliud membrũ Domini nostri iuretur, ibi, *Ningũ otro*, repetitiua est enim dictio illa, *Otro*, & cum distingui debeat, à supradictis iuramentis fœdis & malis, necessario fatẽdum est in ijs verbis, *Ni jure por otro ninguno*, de alijs iuramentis loqui, quæ licet apparenter fœda non sint, sunt iurare tamen prohibita, ita vt quanuis per membra honesta Christi iuretur, iurans vt blasphemus puniendus est, eò quod irreuerenter nominat Christi membra, & quoddam exquisito modo iurandi diuidunt ipsum Christum, quasi membratim, vt inquit Alberti. d. quæst. 27. num. 16. vbi num. 31. ex hoc inquit, quod iurare per Christum absolute, qui Deus est, quam per partes Corporis Christi ipsius, honestius est, & tunc non detestãdo, sed affirmãdo id liceret. Ex quibus habes satis elucidata verba nostræ legis, & insuper reprobatũ quorundã morẽ iurantiũ per corpus Dei, Hispanè, *Por el cuerpo de Dios*, Nam & tale iuramentum blasphemię attribui potest, eò quod sic iurando iuratur per multa membra, & attribuit Deo, sic iurans membra humana, quæ non habet, & consequenter denotat in eo quandam imperfectionem, scilicet habere membra, quæ non habet, & sic blasphemia † reputatur, vt voluit Alberti. d. quæst. 27. num. 30. in fine, & supradictum remanet, ad quod debet multum aduerti, vt exterminetur, & euitetur ab omnibus iuramentum hoc, per corpus Dei, nam cum ad diuinam naturam, vt dictum est, sit referendum, resultat ex eo dicta blasphemiæ suspicio, quæ in iurante per membra Dei datur omnino, & vera blasphemia reputatur. Et sic inquit Meno. de arbitra. casu. 375. num. 17. & 18. Quod si quis per Corpus Christi, vel Virginis † Mariæ irreuerẽter iurasset, puniendus est. Ex quibus oportet lege caueri sub pœna nè quis iuraret per corpus Dei, vel Christi, vel eius matris, prout iuratur quotidie per aliquos etiam cum irreuerentia, qui puniendi essent, vt abusus hic iurandi exploderetur. Inquit tamen Bossius relatus, & reprobatus per Tyber. Decian. in dict. cap. 2. num. 14. in fine, nõ puniri iam pœna mortis hæc iuramẽta † fœda & mala proferens, & ex lege nostra particularem pœnam imponẽtem, sic videmus approbatum. † Alio & vltimo modo fit blasphemia, facto scilicet, nam præcedentes blasphemię in verbis consistunt, & sic de ea, quæ fit facto dicendum est aliquid, & hæc committitur, quoties quis imagines Dei, Virginis, † vel sanctorum lædit quoquo modo violans impijs manibus spurcando, fœdando, vel oblitterãdo, aut frãgẽdo talis enim grauiter puniendus est, secundum delicti qualitatem animum, & locum & conditionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem delinquentis, nam si is, qui imagines, & statuas Principis † fœdauit,
65 dehonestauitque grauiter puniendus est. l. non contrahitur cum. l. sequenti, &. l. famosi. ff. ad. l. Iul. Maiest. l. capitalium. §. ad statuas. ff. de pœnis, vt quondam Athenis fuisse factũ testatur Plutarchus, in vita Alcibiadis, vbi perditi quidam iuuenes statuas omnes Mercurij deturbauerunt ob quod grandes luerunt pœnas: & de illo Iudæo impio relato per Ancha. consil. 15. qui è specula conieccerat immunditias, & deturpauerat crucem quam clericus deferebat, cum
66 Deo preces porrigerẽtur, & hũc mor te puniendum rectè cõsuluit Anchia, & cum eo Pau. Grilland. relati, & sequuti per Meno. vbi suprà, casu. 376. numer. 4. & non multis leucis ab hac nostra ciuitate Placentina distat populus quidam vbi adsunt reliquiæ sanctissimæ Crucis à Iudæis quibusdam conculcatę, & lapidatæ, ob quod ipsi morte ignominiosa iustissime puniti fuerunt. Et Decian. in dict. cap. 2. numer. 15. refert se, dum esset scholaris Vtini vidisse cruces demersas in flumen, columnas Ianuarum Ecclesiæ Diuæ Mariæ gratiarum fractas, & contusas, & multa simlia nefanda dictu, neque tamen authores vnquam indicati sunt, sed Deus omnipotens eadem nocte in auditam vim grandinis pluit in ciuitatem illam. & ego retuli alia in. l. 3. num. 6. cum sequẽtibus titu. 1. lib. 1. suprà, imò & inquit Ana. in cap. 2. de maledi. num. 9. quod spoliantes Ecclesias dicuntur etiam blas-
67 phemare, † & ideò tanquam tales puniendi, & Alexan. in consil. 233. num. 6. volu. 6. inquit, quod Iudæi abradẽtes in Biblijs verba, quæ possunt Chri-
68 sto † conuenire, dicuntur blasphemare, prout hæc & alia refert Decianus in dict. cap. 2. num. 15. & 16. vbi refert
69 de quodam scelerato † homine, & iniquissimo, qui dum ludendo pecunias amitteret, imaginem Christi pugione transfigens dixit, vtinam Christe potuissem te ita in vtero matris tuæ transfigere. Quibus verbis, & facto tam horrendo adeò iram Dei prouocauit, vt ex illa imagine, & scissura per pugionem facta sanguis viuus miraculosè effluxerit, & sceleratus ille domus suæ propriæ ruina oppressus in infernum condignas pœnas luiturus coniectus fuerit, vt refert Casan. consi. 1. num. 69. & Meno. d. casu. 376. Quinimo quanuis mala absit intentio, attamen ex facto iniurioso contra imagines puniri † quis debet, vt
70 dicitur in cap. 2. de offic. Ordin. in. 6. de illis canonicis, qui vt vlciscerentur iniurias sibi à Diœcesanis illatas, ponebant crucem, & imagines venerãdas inter vrticas, & spinas. Et ego vidi puniri quendã, qui cum cũ aduersario dĩ gladiaretur, cepit ensem aduersarij, quocum iurgabat, & ad frangendum eum percussit pluries in pedem cuiusdam crucis lapideæ, vbi in alto crucis erat depicta imago saluatoris nostri, & beatissimæ suæ matris, & etiam si iratus ob inimici sui controuersiam, & quæstionem adhuc punitus fuit, etiam si præter intentionem percutiendi crucem, & pedem eius id fecit, & iustè quidem, nam præuidere debuit.

Lex Septima, Finalis nostri Tituli.

Summarium.

Quibus in casibus blasphemi sunt ad triremes mittendi, & condemnandi declarat lex nostra, in declarationem legum præcedentium.

Ibi.

TIT. *Mandamos*, Primus hic casus vsque ad versiculum, *Y que assi mismo*, excludit respicit hæc lex blasphemias. l. 1. & 2. supra. illo tit. ab illo vero versiculo, *Y que assi mismo*, respicit blasphemias a lege. 5. & 6. præcedentibus designatas quod clare ex cõtextura nostræ legis colligitur cum in prima eius dispositione respexerit blasphemias hæreticales de quibus in. d. l. 1. & 2. disponitur, vbi pro prima vice erat amputanda lingua. In secunda vero dispositione nostri text. in illo versi. *Y que assi mismo*, respicit lex nostra blasphemias nõ hæreticales in d. l. 5. & 6. expresse descriptas, in quibus pro tertia vice lex illa. 5. pœnam amputationis linguæ imponit vltra alias pœnas ibi descriptas, vt & diximus in dict. l. 1. & 2. & hæc pro declaratione huius tituli sufficiant.

TITVLO. V. DE LOS Descomulgados.

Et cum superiori titulo dictum sit de blasphemis, & hæreticis, & eorum pœnis, quorum excommunicatio est pœna, ideo sequitur titulus hic de excommunicatis.

SVMMARIA.

Obedientia est virtus generalis & specialis. num. 1.
Medium datur inter superfluum, & diminutum, num. 2.
Obedientia omitti non debet illud, quod quis ex necessitate facere debet. nu. 3.
Obedientia sola fidei meritum possidet, nu. 4. & nu. 5. alia de ea.
Obedientia melior est, quàm victima, nu. 6.
Nihil difficilius quàm vincere seipsum. n. 7.
Obedientia nonem comites seu conditiones habere debet, num. 8.
Obedientia tamen, quam inferiores debent superioribus in tribus consistit, nu. 9.
Obediendum est superiori in licitis & honestis & non cum peccato. nu. 10.
Prælatus debet esse promptus in puniendo in obedientiam subditorum. nu. 11.
Authores errantes in denegãdo obedientiam superioribus. nu. 12.
Ecclesia potest condere leges & statuta, quæ non sint expressa in sacris literis. nu. 13.
Excõmunicatio improprie dicitur sententia, nu. 14. sed potius potest dici pœna num. 15.
Sententia quæcunque an exigat scripturam. num. 16.
Excommunicatio quãuis non redigatur in scripis valet & ligat. num. 17.
Excommunicatio propriè dicitur cẽsura. nu. 18. & censuræ appellatione propriè & stricte continetur excommunicatio. num. 19. non tamen censuræ appellatione cõtinetur depositio & degradatio. nu. 20.
Clausula bullarum, contradictores omnes Ecclesiastica censura compellendo, quod importet. 21. & quid possit punire delegatus virtute huius clausulæ, num. 22. & nu. 23. remissiue de materia illius clausulæ.
Generalius sumendo verbum censura, quid sit. num. 24. & à quo dicatur. nu. 29.
Excommunicationis diffinitio. nu. 30.
Excommunicare an possint, qui non possunt statuere vel facere ius. nu. 31.
Iudex aliquando profert sententiam excommunicationis contra contumaces, vel propter offensam præteritam vel futuram, quæ ipse fertur. num. 32.
Excommunicatio fertur ob contumaciam, n. 33. quæ contumacia quadrupliciter potest commit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

committi.nu.34.
Contumaciam quamcumque minimam dignam esse excommunicatione.nu.35.
Monitio siue citatio non requiritur quando excommunicatio à iure profertur. nu.36. & 38.
Casus vbi à iure infligitur excommunicatio. num.37.
Excommunicare non potest vniuersitas seu collegium.num.39.
Excommunicatio in hominem Christianum ferenda est.num.40.
Excommunicationem quærere an sit inter latinos nomen antiquum superstuum est. nume.41. & .42.
Excõmunicatus relinquitur diabolo tãquam lupo. nu.43.
Excommunicatio adumbrata fuit in ejectione à Paradiso. num.44. & 47.
Disciplina ejiciendi contumaces etiam Gentilibus verum Deum non colentibus placuit.nu.46.
Iure etiã ciuili Romanorũ interdictio aquæ, & ignis siebat.nu.47.
Abstentor appellat excommunicatos Beatus Cyprianus.nu.48.
Christus caput est Ecclesiæ.nu.49.
Excommunicatione defendit Ecclesia libertatẽ suam, & censuris, quas eius caput Christus instituit. num.50.
Excommunicationem fieri authoritate Christi.nu.51.
Excommunicatio an sit de iure diuino.n.52.
Episcopus non dispensare potest cum aliquo, vt communicet cum excõmunicato. n.53.
Excommunicationem esse animabus Christianis medicinalem.nu.54. & quare.nu.57.
Imperator Theodosius ab Ambrosio Episcopo fuit excommunicatus.nu. 55.
Damnatur pessimus Lutherus.nu.56.
Excommunicatio lethalis est indurato corde eam contemnenti.nu.58.
Gabrielem caute legendum esse in quodam sui operis loco. num.59.
Christianus nihil magis debet timere quam separari à corpore Christi.nu.60.
Sententia pastoris iusta siue iniusta timenda est.nu.61.nisi vt nu.62.& nu.63.64.65. 66.67. vsque ad.72. exclusiue.
Faciens contra conscientiam etiam erroneam peccat.nu.68.
Declaratur doctrina Gregorij dicentis bonæ mentis esse trepidare.nu.69.70.&.71.
Dilio, quid, est repetitina similium.nu.72.
Excommunicationis sententia lata sub conditione tenet.nu.73.
Excommunicatio si est sententia, an erit interlocutoria, siue definitiua.num.74.&.75.
Excõmunicatio improprie dicitur sententia. num.76.
Anima cunctis rebus præferenda est.n.77.& eius pretiositas colligitur.nu.78.
Filius si ingreditur monasterium purgat eam famam ob quam de iure poterat exhæredari, nu.79. vbi idem in patre quoad filium.
Filius licẽte iure ciuili patre nolente testari non poterat pro anima tamẽ sic. nu. 80.
Animæ fauore verba debent capi in latiori significato.nu.81.
Excõmunicatione nulla maior, vel acerbior pœna in Ecclesia inuenitur.nu. 82.
Excommunicatus de familia Dei, in familiã diaboli transit.nu.83.
Excõmunicatio est etiã pœna interna contra Lutherũ, & glossam quãdã.nu.84.& 85.
Excommunicatio aliquibus bonis spiritualibus an priuet.num.86.
Excommunicationem non nisi pro culpa gravi irrogandam.nu.87.
Excõmunicationis plures effectus remissiue, num.88.
Potestatem spiritualem in Ecclesia duplicem esse.nu.89.& num.90.&.91. quæ sint hæ & quales.
Potestatem iurisdictionis duplicem esse, sicut duplex est forum.nu.92.
Episcopi an omnem iurisdictionis potestatem à Deo immediate acceperint.nu.93.
Potestatem clauiũ, siue ligandi, siue absoluẽdi in foro interiori inducciariam esse. nume. 94. vbi per antonomasiam ad ordinem pertinere, & nu.95.
Potestatem legandi atque soluendi in foro interiori iuris esse diuini.nu. 96.
Omnia, quæ ad politicam Ecclesiæ gubernationem pertinent in Papa ceu in fonte residunt, & ab eo immediate ad alios deriuantur.nu. 97.
Apostolis licet omnis potestas tã ordinis quã iurisdictionis immediate à Christo tradita sit sub Petro, tamẽ eorũ, & totius Ecclesiæ Principe.n.98. & si abipso Petro Clauiũ potestas in alios deriuatur.nu.99.&.100.
Episcopi iurisdictionem à Summo Pontifice eam immediate accipiunt. num.101.
Episcopos, quo sensu Apostolorum successores dicamus.nu.102.
Nemo continet Ecclesiastica vincula.n.103.

Damnan-

Damnantur duo grauissimi errores Vuiclef. num. 104.
Prælatis competit ferre spirituales censuras fori exterioris.nu. 105. vbi alia.
Inferiores prælati an possint has proferre censuras.nu. 106.
Iudex quilibet Ecclesiasticus, an possit excommunicationes ferre.numero. 107. vbi de Abbatib⁹, vel alijs ex priuilegio aut cõsuetudine habentibus iurisdictionem.numero. 108.
Excommunicantem an sit necesse esse de sacro ordine.nu. 109.
Omnes Episcopi & prælati ex proprio officio authoritatem habent excõmunicandi suos subditos generaliter, vt in tota Ecclesia sint excommunicati. nu. 110.
Parochiales ex officio non habent potestatem excommunicandi.nu. 111.
Nullus suspensus, vel excommunicatus maiori excommunicatione potest excommunicare.nu. 112.
Suspensio potest fieri à iurisdictione, sicut ab ordine vel ab vtroque.nu. 113.
Excommunicatio an valeat probata à iudice excõmunicato si ignoratur num sit excommunicatus.nu. 114.
Arbitri à partibus electi, an excommunicare possint.nu. 115. arbitri verò iuris possunt; num. 116.
Præscriptione an possit adquiri potestas excõmunicandi.nu. 117.
Absoluere is potest, qui & excommunicare, nu. 118.
Archiepiscopus absoluit vbi habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum. nu. 119. & numer. 144.
Episcopus absoluere potest ab excommunicatione eum, quem prælatus inferior excommunicauit.num. 220. quod declarabit infra.nu. 143.
Absolutio debet obtineri ab omnibus illis, qui excommunicarunt.num. 121. sufficit tamen vna absolutio, vel quod omnes alij committant vni eorum absolutionem.numer. 122.
Delegatus à Papa excommunicans aliquem absoluit.nu. 123. nisi vt ibi.
Declaratur text. in cap. ad hæc de sentent. excommu.nu. 124.
Delegatus à Papa licet possit absoluere excõmunicatum ab alio, tamen de stylo remittit absolutionem ad excommunicatorem, nume. 125.
Delegatus à Papa si non habet speciale mandatum non potest absoluere excommunicatos à Papa, vel à Papæ delegatis. numero. 126.
Episcopus non debet sine conscientia inferioris excommunicatoris absoluere excommunicatum, sed si absolueret tenebit absolutio num. 127.
Papa etiam & eius legatus de stylo solent remittere excommunicatum, vt absoluatur ab excommunicatore. nu. 128. licet hoc nõ sit de necessitate, sed ex benignitate, vel stylo. num. 129.
Excommunicatus etiam iniuste ab ipso excommunicatore debet absolui. numero, 130.
Intelligitur regula. l. postea quam. ff. de re iudi. & similium. nu. 131.
Intelligitur regula quod iniustus excommunicator non potest absoluere. numero. 132. & .133.
Iudex ad quem, etiã remittit absoluendũ ad Iudicem excommunicatorem. nu. 134. nisi vt ibi & nu. 135. & n. 136. aliomodo ampliatur conclusio.
Excommunicatoris successor potest absoluere excommunicatum à suo prædecessore. nu. 137. & nu. 138. ampliatur etiam ad successorem delegati.
Absoluit excommunicatum ab alio ille, qui habet eandem seu pleniorem iurisdictionẽ, num. 134. putà in Papa, numer. 140. & in Numero. 167. vel episcopus in lata à suo Archidiacono, vel alio sub eo iurisdictionẽ habente, numer. 141. licet cum excommunicatoris conscientia episcopus id facit. numer. 143.
Episcopus comparatur defensori ciuitatis, numero. 142.
Archiepiscopus quando absoluat subditos suffraganeorum. nume. 144. & .145. & numer. 158.
Generalis ordinum absoluit excommunicatum à suis subditis Monachis. nu. 146.
Delegans potest absoluere excommunicatũ à suo delegato. numero. 147. vbi numero. 148. idem in subdelegante respectu sui subdelegati.
Capitulum sede vacante absoluit excommunicatum ab episcopo suo. nu. 149.
Ob mortis periculum absoluit non excommunicans. nume. 150. & nume. 152. idem in alio impedimento legitimo, dum tamen vt nu. 151. cessante periculo, vel impedimẽto adeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

adeat excommunicatorem absolutus, & nu.153.& 154. ampliatur.
Paupertatis impedimentum sufficiens est, vt excommunicatus absoluatur ab alio quam excommunicatore.nu.155.& 156.
Excõmunicans si est negligens in absoluendo ab alio potest quis absolui.nu.157.
Consuetudo etiam multum operatur, vt quis absoluatur ab alio quã ab excõmunicante nu.159.& nu.160. idem ex vi priuilegij.
Excommunicator, si non es sacerdos absoluit alius retenta opinione dicendum excommunicatorem non sacerdotem absoluere nõ posse, vt num.161.& 162.
Absolutio ad cautelam etiam alius quam excommunicator facit.nu.163.
Papæ sententiam excommunicationis latæ per alium confirmanti pertinet absolutio, nu.164.& 165.
Absoluit alius quam excommunicator ab excommunicatione generali lata à prælato pura contra ludentes ad Azard.nu. 166.
Absoluit alius quam excommunicator ex delegatione Papæ. nu. 168. quia vt ibi hæc potestas delegabilis est.
Absolutionem à minori excommunicatione quilibet sacerdos parrochialis concedit. nu mer. 169.
Absoluit alius quam excommunicator ab excommunicatione latà à canone.nu.170. nisi vt ibi.
Mortui excommunicari, vel absolui non potest.nu.171.
Hæreticus post mortem potest declarari excõmunicatus.nu.172.& 173. reprobatur quædam glos. & Panor. circa hoc. Vbi & an absolui quis possit post mortem, & nu. 174. idem prosequitur.
Dictio, persona, masculum, & fœminam, complectitur.nu.175.
Persona dicitur rationabilis creatura, & ideo nondum natus non est excommunicandus nu.176.
Excommunicari, vt quis possit quæ requirantur in excommunicando.nu.177.
Masculus sine fœmina habens diffat qualitates excommunicari potest.nu.178.
Persona non vera, sed ficta excõmunicari nõ potest.numero.179.& 180. infertur ad ea capitula, & collegia, quia non est persona nisi vt numer. 181.& numero.182. prosequitur.
Capitulum si per literas cogatur ad receptionem alicuius singuli de capitulo tenentur, nume.183.& num.184. declaratur.
Excommunicatio lata contra vniuersitatem est nulla, nume.185. & ideo non tota vniuersitas, sed duo aut tres excommunicantur, & nu.186. an postea venientes essent excommunicati si valeret excommunicatio in vniuersitatem aut collegium.
Persona irrationalis excommunicari non potest num.187.& 188. ad animalia bruta infertur an excõmunicari possint.
Infideles excommunicari non possunt. numero.189. indirecte vero possunt. numero.190.
Infans furiosus, & mente captus excommunicari non possunt.nu.191.
Monitio debet præcedere ad proferendam denuntiationem excommunicationis. num. 192.& nn. 193. an debeat esse personalis monitio hæc.
Monitio hæc requiritur etiam si pars consentiat, vt excommunicetur sine monitione.nu.194.
Monitio dicta personalis non requiritur in 4. casibus positis.nume. 195. cum sequentibus.
Monitio hæc an debeat esse trina, vt excommunicatio detur.nu.201. & 202. nisi inlata à canone.nu.203.
Monitionem præcessisse, an sufficiat probari per literas denũtiatorias, vel omnino probandam est.nu.204.
Monitio an præsumatur post decennium.numer.205.
Excommunicatio an probetur per petitionem absolutionis, vel exceptionem eius.numero.206.
Episcopi possunt statuere quod existentes in excommunicatione per mensem soluantur decem.nume.207.
Lex vestra tanquã statuta super materia spirituali, an valeat.nu.208.
Persistens in excommunicatione per multum tempus si absolutus tandẽ est an possit post absolutionem talem puniri.nu.209.
Pauper si non soluit, an excusetur à legis nostræ pœna.nu.210.
Dies triginta nostri text. debent esse cõtinui, nu.211.
De excõmunicationis contẽptu plures quæstiones remissiuè.nu.212.
Excõmunicatus existens per annum in excõmunicatione an sit suspectus de hæresi.numer.213.
Excommunicatio, an ferenda in eum quem scitur non emendaturum.num.214.
Prælatus excommunicans si est etiam executor, an capiat etiam executoris partem num.215.
Duo iura si cõcurrunt in persona vnius censetur concurrere in personis duorum.numer. 216.
Emere quis potest, & vendere sibi ipsi repræsentando duas personas.nu.217.
Absolui debet soluens debitum licet pœnam nostræ legis non solnat.nu.218.

Lex prima.

Summarium.

Excommunicati si per mensem, vel amplius steterint in excommunicatione puniuntur pœnis nostræ legis. Et quodlibet verbum legis huius est plenum doctrina & vtilitate, ideò quasi omnia eius verba commentabimus.

1 IBI. *Vida espiritual es la obediencia.* Est enim obedientia virtus † generalis, & specialis, vt per S. Th. 2. 2. q. 104. articu. 2. si enim sumatur large pro executione cuiuscũque, quod potest cadere sub præcepto, & inobedientia pro omissione eius ex qualicunque intẽtione fit, sic obediẽtia est generalis virtus, & inobedientia est generale peccatum. Si autem accipiatur obedientia propriè, secundum quod respicit per intentionem formalem rationẽ præcepti, sic erit virtus specialis, & secundum hoc ad obedientiam requiritur, quod impleat quis actum iustitiæ, vel alterius virtutis, intendens implere præceptum. Et ad inobediẽtiam speciale peccatum ei contrarium requireretur, quod actualiter contemnat præceptum, nihil enim prohibet duas speciales rationes, ad quas duæ speciales virtutes respiciũt in vno, & eodẽ materiali obiecto, id est actu cõcurrere, sicut miles defendens Castrum Regis implet opus fortitudinis, non refugiens mortis pericula propter bonum, & opus iustitiæ debitum seruitiũ Domino suo reddens. Sic & ratio præcepti, quam attendit obedientia concurrit cum actibus duarum virtutum, non est tamen de omnibus virtutum actibus, quia non omnes actus virtutũ sunt in præcepto, & quædam alia cadunt sub præcepto, quæ ad nullam aliam virtutem pertinent, vt patet in ijs, quæ non sunt mala nisi quia prohibita. Quòd autem obedientia sit virtus specialis probatur, secundum S. Tho. vbi suprà, omnia opera bona, quæ habent specialem rationem laudis, habent specialem rationem virtutis, hoc enim competit virtuti, vt opus eius reddat bonum, vt ex eius diffinitione patet, obedire autem superioribus debitum est, secundum ordinem diuinitus datum, qui statuit inferiora subijci, & regi per superiora, vnde & per consequens est bonum, cum bonum consistat in specie modo & ordine, secundum Augustin. in lib. de natu. bon. cum autem inferiores superioribus multa debeãt exhibere, inter cætera hoc est vnum speciale, quod tenentur eius præceptis obedire, & sic patet quod obediẽtia est specialis virtus, & eius speciale obiectum est præceptum tacitum, vel expressum, voluntas enim superioris quocunque modo innotescat, est quoddam præceptum tacitũ, & tanto videtur obedientia prõptior, quantò præceptum expressum obediendo præuenit voluntate superioris intellecta. Est autem medium † inter superfluum, & diminutum, ita vt accipiatur diminu-

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum cum non obediat, ſuperfluum cum obediat, cui nõ debet, vel in quibus non debet, vnde Gregor. 11. q. 3. quid ergo, dicit, quòd per obedientiam nunquã habet malũ fieri: Et vere bonũ q̃ agitur per obedientiã quãdoque intermitti, quod intelligitur ſecundum Thom. de bono ad quod quis non tenetur de neceſsitate facere, nã illud bonũ ad quod quis tenetur facere ex neceſsitate, nullo modo debet per obedientiã omitti. † vt
3 diligere Deũ, ſeruare mãdata eius & huiuſmodi. Ex quibus apparet obedientiam virtutem eſſe ſpecialem, ſicut & generalem, de cuius excellentia inquit Grego. 8. quæſtio. 1. ſciendum, quod ſciendũ ſummoperè eſt, quòd obedientia ſola † fidei meritum
4 poſsidet, ſine qua quiſque infidelis eſſe conuincitur, etiamſi fidem videtur tenere. Et in vltimo moralium dicit, quòd cunctas virtutes menti inſerit, inſertaſque cuſtodit, quòd intelligitur in quãtum actus virtutum operatur obedientiam cauſaliter, vel diſpoſitiuè ad ipſarum generationẽ & conſeruationem, quia ad obedientiam pertinent omnes actus virtutum, prout ſunt in præcepto: & ſecundum Thom. vbi ſuprà, artic.
2 obedientia eſt excellentiſsima virtutum moralium, ſed Theologicæ virtutes ea excellentiores ſunt. Et quanuis dicat Gregor. in dict. c. ſciendũ, quòd obedientia aliquando ſi de ſuo habet nulla eſt, aliquando ſi de ſuo aliquid non habet minima eſt, & exemplificat in primo de proſperis, quæ appetuntur, in ſecundo de aduerſis, quæ horrentur, verum eſt, ſecundũ Thom. vbi ſup. quãtum ad id,
5 quod apparet † exterius, quia ſi in proſperis cum per ſe aguntur, videtur in huiuſmodi quis agere non propter præceptum, ſed ſolum propter adimplendũ velle ſuum, & ſi ſic eſſet non eſſet vera obedientia, ſed ſecundum iudicium Dei, qui cuncta rimatur, nõ ſemper eſt ſicut apparet. Nam poteſt cõtingere, quod illud, quod erat deſideratum fiat cum bona diſpoſitione ratione præcepti, & è cõtra quod erat ſecundum ſe moleſtum aſſumatur ratione obedientiæ voluntariè, & ſic non minuitur meritum eius. Ex quibus iuſtè lex noſtra obedientiam dicit eſſe vitam ſpiritualem nam vt dicitur 1. Regum. ca. 15. me-
6 lior eſt obedientia, quã victima, meliuſque † eſt obedire, quã ſacrificare, quia per victimã, ſeu ſacrificiũ, quod fiebat in veteri teſtamento mactabatur carò aliena, per obedientiam verò voluntas propria deprimitur, vt dicit text. in dict. cap. ſciendum, vel obedientia eſt maximum meritum
7 quia nihil difficilius † quàm vincere ſe ipſum, vt inquit Abb. in ea. illud, de mai. & obe. & ſic obediens benedicitur, vt Geneſ. 12. benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: obedientia tamen nouem comi-
8 tes, ſeu conditiones † habere debet, ſecũd. Archi. in d. c. ſciendum, quem refert Montolonius, in ſuo prõptuario iuris, verbo, obedire, gl. 2. & Did. Per. in l. 1. titu. 5. gloſſ. 1. lib. 8. Ordin. pag. 160. primo vt exhibeatur libẽter ideſt, voluntariè ſine cordis murmure Actuum. 9. quid mevis facere: ſecũdo humiliter ſine vocis cõtradictione, Oſee. 4. Populus tuus ſicut hi, qui contradicunt Sacerdoti, & corrues hodie, tertio hilariter ſine vultus triſtitia & mærore, ſecundo Corinth. nono, nõ ex triſtitia, aut ex neceſsitate, hilarem enim datorem elegit Deus: quarto integraliter ſine operis diminutione, Thobiæ. 5. omnia, quæ præcepiſti mihi pater faciã. Quinto ſimpliciter ſine mandati nimia diſtrictione, Pſal. in auditu auresobediũt mihi: Sexto prudẽter ſine manifeſto errore, Actuum. 5. oportet obedire magis Deo quã hominibus: Septimo veraciter ſine fictione, ad Coloſſen. 3. non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes: Octauo perſeuerãter ſine intermiſsione, ad Philippenſ. 2. factus eſt obediens patri vſque ad mortem: Nono celeriter ſine dilatione, Eſaiæ. 8. qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras, vnde dicit Beatus Bernard. verus obediens neſcit moram, nec mandata procraſtinat, ſed aures parat auditus, oculos viſui, manus operi, pedes itineri, & ſic ſe totum interius colligit, vt impetrantis adimpleat exterius voluntatem: obedientia tamẽn, quam inferiores
9 ſuperioribus debent ſuis exhibere cõſiſtit † in tribus, ſecundũ gloſ. in ſum. 93. diſtin. & Bote in tract. de Synodo, 3. p. n. 51. cum. 4. ſequentibus, vbi optimè, ſcilicet in reuerentia exhibenda, in mandato ſuſcipiẽdo, & in iudicio ſubeundo, hoc tamẽ vltimum ſolis eis ſuperioribus debetur, qui adminiſtrationem habent cum iuriſdictione, obediendũ verò eſt ſuperiori in licitis, & honeſtis, & non cũpecca-
10 to, † & ſcandalo. æ. ſi quando, de reſcrip. & ibi Abb. & cap. quanto. 4. col. in fin. de conſue. & diximus in l. 14. titu. 3. lib. 1. ſuprà.

Ibi, *Y muerte la deſobediencia*. Habetur enim Deuter. cap. 8. peribitis ſi inobedientes fueritis voci Domini noſtri, & in. c. diſcordãtes in fin. 93. diſt. dicitur, inobedientes Synodus per audientiam damnat, & in. c. quanto circa finem. 2. q. 5. dicitur, in contu-
13 macia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe cõuenit, vnde dicit Panor. in. c. 1. col. 2. verſi. nos igitur, depoſtul. præla. quod prælatus debet eſſe prõptus
11 in puniendo † inobedientiam ſubditorũ, quòdque peccatũ eſt non ſubſtente cauſa rationabili parcere in-

Azeuedo ſuper. 8.

obedientibus: omnes enim ſceleratiac facinoroſi homines, quo facilius, & liberius quæ voluerint ſcelera, cõmittere poſsint, libertatẽ optãt, vel vt verius dicã, liberã ſeruitutẽ iuxta illam, quam capiunt, libertatem, miſerrimæ ſeruituti ſe addicunt, ſaluatore noſtro dicente, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: hæretici aliqui timentes, nè propter ſua ſce-
12 lera, & venenoſas doctrinas à prælatis Eccleſiæ punirentur iuxta poteſtatem à Deo illis collatam, ad hoc aſylum confugerunt, vt eorum plures negauerint obedientiam eſſe præſtandam prælatis Eccleſiæ, huius erroris authores fuerunt primi,
12 † Vvaldenſes Impij ac ſceleratiſsimi homines, qui more viperarum viſcera matris Eccleſiæ, à qua per baptiſmum fuerant geniti, rodere conati ſunt. Hi enim omnem Eccleſiæ poteſtatem, & ordinem tollere volebant, dicentes non eſſe obediendum Romano Pontifici, aut alijs Eccleſiæ prælatis. Eundem errorem docuerunt Pſeudoapoſtoli, Vviclephitæ, Huſitæ, & nunc Lutherani dicunt, non eſſe obediendum prælatis Eccleſiæ, niſi in illis ſolum, quæ in ſacra Scriptura ſunt apertiſsimè expreſſa: Begardi, & Beguardini dixerunt, eos, qui ad perfectionis ſtatum peruenerunt nõ eſſe alicui humanæ poteſtati ſubiectos: de quibus omnibus hæreticis, & erroribus illorum tradit Caſt. aduerſus hæreſ. titu. de Eccleſia, hæreſi. 3. quo loco oſtendit Eccleſiam
13 poſſe condere † leges & ſtatuta, quæ non ſint expreſſa in ſacris literis, cuius conſtitutionibus quiliber tenetur obedire. Ex quibus omnibus iuſtiſsimè lex noſtra retulit & dixit, mortem inobedientiam cauſare, & inobedientes, mandata ſanctiſsimæ matris Eccleſiæ, inobedire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *Y por que la sentencia*, impropriè dicitur sententia excommunicatio,
14 † quia non est diffinitiua, cum in progressu litis multoties absolutio ab ea concedatur ad prosequendam causam, capit. per tuas, de sentēt. excommunic. cap. ex parte, de verbo. signi. & potius punit quàm imponit finem causæ. 11. quæst. 3. cap. nemo, & ideò
15 potius potest dici pœna † quā diffinitio, seu sententia. 24. q. 3. cap. corripiātur, neq; dicitur interlocutoria, cum plerunque extra iudicum tribunalia proferatur, vt quoties à canone profertur. cap. cum dilecti, de sentēt. excōmunic. in. 6. Maria. Soci. in. capit. à nobis, nu. 35. cū sequentibus, de sent. excōmunic. quò fit, vt licet controuersum sit inter DD. nū quæcunque
16 sententia † exigat scripturam, quibusdam tenentibus non esse necessariā, vt ex glos. illustrium, in capit. fi. de rendi. in. 6. defendit Carol Ruinus, cōs. 13. nu. 5 vol. 2. alijs verò contradicentibus, scilicet, necessariā esse scripturam, & ex glo. inscriptis, in Clemēt. sæpe, de verbo. signi. defendit Vantius, in Tract. de nullit. titu. de nullitate sent. ex defec. proces. nu. 70. Inter has tamen opiniones fuit tertia opinio hoc ad iudicium arbitrium reducens, ex glos. illa dict. cap. fi. de reiud. in. 6. & cōmunem testatur Ias. in l. Imperium nu. 32. ff. de iur. omn. iud. & Meno. de arbit. lib. 1. q. 60. quo fit quòd cū propositio excōmunicationis sententia nō sit pro substantia, sed pro ordine vel modo scriptura, & vere ac proprie excommunicatio sententia non dicatur, quanuis non re-
17 digatur in scriptis † & ligat, glos. iudicaui, in cap. de manifesta. 2. quæstione. 1. glos. in capit. comperimus. 24. quæstione. 3. communis secundum Couarruu. in cap. Alma mater, 1. parte. §. 11. num. 7. & glos. l. 20. titu. 9. part. 1. quos allegat Espino, in suo speculo testament. in. 11. parte. glos. Rubricæ num. 6. qui quidem non loquuntur in sententia excommunicationis, sed in absolutione ab ea, quæ per testes probari potest. Propriè ve-
18 rò excommunicatio † censura dicitur, quia est robur Ecclesiasticæ disciplinæ ad coercendos homines valdè necessaria, capit. nemo contēnat, cap. nemo Epistolarū. 11. quæst. 3. cap. certum. 24. quæst. 3. cap. quærenti, de verbo. sign. ca. 3. sesion. 25. Concilij Triden. tamen quia iudex plerūque super discernenda excommunicatione sententias profert, vulgo dicitur sentētia, quæ magis accedit ad interlocutoriæ naturam, quò fit, vt licet verbum, censura, plures habeat excommunicationes. l. item, §. præter, versic. pridie. ff. de pet. hæred. l. 1. §. ex duabus, ad municip. l. fin. de suis & legi. hære. proprius tamen significat præcipere, vt in d. præceptum. ff. de verbo. sign. & appellatione censuræ proprie & strictè comprehenditur
19 † excommunicatio, suspensio, & interdictum, ex text. in cap. quærenti, de verbo. sign. vbi Hosti. & Ioa. And. dicunt, quòd cum istæ sint pœnæ spirituales meritò appellatione censuræ fit ampliatio quoad prędictas tres sententias, excommunicationis, suspensionis & interdicti, argumento capit. penul. de sentent. excommunicationis, non tamen ipsius censuræ appellatione comprehenduntur
20 desitio † & degradatio, quia istæ pœnæ non sunt spirituales, & medicinales, sed temporales, & perpetuæ, & ideò tanquàm odiosæ sunt restringendæ, vt in Reg. in pœnis, de regul. iur. in. 6. Ex quibus infertur, quid importet clausula illa, quæ quotidie apponitur in literis, contradictores † omnes censura Ecclesiastica compescendo. Circa quod voluit Ioann. And. & Doctores in dict.
21

cap.

capit. quærenti, quòd delegatus ex vi
22 † clausulæ prædictæ non posset punire alia pœna, quàm per viam excōmunicationis, & interdicti, quanuis posset aliter mulctare, & punire ex virtute delegationis, qua median te habet etiam coercitionem sine dicta clausula, vt in capitu. 1. de offic.
23 del & de materia † istius clausulæ, vide per glos. 2. Anto. & Imol. in cap. pro illorum, de præben. Et aduerte quòd licet proprie & stricte appellatione censuræ solum veniant prædictæ tres sententiæ, generalius tamen & latius † sumendo verbum,
24 censura, potest dici, quod censura est iurisdictio, rigor, seueritas, potestas, siue sententia, & dicitur à censeo, cōsere † enim idē est, q̄ indicare iubere,
25 statuere, & deliberare, vel iudiciū cū seueritate, seu vindicta, secundū Archid. in cap. dilectissimi in princip. 8. q. 2. & ideò dicit Ioa. And. post Hosti. in. d. cap. quærenti, quòd censura quādoque ponitur pro rigore, de bigam. c. nuper, quādoque pro censura canonum, qui cleri. vel vou. c. 1. in fine, & quòd differunt hæc tria, censura, seueritas, & animaduersio, vide Mari. Soci. in. c. pen. extra de pœnis.

Ibi, *Descomunions arma*, excommunicationis enim gladius, neruus est Ecclesiasticæ disciplinę, ex. c. 3. sesio. 25. de refor. & sic ejicit Christianum à communione fidelium, vt patet ex diffinitione excōmunicationis, quæ licet variè à DD. diffiniatur, quia quandoque ea nequaquā minori excommunicationi adaptari potest, commodè, quandoque absque vlla distinctione vtrique maiori, & minori excōmunicationi conueniat, quid vtraque efficere valeat sensim exponens, vt inquit Couar. in initio cap. alma mater. ante num. 1. de sent. excommunic. tamen vel secundū eum diffiniri potest, quòd excommunica-

Azeuedo super. 8.

30 tio † est separatio Christiani à communione Ecclesiæ. Vel vt colligitur ex DD. in Rubric. de sentent. excomm. & in alijs locis relatis per Espino, de testam. in glos. 11. Rubricæ, nu. 4. Excommunicatio est censura Ecclesiastica vel à sacramentorū tantum perceptione, vel sacramentorū & hominū cōmunione fidelem separans, vel vt vberius inquit Abb. in Rubric. n. 3. de sent. excōm. relatus & secutus per Dida. Per. in. l. 1. tit. 5. lib. 8. Ord. glo. 2. vers. iuxta præmissa, p. 171. dicētes, q̄ excōmunicatio est censura à canone vel iudice Ecclesiastico prolata priuans legitima communione Sacramentorū, & quādoq; hominum quæ diffinitio quia nō expressit contra quos exercetur ipse Did. Per. ibi inquit, quòd excōmunicatio est censura Ecclesiastica à iure, vel homine propter crimen, vel cōtumaciā in singulares personas professionē Christianā habētes lata, eas à cōmunione sacramentorū & quandoq; hominū priuās. Dictūq; fuit in diffinitione, cōsura, ad denotandū genus, nā sub hac distin. excōmunicatio suspēsio & interdictū, vt iam dictū est, cōprehendūtur, ex tex. in. c. quærēti, de verbo. sig. diximus etiā in diffinitione à iure, ad denotandum, omnē excommunicationē, quæ fertur à canono ipso iure, modò illam inferat Papa, modo legatus, seu Archidiaconus, seu Episcopus in sua Diœcesi, seu Prouincia, cum omnes ij eā possint promulgare iuridice, c. 2. de consti. in. 6. capitulo corripiantur. 23. quæstione 4. capit. visis. 16. quæstione. 2. Et per istud verbum, à iure, excluduntur omnes, qui non possunt statuere, vel
31 facere † ius, vt ij excommunicare non possint modo præmisso. Dixi, vel homine Ecclesiastico, vt adnotaremus, quòd iudex aliquādo profert sententiam excommunica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis contra contumaces, † vel propter offensam præteritam, vel quæ in futurum fieri speratur, vt per Sylvest. verbo, excommunicatio. 1. nota. 1. & dictum est Ecclesiastico ad excludendum seculares, quibus tractus spiritualium prohibitus omnino est capit. 2. & ibi notat de iudi. Dictum est etiam in diffinitione propter contumaciam, ad explicandam causam materialem, ob quam excommunicatio fulminanda est,
33 quia ob contumaciam fertur excommunicatio. capit. ex parte, de verbo. signifi. cap. 1. de iudi. l. 10. titu. 9. partit. 1. gloss. in capitu. nemo. 11: quæstione. 3. gloss. optimam, capit. Episcopi 11. quæstio. 3. quam contumaciam quadrupliciter posse com-
34 mitti declarat, † Richar. de Mediatilla, in 4. sentent. distin. 18. quæst. 2. artic. 3. quòd prosequitur latius Didac. Perez, hic sub. l. 1. titu. 5. libr. 8. Ordina. pag. 171. col. 2. in initio, cum sequentibus. vbi & inquit quamlibet contumaciam quantumcunque mi-
35 nimam † dignam esse excommunicatione, & quòd tantum contrahitur præcedente monitione iudicis non ante, cum voce sit explicandum, & non in mente retinendum præceptum ad hoc, vt contumax sit censendus, & cum dilatione temporis secundum subiectam materiam, & qualitatem & necessitatem negotij est præceptum faciendum sub excommunicationis pœna ex officio, seu ad petitionem partis. Sed si à iure excommunicatio proferatur, nul-
36 la requiritur noua † citatio seu monitio, quia lex imponens excommunicationem propter factum damnatum semper loquitur, & mouet homines nè committant illud, ex. l. Arriani. C. de hære. ideò ipso facto sine alia citatione fuit cõtumax & rebellis, vt per Didac. Perez hic. pag. 172. in fin. cum sequentib. vbi refert Lucam de Penna, in. l: contra publicam col. 4. de remili. lib. 12. ponentem. 112.
37 casus † vbià iure infligitur excommunicatio, & reperies Nauar. in manua. cap. 27. quam plures describentem. Et quando ad præmissa requiratur vel non monitio † in sententia
38 lata à iure, vel ab homine propter offensam futuram declarat idem Nauar. in capit. cum contingat in. 2. causa nullit. pag. 2. de rescrip. & in manuali dict. cap. 27. num. 10. Couar. in cap. alma mater. 1. parte. §. 9. de senten. excommun. vlterius dictum est in diffinitione, in singulares personas quia homo & non vniuersitas, seu
39 collegium † excommunicari debet, & ideò ferri debet contra singulares personas vniuersitatis, seu collegij, quæ culpabiles apparuerint, capitul. Romana. §. in vniuersitatem, de sentent. excommunic. §. 1. nu. 9. Feli. in cap. dilectæ, numero sexto, de exceptio. Diximus etiam, professionem Christianam habentes, nam ex-
40 communicatio in hominem † Christianum ferenda est, Iudæus enim, infidelis, seu Sarracenus cum extra Ecclesiam sint, excommunicandi non sunt, iuxta Apostoli dictum. 1: ad Corint. 5. de his, qui foris sunt nihil ad nos cap. gaudemus, de diuor. neque à communione Ecclesiæ priuari possit, qui ad eam nusquam admissus fuerit, capit. ad dissoluendum de despon. impu. cap. sicut ex tuarũ de homi. capitul. quòd non 32. quæstio. 2. l. bouem. §. fin. ff. de ædili. edic. l. nam & sub conditione. ff. de iniust. rup. Ex quibus inquit optime Soto in 4. distin. 22. quæst. 1. art. 1. in princ. superuacaneum esse inquirere nomẽ hoc, excommunicatio, an fue-
41 rit inter latinos † antiquum. Sanè cum ante Christianam Rempublicam. res ipsa nunquàm fuerit audita,

audita, cum sit excommunicatio à communione fidelium separatio, quod intelligo esse verũ quoad propriam huius nominis significationem, qua vtitur Ecclesia. Sed in quãtum excommunicatio est electio,
44 aut extra aliquam communionem positio iuxta nominis tantum Etymologiam, non est recens † inuen-
42 tum: eius enim vsus cœlitus ad nos peruenit, prisca enim priscarumque vetustissima rerum est dicenda, vt potè quæ à primæua orbis origine habuit ortum, vt inquit Robertus Crenalis Episcopus Alboricensis, tomo. 2. de vtroque gladio, themate. 7. nondum enim creato homine, vt inquit Beatus Ioan. in Apocalyp. c. 10. Prælium magnum factum est in cælo, & draco ille magnus, qui vocabatur Diabolus, & Satanas (qui seducit vniuersum orbem) proiectus est in terram, & extra cœli, & Ecclesiæ communionem exclusus, vt Beatus Tho. ibi & Albertus Magnus, & alij dixerunt, & sic excommunicatus: cui Satanæ, vt inquit Apostolus. 1. ad Corinth. 5. & 1. ad Timoth. 1. traduntur excommunicati, vt potè parenti, seu Primogenito excommunicationis, qui est extra Ecclesiam, sicut Christus in Ecclesia, vt docet Beatus August. super eisdem verbis Aposto. sermone. 68. & in cap. omnis Christianus. 11. quæstio. 3. cui diabolo tanquã
43 ouis lupo relinquitur † excommunicatus, & eodem velut iumento vtitur, iuxta gloss. in cap. audi indeque Apostolum. 11. quæst. 3. ideò vehementius eius incursibus infestatur: eodemque nomine periculosissima maximèque timenda est excommunicatio. Et hanc appellari primam omnium excommunicationem à viris sapientissimis doctus sapientissimusque Rex Hispaniæ Alphonsus, non est veritus asserere in proœmio titulo. 9. partita. 1. cui próxima fuit illa electio Adę de paradiso terrestri, quia audiuit vocem vxoris suæ, & interdictum sibi à domino esum ligni comedit, in qua electione adumbratam † fuisse excommunicationem Ecclesiæ testatur Beatus Augustin. libr. 11. capit. 40. super Genesim, dicens, quòd Adam separari debuit ab esu ligni visibili, virtute tamen inuisibili tanquam excommunicatus, sicut (inquit) in hoc paradiso, id est Ecclesia solent à sacramentis altaris visibilibus homines disciplina Ecclesiastica remoueri, in qua electione Adæ à paradiso signata fuit
45 excommunicatio † maior, vt inquit Gratianus in capitul. ad mensam. 11. quæstione. 3. & Io. Viguerius in institut. c. 16. §. 6. & Io. Arboreus in theosophia lib. 5. cap. 20. quæ fuit inter homines omnium excommunicatio, vt & inquit Rex Alphonsus, vbi suprà. Quibus censuris lex vetus abundabat quibusdam maledictionibus impetitis, vt habetur Deutorono. capit. 27. alijs vt leprosis extra castra positis vsque mundarentur, nè mala vicini pecoris contagia lædant, vt in Maria Sorore Moysi Nume. ca. 12. & Deuteron. 23. & 24. habetur, quę fuit peculiaris illius legis excommutatio, vt inquit Cardin. sancti Sixti in capit. viduas. 27. quæstion. 1. & qui errare faciebat populum deviaquam præcipiebat Dominus, auferebatur de medio populi, qui hodie excommunicatur, vt docet Beatus Gregorius in Epistola ad Bonifacium, de qua in eodem cap. viduas. Et adhuc Domino extra Synagogam viuente fiebat quicunque confiteretur Dominum esse Christum, Ioann. capit. 9. in quibus nostræ censuræ figura præfuit, & Exemplum, Authore Soto, in. 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 1. Placuit item hæc disciplina moduſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrigendi contumaces etiam gentibus verum † Deum non colentibus,
46 vt Author est Cæsar, in commentariis lib. 6. si qui autem (inquit) publicus aut priuatus Druidum, ideſt, Sacerdotum Decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt, quæ pœna apud eos eſt grauiſſima, & quibus ita interdictum eſt, impiorum ij numero, ac ſceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditumque ſermonem diffugiunt, nè quid incommodi accipiant ex contagione, nec his petentibus ius redditur, nec honos vllus cõmunicatur, quæ verba pulchra & admiranda ſingula conferens cum noſtra excõmunicatione, recenſet Tyraquel. in tit. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 9. ad finem, & ex Platone libr. 9. de legibus, ex libro Plutarchi ſimiles cenſuras adducens, & ſuccinctè hos Authores referens tradit Enriquez, in ſua ſumma Theologiæ Moralis, lib. 3. c. 4. in gloſſ. ſic Ioa. à num 9. Et in Taprobana ſi Solino credimus, in Polixtore. c. 56. aut in Meroe Inſula Nili ſi Alexandro ab Alex. dierũ genialiũ, ca. 5. Incolentes Regẽ ipſum hac pœna afficiebãt, ſi in peccato (inquit) aliquo arguetus ſit, morte mulctatur, non tamẽ vt manibus cuiuſquã attrectetur, ſed cõſenſu publico omnium rerum facultas ei interdicitur, & colloquij poteſtas punito negatur. Et apud Mẽphitas homicidij reus ab omni commodo exterminatus non ante reſtituebatur ad patrium ſolum, quàm à Gymnoſophiſtis expiatus eſſet, vt author eſt idem Alexander ab Alexandro, iure etiam ciuili Romanorum †
47 interdictio aquæ, & ignis, quæ grauiſſima apud eoſdem erat cenſura, nihil aliud quàm quandam præferebat excommunicationem, vt Budæus aſſerit, in l. 2. ff. de pœnis, & à commercio etiam hominum multi arcebantur, vt inquit Vlpianus in l. moris. ff. de pœnis, ibi, ſunt autem & aliæ pœnæ, ſcilicet, ſi negotiatione quis ſubeatur abſtinere. Abſtẽtos autẽ elegãtiſſimo verbo † appellat excõmunicatus Beatus Cyprianus lib. 1. Epiſt. 11. apud
48 quos tamẽ veriſimum illud erat, corruptis iã moribus, quod Sauricus inquit, Dat veniam coruis vexat cenſura columbas. Et licet in quantum excommunicatio electionem & extra hominum commercium poſitionem denotat & ſignificat ab antiquis, vt vides, fuit vſitata. Nuſquam tamen gentium prædicta cenſura nomine excõmunicationis vſurpabatur, nec propria erat excommunicatio vt noſtra, cum apud eoſdem nulla eſſet ſpiritualis, vel cõmunio, aut virtus claruum, ſed illa hoc nouo nomine vtitur Eccleſia Chriſtiana, cuius eſt peculiaris ac propria cenſura propter excellẽtem in eadẽ cõmunionẽ, qua ſola Religio Chriſtiana prædita eſt, quæ fidelem audacia, aut mora eijcit nimium ab eadem communione & à participatione Sacramẽtorum actiua, & paſſiua, fructuque ſuffragiorũ generali & particulari, auxilijſq; eiuſdem, nec non commercio hominũ, qua nulla maior, aut acerbior pœna vel cenſura imponitur in Eccleſia, iuxta Bea. Auguſtin. in capit. corripiantur, 24. q. 3. vnguibus ancipitib', aut gladio ancipiti penetrabilior, vt in hac dicemus lege. Ex quibus diximus in noſtra diffinitione excommunicationis, profeſsionem Chriſtianam habentes, & iuſtè etiam dixit Soto, in dict. quæſt. 22. artic. 1. in princ. ſuperuacaneum eſſe inquirere nomen hoc, excommunicatio, an inter latinos fuerit antiquum: diximus & vltimo in diffinitione, à communione Eccleſiæ, & fidelium, vt in cap. nihil, & in cap. canonica, ibi & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus. 11. quæſt. 3. & capit. de viduis. 27. quæſt. 1. & c. tam ſacerdotes,
24. quæſt. 3. cap. ſi quis Laicus. 11. q. 3. ca. 1 nobis, de exceptio. & ibi Ancha. c. ſicut nobis, de ſenten. excommun. gloſſ. cap. 2. de offic. Ordin. gloſſ. 1. in capit. cum non ab homine, de judic. gloſ. c. duobus, de ſenten. excom. l. 5. tit. 9. par. 1.

Ibi. *Conque la Igleſia defienda ſu libertad.* Nota verbum, *Igleſia*, cuius caput
49 eſt Chriſtus † iuxta illud Apoſtoli Epheſ. 5. ibi, quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, & tranſſumptiue habetur in c. vnic. col. 2. de ſacra vncto. vbi etiam dicitur, quod Eccleſia eſt Corpus Chriſti, & idem habetur in cap. Engeltrudam, in fin. 3. quæſt. 4. & ſic Eccleſia defendit libertatem ſuam excommunicationibus, & cẽſuris, quas
50 inſtituit † ejus caput, Chriſtus, qui loquens de fraterna correctione per Matth. 18. cap. inquit, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut æthnicus & Publicanus. Idq; paſsim ab Eccleſiæ Doctoribus ad excommunicationem refertur, vt inquit Couar. in ca. alma mater, in initio, num. 1. de ſententia excommun. in 6. Et ex iis patet manifeſte, excommunicationẽ fieri authoritate Chriſti, †
51 maxime ex iis, quæ ſubiungit, dicens, Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram (gloſ. id eſt vinculis Anathematis) erunt ligata, & in cælis. Vbi dicit Chryſoſto. vide qualiter duplicibus colligauerit neceſsitatibus, & pœna, quæ hic eſt, ſcilicet, per proiectionem ab Eccleſia, ſit tibi ſicut æthnicus, & Publicanus, & ſupplicio futuro, quod eſt, eſſe ligatũ in cælo, vt per Sotum d. quæſt. 22. artic. 1. pag. 532. col. 1. & Ioan. Echiũ, in ſuo Enchiridio contra Lutherum, tit. 21. de excommu. in princ. Ex quibus ſumitur occaſio interrogandi vtrum excommunicatio ſit iure diuino, 52 no, vt inquit Soto, vbi ſupra dict. pagi. 932. in fin. apparet enim ex vna parte formam excommunicationis nullibi in ſacra pagina eſſe expreſsam, ex altera verò in prædictis locis deſignari. Ideò, inquit ibi Soto, quod ſunt qui cenſent, vt Almain, diſtinct. 18. quæſt. 1. quoſdam eſſe de iure diuino excommunicatos propter verbum Pauli, hæreticum hominẽ poſt vnam, & ſecundam correctionem euita. Verum tamen hanc ibi Sotus dicit nõ eſſe veram opinionem, quoniam ſecundum formam, quæ eſt in vſu Eccleſiæ, nemo eſt in Euangelio excommunicatus. Et ideò reſpondẽdum eſſe dicit, quod poteſtas quidẽ excommunicandi iure diuino tradita eſt Eccleſiæ, vt ex dictis locis, & ex aliis per Sotum ibidem adductis, mõſtratum eſt, attamen forma ipſa, & effectus ſcilicet, priuare hominem participatione Sacramentorum, & ſuffragijs, & orationibus, non eſt expreſsum in Euangelio, quia Chriſtus ſub hoc nomine neminem excommunicare iuſsit. Sed tamen Eccleſia eandem poteſtatem ſibi diuinitus conceſſam optimè ſic interpretata eſt. Et ideò vſus excommunicãdi, quem Eccleſia ſeruat hac ratione eſt de iure diuino, quod habet fundamẽtum in Euangelio. Idem in effectu concludit Angles, in ſuis floribus theologalibus ſub quæſtione de excommunicatione, in. 1. diffi. inquiens excommunicationem à iure diuino, modũ autem excommunicandi eſſe à iure Eccleſiaſtico, ſcilicet, vt non mandu cent cum illo, neque illum ſalutent, & hinc ibi dicit ipſe Angles, quod Epiſcopus, vel prælatus non poterit diſpenſare cum aliquo, vt cum excommunicato 1. communicet, niſi
53 prius abſoluatur, præterquam in caſibus à iure conceſsis, ex iuribus canonicis, & ex l. 34. tit. 9. par. 1. quia quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

incurrat communicans cum excommunicato excommunicationem minorem est de iure, & inferior in ius superioris dispensare non potest, eandem distinctionem in hac quæstione refert Dida. Perez, hic sub. l. 1. titu. 5. lib. 8. Ordin. pag. 180. colum. 2. dicens excommunicationis vestigia apud gentes, & in lege veteri in figura fuisse, non vt potestas spiritualis, sed temporalis. Potestas vero excommunicandi iure diuino tradita est Ecclesiæ à Christo, forma tamen ipsa, & effectus, scilicet, priuare hominẽ participatione sacramentorum, & suffragijs, & orationibus non est expressum in Euangelio, vt dictum est, & nouissimè alios allegans Doctor Spino, in speculo testamen. in. 11. parte glossæ Rubricę, nume. 13. eandem sequi videtur distinctionem scilicet, quod excõmunicatio quatenus est pœna, fuit designata ante Christi aduentum, cæterum quatenus separat à Sacramentis, & suffragijs Ecclesiæ à Christo fuit inuenta, & instituta, forma verò eius, vt monitiones præcedere debeant trahit originem à iure diuino iuxta illud Matthæi. d. cap. 18. At vero considerata forma ipsarũ monitionum præscripta in cap. sacro de senten. excommuni. c. excommunicationem, eod. titu. in. 6. & forma Anathematizandi, & procedendi, & arcẽdi excommunicatos, vtin. ca. cũ non ab homine, de iudic. capit. quam multos. 11. quæst. 3. Concil. Tridenti. Sessi. 25. ca. 3. fuit lege Pontificia præscripta, & sic omnes hæ distinctiones in illam Soti, & Angles recidunt, de quibus optimè per Coua. in. c. Alma mater. parte. 1. §. 1. num. 1. & 2.

Ibi. *Y mantiene, y gouierna las animas Christianas.* Hinc colliges, excommunicationem esse animabus Christianis medicinalem, 54 †vt disponebatur in cap. 1. de senten. excommun. in. 6. cap. multi. 2. quæst. 1. & 24. quæst. 3. notandum, & in proœmio titu. 9. pa. 1. & ibi glo. *A salvacion*, medicinalis enim est excommunicatio non mortalis disciplinans, non eradicans, & Paul. 1. ad Corinth. 5. decreuit tradere huiusmodi hominem Satanæ, vt saluus fiat in die Domini, &c. Per excõmunicationem namque prospicitur excommunicati vtilitati, vt videlicet, cum videret se à communione fidelium eiectum, vel sic confusus pœniteat actorum: etenim sæpissimè cõpertum est, vt excommunicatione aliquis coactus, emendet quæ prius male gesserat, cuius rei cum plurima possent afferri exempla, illud omniũ maximum est, quod narratur. 9. libr. historiæ tripartitę. c. 30. de Theodosio †Imperatore, qui ob crudelé multorum hominum cædem Thessaloni cę illius iussu factam, ab Ambrosio Mediolanensi Episcopo excommunicatus est, & ab ingressu Ecclesiæ prohibitus. Hanc excommunicationem Imperator patienter tolerans, eò quòd iustè sibi inflictam cognouit octo continuis mensibus ab ingressu Ecclesiæ abstinuit, domique manens fletibus, & gemitibus pœnitentiam pessimi sceleris agebat, veniãque à Domino postulabat. Quòd Ambrosius plenè cognoscens post illos octo menses Ecclesiæ communionem illi dedit. Propter hoc autẽ factum nunquam Imperator fuit aduersus Ambrosium etiam alijs irritantibus indignatus, imò postea de hac re Constantinopoli Ambrosium laudauit, multum certè profuit Theodosio excommunicatio illa, quæ illũ ad peccati sui cognitionem adduxit, & illius pœnitentiam agere coegit. Fœlix enim est necessitas, quæ nos ad meliora perducit, & propter hanc causam vocatur excõmunicatio medicinalis, quia finis eius est mederi peccatori morbo peccati laboranti. Ex quibus confunditur hæresis Vvicleph, cui adhæsit pestiferus Lutherus, qui asserebat, Ecclesiam potestatem † excommunicandi, & priuandi 56 aliquem bonis spiritualibus minime habere: cum alioqui (inquit ipse Lutherus pessimus) si his priuaret mortalis esset, non medicinalis, cuius falsa propositio, & hæretica argumentatio facillimè diluitur cognito, qua ratione excommunicatio sit medicinalis. Est enim & dicitur excommunicatio † medicinalis ex fine, vt omnes dicunt, quia eius finis est mederi 57 peccatori morbo peccati laboranti, vt dictum est, ordinatur siquidem in hunc finem, quod excommunicatus resipiscat ac satisfaciat Ecclesiæ, quã propria contumacia iniuria affecit, nam etsi excommunicatio pluribus nocumẽtis, & spiritualibus incõmodis quenquam afficiat, nihil tamen refert, ne dicatur medicinalis, nam vt ea, quæ purgant corpus, tamet si multis alioqui damnis ipsum afficiãt mederi tamen dicuntur, sic pari modo quid obsistit quo minus animæ salutare medicamen dicatur, quod ad salutem eius finalem exhibetur, quãquam interea spiritualibus nocumẽti nonnihil inferat: magno namque animæ commodo cedit ipsum spirituale damnũ, si per id ex morte possit ad vitam reuocari. Erit namque excommunicatio medicinalis, si eã excommunicatus non contempserit, sed potius confusionem suam respiciens emendet, quę male prius egerat, prout profuit dicto Theodosio, de quo in cap. cum apud Thessalonicam. 11. quæst. 3. cuius meminit Couar. lib. 2. Varia. cap. 8. num. 1. & hunc esse excommunicationis finem constat ex Paulo. 1. ad Timoth. 1. tradidi, inquit, eos Satanæ, vt discant non blasphemare, & 1. ad Corin. 5. iudica ui eum tradere Satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in die Domini, & text. in cap. audi denique 11. quæst. 3. text. optimus in. d. c. corripiantur. 24. quæst. 3. quod si excommunicatus contemnit excommunicationem, pœnitere negligat, ac eius cor fuerit induratum excommunicatio † ei erit lethalis, non medicinalis 58 & tamen adhuc dicetur medicinalis pœna, quia erit medicinalis reliquis Ecclesiæ membris, & per eam consulitur in columitati totius relique cõmunionis, vnũ enim pecus morbidũ omne pecus inficit, atque ideò pecus morbo infectum resecandũ est, & sequestrandum, nè reliquas contactu suo inficiat oues, nec ex ea causa pastor iudicatur crudelis, sed pius, imò crudelis esset & ignauus, si pecus morbo infectũ à grege minimè segregaret, ita vltra aliquos colligunt Castro, aduersus hæreses, titu. de excommuni. Io. Echius, aduersus Lutherũ, titu. 21. in fin. de excommuni. Latius Couar. in cap. Alma mater. in initio 1. partis num. 9. per totum, & colligitur ex dictis in cap. 1. de sentent. excõmuni. in. 6. & concordantijs eius in princip. huius glossæ allegatis, & ex dicto proœmio titu. 9. part. 1. & notat etiam Soto in. 4. dicta distinct. 22. q. 1. artic. 1. pag. 390. versi. his sic expositis cum sequentibus, & Angles, in dict. titu. de excommuni. quæst. vni. art. 1. vbi inquit ex hoc caute legendum † 59 esse Gabrielem. 18. quæst. 2. qui affirmat duo, primum est, hominem per quodcũque peccatum mortale esse excommunicatum minori excommunicatione, ita vt excommunicatio minor quantum ad hoc à peccato mortali non differat, quod est falsum, quia excommunicatio minor tollitur per absolutionem sacramentalem, & non indiget contritione, at verò ad remissionem mortalis vtrũque

Universidad de Deusto
Biblioteca

que desideratur. Secundum est scilicet, Ecclesiam per sentẽtiam excommunicationis maioris neminem dãnificare, aut suis suffragijs priuare, sed solum per suam sententiam declarare hominem peccatorem esse ratione mortalis peccati priuatum, hoc autem est erroneum, nam ab Ecclesia sunt orationes institutæ pro existentibus in mortali, vt est illa, Deus qui iustificas impium, & cap. nulla tamen est oratio instituta pro excõmunicato, quamobrem Ecclesia aliquo suffragio priuat excommunicatum, à quo peccãtes mortaliter minime excludit.

Ibi. *Y deue ser mucho mas temida.* Nihil
60 enim magis debet timere † Christianus, quam separari à corpore Christi, idest Ecclesia. ca. nihil. 11. quæst. 3. Adeò vt sententia pastoris siue iusta,
61 siue iniusta timenda † est, ex. c. sententia pastoris. 11. quæst. 3. & l. 20. titul. 9. parti. 1. bonorum enim est mentiũ ibi etiam cognoscere culpam, vbi culpa non est, secundum Gregori. in ca. ad eius. 5. distinct. & sic inquit Palud. in. 4. distinct. 18. quæst. 1. colu. 3. excõmunicationem nullam propter pœnam quidem non esse timendam, sed propter culpam sic, & ita in occulto non esse seruandam, in publico autem ratione scandali esse custodiendam. Ex quo inquit Innocen. in ca. solet, de senten. excommun. in. 6. tutius esse vitare excommunicatũ etiam nulliter in familiari excommunicatione: contra hæc tamen considero, quod sententia excommunicationis, quæ aliqua de causa est nulla,
62 timenda † non est, vt Gelasius Papa diffiniebat in. c. cui. 11. q. 3. & ante illũ Georsius in cap. non debet. ca. causa & quæst. non debet (inquit) is pœnam sustinere canonicam, in cuius dãnatione non est canonica prolata sententia, id ipsum etiam in specie tenent gloss. & Hug. & post eum Domi. & vterque Card. in cap. 1. ea. caus. & quæst. & Archi. in. c. nemo. 1. ibidẽ idem insinuat Hosti. in sum. titul. de senten. excommu. §. quis sit effectus, versi. hæc vera, & de cleri. excommuni. §. qualiter excusetur, Thom. in. 4. distinct. 18. quæst. 2. articul. 1. quęst. 4. quem omnes ad vnum sequuti sunt præsertim Palud. Theologorum omnium in hac re doctissimus quæst. 1. colu. 3. Diuus Antoninus, quem omnes summistæ sequuntur, in. 3. part. titu. 24. ca. 73. ad fin. Panor. in cap. per tuas, de senten. excommun. & in ca. cum contingat, de offic. del. quæ omnium vna est opinio, & in horum cõfirmationem faciunt aliæ plures authoritates iuriũ, & Doctorum, quæ refert Nauarrus, in repeti. cap. cum contingat, de rescript. in. 3. remedio per totum, qui in oppositionibus cõtra istud remediũ in num. 19. cum sequentibus, nititur respondere contrarijs obiectionibus in principio huius gloss. per me adductis, nempe primo ad illud cap. sententia pastoris. 11.
63 q. 3. † quod cum mysterio loquitur de sententia pastoris, vt ibi not. Alexand. quia si pastor non esset, qui excommunicat, hoc est, potestatem, & iurisdictionem excõmunicandi non haberet, eius sententia nullatenus esset tenenda, siue timenda, vt idem Alexand. ibidem affirmat. Secundo secundum eundem Nauar. vbi suprà num. 21. Grego. in dict. cap. sententia pastoris, agit de sententia pastoris iniusta ex animo, iusta verò ex ordine, & causa, vt sentit gratia. in cap. Episcopus. §. si ergo. 11. quæsti. 3: quanuis idem dicendum sit de omni sententia iniusta ex causa, & ordine, quando ita est iniusta, vt tamen non sit nulla, secũdum omnes ibi & vbique, in quibus est Hugu. in illo. c. sententia pastoris, sic inquiens, hoc cap. intelligi-

telligitur, de sententia iniusta ex animo, vel ex causa, non autem ex ordine, tunc enim non esset tenenda, vel timenda, quia ipso iure nulla esset.
64 Paludanus autem duas super hoc ponit † conclusiones in hæc verba. Excommunicatio licet sit iniusta est tamen timẽda, si sic esset iniusta, quod non est nulla, sed solum annullanda, siuè sit iniusta ex parte excommunicati, qui innocens est in illo facto, siuè ex parte excõmunicantis, qui ex odio aut per gratiam, vel sordes tulit excõmunicationem, siuè ex ordine, quia per falsos testes, aut sine monitione, vel scriptis. Si verò sic est iniusta, quia ipso iure est nulla, quanuis aliquãdo, quod nihil est in se, habeat, ligamen iuris, vt matrimonium de facto contractum, vel sponsalia causantia publicæ honestatis iustitiam, quando fuerunt nulla aliter quam per defectum consensus, vnde propter pœnam iuris timenda non est, quia secundum veritatem nullam pœnam iuris incurrit, qui sententiã quę nulla est, non custodit, hactenus
65 Paludanus: vel tertio † intelligitur, sententiam pastoris iustam, siue iniustam timendam, quoties non est notoria eius iniustitia, secus si notoria esset, qui tunc neque tenenda, vel timenda est, secundum Archi. in cap. venerabilibus, de sentent excommuni. in. 6. quem sequitur Barbat. in. c. 1. de offic. Ordin. num. 106. & Probus, in addi. ad Mona. in. ca. vni. nu. 3. de his quæ vi metus ve causã fiunt, in. 6. facit text. in cap. per tuas, de sentent.
66 excõmunica. vel quarto dici potest, quod tunc est tenenda, † quoties propter veram relationem prolata est, secus si propter falsam, vt optimè per Ancha. consi. 241. & Hypoli. sing. 153. & Pal. Rub. de benefic. vacan. in curia. §. 5. Ex quibus Responsionibus colliges vnam conclusionem scilicet, quod sententia excommunicationis timenda est, & tenenda † in du-
67 bio, idest cum dubium fuerit an sit iusta, vel iniusta: vbi verò notoriũ fuerit esse iniustam, putà quia lata à non iudice, vel ordine iuris prætermisso, vel per falsam relationẽ, tũc neq; tenẽda, neq; timẽda est, neq; Gregorius in dict. cap. ad eius. 5. distinct. sentit credere aliquid esse peccatum, quod non est, bonæ mẽtis esse. Sed potius stultæ, authore Diuo Antonino, in 1. par. titu. 3. cap. 10. §. 16. col. 5. & ante illum sensit Gerson, relatus per Nauar. vbi suprà, num. 23. vbi inquit, hanc stultitiam esse in causa, quare multi grauiter peccent, quoniam
68 qui contra conscientiam † etiã erroneam facit peccat, capit. per tuas, de symon. mentitur enim, & peccat credens esse peccatum, quod non est ca. cũ humilitatis causa mentitis si non eras peccator antequam mentireris mentiendo efficeris. 22. quæstione. 2. & sic credere aliquid esse peccatum, vbi non est, id non sentit Diuus Gregorius, vbi suprà. Sed loquitur Gregor. bonæ mentis esse cognoscere quem se in genere peccatorem, licèt neseiat quo genero pec-
69 cati † secundum gloss. in eodem cap. ad eius, & iterum in eo capit. humilitatis, vel sentire ipsum Gregorium dici potest, quod bonæ mentis sit cognoscere culpam, id est trepidare †
70 ob timorem culpę incursæ, vbi † ratio trepidandi iusta est, non quidem vt iudicet peccatũ esse, quod tale nõ est, sed virtutis amore, quæ res est solicita, iuxta illud, res est solicitiplena timoris amor, secundum Maior. in. 4 distinct. 17. quæst. 2. colu. 4. quæ expositiones proponuntur à Nauarro vbi supra. num. 24. qui tamen fibr pla cere inquit illa Gersonis, scilicet, Gregoriũ in illis verbis sentire, quod quotidie experiũtur cõfessarij, & alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

71 † de dubijs cõscientiæ cõsulti, nẽpe cognoscere culpam, vbi culpa non est, esse quidem bonæ mẽtis, hoc est mentis ad bonitatem propensæ, non tamen in quantum huiusmodi esse bonam, imo malam ob defectum rationis iudicantis bonum esse malũ, & album nigrum. Et consequenter vbi est notoria iniustitia excommunicationis non est timenda, neque tenenda, vbi tamen est iusta omnino timenda est, & tenenda. Et itidẽ vbi sumus in dubio sit iusta, vel non, timenda etiam est, & hoc, bonæ mẽtis est timere, cõ quòd sicut potest esse iniusta, poterit post iusta apparere, aliter enim in plurimos eam contẽnens incidet errores.

Ibi. *Que otra sentencia.* Pondera dictionẽ illam, *Otra*, quæ est repetitiua similium, vt colligas ex ijs verbis, ex
72 communicationem sententiam † dici, vt apparet ex titulis, de sententia excommuni. extra, & in 6. & in Clementina, & in dict. cap. sentent. pastoris. 11. quæst. 3. & l. 8. & 18. titul. 9. pa. 1. gloss. ca. biduum, verbo, sub conditione, 2. quæsti. 6. vbi inquit sententiam excommunicationis sub condi
73 tione † latam tenere, secundũ Abb. in cap. significauerunt, numer. 11. de resti. & in cap. procuratores, numer. 8. de censibus, licet alias sententia cõditionalis non valeat, vt est text. in dict. capit. biduum, quem commendat Abb. in cap. in literis, in fi. de offi. delega. Soci. in Reg. 369. quãuis scio alios tenere, quod valeat si feratur, vt latè per Anto. Gabriel. in suis communibus opinio. titul. de senten. conclusion. 1. per totam. de quo & in hac lege diximus iterum, an excommunicatio sit sententia, vel non. Sed an iam quod sit sententia erit nè interlocutoria, vel diffinitiua, †
74 & dici interlocutoriam tenuit gloss. sententia, in dict. capit. biduum, & gloss. in sum. 2. quæstio. 1. cò quòd negetium principale non diffinit, vt & tenet Butrius cons. 6. num. 3. Specul. in tit. de sent. prola. §. 1. Roma in Rubrica, eodem titu. num. 18. latè Felin. in Rubrica, num. 15. versi. excommunicatio est interlocutoria, de sent. & re iudi. Ias. in l. quod iussit, nume. 8. de re iudic. Abb. in cap. sacro. numer. 4. de senten. excommuni. Dida. Perez hic sub. l. 1, titu. 5. lib. 8. Ordi. in gloss. sententia, & Ioann. Baptist. Marches. in tract. de sententijs, cap. 34. vbi tenet cum Abb. vbi suprà, quod si fuerit iniusta poterit non obstante partis cõtradictione per iudicem reuocari: crederem tamen quod si est declaratoria, quia declarat aliquem pro excommunicato, cò quod irreparabile continet grauamen temporis, quo
75 quis excommunicatione innodatus existit, vim diffinitiuæ † habebit. Impropriè tamen dicitur excommunicatio sententia, quia potius punit, quam diffinit, & causæ finem impo-
76 nit, † secundum Archid. cap. decernimus. 18. distin. cuius verba memoriæ commendanda dixit Dida. Perez vbi suprà pag. 171. in col. 1. in medio, & in hac diximus lege.

Ibi. *Porque no ay mayor pena, que muerte del anima.* Nam vt dicitur Matthei. 6. quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur animę verò suæ detrimentum patiatur, aut quam commutationem dabit homo pro anima sua? Anima enim om
77 nibus rebus † est præferenda, vt in ca. Matthæus de Simon. l. Sancimus C. de sacros. Eccles. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remis. & sic pellem pro pelle, & cũcta, quæ habet homo dabit pro anima sua, Iob. 2. & Deutero. 4. dicitur, custodi temetipsum, & animam tuam solicitè. Et ob hoc inquit lex nostra, quod nulla est maior pœna quam animæ mors, & excommunicatio pèior est ipsa morte, vt colligi potest ex Vrban. Papa, in Epistola, de communi vita, & obligatione fidelium, vbi loquens de excommunicatis sic dicit, & quod peius est anima, quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium, & in profundum Baratri labatur ita vt Christus ipse dixerit, se nolle mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, vt in cap. hi qui. 3. q. 4. cap. his à quibus. 23. q. 8. cap. pen. 26. quæst. 6. & 2. Regum. 14. dicitur, non vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans nè penitus pereat, qui abiectus est. Et sic inquit veritas diuina, nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed timete eos, qui occidere
79 possunt & animam. Et ideo non incongruè preciosa dicitur, cuius preciositas etiam iure humano commẽ
78 datur, & multipliciter † colligitur. Primò enim dicit ius humanũ, quod vnius animæ amissio maius damnum censetur, quam si innumerabilium mors corporum contingeret, text. est in cap. si habes, versi. quid dicam de coniuge. 24. quæst. 3. Secundò, quod probatio, quæ animæ fauorem respicit, quanuis dubia debet acceptari, vt in notabili casu ponit Felin. in cap. in præsentia colum. 7. versic. secũdo no. de proba. Tertiò, quia relictum pro anima dicitur relictũ ad pias causas, gloss. in l. si quis Titio, delega. 2. Tyraq. de priuil. causæ piæ, in præfa. num. 13. Quartò, quia fauori animæ non potest renunciari, Bal. l. 1. nota. 2. C. de vsu fruct. legat. Quintò, in his, quæ salutem animæ respiciunt ad vitandos graues conscientiæ remorsus tutior pars est tenenda, text in Clement. exiui de paradiso. §. item quia, versic. nos itaque de verbo. signifi. c. vt animarum periculis, de electio. in 6. notatur in ca. iuuenis, de sponsali. in ca. 1. descruti-

in cap. illud, de cleri. excommu. facit text. in cap. fin. de re iudi. Sextò, licet Vassallus feudum irrequisito Domini consensu alienare non possit etiam pro anima vt est text. in cap. 1. §. donare qui. mo. feud. pot. alien. in vsi. feud. ramen Dominus tanquam habens ius potẽtius inuito Vassallo poterit feudum pro anima sua relinquere, text. est sing. in cap. vnic. respon. 1. de Allodijs, in vsi. feud. per quem ita sentit Roma. in Auth. similiter colu. 13. in. 3. priuil. piæ causæ inter vltimas volu. C. ad. l. fal. Septimò, quanuis pater possit filium exhęredare, & filius patrẽ ex causis positis in §. causas in Auth. vt cum de appe. cog. coll. 9. tamen propter fauorem animæ, † si filius monasterium fuerit ingressus non poterit à patre exhæredari, nec pater à filio, si pater fuerit ingressus, text. est notab. quem Roma. vbi suprà, dicit non esse alibi in. cap. non licet, in princip. 19. quæst. 3. facit text. in Auth. de Mona. in princ. coll. 3. Octauò, quanuis filius existens in potestate patris non possit testamentũ facere etiam de consensu patris iure ciuili attẽto. l. tam is. §. 1. ff. de dona. cau. mor. l. fenium. §. fin. cum gloss. non posse. C. qui test. facere pos. tamen pro anima sua † testari potest
80 de consensu patris, text. est à contrario sensu id benè probans in. ca. licet, §. fin. de sepultur. in. 6. & ita post multa hinc inde adducta tenet Roman. in dict. Auth. similiter col. 15. C. ad. l. Fal. Nonò, fauore animæ verba debent accipi seu interpretari † in latio
81 ri significato, secundum Bart. in Authe. Sacramẽta puberum. C. si aduersus ven. Quare cum etiam iure humano anima priuilegijs ijs foueatur, iustè nostra lex dixit nullamesso maiorem pœnam, quam animæ mortem.

Ibi. *La sentencia de escommunion, mata el ani-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

el anima, Nulla enim maior, aut acer
82 bior pœna † vel censura inuenitur in Ecclesia, quàm excommunicatio, secũdum Augustinũ in cap. corripiãtur, 24. quæstione. 3. vnguibus accipitris, aut gladio ancipiti penetrabilior, vt inquit Innoc. in cap. prœterea requisiti, de appella. Ias. post Paul. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi. Prob. in addi. ad Mona. in Rubric. de sentent. excommunic. in. 6. & quadatur fidelis morator in interitum carnis, dicente Apostolo. 1. ad Corinth. 5. vt velut medicina quadam curatus, eius spiritus saluus fiat, & discat non blasphemare, iuxta eũdem in. c. audi denique. 11. quæst. 3. & merito, nam qui phrœneticum ligat, & lethargium excitat, ambobus molestus, ambos amat, vt. August. inquit ad Vincentiũ Donatistam in ca. non omnis. 5. quæst. 5. & Vrbanus Papa, in capit. notandum, ad fin. 24. quæst. 3. & vt inquit Castro, aduersus hæres. lib. 6. titul. de excõmunicatione, pag. pen. veteri quidem lege habetur, qui cunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra Castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta cõremptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione trũcatur, & eiectus ab Ecclesia rabido Dæmonũ ore discerpitur, vt hæc decantat Autherus Papa, quibus assentit Beatus Vrbanus Papa, & Martyr in illa Epistola, quæ est, de communi vita fidelium. Is enim Pontifex Sanctus prohibens nè bona Ecclesiæ in alios vsus conuertantur, sic ait, hæc fratres valdè cauenda sunt & timenda, quia res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes & Domino oblatæ cum summo timore, non in alios, quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ: nè sacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, vbi tra-

ditę sunt, nè pœnam & mortem Ananię & Saphirę incurrãt, & (q eius est) Anathema Maranatha fiant, & si nõ corpore, vt Ananias & Saphira, ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua & alienata à consortio fidelium cadãt, & in profundum baratri labantur, hæc Vrbanus. Quibus verbis, inquit Castro vbi sup. dicit excommunicationem esse peiorẽ morte: subuertitque statum excommunicati, quia excommunicatus de familia Dei † in familiã diaboli trãsit, capitu. audi. 11. q. 3. & ideò merito glo. in l. Pœdius. ff. de recep. arbit. relata per Probũ in addit. ad Mona. in Rubric. nu. 21. de renunt. in. 6. inquit, quòd excõmunicatus seruus est diaboli, & alibi quòd diabolus vtitur excommunicato, quemadmodũ rusticus iumento, & sic nedum corpori, sed etiam ãnimæ affert detrimentũ, cum hominem à Deo separet. 24. q. 3. cap. certum. Quid ergo pessimus Lutherus dicere audet, excommunicationem non esse timendã? Nunquid non omnes habent à natura, vt mortem horreant & formident? Multò ergo magis erit horrenda & formidãda excõmunicatio, quę peior est morte. Ex quibus etiam constat impiam esse, & planè hæreticam ipsius Lutheri assertionem, qua asseuerabat hic Ecclesiæ hostis impius, excõmunicationẽ pœnam tantũ externã esse atq; ideò non priuare hominẽ communibus spiritualibus orationibus, etenim apertissimè constat ex dictis, & ex diffinitione excommunicationis, & ex late adductis per Soto, in. 4. dist. 21. q. 1. artic. 1. versic. his suppositis cum sequent. & per Ioa. Echium, in dict. Enchiridi. tit. 21. de excom. & Castrum, vbi sup. & ex omni scribẽtium caterua, & ex Couar. dict. ca. alma mater, in initio. 1 partis, num. 1. cum sequẽtibus, vbi nume. 7. inquit sic docere

83

Augustin. in cap. omnis Christianus, & in cap. nihil. 11. quæst. 3. Cuius verba inquit esse maximè admiranda ad huius assertionis probationem. Et Origenes, Homilia. 1. ad capit. 2. Iudicum, de excommunicatione tractans, Traduntur (inquit) peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et quia cum excommunicatus (vt iam pluries diximus) tradatur Satanæ ab illo vexandus, & omni munimine destitutus, dæmonis incursibus obijciatur, & illius anima magis à dæmone possideatur quam ante excommunicationem, colligitur inde (inquit Castro vbi suprà) excommuni-
84 cationem esse † etiam pœnam internam, contra falsum, & impium Lutherum, & eius sectatores. Hinc etiam inquit optimè Couarru. vbi suprà, numer. 8. versic. quinto hinc patet, fal-
85 sam omnino esse gloss. in cap. quodcunque. 24. quæstio. 1. dicentem, excommunicationem quoad Deum nihil operari, & nullum effectum habere, sed quoad Ecclesiam militantem, quam gloss. commendat Abb. in cap. dilectis, de appella. etenim hæc assertio planè à Catholica veritate aliena est, nam excommunicatio iusta non tantum effectum habet quoad Ecclesiam, & extrinsecas pœnas, sed etiam quoad Deum, & quoad interiorem pœnam, vt constat ex præcedentibus aduersus Lutherum adductis. Sunt
86 etenim quædam bona † spiritualia, quibus excommunicatio neminem priuare queat, nempe fides, spes, & charitas, si quidem his nemo per excommunicationem priuatur, at præter hæc sunt alia, quæ non parum ipsis peccatoribus inter iustos commorantibus opitulentur, à quibus nimirum segregat excommunicatio: multisque non corporalibus modo, verũ etiã spiritualibus incõmodis af-

Azeuedo super. 8.

ficit, vt dictum est, & tradit Couarr. vbi suprà, vnde cum ita grauissima sit excommunicatio priuans exterius, & interius, non debet temerè à prælatis, & iudicibus Ecclesiasticis inferri, & pro leuissima culpa, quoniam cum sit acerbissima punitio, nullus ex pœna debet plecti nisi pro crimine lethali, nec proquohibet tali, sed (vt patet ex contextura literæ Euangelicæ) pro solo illo, cui est admixta pertinacia. Vnde Leo Papa huius nominis primus in Epistola ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos, quæ est. 67. sic ait, Nulli Christianorum facilè communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, & dolens quodammodo debet animus vindicantis: cognouimus enim pro commissis, & leuibus verbis quosdam à gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sæui supplicij sauciatam, & inermem quodammodo, exutamque omni munimine diabolicis incursibus, vt facilè caperetur obiectam. Certè si quando causa talis emerserit, vt pro commissi criminis qualitate aliquem faciat iustè communione priuari, is tantum pœnæ subdendus est, quem reatus inuoluit, nec particeps esse debet supplicij, qui consors non docetur commissi. Hæc Leo Papa relatus per Castro, in dicto libro. 6. aduersus hæres. titul. de excommunicatione, pagina. 2. vbi ex hoc in-
87 quit, excommunicationem † non nisi pro culpa graui irrogandam, & sic ex. l. 20. titulo, pono, pattita prima, dispositum reperimus in hæc verba, *Tristeza muy grande deuen auer los Prelados de la Santta Iglesia en sus coraçones, e los otros que tienen*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus Ingares quando han de descomulgar algunos Christianos, y si piedad y dolor deuen auer dellos quando los descomulgan con derecho, quanto mas lo deuen auer quando lo fazen injustamente. Ex quo ex capit. sacro, de sentent. excommunica. &. c. 1. eod. tit. in. 6. & ex dict. l. 20. imponitur pœna iudici Ecclesiastico iniuste aliquem excommunicanti, quas ob res lex nostra excommunicationem inquit animam occidere, sicut ensis, & gladius occidit corpus: &
88 plures excommunicationis † effectus vide per Couarr. in dict. cap. Alma mater. 1. parte. §. 7. per totum, & Didac. Perez, hic sub. l. 1. titulo. 5. libro. 8. Ordinam. pagina. 173. cum sequentibus.

Ibi. *Y es la llaue de los reynos de los cielos, que encomendo nuestro Real Apostol Sant Pedro, y a sus succesores y ministros de la Iglesia.* Iuxta illud Matth. 16. capit. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram (vbi gloss. id est, vinculo Anathematis exponit) erit ligatum, & in cælis, capit. quodcunque, vigesimaquarta quæstion. tertia, in hæc verba, quodcunque ligaueritis super terram erit ligatum & in cælis, si hoc Petro tantum dictum est, (inquit Augustin. in hoc capit. quodcunque) non hoc facit Ecclesia, si autem, & in Ecclesia fit, vtique quę in terra ligãtur, & in cęlo, & quę soluũtur in terra soluta sunt & in cælo, quia cum excõmunicat Ecclesia in terra, in cælo ligatur excommunicatus, cum reconciliatur Ecclesia, & in cælo soluitur reconciliatus. Si ergo hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit, si ergo in persona Petri significati sunt in Ecclesia boni, & in Iudæ persona significati sunt in Ecclesia mali: hæc Augustin. Notandum tamen est in Ec-
89 clesia hanc † spiritualem potestatem duplicem esse, alteram, quæ dicitur potestas ordinis siue sacramentalis, alteram verò quę dicitur potestas iurisdictionis. Et hanc distinctionem Theologi, & Iuristæ omnes docẽt, & sanctorum patrum testimonia confirmant, vt & per Victoriam, in prælectione de potestate Ecclesiæ quęst. 2. in principio. vtramque item potestatem D. Thom. 2. 2. quæstio. 39. arti. 3. diffinit, quod scilicet sacramenta-
90 lis, & sic ordinis potestas ea sit, † quæ per aliquam consecrationem attribuitur. Potestas verò iurisdictio-
91 nis, quæ ex simplici iurisdictione † aut commissione confertur, vt est potestas excommunicandi, aut absoluendi ab excommunicatione, potestas diffiniendi in causis forensibus, & id genus alijs. Hanc verò iurisdictionis potestatem (de qua lex nostra agit, cum excommunicare sit iurisdictionis, vt diximus, & tradit Couarruu. in capitul. Alma mater. 1. parte. §. 11. in principio) hanc igitur iurisdictionis potestatem, secundum quod duplex est forum, ita etiã
92 esse duplicem testatur † Ioann. de Turrecremat. libro primo, de Ecclesia. capitul. 96. interiorem, scilicet, conscientiæ, & exteriorem, vt & idem contendit Abulens. in libro, quem defensorium appellat, parte secunda, capit. 62. dissident tamen in hoc, quod Turrecremat. potestatem hanc iurisdictionis in foro conscientiæ minimè conferri Sacerdoti per virtutem ordinis dicit, quando ille ordinatur ab Episcopo, sed conferri postea ab homine, quando Papa, aut Episcopus dat illi curam animarum: Abulensis verò huius contrarium docet, Potestatem dicens iurisdictionis in foro conscientiæ conferri cuilibet Sacerdoti, quando ordinatur ab Episcopo, tunc enim dicit, quod ex conditione ordinis, & insti-

& institutione Christi competit cuilibet sacerdoti potestas iurisdictionis in foro conscientiæ super omnes fideles totius orbis: Ecclesia tamen ob iustam causam ad schismata nimirũ & dissidia tollenda, quæ inde oriri poterant, eam coarctauit, subditos distinguendo: Qua ratione infert ab Ecclesia non esse eiusmodi potestatem ablatã, sed ligatam. Quinimo subinfert, non modo iurisdictionem interioris fori, sed exterioris quoque eidem sacerdoti competere, atque inde colligit, quòd quando sacerdos ille ab Episcopo ordinatur, ab eoque vtraque iurisdictio eidem confertur nihil nouum illi assignetur, sed tantũ modo ab Ecclesia impedimentum tollatur, quo potestatem illius ligarat, sed hæc vltima Abulensis doctrina, quæ & quorundam aliorum fuit, periculosa est, & à patribus ipsaq; veritate longissimè distans, quapropter tenenda non est, itaque multis eam reijcit Castro, de iusta hær. puni. lib. 2. capit. 21. & sequitur Francis. Vargas, de Episcop. iurisd. in quæst. princi. propos. 1. pag. 50. vbi in pag. 51. inquit in hæc verba, verum quicquid in sacerdotibus circa fori interioris iurisdictionẽ contingat, id q̃ Grabriel, in canone missæ lectio. 3. præ cæteris diligentius explicat, de Episcopis tantum, qui presbyteris gradu, dignitate, authoritate, & ordine superiores sunt, vt ante à dictum est, nobis erit agendum: hanc rem recentioribus quibusdam Theologis decidere placuit, vt asserant Episcopos, eò quod Apostolorum successores sunt, omnem iurisdictionis potestatem non
93 ab homine, sed à Deo † immediate suscipere: vt ita idem Castro, eo. lib. 2. cap. 24 probare contendit atq; intrepide affirmat, tametsi iure humano, & iustis quidem rationibus hanc potestatem determinatam, &

Azeuedo super. 8.

certis finibus circunscriptam dicat, eandem sententiam, Francis. Victoria in relectio. de potestate ecclesiæ sub finem, multis hinc inde traditis amplexus est, cum ijs multi alij idem sentiunt. Quo factum esse dicit Vargas, vbi sup. in Concilio Tridentino non mediocrem inter Patres, ancipiti contentione distractos, fuisse dissensionem, dum suam quisque opinionem tuetur, quæ tamen faciliter dirimetur si ad meram veritatem doctorum doctrinam, Ecclesiæ sensum atque vsum, vt decet, necesseque est, confugiamus: quare ipse Vargas ibidem in. 2. propositione, inquit, conclusiue tenendũ, potestatẽ clauiũ
94 † siue ligandi & soluendi in foro interiori iudiciariam esse, & illam per Antonomasiam ad ordinem pertinere, claues enim Regni Cœlorum Christum tradidisse Apostolis, eorũque successoribus, vt Innoc. 3. ait in cap. firmiter. §. vna verò, de summ. Trinit. & fide catho. non fuit aliud, quàm iudices eos constituere in condonandis, & retinendis peccatis, hæc tamen ad ordinem pertinent, & per Antonomasiam, nomine clauium † potestatem ordinis ad re-
95 mittenda peccata intelligimus, quæ sacerdos remittere aut retinere non potest, nisi per applicationem Sacramenti, quò fit, vt idem character, qui est potestas administrandi Sacramentum, sit hæc potestas clauium: nam alia illa potestas iurisdictionis, quia non immediatè versatur sacramentaliter in retinendis, aut remittendis peccatis charactere non ligat. Ex quibus ipsemet Vargas, vbi suprà, pagina. 53. proposito tertio, probat potestatem hanc ligandi atque soluendi in fo-
96 ro interiori † iuris esse diuini: & quodammodo à Papa etiam pendere, atque oriri, dicatur item

Universidad de Deusto
Biblioteca

characterem, qui in ordine imprimitur indelebilem esse. Potestas verò iudisdictionis externæ, vt ibi ipsemet Vargas dicit, in proposi. 4. in qua omnia, quæ ad politicam Ecclesiæ gubernationem spectant, includuntur, in summo Pontifice, ceu in fonte reposita est, ab eoque immediate ad alios deriuatur, † puta excommunicare, ab excommunicatione absoluere, dispensare, casus reseruare, indulgentias & beneficia atque id genus alia conferre, leges ponere, statuere, punire, pœna & præmio afficere, tandem Ecclesiasticam Hierarchiam moderari, hæc enim pertinent, & referenda sunt ad politicam Ecclesiæ gubernationem, ea, dico, potestas non modo à summo Pontifice ad Episcopos deriuata censetur, sed in eo etiam tanquàm in fonte reposita est, ab eoque ad alios, ceu per riuulos, & canales quosdam transfunditur, atque ab eo immediate promanant, idque pluribus fundamentis & confirmationibus ibidem ipse Vargas confirmat, à pagin. 55. vsque ad. 123. nam licet Apostolis omnis potestas tam ordinis quàm iurisdictionis † immediate à Christo tradita sit, sub Petro tamen eorum & totius Ecclesiæ Principe, vt per eundem Vargas, vbi suprà Axiomate. 4. pagin. 7. tamen secundum eum ibi confirmatio. 2. pagin. 57. extraordinaria ea & personalis iurisdictionis huius potestas in illis fuit, quippè quâ eis defunctis ad alios peruenire necesse nõ fuit, quia necessario successores ex immediata Christi institutione minimè relinquere tenebantur, verũ quia omnis clauiũ potestas in Ecclesia erat permansura, ac Christi vicarius futurus erat perpetuus, fit, vt per illã, in quo plenissima esse dignoscitur, in alios † omnes diffundatur. Demus enim, vt inquit, Vargas, in d. Confirm. 2. pag. 58. demus in quã, vt concedi debet, gradus Ecclesiæ vsq; ad vltimum iudicium in eadẽ esse preseueraturos: Demus potestatẽ ordinis & iurisdictionis, quæ prius erat in Apostolis, mansurã esse in Ecclesia, nõ propterea inde sequitur, ꝙ extra Petrũ, in quo iurisdictio ordinaria fuit, vt & in successoribus illius similiter est, Episcopis eo modo, obueniat, etiam si Apostolorum successores dicantur, sed illud potius dicendũ est, quòd eadem illis à Christi vicario † obueniat, à quo velut capite dona sua Christus velut in corpus omne transmittit, quẽadmodum Leo Papa ait, in cap. si Dñs. 19. dist. quẽ text. ad hanc rẽ optimè perpendit Caieta. de potestate Papæ. c. 19. quod & ibi in. d. 2. confir. cõfirmat, & fundat ipse Vargas, & in. 3. cõfir. id latius prosequitur & declarat, quę ratione Episcopi quo ad iurisdictionem Apostolis minimè successerint, sed à summo Pontifice eam immediate † acceperint, & in confir. 4. pag. 64. prosequitur Vargas, quo sensu † Episcopos Apostorũ successores dicamus, & quid in ea re Patres intellexerint (& post hæc scripta vidi lecturã impressam Doctoris Sahagum. super. c. decernimus, de iudicijs, in prin. n. 7. cũ sequent. itidem declarantis) quæ cum ad declarationẽ horũ verborũ nostri text. non sint ita necessaria, per eos videbis, dicta enim iam sufficiũt, vt ex eis confirmes verba nostri tex. probantia, excõmunicationem esse clauem Ecclesiæ, quam Dominus noster IESVS Christus Petro & eius successoribus commendauit, & ab ipso Petro & Christi vicario in Ecclesia Dei præposito in alios deriuatur, ceu à fonte, vt dictum est.

97

100

101

102

98

99

Ibi, *Y les dio poder de ligar*, Prælatis loquitur, huius enim gladij vibrandi

vibrandi potestas non omnibus data est. Pastores enim Ecclesiæ à Deo optimo maximo Matth. 18. cap. eam habuerunt, dicente Domino, contumaces, post vnam, aut alteram monitionem habẽdos esse tanquã Ethnicos & Publicanos, & ex dictis antea colgitur, & ex relatis per Castro, aduersus hæres. verbo. excommunicatio, pag. 1. cum seq. & per Couarr. in cap. Alma mater. in initio. 1. partis nu. 8. & Soto, in. 4. dist. 22. q. 2. art. 1. & huc pertinet quod Pau. 1. ad Thessa. c. 3. scribit quod si quis non obedierit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & nõ commiscearnini cum illo, vt confundatur. Vnde Vrban. Papa Martyr in Epistola de communi vita & oblati. fideli. ad hæc componenda, ita inquit, ideò ista prætulinus charissimi, vt intelligatis potestatem Episcoporũ vestrorum, in eisque Dominũ veneremini, & eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non communicant, non communicetis, & quos eiecerint, nõ recipiatis. Origenes in homil. 3. ad ca. 2. Iudicum, idem asserit his verbis, nõ solũ per Apostolos suos Deus tradidit delinquẽtes in manus inimicorũ, sed & per eos, qui Ecclesiæ præsident & potestatẽ habent non solũ soluendi, sed & ligãdi. Et Chrysost. testis est locupletissimus in Homil. 4. ad cap. 2. Epistolæ ad Hebræos, nemo contemnat Ecclesiastica † vincula: non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatẽ dedit, & dominos fecit homines tanti honoris, ca. nemo contemnat. 11. q. 3. quaquidẽ potestate vsus fuit B. Paul. 1. ad Corin. ca. 5. in incestuosum Corinthium, & 1. ad Timot. 1. in Hymeneũ, & Alexandrum qui in fide naufragium fecerunt. Et talem sententiam sæpissimè asserit in dict. ca. 5. aduersus fornicatores Auaros, & alios multos nominatos fratres, & in capit. fin. eiusdem Epistolæ,

Azeuedo super. 8.

1. ad Corinth. & ad Galathas. 1. & ad Timoth. 3. & Beatus Ioãnes in sua canonica, eadem censura percutit illum, qui doctrinam aliam attulerit dicens, nolite recipere eum in domum, neque, auè, ei dixeritis, & qui dixerit ei, aue, communicat eius operibus malignis, & sic nimirum est, quod à prælatis, & hodie inferantur similes excommunicationes. Vnde in Concilio Constantiensi, Session. 8. damnati fuere duo † grauissimi errores Ioann. Vviclef, quorum priore asserebat is Hæresiarcha, nullum prælatum debere aliquen ex communicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum à Deo, & sic excommunicantem esse excommunicatum, vel hæreticum. Posterior autem error erat, quod excommunicatio Papæ, & cuiuscunque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi, quos quidem errores, & Martinus Lutherus suscitauit, & ex dictis, & ex alijs multis per Rosensem, & Ioann Echium & Castro adductis, & per Adrianum, in. 4. sentent. in tractat. de Clauibus capit. 3. optimè Pighius, lib. 5. de Eccles. Hierarc. capit. 2. folio. 4. confunduntur & reprobantur, & reprobati remanent, & probatum resultat, prælatis competere proferre has spirituales censuras 4 fori exterioris, vt ex capit. à nobis. 1. de sentent. excommunica. etiam decerpitur, & in cap. 2. de constit. in. 6. probatur per Episcopum, & superiorẽm quemcunque imponi posse censuram per viam statuti, aut constitutionis Synodalis, vt & itidem cum loquimur de sententia excommunicationis ab homine ferẽdæ, Episcopus & quilibet superior ordinarius post quamlibet excommunicationem etiam maiorem, & quæ fertur cum solemnitate proferre, de qua in capit. debent. 11. quæstion. 3.

100

101

102

103

104

105

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in hoc non est dubium. Sed an idē
106 erit in inferioribus prælatis, † & videtur dicendum quòd non per text. in dict. c. debent, vbi videtur probari quod solis Episcopis id competit, & quia excōmunicatio dicitur Mucro Episcopalis, ad idem 24. q. 3. corripiantur, & in hoc varias adesse sententias testatur Maria. Soci. in cap. super eo de sent. excōmu. nu. 13. cum seq. & refert eas Host. in sum. eo. tit. §. quis possit excommunicare, versi. sed quis est hic minister, quibusdam dicentibus, quòd solus Episcop. potest excōmuni
109 care, alij verò dicunt, quòd nō solum Episcopus, sed & inferiores prælati, qui præsunt collegijs, vt Abbates etiā nō beneficiati dummodo sint confirmati, vt in cap. sicut. 2. de Simon. & quòd priores & similes possunt excō municare, etiam excōmunicatione maiori, per text. in cap. cum ab Eccle siarum, de offi. ordi. & per tex. in dict. l. 7. titu. 9. partit. 1. nisi quoad Anathema, hoc enim ex text. ibi, solis Episcopis pertinere disponitur, prout & tenebat Host. vbi supra, tertij vero dicunt, quòd etiā quilibet sacerdos habens curā animarum potest excōmunicare, per tex. in ca. 2. de offi. ordi. c. nemo. 15. q. 4. c. 1. 11. q. 1. c. experiētiæ, & c. sacerdotibus, inquit tamen Mari. Soci. in. d. c. super eo, nu. 15. cum Soci. in. c. licet, de pœnis, verā esse conclusionē, quòd quilibet iudex Ecclesiasti
107 cus habēs iurisdictionē, fori † cōtētiosi, siue habeat de iure cōmuni, siue de consuetudine possit excōmunicare, arg. c. 1. de sent. excōm. & c. quāto, de offi. Ord. & c. cū in Ecclesijs, de maio. & obedi. & c. sicut. 2. de Simo. & ex dict. l. 7. colligitur, & hāc sibi placere opinionē testatur Mari. Soci. d. n. 15. Vnde Abbates & alij prælati, qui ali-
108 quo † modo de iure communi, vel ex speciali priuilegio, vel consuetudine habent iurisdictionē fori contentiosi indubitanter possunt excommunicare, & in nu. 16. hanc cōmunem & veriorem conclusionem testatur & resoluit Angles. Theologi. quæsti. tit. de excommunic. artic. 4. etiam si talis excommunicans non habeat ordinis potestatem, Couarr. in cap. alma, mater, part. 1. §. 11. nume. 1. & 2. per text. in cap. cum ab Ecclesiarum prælatis, de offic. ordin. cap. sicut tuis, de Simo. cap. cum in Ecclesia, de maio. & obedient. & ibi ex ijs plura infert ipse Couar. & concludit non esse necessarium sacrum † ordinem habere excommunicantem, sed sufficere in minori ordine esse ordinatum, & sic clericus & aptus ad Ecclesiasticam dignitatem consequendam, in Synodali tamen cōgregatione Prouincialis Concilij metropolitani anni. 1566. Salmanticæ celebrati acti. 3. cap. 16. iussum fuit & ordinatum prouisores & sic vicarios ecclesiasticos Generales debere esse ordinis sacri, vel quòd saltim intra annum illum suscipiant. Hæc etiam opinio quòd habens iurisdictionem Ecclesiasticam possit excommunicare probatur ex Decreto Concilij Tridentin. 3. sessio. 25. dum tamen, vt ibi dicitur, non sit dāda excommunicatio ad finem reuelationis rerum furatarum, vel perditarum, nam hæc soli Episcopo per tex. ibi reseruatur. Ex quibus infertur cōclusiones assertas per Sotum in. 4. distin. 22. articu. 1. quæstio. 1. veras esse, scilicet, quòd omnes Episcopi & Præ
110 lati) ex proprio officio authoritatem habent excommunicandi suos subditos generaliter, vt in tota Ecclesia sint excommunicati, vt optimè probat Sotus in 1. conclusione per totam. Itidemque quòd non solum simplices sacerdotes, verum &
111 parochiales † ex officio non habent iurisdictionem excōmunicandi, quia non sunt propriè Prælati, neque iurisdictio-

sdictionem habent, nisi in foro pœnitentiæ, si non sit eis à superiore commissum, vel nisi in aliquibus casibus à iure eis concessis, vel vt in furto & rapina, ex dict. capit. cum ab Ecclesiarū prælatis, licet & hoc inquit ibi Soto, in. 2. cōclu. in desuetudinem abijsse, & bene, sed vbi consuetudo id faciendi adhuc vigeret seruanda esset vt inquit Nauarr. in capitulo. cum contingat causa. 2. nume. 27. pagina 142. Itidem & ex ijs in. 3. conclusione inquit Soto, vbi suprà, quòd nullus
112 suspensus, † vel excōmunicatus maiori excommunicatione potest excommunicare, nam est vsu iurisdictionis nudatus, & excommunicare est iurisdictionis, vt iam dictum est: & eadem ratione si sit à iurisdictione suspensus, non potest fieri suspensio à
113 iurisdictione, sicut ab ordine † vel ab vtroque, & ita probatur in capitulo ad probandum, de sentent. & re iudic. & capitul. audiuimus. 24. quæstione. 1. sed si non esset suspensus à iurisdictione posset vtique excommunicare, vt tenet gloss. in capit. sacro, de sentent. excommu. communiter approbata, secūd. Mari. Soci. in. ca. offic. num. 157. de sent. excom. Ex quo dubitat Soto, vbi supra, in versic. dubium autem est, si ignoratur an iudex sit excōmunicatus valebit ne
114 excōmunicatio † ab eo prolata, & randem inquit quòd sic, tenēt enim eius actus & sententia quandiu ignoratur an sit excommunicatus, vt & tradit Marian. Socin. in dict. capitulo super eo, nume. 44. Ex quibus resoluuntur plura, quæ ibidem ipse Maria. Socin. refert in numero. 17. cum pluribus sequentibus, referebarque circa quæstionem an simplices sacerdotes vel curati non habentes iurisdictionem possint excommuni-
121 care, & an absoluere, discutit Gutierrez, in canon. quæstione. 5. nu-

mero. 20. Apparet etiam ex dictis Arbitros à partibus electos excom-
115 municare † non posse, quia non habent iurisdictionem, sed notionem,
116 arbitros verò † iuris posse, vt per Maria. Socin. vbi suprà, numero. 38. cum. 2. sequentibus. Sed an per præ-
117 scriptionem possit adquiri † potestas excommunicandi, Socin. ibidem nume. 45. & 42. inquit quòd sic etiāsi sit simplex sacerdos, dum tamen consuetudine hac, vel præscriptione iurisdictionem adquisijsset fori contentiosi in aliquos.

Ibi. *Y absoluer las animas.* Habes hic text. probantem, quod is potest
118 absoluere, † qui & excommunicare, vt in capit. inferior. 21. distinct. text. in dict. l. 7. titul. 9. partit. 1. nisi in duobus casibus ibi assignatis in versicul. *La segunda regla*, cum versicul. sequente, & sic in excommunicatione lata ab homine, is absoluit, qui excommunicat, vt in capit. per tuas, de sentent. excommunica. vel superior, vt
119 Archiepiscopus in casibus † in quibus iurisdictionem propriam exercere valet inter subditos suffraganeorum, vt & in capit. venerabilibus, in principio, de sentent. excommuni. tradit gloss. fin. in fin. in cap. quanuis, eo. tit. & sequuntur communiter Doctores, secūdum Soci. in. c. offi. de senten. excom. nu. 133. Coua. in. c. Alma mater. 1. p. §. 1. n. 2. vbi in. n. 3. ampliat,
120 vt & possit Episcopus absoluere † ab excōmunicatione eum, quem prælatus inferior excommunicauit, vt ibi, cum gloss. in capit. cum ab Ecclesiarum, de offic. Ordin. communem testatur ipse Couarr. Quæ quidem nostri text. Regula ampliatur primo, vt procedat, siue vnus fuerit excommunicator, siue plures, nam † ab omnibus debet absolutio obtineri, nec sufficit vnius absolutio, ex text. in dict. capit. officij, vbi Socin. num. 134.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de senten. excommuni. & si plures simul excõmunicauerint sufficit quod plures conueniant pro vna absolutione, vel satis est, quod omnes alij committant vni, † qui nomine omnium illum absoluat, vel si separatim quilibet excommunicauit, similiter quilibet separatim absoluere debet à sua excommunicatione, vt in dict. cap. officij, per Ioan. Andr. & Anto. & per Maria. Soci. in cap. venerabili, de sentent. excommuni. in. 25. artic. princi. Ampliatur secundo dicta Regula, vt procedat tam in delegato, quam in ordinario † excommunicatore etiam si sit delegatus à Papa, dummodo sit delegatus cum causæ cognitione, vt putà quando mandat alicui, quod aliquem excommunicet, committendo causæ cognitionem, vel per similẽ modum, argumen. 21. distinct. cap. inferior. l. nemo. ff. de reg. iur. nam excommunicatio, & absolutio pari iure censentur, de pœnit. distinct. 1. ca. verbum, secus si Papa diffiniuit negotiũ, & mandet excommunicari rebellẽ, vel notorium peccatorẽ, talis enim non potest absoluere, sed tantum excommunicare, prout ei committitur quia non iurisdictio, sed solum modũ, & purum ministerium ei committitur, vt in cap. fin. de offic. deleg. tenet Hosti. in sum. titu. de excommuni. §. quis possit ab hac absoluere, versi. Sed quid si Papa. Et isto modo potest † intelligi. cap. ad hæc, de sentent. excommuni. in quantum innuit, quod delegatus Papæ, qui excommunicauit nõ possit absoluere sine nouo mandato Papæ, secundum vnum intellectum, nam potest intelligi modo prædicto videlicet, quando mandatum fuit excommunicationis nudum ministerũ. Vel potest secundo intelligi quando delegatus, qui excommunicauerat, erat mortuus, vel erat reuocatus, vel excommunicauerat post sententiam diffinitiuam, & annus erat elapsus, quibus casibus oportet pro absolutione ad alios recurrere. Alias autẽ istemet delegatus, qui ante sententiã diffinitiuam excommunicasset, vel post sententiam, posset absoluere infra annum, vt hæc traduntur in cap. quærenti, de offic. del. & ita etiam dicunt Ioan. Andr. & Anto. in dict. c. ad hæc, licet de primo modo soluendi nihil dicant, quod intelligendum est de delegato habente potestatem absoluendi etiam excommunicatum ab homine, qui etiam eo casu de stylo remittit † absoluendum ad excommunicatorem, si tamen absolueret, teneret absolutio in quantum potestas sua extenderetur. Sed si delegatus nõ haberet speciale mandatum, non posset absoluere excommunicatos à Papa, † vel etiam à delegatis Papæ, vt in cap. studuisti, de offic. lega. & cap. pastoralis, de offic. Ordin. oportet ergo, quod ipse habeat speciale mandatũ, sine quo sibi non creditur, nisi illum ostendat, vt. l. 1. C. de mandat. princi. cap. Porrò, in fin. de priuile. Sed si literas perdidisset, posset probare amissionem, & tenorem, argumen. c. cum olim de priuileg. & cap. 2. de cleri. pereg. sufficit enim quod mandatum semel fuerit publicatum, vt in Auth. vt fratrum filij § illud, & in cap. fin. de fide instr. & quod notatur in. l. publicati. C. de testamen. secundum Archid. in cap. eos, eod. titu. in. 6. qui etiam allegat ad hoc not. per Vincen. in cap. venerabilem, de electio. sequitur Ioa. Andr. & Domin. in dict. cap. eos. quia etiam Episcopus non debet sententiã latam à suo inferiore relaxare sine illius conscientia, si tamen hoc fecerit tenet † absolutio. Tertiò Ampliatur dicta conclusio, quod procedit non solum quando alius inferior excommunicatum ab alio vellet absoluere, sed etiam in Papa, vel in legato, quia ipsi absoluunt à sententia excommunicationis ab alio lata, licet de stylo curiæ † remittunt absoluendum ad excommunicatorem, secundũ Ioan. Mona. in cap. eos, de sentent. excommuni. in. 6. & ibi Ioan. Andr. in nouellis, & Domi. post eum. Quanuis tamẽ hoc de necessitate, honestate, seu benignitate, seu stylo procedat, absolutio tamen facta à Papa indubitanter † tenet, secundum Maria. Soci. in. d. cap. officij, num. 136. de sentẽ. excommuni. & infrà in secunda fallentia dicemus. Quartò ampliatur dicta Regula, vt procedat non solũ quando quis iustè, verum & quando iniustè excõmunicatur, † nam & iniustè excommunicatus à proprio excommunicatore potest absolui, vt in cap. sacro, de senten. excommuni. nec obstat quod iudex non potest reuocare propriam sententiam validam, quanuis iniustã, vt. l. 2. C. senten. rescin. non pos. & in. l. iudex postea. ff. de re iudi. cum simil. quia illud † intelligitur in sententia diffinitiua, & perpetua, sed nos loquimur in sententia interlocutoria, & nõ perpetua, quæ non transit in rem iudicatam, vt sentit gloss. non deferat, in dict. ca. sacro, neque itidem obstat, quod iniustus excommunicator non debet posse absoluere, † cum ipse in pœnam iniustæ excommunicationis careat ingressu Ecclesiæ, vt dict. cap. sacro, & per consequẽs videtur, quod alium non possit reconciliare, quia hoc primo potest intelligi, quandò sententia † fuisset iniusta ex causa, quo casu non est suspensus ab ingressu Ecclesiæ, secundum aliquos, secus si ex ordine: vel secundo & melius dici potest, ex gloss. interdictum in eod. c. sacro, & ibi Docto. quod non sequitur, est suspensus ab ingressu Ecclesiæ, ergo est priuatus iurisdictione, & per consequens absoluere non potest, de quo per Soci. in dict. cap. sacro in. 13. princip. articu. Quintò ampliatur dicta Regula, vt procedat etiam si ab excommunicatore fuerit appellatũ ad superiorem, quia & iudex ad quẽ talem absoluẽdum remittit ad suum † excommunicatorem, & hoc clarũ est, si sententia excommunicationis clare appareat iusta, quia tunc omnino tenetur remittere, nisi periculum sit in mora argumen. dict. cap. sacro, secus si clarum sit, quod sententia excommunicationis sit iniusta, vel etiã sit lata contra formam cap. 1. de sent. excommunica. in. 6. nam tunc non remittitur ad excommunicatorem, vt dict. cap. sacro, sed superior absoluit, vt dict. cap. 1. sed si dubium esset, vtrũ talis sententia sit iusta, vel iniusta potest superior remittere, & non remittere † ad excommunicatorem, prout sibi placuerit, vt in cap. 1. de sentent. excommunica. honestius tamen facere videtur si remittat, vt est text. & ibi Ioan. Andr. in cap. venerabilibus §. fanè, de sentent. excommu. in. 6. si verò nõ remittit in casu in quo deberet remittere, sed absoluit, tenet absolutio, ex quo iudex est, vt in dict. cap. venerabilibus. §. vbi autem, & ibi Ioan. Andre. Sextò, & vltimo ampliatur dicta Regula, vt procedat etiam si per viã indirectam quis in excommunicationem incidit propter sententiam † hominis, putà in eo, qui communicat excommunicato in crimine, & hoc est propter iniuriam, quæ fit sententiæ ipsius excommunicationis, vt in ca. nuper, versi. in secundo, in fine, iuncto verbo, quanuis enim & tunc, de sent. excommuni. eò quod ligatur tũc sententia canonis, & non hominis, vt tenent cõmuniter Doctores. Maximè Soci. in dict. cap. nuper, contra gloss. in princip. ibidem, tenentem, quod ligabatur sententia hominis, & non canonis. Quæ quidem Regula sic ampliata fallit primo in successore excõmuni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

municatoris, qui potest absoluere † excommunicatum à suo prædecessore, secundum Ricardum, super. 4 sent. eò quòd successor in iurisdictione cẽsetur eadem persona cum prædecessore, vt in. l. 1. ff. qui & à quibus, not. in cap. quoniam Abbas, de officio del. & hoc procedit non solum in successore ordinarij, verum & in successore † delegati in delegatione, vt not. Ioan. And. & Domi. in d. c. eos, de sent. excõmu. in. 6. & faciunt, dicẽda in sequẽte limitatione in fine. Secundo fallit dicta Regula, si esset alius, qui haberet eandẽ plenã seu plenioré dignitatem seu iurisdictioné, sicut ille, qui excommunicauit, † ratione eiusdem iurisdictionis, & maioris, eandẽ tamen iurisdictionem continentis, quia potest quis absoluere excommunicatum ab alio. Ex quo primo infertur, quod Papa potest absoluere à quibuscũque † sententijs inferiorum prælatorum, licet de stylo curiæ sit, vt remittat excommunicatum, ad excommunicatorem, vt diximus in. 3. ampli. & infra nu. 167. Secundo infertur, quod Episcopus potest relaxare excommunicationis sententiam latam à suo Archidiacono, decano. presbitero, † vel alio sub eo iurisdictionem habente sine conscientia illius, qui excommunicauit, nam hoc casu tenet absolutio, argumen. 11. quæst. 1. cap. de persona, nam defensor ciuitatis, cui Episcopus † comparatur potest adhibere cognitionem de causis inferiorum municipalium, prætermissis alijs inferioribus magistratibus, vt in Auth. de defenso. ciuit. in princip. Est tamen aduertendum, quod licet teneat absolutio Episcopi, Episcopus tamen non deberet hoc facere sine excommunicatoris conscientia, † argumen. cap. cum ab Ecclesiarum de offici. Ordin. tenet Hosti. in summa, titu. de sentẽ. excommuni. §. quis possit ab hoc absoluere, versic. sed quæritur an Episcopus. Item aduertere debes, quod quãuis hoc procedat in Episcopo respectu suorum subditorum prælatorum, tamen non seruatur idem in Metropolitano respectu suorum subditorũ, suffraganeorũ, quorum sentẽtiam Archiepiscopus non potest reuocare, nisi excommunicationis sententia per appellationem saltim, aut per querelam † ad eum fuerit deuoluta, vt in c. per tuas, de sentent. excommuni. in cap. ad reprimẽdum, de offic. Ordi. in cap. venerabilibus, de sent. excommunica. in. 6. faciuntque dicta suprà, in. 5. ampli. & infrà num. 158. Et ratio differentiæ, quare aliud in Metropolitano † respectu suffraganeorum suorum, & aliud in Episcopo respectu subditorum prælatorum est, quia Metropolitanus in suffraganeis suis iurisdictionem non habet, nisi in casibus à iure expressis, vt in cap. pastoralis, de offi. Ordin. & ideò non dicitur habere eãdem iurisdictionem, quam habet Episcopus. Sed Episcopus in subditos prælatorum sibi subiectorum habet ordinariam iurisdictionem, & eandem, quam habent prælati subditi, vt. 10. quæst. 1. cap. regenda, &. 16. quæsti 7. omnes Basilicæ, & in d. c. cum ab Ecclesiarum, de offic. Ordi. & tenet Hosti. vbi suprà, & ideò differens est in Episcopo, & aliud quam in Metropolitano in dictis casibus. Tertiò infertur, quod idem dicendum est respectu generalium prædicatorum minorum, & similium, excommunicatus enim à prouinciali ministro, priore, custode & similibus absolui † poterit à suo generali, eò quod Generalis ipse eandẽ, & lõge maiorẽ habet iurisdictionẽ super omnes subditos illius ordinis, argumẽto prædictorũ infertur, q̃ cũ delegat' fungat vice delegãtis, vt in. c. sane, & in. c. cũ olim Magister, de offi. del. & in. l. 1. in fi. ff. de offi. eius cui

cui man. est iur. quod delegans possit absoluere † excommunicatum à suo delegato, si reuocauit ad se causam, quod facere potest, si in totum non subdelegauit iurisdictionem, vt in. l. iudiciũ soluitur. ff. de iudi. talis enim subdelegans potest absoluere excommunicatum à suo subdelegato, cum ipse delegatus vice subdelegãtis vtatur, & sicut subdelegatus potuisset absoluere excommunicatum à se, si ab eo petitum esset, vt in capit. ex parte, de verbo. sig. secundum Petr. & Ioan. Andr. in cap. super quæstionum, de offici. del. ita & subdelegans, † vt tenet Specul. in tit. de sentẽ. §. vt autem, versic. sed pone iudex delegatus, sub Rubricella, de forma senten. excõmunica. Tertio fallit dicta Regula in capitulo sede vacante, quod potest absoluere excommunicatum † ab Episcopo suo, ex text. in cap. vni. de maio. & obed. in. 6. eò quod succedit capitulũ hoc in iurisdictionalibus, vt per me alibi dictum est in tract. de Decurio. vocato curia Pisana. Quartò fallit dicta Regula in casu † periculi mortis, quia ille casus intelligitur semper exceptus, putà si propter instãtem mortem non potest adiri excommunicator, vel quia in itinere timetur de morte, nam tunc alius quam excommunicator poterit absoluere, ex glo. non poterit in cap. à nobis. 2. de sent. excommuni. argum. cap. quod dubiũ & cap. quod de ijs, & cap. quanuis, eo. titu. debet tamen si absoluatur in hoc periculo, cessante eo, quàm cito commodè poterit se præsentare ei, qui eũ iure † poterat absoluere, aliter enim incidit in excommunicationem, secundum Nauarr. in Manuali. cap. 27. num. 46. ex text. in cap. eos, de sentẽt. excommuni. in. 6. ex quo text. colligitur, quod idem erit in alio impedimẽto † legitimo, putà si excommunicatio emanauit à Papa, & propter paupertatem non potest Romam adire, tunc enim poterit absolui ab Episcopo proprio, vel eius ordinario, aut eorum mandato, excusatur enim excõmunicatus non facta satisfactione ob paupertatem, ex dict. cap. eos, & not. Doctores communiter in cap. à nobis, de sent. excommuni. Optime Deci. in. c. P. & G. col. 2. versi. quinto venio ad secundum, de offic. dele. & Gallesius, in tract. de forma. oblig. camera. 3. parte in quæstione processus nume. 24. & Sebasti. medi. in tract. mors omnia soluit. 1. parte nume. 103. & Dida. Perez in. l. 1. titu. 5. lib. 8. Ordin. pagin. 179. per totam, Archi. Domin. & Franc. in dict. capit. eos, vbi exemplificant in paupertate, & Innocen. in capit. quanuis, de senten. excommunicat. dum restringit permissionem absolutionis ob hanc causam ad excommunicationem incursam à iure ob manus † iniectionem, ex capitu. quòd de his, & capit. quanuis, de sentent. excommunicationis. Sed idem in excommunicatione ob aliam causam † incursam, siue à iure, siue ab homine ex text. expresso, in dict. capit. eos. per quem text. ita contra illam restrictionem Innoc. tenent Franc. & Domi. in dict. cap. eos, & ibi Ioan. Andr. & Hosti. optimè, in cap. quanuis, de sentent. excommuni. & hanc sibi contra Innoc. placere, inquit Mari. Soci. in dict. cap. officij, num. 93. de sentent. excommunicat. nam secundum eum, dato impedimento in persona absoluendi, licet non sit periculum mortis, nihilominus propter eãdem rationem, ex quo impeditur ire ad sedem Apostolicam, debet posse absolui à suo Episcopo, vel eius vicario, vt & tenet Couar. in capit. alma mater. 1. part. §. 11. num. 8. de sentent. excõmunic. sed paupertate quid est aliud quod magis impediat ire, neq; tenetur ire mendicando † persona honesta

Universidad de Deusto
Biblioteca

honesta & nobilis, sed debet excusari ob hanc causam, quod est optimũ ad absoluendum eos, qui excommunicati sunt à Papa, vel ab eius delegato, ob debita,* qui dum in ijs viuunt
155 partibus nõ possunt ob paupertatem adire excommunicatorem, & sic absolui possunt præstita cautione de adeundo ad Papam, cum potuerint, vt inquit text. ille, in dict. cap. cos, qui singularis est ad hoc. Quinto fallit dicta Regula quando Episcopus, qui excommunicauit esset negligens in
157 absoluendo, vel resistit, ne † excommunicatus absoluatur, vt in dict. ca. sacro, de sentent. excommunicatio. & in cap. prudentiã. §. sextus, de offi. delega. & in cap. ad reprimendum, & in cap. Pastoralis, de offic. Ordi. Soci. in dict. cap. sacro. in. 13. artic. princip. Sextò fallit. Quando per viam querelæ, vel appellationis peteretur absolutio à superiore † ipsius excommu
158 nicatoris, & clarum esset sententiam excommunicationis esse iniustam, vel latam contra formam capit. 1. de senten. excommuni. in. 6. nam tunc non tenetur remittere superior absolutionem ad excommunicatorem, prout suprà in. 5. ampliatione dictum est. Septimò fallit si aliquis fuit excõmunicatus à subditis sui suffraganei, & consuetudo habeat, quod possit ab
159 solui † ab Archiepiscopo, per text. in cap. Romana, in princi. de senten. excommuni. in. 6. & ibi gloss. consuetudine. ad quod etiam allegat cap. Romana, in princip. de offi. Ordi. in. 6. & c. Romana. §. 1. de foro. compe. in. 6. & sequitur Ioan. Mona. in cap. significantibus. de noui ope. nun. Sed dicit Ioann. Andr. in nouella, quod magis proprie facit cap. referente, de præben. Octauo fallit, si alius citra excommunicatorem, putà Archiepiscopus, vel similis haberet priuilegium pos-
160 sendi absoluere † excommunicatum ab alio, vt not. in verbo consuetudine, in dict. cap. Romana, Respon. 1. de senten. excommuni. in. 6. consuetudo enim, & priuilegium in hoc à pari iudicantur. 9. quæst. 3. conquestus. No-
161 no fallit si excommunicator † non esset Sacerdos, & hoc, retenta opinione illorum, qui tenẽt excommunicatorem, non posse absoluere ab excõmunicatione si Sacerdos non sit, vt per Hosti. in sum. titu. de excommunicat. §. quis possit ab hoc absoluere, versi. sed nunquid si clericus nõ esset, vbi recitat opiniones, & tandem di-
162 stinguit, quod triplici vinculo † excõmunicatus ligatur, vno quoad Deum ratione peccati, ob quod excommunicatur, & ligatus est quoad Deum quàm citò illud commisit, & hoc per solam contritionem aboletur. Secundò quoad spõsam Dei, videlicet quoad Ecclesiam, quam offendit, & à tali non potest quis absolui nisi per Sacerdotem, vt in cap. omnis, de pœnit. & remis. Tertiò quoad sententiam Ecclesiæ in ipsum latam, in qua Deus ligat, & quam Ecclesia tenetur seruare quousq; relaxata sit, & sequatur solennis reconciliatio, & quantum ad hãc reconciliationem potest intelligi illud, q̃ quicũq; ligare potest, & etiam absoluere. Debet tamen non Sacerdos absoluens dicere absoluto, vt se ostendat Sacerdoti, & hanc seruare opinionem Hostien. cautum honestum & Catholicum esse, Maria. Soci. dicit in dict. cap. officij. nume. 162. de sentent. excommunica. qui à numer. 159. incepit referre opiniones circa hanc limitationem, quas huc describere longum esset, sufficit enim pro huius limitationis declaratione hæc dixisse: & videndus est Nauarro, in Manuali, cap. 27. num. 41. & latius Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 11. nu. 10. Decimò fallit in absolutione ad cautelam, quam licet quandoque excommu-

163 communicator faciat, tamen communiter, & regulariter † illam facit alius, vt late per Socinum, in cap. Venerabili, de sentent. excommunica. in 25. princ. articu. in materia absolutionis ad cautelam. Vndecimò fallit, si Papa confirmat sententiam excommunicationis latam per alium, quia tunc etiam excommunicator nõ po-
164 test absoluere, sed ad solum Papam † pertinet absolutio, vt not. gloss. fin. in cap. 3. de Institutio. argum. cap. 1. & 2. de confirm. vti. vel inuti. & ca. fin. de consecra. distinct. 2. & cap. cum in distribuendis, de tempo. Ord. Specular. tamen in titu. de sentent. excommunica. §. vt autem versi. quid si Papa tenet, quod non obstante confirmatione Papæ, possit excõmunicator absoluere, & idem tenet Gofred. in dict. c. 3. & in sum. titu. de confir. vtili in fin. & Vincen. in cap 3. eod. titul. & Bryxiens. in quæstione venerabili. 56. Sed Ioann. Andr. in dict. cap. 3. distinguit, quod aut sententia emanauit per mo-
165 dum † constitutionis, & tunc licet cõfirmetur per Papã potest nihilominus ipse constituens, vel alius absoluere, argumen. cap. nuper de sentent. excommunica. & hoc casu potest procedere opinio Specula. & aliorũ, aut sententia emanauit ab homine per modum sententiæ, & tunc si non est confirmata per Papam, regulariter potest alius absoluere, si verò sit per Papam confirmata, tunc non potest absolutio fieri, nisi Papa hoc concederet, vt in dict. capit. 3. in fin. cum gloss. fin. Forte tamen hoc limitandum est, si modo constitutio sit facta à Papa ex certa scientia, secus si fit facta sine causę cognitione in forma cõmuni, per ea quæ not. in dict. cap. 1. & 2. de confirm. vti. vel inuti. Duodecimò fallit, si esset sententia generalis
166 lata à prælato, † vt putà si per excommunicationem generalem, excommunicaret ludentes ad Azardũ, quia tunc posset alius absoluere, eò quod talis excommunicatio videtur similis excommunicationi à statuto inferiori, à qua etiam alius potest absoluere, ex dict. ca. nuper, facitque pro hoc quod not. Dama. in cap. graue, de præben. & tenet Imol. in cap. fin. in fin. de Institutio. Decimotertiò, fallit in Papa, qui potest absoluere † quemlibet
167 ab alio excommunicatum, eò quòd supremam habet potestatem. 9. q. 3. cuncta per mundum, quanuis de stylo curiæ solitum sit remittere absoluendum excommunicatori, vt diximus suprà in. 3. ampli. Decimoquartò fallit ex delegatione Papæ, quia hæc
168 potestas absoluendi † est delegabilis, vt dictum est in. 2. fallen. in. 4. illatione. Decimoquintò fallit, in eo, qui excommunicatur ab aliquo ex mandato Papæ, si hoc fuit mandatum post diffinitum ab eo negotium, quia talis non potest absolui ab excommunicatore, sed à mandante, vt diximus suprà in. 4. ampli. Quam regulam cum dictis ampliationibus, & limitationibus in sententia excommunicationis lata ab homine proposuit Maria. Socin. in dict. cap. officij, num. 133. vsque ad. 156. de senten. excommunica. quæ sic retuli cum præ manibus non habeatur eius lectura: & vltra dictas limitationes dictæ Regulæ alias duas decerpes ex. l. 7. & 22. titu. 9. partita. 1. Item & limitatur, vt non procedat dicta Regula quoad absolutionem à mi-
169 nori † excommunicatione, hanc enim absolutionem quilibet Sacerdos Parochialis concedit, hoc est habens iurisdictionem absoluendi à peccatis mortalibus, vt optimè probat Soto, in. 4. distin. 22. quæst. 2. articul. 3. versi. tertium ergo membrum est, & Couar. in cap. Alma mater. 1. par. § 12. num. 6. vbi & tradit an sufficiet quilibet Parochialis Sacerdos. Vltimo & finali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

finaliter fallit dicta Regula in sententia excõmunicationis lata à canone, in hac enim alius quam excommunicator absoluere potest, † nisi sibi reseruasset potestatẽ absoluendi, vt probatur ex cap. nuper. de senten. excommunica. latè per Sotum, vbi suprà, ver sic. de excommunicatione verò lata à iure, & latius per Couar. vbi suprà, num. 4. per totum & num. 5. & latius per Maria. Socin. vbi suprà, nume. 11. cum pluribus sequentibus, vbi limitat eam in sex aut septẽ casibus, quos omitto nè plus iusto proposito legẽ hanc oneremus, & quia quoad nostram legem, quæ de sententia excõmunicationis maioris lata ab homine loquitur, hæc dixisse sufficit.

170

Ibi, *Sobre la tierra.* Verba hæc ad præcedentia, *Ligar y absoluer las animas*, referenda sunt, ita vt hæc fieri possint super terram, non autem sub terra, id est contra mortuum, quia mortuus excommunicari, vel absolui non po-

171 test, † quia iam non est super terram nec sub iurisdictione viuentium, & sic lex nostra hæc considerans vtraque verba, *Ligar y absoluer las animas*, ad eas, quę super terram sunt, refert, ex quo habes hîc text. hæc probantẽ. Quæ quidem licet vera sint, potest

172 tamen hæreticus * post mortem declarari excõmunicatus, ne quisquam oret pro illo, neque in loco sacro sepeliatur, & sic Anathematizari potest, & sic maledici, vt inquiunt Simanc. Aluarus Pelagius, & Castro relati per Didac. Perez, in l. 3. titul. 4. pagin. 85. colum. 1. versi. vtrum autem hæreticus, lib. 8. Ordi. & ante eum Couarr. vbi suprà. 1. p. §. 11. num. 8. vbi ex hoc

173 inquit cauendum esse à gloss. + & Panor. in cap. si quis, de hære. & gloss. in cap. Iudæi. 2. de Iudæis, Roma. singul. 735. dicentibus, hæreticum post mortem posse excommunicari, per text. in dict. cap. si quis, atque ideo concedunt, posse mortuum ab Ecclesia excommunicari, quorum opinio, vt inquit ibi Couarr. falsa omnino est, vt latius ostendit Castro, lib. 2. de iusta hære. puni. cap. 19. nam quod in dict. cap. si quis, legitur, Anathema ei dicatur, est exponendum in hunc modũ, post mortem solẽnis fiat maledictio, quæ præmittit illum decessisse excõmunicatum, hanc siquidem significationem hæc dictio Anathema, habet. Nam excommunicari mortui non possunt, vt in cap. legatur. 24. quæst. 2. nec quoad excommunicationem est specialitas in hæretico, vt inquit Castro, in dict. cap. 19. &. 20. & Didac. Perez. vbi suprà, reprobans etiam dictas gloss. & eas sequentes. Sic & eodem modo quo ad absolutionem excommunicati mortui dicendum est, Ecclesiã militantẽ nec ligare nec absoluere mortuos, sed potius de notare eos decessisse ligatos, vel absolutos, nam licet excommunicatus in quo signa contritionis apparuerunt, & pœnitentiæ dum moritur, absolutum à peccato apud Deum esse credatur, non tamen est absolutus ab excommunicatione, & sic apud Ecclesiam adhuc ligatus censebitur, atque ideo impetranda est absolutio ab eo, qui eum viuum absoluere iure poterat, vt probari videtur ex text. in cap. à nobis, 2. de sentent. excommunica. tamen quia potestas iurisdictionis, quæ ad excommunicandum, & absoluendum Papæ, & Ecclesiæ prælatis concessa est per Redemptorem nostrum erga solos viuos, & super terrã existentes, competit, Matth. cap. 18. quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cælis, & quodcunque ligaueris super terram erit ligatũ & in cælo, & ex text. in cap. de communione, cap. sanc. c. legatur. 24. q. 2. ita vt solos viuos Ecclesia ligare, aut soluere possit, vt est communis Theologorũ, & Canonistarũ sentẽtia, ideò omnino dicta decisio. d. c. à nobis, ita est intelligenda, vt verè cõstet Ecclesiã militantem nec ligare, nec soluere

174 mortuos, sed potius † denunciare eos decessisse ligatos, vel absolutos. Quæ quidem declaratio quoad Ecclesiam militantem necessaria est, nõ quoad triumphantem, sicuti Romanus Pontifex fatetur, in dict. cap. à nobis. 2. de senten. excommunicat. vbi Panor. & cæteri sic illum text. inter-

175 pretantur, & optimè Maria. Socin. in cap. mulieres. num. 23. cum. 2. sequentibus, de sentent. excommunica. vel posset & apertius intelligi, Ecclesiam soluere mortuos, vel ligare nõ quoad ipsos, sed quoad effect*, & actus per viuos erga mortuos agẽdos, quẽad modum post alios explicat Castro, lib. 2. de iusta hære. puni. cap. 20. & Couar.

176 hæc referens in dict. ca. Alma mater, 1. par. §. 11. num. 8. in princip. & sic lex nostra est declaranda, dum supra terram homines existentes ligari, & absolui ab excommunicatione probat.

Ibi. *Y porque el mayor quebrantamiento de la Fe Christiana, es el menosprecio de la santa Iglesia.* Et hunc esse vnum de grauioribus erroribus, inquit text. in procœmio titu. 9. partit. 1. ibi, *Y porque vno de los mayores yerros que el ome puede hazer, es desspreciar el mandamiento de nuestro Señor, e desmandarse le.* Et in hoc errore inciderunt miseri, & impij hæretici negantes obedientiam vicario Christi, & eius Ecclesiæ, & Ecclesiasticas traditiones, & consuetudines decretalesque Epistolas impudenter, & protetue ac pertinaciter asserentes non esse seruandas, prout fuerunt in scij Vvaldẽses siuè pauperes de Lugduno, & Ioan. de Vvesalia, & peruersus Lutherus, & alij relati, & merito reprobati per Alphon. de Castro, aduersus hæreses libr. 6. sub verbo Ecclesia, in. 3. hæresi, fol. 155. in magnis, & multis sanctorum, & conciliorum authoritatibus latè defendit contra dictos hæreticos Simanc. de Instit. Catholi. titu. 24. de Ecclesia à numer. 25. vsque ad. 41. quæ longum esset hic referre cum ab ipsis satis relata sint, & omnibus noti dictorum hæreticorum errores & hæreses, & sic ab eis tanquam à peste esse fugiendum.

Ibi. *Que qualquier persona que estuuiere descomulgada.* Dictio hæc, *Persona*, mas-

175 culum, & fœmininam † complectitur, vt per Deci. in Reg. fœminæ, de reg. iur. in fine, Ias. consi. 118. nume. 2. volum. 1. Alexan. consi. 4. in causa. volum. 7. facit. l. metum. §. animaduertendum ff. quod met. cau. l. 1. §. personis, de iure immuni. Rebuf. in cõcor. titul. de collatio. §. statuimus el. 2. in gloss. personis, vbi inquit, quod persona dicitur rationabilis creatura, † &

176 ideò nondum natus non est excommunicandus, quia nondum est persona, nec habet subiectum, in quo possit cadere excommunicatio, ad hoc enim vt quis excommunicari possit, requiruntur istæ qualitates, videlicet

177 quod sit creatura, † seu persona vera, rationabilis, mortalis, baptizata, subdita, doli capax, quibus qualitatibus

178 concurrentibus, quilibet potest † excommunicari, siue sit masculus, siuè fœmina, text. in cap. de monialibus, de senten. excommunicat. Item siuè sit liber, siuè seruus, siuè pater, siuè filius fami. vt in cap. mulieres, de sentẽ. excommunica. Item siuè priuatus, siuè officialis sit, vel publicum gerat officium, vt in cap. si verò. 1. & in ca. nouerit, de sentent excommunicat. Itẽ siuè sit prælatus Ecclesiasticus, siuè secularis, siuè regularis, vt in ca. vniuersitatis, de sentent. excommunicat. & requiritur primò, quod sit creatura, seu persona, quia ea, quæ talis non est excommunicari non potest, vt de se paret. Item requiritur quod sit vera,

cò quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

eò quòd excommunicatio solum ligat veram personam, vt in cap. P. & G. de officio deleg. cap. sicut. 3. de iure iurand. cap, cum dilectus, de relig. domi. & quia persona non vera, sed fi-
179 cta excommunicari † non potest, vt est text. in cap. Romana. §. fi. de sent. excom. in. 6. vbi Mona. & Ioan. And. dicunt, quòd ista corpora ficta non dicuntur vnum simpliciter, sicut Domus, & grex, quia decem oues faciũt vnum gregem. l. oues. ff. de abigeis, & ob hoc nullum prædictorum corporum est vera persona, quæ est rei rationabilis individua substantia, vnde collegium, capitulum, & vniuersitas, dicuntur persona non vera, sed repręsentata, vt. l. mortuo. ff. de fideiuss. &
180 sic non veniunt appellatione † personæ, ex dict. cap. Romana, in fin. vbi Doctores, & in Authent. item quæcunque. C. de Episc. & cler. & ibi Bal. Alex. consil. 216. num. 11. & ibi additio. volu. 2. Roma consil. 436. quod indultum, col. 1. licet quando mate-
181 ria subiecta patitur aliud sit †, vt in Authen. de alien. & Emphy. §. si verò cõtigerit. l. metum. §. animaduertendũ. ff. quòd met. causa. l. in facto. §. fiscus. ff. de cond. & demonst. Barba. consil. 47. Dementissimum. colum. 5. &
183 6. volu. 4. Iaf. consil. 118. nu. 2. volu. 1. l. fin. C. de eroga. mili. anno. lib. 11. & maximè quando dicitur quæuis persona, vt per Alexand. consi. 40. in causa, col. fin. volum. 7. ideò nè hic dicatur ex dictione illa, *Qualquier.* comprehendi capitulum, collegium, aut vniuersitatem, est & alia ratio ad illud cap. Romana, probans non posse excommunicari, scilicet, nè fortè cõ-
182 tingat † innoxios huiusmodi sententijs irretiri, vt inquit Couarr. in cap. quamuis. 1. part. §. 9. num. 3. in fin. de pact. in sexto, quod esset in iure absurdum, cum satius sit, inquit Consultus in. l. absentem. ff. de pœnis. & ind. 12. titu. 14. part. 3. nocẽtem impunitum relinquere, quàm innocentem puniri. Item quia, cum dictum sit, personam veram solum excommunicationem ligare, item & baptizatam, & principaliter animam, vt capitulo. 1. de sentent. excommu. in sexto, sed vniuersitas caret anima & baptismo in quantum est repręsentata persona, & ideò talis ficta & repręsentata persona non est capax impressionis excommunicationis, quia in eam nihil ageret excommunicatio. Et actiuorum, secundum Philoso. Operatur in patiente dispositio actus, ad quòd facit. l. Pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de cond. & demonst. capei cui, de præbend. in sexto. l. si seruo, de legat. 1. Et si tu diceres, quòd quãuis vniuersitas non sit capax tãquam corpus & persona ficta, tamen videtur quòd debeat valere excommunicatio, ex quo singuli capaces sunt, vnde operabitur in singulos de vniuersitate, capitulo, aut collegio, ex quo vniuersitas non est capax per se. c. Romana, eod. titu. in sexto. & facit quia si videmus, quod si literæ impetrentur contra capitulum, vt cogatur ad receptionem alicuius, singuli de capitulo † tenentur, facit. cap. pro illorum, de præbend. nam capitulum nihil facere potest, nisi per membra sua. Et idem si mandatur Delegato, vt compellat aliquam vniuersitatem ad solutionem debiti, vel permutationẽ, vel quid simile, nam ad hoc compelluntur singuli de vniuersitate, & sic videtur quòd sit satis, quòd in collegio, vel vniuersitate sint personæ fideles, vt possit vniuersitas excommunicari. Sed hæc tamen, respõdere poteris esse vera, nisi sequeretur
184 † inconueniens prout hic contingeret, sequeretur enim, si hoc verum esset, quòd innocentes possent puniri sine aliqua eorum culpa, ponè enim quòd

quod aliqui de vniuersitate sint inantes, vel furiosi, vel mentecapti qui 187
non sunt capaces excommunicationis, vt infra dicemus, vel sint postea nati aut absentes, vel aliter non culpabiles, certe inconueniens esset, quod 188
isti inciderẽt in tantum periculũ sine eorum culpa, propterea licet vniuersitas, vel collegium sit contumax, aut commiserit delictum excommunicatione dignum, tamen pœna corporali, aut spirituali non debent puniri, non culpabiles, vt per Marian. Socin. in capit. dilecti. 2. de simon. nec obstat capit. Responso, de sentent. ex communi. vbi ciues & singuli homines vniuersitatis, & maiores, vel præsidentes ipsi vniuersitati, & iurati, seu consules per quos regitur vniuersitas bene possunt excommunicari, & in cap. aduersus, de immu. Ecclesi. non autem ipsa vniuersitas, vel collegium, ex quibus causis, & rationibus disponit Pontifex in dict. cap. Roma- 189
na. §. fin. de sentent. excommun. in. 6. minime ferendam sententiam excõcommunicationis in vniuersitatem. Et ideò sententia excommunicationis lata contra vniuersitatem est nul-
185 la, † vt ibi tenet gloss. & sequitur Ioã. 190
Mona. & Archi. & Ioan. Andr. ibi propter verbum, penitus, ibi positum, & tenet Angles, in suis Flori. Theolog. quæst. sub titu. de excommunicat. in quæstio. an vniuersitas possit excommunicari. 1. conclusione, & sic nota vniuersitas, collegium, vel capitulum totum excõmunicatur, sed duo aut tres ex collegis, & capitularibus.
186 Sed an iam quod teneret sententia, an postea venientes † seu incorporati essent excommunicati vide gloss. cap. si hæres. 24. quæst. 3. & quod traditur in cap. si sententia, de sent. excõmu. in. 6. Diximus etiam inter dictas qualitates requisitas, vt quis excõmunicari possit, quod sit persona rationalis, quia & si sit persona vera, tamen si non est † rationalis non posset excõmunicari, vt probatur in. c. 1. de sent. excom. in. 6. facit cap. si quis presbyterorũ de rebus Eccle. non ali. & ideò animalia bruta irrationalia † non possunt excõmunicari, nam & talia non possunt baptizari, quanuis etiam nascantur ex homine, vt colligitur, & notatur per Hosti. in sum. titu. de baptis. §. quæ sit, versi. quid si mulier. Et optimè per Nauar. consil. 5. de sent. excõmu. vbi an adiurari possint. Item diximus quod sit persona mortalis, quia posito quod esset vera, & rationalis, si tamen non esset mortalis, non sufficeret, & sic sequitur, quod mortuus excommunicari nõ potest, vt in hac lege dictum remanet. Viterius dictũ fuit, quod esset persona baptizata, quia licet reliquæ qualitates adessent si hæc deficeret, non posset excommunicari, vt in. cap. omnis Christianus. 11. q. 3. & sic Iudæi & infideles † excommunicari nõ possunt, quia cũ sint extra Ecclesiam non possunt extra Ecclesiã poni, vt in cap. ad dissoluendum, de despon. imp. & hoc directè, & propriè: indirectè verò, & improprie possent † subtrahendo eis cõmunionẽ & conuersationẽ Christianorum, vt in. c. si Iudæos, in fi. & in. c. postulasti, & in. c. cũ sit, de Iudæis, & alibi nos diximus in isto lib. 8. satis tamen est, ꝙ sit baptizata, licet sit extra Ecclesiã posita, vt putà quia iã sit excõmunicatus, nã & poterit alia ligari excõmunicatione. Dictũ etiam fuit requiri, ꝙ sit persona subdita ex. ca. à nobis. 1. de sent. excõ. vbi DD. late declarant maximè Maria. Soci. Septimò requiritur ꝙ sit doli capax, quia licet oẽs aliæ adessent qualitates, vt quia esset persona vera, rationalis, mortalis, baptizata, & subdita, si tamen non esset doli capax nõ posset excommunicari, & sic infans furiosus, & mente

Universidad de Deusto
Biblioteca

191 captus † non possunt excommunicari, vt per Doctores, maximè Maria. Socin. in cap. nulli, de sentent. excom. & consequenter text. in cap. 1. de sent. excom. loquēs in impubere debet intelligi de doli capace, vt ibi per Soci. & probatur in. c. cum illorum, in fi. de sent. excom. ex quibus habes satis declaratum, quis possit excōmunicari.

Ibi, *Por denunciacion.* Ad quam denūtiationem proferendam prius debet
192 † præcedere monitio, sicuti probatur in. c. sacro. c. contingat. 2. de sent. excom. c. consulit, de offic. deleg. c. inter quatuor, de maio. & obed. c. de illicita. 24. quæst. 3. l. 10. 11. & 12. titu 9. par. 1. imò & hæc monitio (licet alioqui ad domū fieri possit, & ad ipsius citandi habitationem assiduam, vt sic legitime citatus & monitus quis dicatur. l. scire debemus. §. qui autem ff. de excusa. tuto. l. aut qui aliter. §. si forte, & ibi glo. ff. quòd vi aut clam. l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infe. notatur, in cap. causam, de dolo & contu. & in Clem. causam. versi. quòd si forsan, de electio. glos. in cap. caueant. 3. quæst. 9.) tamen hæc monitio, de qua
193 hic, debet esse personalis †, secundum Inno. Collectar. & Abb. col. fin. in. c. fi. de eo qui mitti in pos. Rota noua. 271 & alij plures relati & secuti per Couar. in cap. Alma mater. 1. p. §. 9. nu. 4. & hanc Innocentij doctrinam sequūtur quasi omnes Doctores, teste Follerio, in pract. crimi. fol. 133. nu. 15. relato & sequuto per Iul. Clar. in pract. crimi. quæst. 31. nu. 16. & communem etiā testatur Mandosius, in praxi cōmissio. titu. de monitor. q 26. num 3. adeò vt etiam si pars consentiat, & se
194 obliget vt possit excōmunicari sine † monitione adhuc requiritur monitio, secundū gl. Tres. in. l. 12. tit. 9. p. 1. vbi ponit cautelam vt id fieri possit, & ampliat alio modo. Qui oēs præsertim Couar. d. §. 9. nu. 4. limitant in
195 quatuor † casibus. Primus est quoties qui excōmunicādus est dolo latitat & subterfugit personalem monitionem, sic etenim notant idem Innoc. & DD. in. d. c. fi. optimus text. in. c. 1. qui mat. accus. poss. & in. c. quoniam frequenter. §. 1. vt lit. non cont. & in c. Perlatum, qui fil. sint legi. Bar. Paul. & DD. in. d. §. prætor ait, Mathesil. no tab. 133. Tyraq. de retract. linagiel. §. 9. gl. 2. nu. 7. & Clarus, & Mandos. vbi suprà. Alij duo aut tres casus ponuntur in. l. 11. tit. 9. p. 1. alius est cum quis legitimè fuit citatus ad causam personali quidem, citatione etenim poterit post modum † citatus ad domum
196 aut per edicta, vel in ipso tribunali excommunicari, vt per Rotam & Feli. relatos per Couar. vbi suprà, versi. Secundus casus. Alius itidē est casus quoties citatio, vel monitio ad domum
197 facta peruenit † ad ipsius excommunicandi notitiam, hæc enim sufficit, vt legitimè excōmunicari possit, & excommunicatus censeatur, vt per Couar. vbi suprà, versi. Tertius casus, vbi inversi. Quartus casus, alium assignat scilicet, cum quis fuerit malè absolutus ab excōmunicatione, & tractatur de reducēdo eum in ptimam excommunicationem, erit enim tunc satis, quòd ad domum citetur, & moneatur, nec requiritur personalis monitio. Alium casum ponit Clarus, vbi
198 suprà, scilicet, quoties de consuetudine † aliud esset vsitatum citandi ad domum etiam in hac excommunicationis materia, quòd durum mihi videtur. Alio & finali modo limitat Mandosius, vbi suprà, scilicet, quoties excommunicandus personaliter reperiri potest, tunc monitio personalis requiritur, secus si non posset, nam
199 tunc † sufficeret ad domū citari constito per testimonium nuncij quòd personaliter reperiri non potuit, iuxta distinctionem Barto. in. l. 4. §. prætor.

tor. ff. de dam. infect. quam ibi Alex. num. 2. dixit magis communem; & hanc in ijs terminis veriorem & cōmuniorem dixit Mandosius, vbi suprà, & tunc dicitur reperiri non pos-
200 se, quoties citādus perquiritur † prius à nūtio per ciuitatem, vel villam, aut populum vbi degit: neque reperitur, tunc enim ad domum citati potest, vt latius diximus in. l. fin. titu. 21. libr. 4. suprà, in gloss. *Pudiere ser auido.* & sic in curia Archiepiscopalitana si quis citatur in domo, & est contumax excommunicatur, quoniam primam citationem præsumitur sciuisse, secundum Afflictis, in constitu. Sicil. Rubric. 96, §. 1. nu. 2. sed an ad excommunicationem hanc infligendam ci-
201 tatio ac monitio debeat esse trina †, & fatendum id quidem est, ex dict. cap. contingit, & in dict. cap. illicita, & in cap. constitutionem, vbi omnes, de sentent. excommunic. l. 12. titu. 9. part. 1. sufficiet tamen vnica admonitio pro omnibus tribus in tres
202 distincta † terminos, putà admonemus te vt intra quindecim dies, quos tibi pro tribus distinctis monitionibus constituimus satisfacias, ad iudicium accedas, aut resipiscas, secundum Couar. vbi suprà, num. 5. & hoc quoties excommunicatio est ferenda ab homine, secus in lata à cano-
203 ne †, vel statuto, secundum Couarr. vbi suprà, versic. Trina verò monitio vbi cum nu. 6. sequente alia ipse Couarr. prosequitur in hac monitionis materia. Sed an ad probandam excommunicationē maiorem (de qua hic loquimur) sit necessario probandum monitionem præcessisse, vel an
204 per literatorias denuntiatorias probabitur †, & in hoc glo. in cap. licet, de sentent. excommunic. inquit per denūtiatorias literas probari excommunicationē hanc maiorem, & aliqui Doctores eam sequūtur, & hanc sine distinctione veriorem existimabat Deci. in cap. Pastoralis. §. verum. numero. 4. de appellatio. In contrarium verò videtur gloss. in cap. Pia, de exceptio. in sexto. imò quòd per literas denuntiatorias non probetur excommunicatio hæc, ita vt neque vnus testis, vel fama sufficiet, imò neque cum vno teste possit deferri in hoc casu iuramentum suppletorium, in defectum plenæ probationis, vt vtrumque dictum sequuntur plures doctores relati per Couarru. in dict. cap. Alma mater. 1. part. §. 3. num. 1. & Didac. Perez, hic sub. l. 1. titul. 5. libr. 8. Ordinam. pagi. 177. colum. 1. in fin. cum sequente, qui tamen vnica cōclusione communi hanc diffiniunt dubitationem, & discordiam, scilicet, quòd denuntiatio quando objicitur per viam dilatoriæ exceptionis ad repellendum aliquem ad tempus nè agere possit tanquam excommunicatus sufficiens est probare excommunicationem maiorem per denuntiatorias literas, non tamen cum in vim peremptoriæ, & sic ad inducendum plenum præiudicium, & hanc vocant dicti Doctores communem distinctionem, & conclusionem, & tenendam. Sed an præsumatur monitio post decennium †, vide gloss. in
205 l. 12. titu. 9. part. 1. & an per petitionem absolutionis, vel exceptionem absolutionis probetur † excommu-
206 nicatio, vide Maria. Socin. in cap. de monialibus, numero decimo, & vndecimo. cum sequent. de sentent. excommunic.

Ibi, *Y los Perlados de la santta Iglesia*, quibus data est excommunicandi potestas, vt diximus in gl. *Y les dio poder.* huius nostræ legis.

Ibi, *Por espacio de treynta dias, que pague en pena seyscientos marauedis.* Hæc est principalis nostræ legis cōclusio con

Universidad de Deusto
Biblioteca

tra excommunicatos persistentes in excommunicatione, & hanc legem iustissimam vocat Symanc. de Institu. Catholic. titu. 27. numer. 6. vbi inquit, id exemplo non carere, nam in Cõcilio Triburiensi. c. 3. iam olim decreuerunt patres, vt qui post excõmunicationem inclinati non fuerint ad pœnitẽtiam subeundam, per Principem seculare puniantur, vt quos Dei timor non corrigit, saltim pœna temporalis corripiat: & istud etiam in propositum retulit Gutierrez in. 1. par. canonicarum quæstio. cap. 12. in princi. & Salzedo, in addi. ad Practic. Bern. Diaz. c. 116. nu. 6. 7. &. 8. & Olanus, in Antinomia litera. E. nume. 28. & Humada. l. 32. titu. 9. part. 1. in glos. 2. num. 4. Nec prætereundum esse in 209
quit Syman. vbi suprà, illud quod Cęsar in Commentarijs Belli Gallici lib. 6. mores Druydum referens ijs verbis scripsit, si quis aut priuatus, aut populus eorũ Decreto nõ steterit, sacrificijs interdicunt, hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus enim ita est interdictum, ij numero impiorũ ac sceleratorum habentur: ab his omnes decedunt, aditumque eorum, & sermonẽ defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque ijs petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur, refert & Gutierrez, vbi suprà, numero. 3. &. 4. & Dida. Perez, hic pagina. 181. in fine, ob hancque causam inquit Bote in tractat. de Synodo. 3. parte, articulo. 1. numero. 167. folio. 51. quod possunt
207 Episcopi statuere, † quod existentes in excommunicatione per mensem soluant decẽ. Sed an lex ista, vt potè
208 statuta super materia spirituali, † vt est excõmunicatio, valeat, ad vtramque partem examinat Dida. Per. hic, pagin. 182. in fin. cum seq. vbi tãdem 211
concludit valere, & posse iudicem secularem id punire, sicut punit in alijs delictis Ecclesiasticis, prout est in vsura, in blasphemia, & sacrilegio, & sic in casu nostræ legis inter secularem, & Ecclesiasticum erit locus præuentioni, sicut in alijs multis est. Sed est anceps quæstio, quam examinat Dida. Per. vbi suprà, pag. 178. versi. sed est dubium, & Gutierrez, in. d. ca. 12. nu. 8. cum sequentibus aliquibus, quid si aliquis perstitit in excommunicatione post denunciationẽ per multum tẽporis spatium, fuitq; tandẽ absolutus prædictaq; absolutione obtenta, & reuersus ad gremium Ecclesiæ accusatus fuit ad pœnam nostræ legis, ipse verò respondet se nunc non persistere, neque esse in excõmunicatione, quia iam est absolutus, vt patet ex absolutoria, an puniendus sit † pœna nostræ legis, & tandem re discussa, decidunt dicti DD. & præsertim Gutierrez, vbi suprà, nu. 10. in fine cũ seq. veriorem, & tenendam esse opinionem, quod puniri possit talis delinquens non obstante eius absolutione, quæ cum sit hæc sequenda opinio, missa facio eius fundamenta, ne ea repetamus, quæ ab alijs dicta sunt & vt legi nostræ finem imponamus. Pauper tamen qui ob paupertatem non potuit soluere, neque exire ab
210 excommunicatione excusabitur † à pœna nostræ legis, cum impeditus sit soluere ob nimiam paupertatem, dum tamen ad hoc non sit procurata paupertas, vt alibi diximus, & faciunt dicta per nos in hac lege, vbi excusauimus pauperem ab excommunicatione saltim, vt absolui ab ea debeat constito de nimia paupertate, & tradit late Did. Per. hic pag. 179. per totam, & notandum est, quod ij triginta dies in quibus quis persistit in excommunicatione debent esse continui nec sufficiunt † interpollati, vt in pœna blasphemi diximus, & tenet in nostris terminis

Gutier-

Gutierrez, vbi suprà, num. 23.

Ibi, *Y si estuuiere endurescido en la dicha excomunion.* Putà quia negligit pete-
214 re absolutionem, vel contemnit excommunicationem, & indurato animo in ea persistit, vel ex alijs modis & causis contemptus eius procedit, in
212 cuius propositum plura de contemptu † excõmunicationis adducit per duodecim quæstiones Maria. Socin. in cap. per tuas. num. 13. versic. Circa quod secundum membrum, vsque in finem capituli, de sentent. excomm. vbi quis dicatur illam contemnere, & quot modis contemnatur, & quid si contemnit perseuerãdo in ea, quæ est nostræ legis materia, & plura alia ibidem adducit, quæ quia longum esset referre omitto ea per ipsum Socinum videbuntur, & aliqua dixit Couar. in dict. cap. Alma mater. 1. part. §. 7. num. 6. sed quid erit de eo, qui per
213 annum † perstitit in excommunicatione an suspectus habeatur de hæresi, & ex cap. 3. in fine, de reformat. in concil. Trid. deducitur, quòd sic; vt apparet ex Simanc. de Institu. Catholi. titu. 27. num. 4. & Couar. vbi suprà, dict. §. 7. num. 10. quos & alios ad hoc refert Gutierrez, vbi suprà, dict. cap. 12. num. 20. cum sequentibus aliquibus, & late per Menoch. de arbitr. iudi. libr. 2. centuria. 5. casu. 416. vbi ampliat etiam si talis excommunicatio sit incursa ob causam hæresis, de quibus & videnda est decisio Capellæ Tolosa. 365. & ibi additio, & iterum eadẽ additio. in marginali additione decisionis. 2. in fine eiusdem Capellæ Tolos. vbi inquit quòd bona ta-
215 lis confiscari possunt: & videndus est etiam Tyberius Decianus, de delictis, tom. 1. libro. 5. cap. 17. versic. 34. & late per conclusiones prosequitur Salzedo, ad Pract. Bernard. Diaz. cap. 116. num. 4. cum sequentibus, & tex. in. l. 32. titu. 9. part. 1. vbi glo. Et an fer-

Azeuedo super. §.

ri possit excommunicatio in eum, quem iudex scit non esse emendatu-
214 rũ †, vide Couar. vbi suprà, in initio d. 1. partis, cap. Alma mater, nu. 10. folio. 10. col. 1.

Ibi, *La tercia parte, para la obra de la Iglesia Cathedral*, & sic in pios vsus cõuertitur, vt asserebat Speculat. in Tract. de modo gener. concil. celeb. parte. 2. Rubric. 20. inquiens, item cũ propter pœnam, quam Ecclesia frequenter recipit ex consuetudine ab his, qui excommunicationem sustinent animo indurato, & sacrilegis, & alijs criminosis pro criminibus Ecclesiasticis commissis per eos ipsa Ecclesia apud laicos frequenter diffametur. Potissimè cum Alexand. Papa de pœnis, cap. liceat, & Gregor. 16. quæst. 5. cognouimus, & cap. de lapsis 1. quæst. 1. nullus Episcopus, de simo. nemo. 83. distinct. si quis Episcopus, cum alijs concordantijs, pro ipsis prima facie facere videbantur: videretur pensandum, an expediret ipsam in pios vsus esse conuertendam. Et insuper quòd per Ecclesiam, & dominos temporales procedatur spiritualiter & temporaliter contra eos, qui excommunicationem sustinent indurato animo, prout hic determinatum videmus, dum tertia pars condemnationis Ecclesiæ Cathedrali applicatur.

Ibi, *Y la otra tercia parte para el merino, o juez que la executare: y la otra tercia parte para el perlado que la dicha excommunion pusiere.* Quid tamen erit si idẽ Prælatus, qui excommunicationem imposuit, est etiam executor eius † an
215 capiet has duas tertias partes, & primus omnium, qui dubium hoc tetigit in legis nostræ propositum fuit Gutierrez in dicto libro. 1. Canonic. Quæst. cap. 12. nu. 5. vbi determinat quòd ambas tertias partes capiet, & quòd ita vtitur in tribunali Ciuita-

 tensi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tensi,& nihil pro sua allegat opinione. Ego tamen pro ea allego doctrinã singularem Bart. in l. Aristo. la. 2. nu. 3. ff. de acquir. hære. dicentis, quòd quando duo iura concurrunt in persona vnius iudicatur, ac si cõcurrerent † in persona duorum, ex l. tutorem. ff. de ijs qui. vt indig. Item quia quoties quis exercuit duo officia cõpatibilia duo salaria habere debet, secundum Bald. in l. binos. C. de aduo. diu. iudi. quem & alios retuli in mea Curia Pisana de Decurio. libr. 2. c. 22. nu. 8. potestq; quis emere & vendere sibi ipsi repræsentando varias personas †, ex l. in tribus. ff. de iudic. cap. ex literis, de proba. Nauar. consi. 1. de vsuris. num. 8. & 9. Et cum Prælatus hic duo exercuerit officia, primum in expedienda excommunicatione, secundum in ea exequenda nimirum si vtramque tertiam partem cuilibet horum officiorum applicatam capere debeat, dum vtraque gerit officia cõpatibilia, & duo iura in eius persona concurrant, quæ est singularis & noua quæstio & dictis meis rationibus iustificata. Et nota quòd si quis satisfacit parti de debito absoluẽdus est ab excommunicatione ob debitum illud incursa licèt pœnã † nostræ legis non soluat, secundum Couar. in. 4. de cret. parte. 2. cap. 6. §. 8. nu. 17. in princip. Quibus satis remanet declarata lex nostra prima.

4. & nu. 5. quòd non suspenditur excommunicatio per appellationem sequentem, & nu. 6. an incurrat irregularitatem appellans ante excommunicationem si post confirmetur, nisi dubitet de excommunicatione, vt nu. 7. & nu. 8. declaratur.

Appellare à declaratione excommunicationis salubre est. nu. 9.

Pœnis nostri text. punitur existens in excommunicatione per mensem, etiam si post absoluatur. n. 10. & nu. 11. limitatur.

Lex Secunda.

Summarium.

Quando erit ab excommunicatis pœna percipienda:

IBI, *Siendo la sentẽcia de excommunion publicada, y denunciado, que la iglesia cuita*, sequitur lex nostra vestigia extrauagantis ad euitanda scãdala Martini Quinti, cuius literam refert Nauarrus, in Manuali. cap. 27. num. 35. & Couar. in cap. Alma mater. 1. par. §. 2. num. 7. & Rebuf. in Concor. titul. de excommu. non vitan. ex qua quidem notat Couar. vbi suprà, num. 34. quòd licèt antea iure antiquo attento excommunicatus vitandus erat statim quòd constabat eum esse excommunicatum, vt & per eund. Couar. ibid. num. 2. versic. Quo autem, tamen hodie ex dict. Extrauag. ad euitãda, non est vitandus nisi publicè sit denuntiatus †, vt & per eundem Nauar. in cap. 1. §. laboret, de pœniten. distin. 6. & in dict. cap. 27. nu. 35. ipse Nauar. intelligit eam non solum si generaliter excõmunicetur quis, verum & si specialiter, vt ex ea colligitur, & in eo. n. versic. Nota secundo, inquit, hanc Extrauagantem quoad communicantes cum excõmunicatis loqui, non verò quoad ipsos excõmunicatos, ij enim tenentur alios euitare, quamuis sit occul-

SVMMARIA.

EXcommunicatus hodie non est vitandus, nisi publicè sit denuntiatus, n. 1. nisi quoad ipsos excommunicatos, qui tenentur alios vitare si sciunt se esse excommunicatos. num. 2.

Manus violentas mijciens in clericum etiã non denuntiatus vitandus est. n. 3.

Excommunicatus etiam si appellet post excõmunicationem incursam si per mensem steterit in ea punitur nostri text. pœna. n.

occultus statim quod ad noticiam † suam peruenit excõmunicatio si non sit denunciatus, nec publicatus, & in versic. nota tertio, dicit etiam nihil prodesse hanc extrauagantem contra excommunicatos manifestos, qui nullo modo possunt occultari, & cõsequenter quod peccant omnes Catholici Galliæ & Germaniæ, qui Lutheranis manifestis, imò & palam cõfitentibus se reales, communicant, & si violentas manus inijciens in facerdotem vitandus est † etiam si non sit denunciatus ex dict. extrauagan. alia plura infert ex ea Couarr. vbi suprà, & attente legenda sunt dicta à Nauarro, vbi suprà, de manifestis excommunicatis etiam non denunciatis vitandis, quia videntur contra dictam extrauagantem, & in praxi non recepta, nisi in casibus ibidem expresse declaratis.

Ibi. *Y quando los descomulgados no appelaran, o si appelacõ no fiziessen la appelacũ.* Gutierrez, in dict. cap. 12. canonicarũ quæstio. num. 17. intelligit hæc verba quoties appellatio interposita fuit † ante excommunicationem, secus si post, quia si post, etiam si prosecuta fuit incurretur nostri text. pœna per pertinentem in excommunicatione per triginta dies, vel plus, nam licet regulariter in pœnis, quæ ipso iure incurruntur, sit spectanda sententia denunciatoria ex capit. cum secundum leges. §. confiscationis, de hære. in. 6. excommunicationis tamen pœna ipso iure commissa statim iure antiquo inducebat periculum communionis ante denunciationem, cap. cum non ab homine, de senten. excommuni. & hodie post denunciationẽ, & sic hæc pœna non habet necesse iudicis ministerium, & secum trahit executionem, vt interpretatur Domi. in. c. felicis nume. 8. de pœnis in. 6. & Decius cons. 145. nu. 4. quod est in causa quod

excõmunicationis sententia non suspenditur † per appellationem sequẽtem, imò ea non obstante vitari debet excommunicatus, cap. pastoralis §. verum, de appella. cap. ad hæc quoniam eod. tit. c. si is cui, in fin. de sent. excommu. in. 6. & cap. ad reprimendam, de offi. Ordi. quare ad eludendã excommunicationem pure latam, oportet ante appellare, vt sic suspensa per appellationem iudicis potestate, sequens excommunicatio reddatur inefficax, cap per tuas, de senten. excommuni. ca. 2. eod. titu. in. 6. cap. cum cõtingat, de offi. del. ac proinde dicit text. in ca. ad præsentiam, de appell. quod pendente appellatione excõmunicatus non est vitandus etiã in diuinis, & si celebrat non incurrit irregularitatem, vt probat ille tex. & firmat glo. pen. in. d. c. 2. de sent. excõ. in. 6. quã dicit cõmunicer approbatã Nauarr. in. c. cũ contingat. 3. rem. nu. 7. pag. 204. de rescrip. non ea ratione, quod pẽdente appellatione excõmunicatio lata indistincte sit nulla, siue postea pronũcietur in fauorẽ appellationis siue nõ, vt dicebat Decius in. d. c. ad præsentiã. in prin & Frãchus, in c. bonæ nu. 45. de appell. Probus infra proximè allegãdus. Nã ita demũ excõmunicatio lata post appellationẽ est nulla, si postea pronũcietur in fauorẽ appellantis, argu. tex. in. c. vt debitus, de appella. & c. 1. & c. non solum, eo. titu. in. 6. melior text. in ca. licet, in fi. de sent. excom. in. 6. & voluit glo. excõmunicatio in. d. §. verum, quã sequitur Imol. nu. 9. in. c. dilectus, de appel. Frãcus nu. 3. sed Probus in addi. ad Io. Mona. in fine in. d. c. 2. aliud vult. non inquã hoc procedit prædicta ratione sed quia licet pẽdeat à futuro euentu verũ valeat vel nõ excommunicatio lata post appellationem, interim tamen quia appellans dum fidet suæ appellationi probabiliter ignorat ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicationem, non incurritur irregularitas, neque periculũ excommunicationis †, quod procedit ex contemptu, argum. cap. Apostolicæ, de cler. excom. min. & ita declarant Bellamera, in dict. cap. ad præsentiam num. 1. Abb. in dict. §. verum. num. 15. & Imol. nu. 6. & Francus. 9. Præpos. 20. vbi suprà, in dict. cap. dilectis, neq; huic veræ interpretationi refragabitur text. in cap. illud, de cleri. excom. probans, quod dubius de excommu
7 nicatione ‡ si celebrat incurrit irregularitatem si in veritate erat excõmunicatus, quia in dubio debuit abstinere, nam respondeo illud quidem procedere quando quis est ‡ omnino
8 dubius, ita quòd magis vel adeo inclinat se esse excommunicatum quam non esse, secus autem quando appellans fidens suæ appellationi magis flectitur in hoc vt putet appellationẽ fuisse validam & proinde sequentem excõmunicationem nullam, per ea, quæ doctissimè resoluit Nauarrus, in cap. si quis autem. num. 64. de pœnit. dist. 7. & in dict. remedio. 3. num. 8. de nesciẽte se excommunicatum, quod non est irregularis licet celebret, eò q; non incurritur irregularitas absq; dolo. Est tamen notandum vnum no uissimum & singulare dictum Nauarri in dict. c. cum cõtingat. 7. remedio. n. 8. pag. 231. in fi. cũ principio sequentis, nẽpè q; hodie post illã extrau. ad euitãda scãdala, quæ habet neminẽ vitandum nisi denũtiatum, nõ posse denuntiari eum, qui ante denũtiationẽ & post excõicationẽ saltim in his, quæ nõ sunt notoria appellauit, quãdoquidem hodie, maximas vires recipiat excõmunicatio per denuntiationem. & idem secundum eundẽ Nauar. ibidem in. 15. causa, nu. 1. cum sequentibus, quòd salubre est à declaratione, qua quis declaratur excom-
9 municatus appellaret, quia illius declaratoriæ sententiæ appellatio suspẽdit effectũ, & ideò ibi causidicis consulit, vt semper appellent à tali declaratione. Ex quibus cum in lege nostra sit, vt eius pœna incurratur, declarandus excõmunicatus & denuntiãdus, si ante excommunicationem appelletur, non incurritur sequendo appellationem, sed si post excommunicationem appelletur incurritur excommunicatio, & consequenter facta publicatione & denuntiatione si per triginta dies in ea permanserit excommunicatus incurret nostri text. pœnas, nisi & à declaratione tali appelletur, quia tũc non incurretur nostri text. pœna, cũ per appellationem suspensa fuerit sententia illa declaratoria, ex dictis per Nauarr. vbi suprà, quæ sunt singulares declarationes ad legis nostræ pœnam euitandam.

Ibi, *Del tiempo que fueron descomulgados*, Etiam si nunc absoluti sint à tali †
10 excommunicatione, nam verba illa, *Fueron descomulgados*, temporis præteriti sunt, & sic absolutio iam obtenta nihil impedit ad imponendam nostræ legis pœnam pro tempore, quo excommunicatus extitit vltra legis nostræ tẽpus, nam si de præsenti tantum tempore lex nostra loqueretur, sciret vtique verbis præsentis tẽporis loqui, & sic nõ est dicendũ verba hęc præteriti tẽporis pro præsentis verbis esse accipiẽda, sed tantum in suo proprio significato capienda, vt in specie designauit, & intellexit Couarr. in. 4. parte. 2. cap. 6. §. 8. nu. 17. relatus & sequutus per Gutierrez, in dict. cap. 12. Quæst. Canoni. nu. 17. & consequenter etiam post absolutionem poterit accusari persistens in excommunicatione per tempus à lege nostra statutum, vt veriorem testatur Gutierrez. vbi supra, num. 10. in fin. cum sequentib. & ita vtitur & practicatur quotidie, etiam si cum licẽtia ipsius-
met

met iudicis, qui eum excommunicauit, absoluetur nulla ob hoc imposita pœnitentia, secus si pœnitentia † imponeretur, nam tunc hac sola videtur iudicem se contentum facere, ita vt si ipsemet eam imponẽs absoluat, vel absolui iubeat cum pœnitentia aliqua non possit post absolutum pœnis nostri text. & præcedentis puniri, secus vero si nullam imposuerit pœnitentiam, nam tunc puniri poterit nostris pœnis, vt sentire voluit Gutierrez, vbi suprà, numero. 19.

Ibi. *Que por la Iglesia son tolerados.* Allegat eam Auend. cap. 1. præto. num. 30. in medio lib. 1. & per hęc totus iste titulus remanet expeditus.

TITVLO. VI. DE LAS Vsuras, y Logros.

Superiori titulo dictum est de excommunicatis, quorum animæ in periculo sunt, nunc autem sequitur de vsurarijs, qui in eodem animarum periculo existunt.

SVMMARIA.

Lucrum est propriè superabundantia, seu incrementum. nu. 1.

Lucrum dicitur, quod manente sorte ei accedit. nu. 2.

Lucrum est omnis vsura, licet non omne lucrum sit vsura. nu. 3.

Lucrũ potest contingere in cõtractu emptio. & vendi. locationis, & similium, & tamen non est vsura. nu. 4.

Vsus pecuniæ in vsura dicitur vsus æris. numero. 5.

Pecuniæ appellatione in materia vsuræ venit alia quælibet res pondere numero, vel mensura consistens. nu. 6.

Vsura etiam ab vrẽdo dicitur duplici de causa. nu. 7. & 8.

In consistentibus in pondere numero, vel mensura magis vtimur per genus quam per speciem. nu. 9.

Vsura pluribus modis diffinitur à Doctoribus. nu. 10. 11.

Vsura mentalis quæ, numer. 12. vbi numer. 13. si insperatò aliquid detur cessare vsuram.

Vsura exterior actualis ab aliquibus vocatur. nu. 14.

Vsura an sit accipere sortem, & vltra eam centum ante mutuum datum ex alia causa debita, etiam si pactum fuerit mutuari ob hanc rationem, vt centum illa soluantur, nume. 15. vbi nume. 16. an idem si vt mutuetur alia vice ab ipso recipiente mutuum ipsi mutuanti.

Obligatio antidoralis etiam in mutuo licita est, num. 17. & hinc defenduntur creditores aliquid vltra sortẽ recipientes ratione damni emergentis, vel lucri cessantis. numer. 18.

Interesse dãni emergentis peti potest concurrentibus septem requisitis. nu. 19.

An teneatur ad damnum mutuum recipiens si ob hanc causam mutuans passus est damnum illud, num. 20. & nu. 21. declaratur, idque ante moram dicitur.

Promissor indemnitatis ad sortem & vsuras tenetur, & ad omne interesse, & lucrum num. 22. & 23.

Mutuum si non reddatur in tẽpore ob quod mutuans fuit damnum passus nulli dubiũ quin resarciendum sit, num. 24. & num. 25. an sit tũc necesse monere mutuatariũ, vt soluat alijs quod accipiet sub cambijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interesse lucri cessantis an peti possit interueniente mora debitoris, num. 26. intercedentibus requisitis de quibus ibi & num. 27. 28. & 29. vbi num. 30. plures de hoc interesse tractantes referuntur.
Vidua petens dotem soluto matrimonio, an possit interesse, & lucra petere. num. 31. vbi numero. 32. an eius filius maioratus possit censum constituere pro dote matris suæ.
Vsurarius an sit censendus qui ex vi mutui pecuniæ amicitiam alterius pacisc atur aut aliam rem vilem quidem, sed minime æstimabilem ratione pretij, quod ei conferre nequit. nu. 33.
Crimen vsurarum in alijs contractibus quã mutui nequaquam accidere. num. 34. nisi vt numer. 35. quoties venditur res carius pecunia credita.
Vsura quotuplex sit. numero. 36. & ibi numerantur species, & nu. 37. & 38.
Mutui contractus est duplex verus, & palliatus, & sic vsura est vera quæ in vero mutuo consistit, & palliata, quæ in palliato versatur. nu. 39.
Emptor cum vescitur æquissimum est vsuras pretij pendere. num. 40.
Vsura aliquando sumitur largissime pro omni iniusta superabundantia. numer. 41. & aliquando stricte, & propriè pro quod accedit vltra sortem principalem in mutuo. nu. 42.
Quæ sit differentia inter vsuram, & fœnus, num. 43.
Iura ciuilia frequenter vtuntur vocabulis particularibus. nu. 44. & quæ sint, num. 45. vbi de centesimis & semissibus, trientibus & bessibus.
Peccatum est mortale dare ad vsuram. numer. 46.
Hereticum esset affirmare vsuram non esse peccatum mortale. nu. 47.
Papa non potest concedere exerceri vsuram, nume. 48. & 49. an circa exactas quoad incertorum restitutionem possit dispensare.
Authoritas, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno declaratur. nu. 50.
Princeps neque vlla immemorialis cõsuetudo potest excusationem præbere dandi ad vsuram. nu. 51.
Principes in dominijs suis, an possint permittere Iudæis vsuras. nu. 52.
Vsuras neque ex testamento iubentis solui, recipi poterunt. nume. 53.
Vsura est impia contra Deum, iniqua contra proximum, periculosa contra se ipsum. numer. 54.
Tres cæcitates infidelitatis per vsuram in anima vsuriariorum generantur. numero. 55.
Vsura tanto deterior, quanto plus indigentia hominum infidiatur. nu. 56.
Idem est pauperi rem furto subtrahere, quod diuiti sub vsuris mutuare. nu. 57.
Vsurarius committit delictum, & potest criminaliter puniri. nu. 58.
Vsurarij solent communiter mori, vt animalia bruta. nu. 59.
Vsura est contra legem naturæ. nu. 60.
Vsurarius contractus ex natura rei est vitiosus ob quatuor. nu. 61. & 62.
Pecunia vsu ipsius consumitur. nu. 63.
Vsura etiam scriptura veteris testamenti reprobata est. nu. 64.
Iudæa si asserat sibi esse licitum dare ad vsuras mentitur. num. 65.
Vsuras exercere nedum Christianis, verum & Iudæis de iure cõmuni prohibitum est. numero. 66.
Vsura non est permittenda etiam propter maius malum vitandum neque ob aliquod bonum inde speratum. nu. 67.
Iudæus effectus Christianus, tenetur vsuras restituere antea receptas. nu. 68.
Declaratur authoritas, non fœneraberis fratri tuo, sed alieno. nu. 69.
Declaratur cap. 28. Deutorono. in hac materia. nu. 70.
Vsura etiam lege Euangelica prohibita est, num. 71.
Vsura etiam iure canon. & ciuili & regia prohibita est. nu. 72. 73. & 74.
Vsurarum exercitium neque ipse Papa permittere potest. nu. 75.
Vsura scelesta & perniciosa est. nu. 76.
Vsura fons iniquitatis. nu. 77.
Vsura porco assimilatur. nu. 78.
Vsurarij apud omnes nationes sunt habiti viles. nu. 79.
Vsura nullo tempore aut vsu iustificari potest. nu. 80.
Consuetudo prauа & iniqua non excusat à pœna temporali neque à peccato. nu. 81. nisi vt ibi nu. 82.
Vsuræ quare prohibitæ sunt. nu. 83.
Vsura an potuit per legem nostram Iudæis prohiberi. nu. 84.

Iudæi

Iudæi Regum legibus in temporalibus subijciuntur. num. 85.
Vsurarum crimẽ mere Ecclesiasticum est, nume. 86. nisi vt, nu. 87.
Vsurarius, an sit contractus remittenda est, declaratio iudici Ecclesiastico. nu. 88.
Vsurarium esse cõtractũ si certum sit secularis procedet. nu. 89. & num. 90. idem cum criminaliter agitur, & num. 91. quid faciet secularis, si inhibetur ab Ecclesiastico iudice.
Iudex laicus indistincte procedit quoties insidenter agitur de vsura. nu. 92.
Iudex secularis etiam ex officio procedit contra vsurarios. nu. 93.
Inquisitores hæreticæ prauitatis nõ cognoscunt de vsurarum punitione, sed ordinarijs iudicibus remittunt. nu. 94.
Exequitur contractus quoties non est clare vsurarius, non obstante exceptione vsuræ, secus si certum est. nu. 95, & 96.

Lex prima.

Summarium.

Cum vsura omni iure prohibita sit, & ex ea multa obueniant damna, prohibetur in lege nostra etiam Iudæis, & Mauris vsuras exercere.

IB I. *Porque se halla que el logro.* Quod verbum, *Logro*, à verbo, Lucro Latine cõposito deriuari credo, lucrũ enim est proprie superabundantia, † seu incremẽ-
1 tum, quod quis habet ex voluntaria commutatione, vltra ea, quæ prius erant sua, vt dicit Philoso. 5. Ethicor. cap. 7. facit. c. forus, verbo, negocium, de verbo. signific. & ad idem, cap. per vestras, de don. int. text. optimus in. l. mutuis. ff. prosocio, dicens, quod lucrum dicitur, quod manente sorte ei
2 accedit * deducto omni damno & expensis, facit quod not. in cap. adijciẽs 88. distinct. & abinde Hispanè vocãtur, *Logro*, & vsura, nam omnis vsura est lucrum, licet non omne lucrum sit vsura, † quia non conuertitur. Primum patet, quia si tantundem quis recipiat, quantum mutuauit, & non plus, sicut nõ recipit lucrum, ita nec vsuram, si vero quis plus recipiat, quã mutuauerit, si tamen tale receptum non sit ei lucrum, nec erit vsura, puta quia aliàs illud receptum erat recipientis, verbi gratia, depositarius, vel alius raptor, vel debitor mutuantis, & cum mutuo reddit depositum, vel rem raptam, vel debitam, quam aliàs nõ reddidisset, nisi ille mutuasset, certè non dicitur vsuram commisisse. Secundum etiam probatur, quia in
3 contractu locationis, & conductionis, & similiũ lucrũ potest contingere, & tamen non est vsura, † ita Maria. Soci. in Rubrica, extra de vsuris, num. 8. & ideò legislator in præsenti verbo, Hoc, *Logro*, locutus est, quia sub eo vsura designatur diciturque vsura, & dicitur àb vsu, quia propter vsum rei datur, vel dicitur quasi vsus æris, id est pecuniæ, nam pecunia, secũdũ Philos. 1. poly. inuẽta est cõmunicationis, & translationis gratia, vt quia difficile erat res necessarias ad vsum vitæ deportare ad loca remota, cõuenerũt emẽtes & vendẽtes authoritate Principis, vel Reip. quod fieret numisma æreum, ferreum, argenteũ vel aureum, & in signum recti valoris & ponderis cudebatur, seu imprimebatur numismati character, vel imago, vt, l. 1. in princip. ff. de cont. emp. verum quia à principio, & antiquitus pro maiori parte fiebat ex ære (ex eo
4 enim erat pecunia, quam vidua obtulit in Gazophylacium Domini Lucę, 22.) ideirco vsus pecuniæ in vsura dicitur, vsus æris, † Card. in sum. 14. q. 3.
5 artic. 1. nume. 2. Hosti. in sum. titu. de vsur. §. vnde dicatur, vel dicitur ab vsu

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsu rei, secundum eum, & Anan. in Rubrica, eod. titul. num. 3. dicit, vsura est, quę datur propter vsum pecunię,
6 & intellige pecuniæ, † cuiuslibet rei, quæ pondere, numero, vel mensura consistit, & sic dicitur vsura ab vsu rei, vel æris, vel dicitur ab vsurea, secundum Gofred. & Hosti. in sum. isto tit.
7 §. 2. vel ab vrendo ex duplici † causa. Prima, quia vsura in augmentum pecunia vrit, velut ignis, & inflammat affectum vsurarij dicente Beato Ambrosio, in tractat. de Tobia. c. 6. quod vsura vsum requirit, vt adurat, & inflámet, sic enim crescente vsura crescit in vsurario affectus pecuniæ in infinitum vt Philoso. 1. Poli. inquit, pecunia enim non est terminus nec finis, Auarus namque, qualis est vsurarius, non repletur pecunia, Ecclesiast. 5. Secunda, quia in vsura est vrens ignis consumens, & deuorans facultates, & substantias pauperum à quibus
8 per vsuram † ex torquetur pecunia, & ex hoc vsura voragó dicitur, vnde Ambros. in dict. tract. de Tobia. ca. 11. dicit, quod vsura substantiam inopis, & pauperis deglutit, & quasi mare Magnum omnia absorbet, vnde merito dicebat Lucanus, Hinc vsura vorax, auidum omni tempore fœnus, cap. 1. de vsur. in. 6. vbi dicit vsurarum Voraginem, quæ animas deuorat, & faculeates exhaurit compescere volentes, vel dicitur vsura, quasi vsum vrens, siuè vsuram rapiens, quia quis per eam rapit vsum, & inducit vsum, vbi in veritate non est. Rapitur enim vsus, cum venditur vsus pecuniæ, qui non est in rerum natura, cum ex vsu pecuniæ cõsumatur dominium, quia in his, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura magis vtimur per
9 genus, quam per speciem, † vt. l. 2. ff. si cert. pet. ex quibus habes multas derivationes vsuræ, & post hæc scripta vidi nouissime Parlador. lib. 2. rerum quotidia. cap. 2. num. 4. cum sequentibus de eis differentem Quibus sic discussis sciẽdum etiam erit, quid sit vsura, & quotuplex, & quid differat à fœnore. Et quoad primum plures per
10 Doctores dantur 4 diffinitiones, septẽ enim describit Maria. Soci. in Rubrica, extra de vsuris, num. 1. cum sequẽ tibus aliquibus, & per Couarru. lib. 3. Varia. cap. 1. quasi per totum, & per Dida. Perez, hic sub Rubrica titul. Secundo, lib. 8. Ordi. pag. 16. col. 2. alios allegando, & vt breuitati in hoc consulamus, dicendum est, quod licet Io. And. & relati à Couarr. vbi suprà, nu. 1. velint diffinire, quod vsura est quic quid sorti accedit ex pacto, vel spe præcedente, ex text. in ca. fin. 14. q. 3. ex Agathen. concilio, verè tamen ij DD. peccatũ, & crimẽ vsuræ de quo agimus nõ diffiniunt, sed potius rem ipsam ex eo crimine partam, nempè precium, aut æstimationem pecuniæ ipsius vsus. Est enim vsura pecuniæ vsus, & itidem ipsius vsus precium, id verò ad criminis diffinitionem non pertinet, & sic hanc diffinitionem sibi non placere inquit Couarr. vbi suprà, eò quod existimat aliud esse materiam ipsius criminis, aliud ipsum crimen, sic equidem differt res ipsa, quæ criminis materia est ab ipso crimine. Ex quibus ipse Couarru. vbi suprà, num. 2. versic. vsura igitur, vt crimen est, ab aliquibus diffinitur hoc modo, vsura est voluntas capiendi vl
11 tra sortem lucrum † aliquod temporale vi, & causa mutui principaliter; & dictum est, quod est voluntas, id est, actus voluntarius interior, vel exterior, sicuti & in simoniæ diffinitione explicabat Hadrianus, quod lib. 9. articul. 2. vt hinc colligamus, vsuram
12 esse mentalem, † cum quis mutuo dat cẽtum Titio spe consequendi ab eo decem vltra sortem, alioquin non mutuaturus, capit. consuluit, de vsur.

tenent

tenent Theologi maximè Caieta. relati per Spino, de testamen. in. 13. parte g. ost. Rubricæ, numer. 6. vbi inquit cũ Sylue. & Nauar. Quod non quæcũque species lucri facit vsuram mentalem, sed illa, quæ est causa principalis ipsius mutuationis, ita quod ea non existente non mutuaret, & hoc est, quod dixit Couarr. alioqui non mutuaturus, vnde si ille, qui mutuat, sic mutuaret propter amicitiam, vel aliã causam, etiam si non speraret aliquid ex eo, cui mutuat pecunias, dicendũ est, quod etsi post aliquid accipiat nõ
13 committit † vsuram, vt & optimè per Anto. Gom. tom. 1. c. 5. nu. 5. versi. Quarto infero, per totũ. Item & esse
14 exteriorem, quam actualem † quidam appellent, cũ quis pacto expressim apposito mutuat mille, recepturus ex conuentione Quinquaginta vltra sortem ipsam. Et lucrum ideò dictum est in diffinitione, quia ad hoc etimẽ exigitur, id, quod vltra sortem accipitur, vere lucrum esse, cum alioqui si quis mutuo dederit mille, ac demum sortem ipsam acceperit, & præterea centum, quæ sibi de iure, & iustitia debentur vltra sortem, non cõ
15 mittit † vsuram, etiam si id pactus fuerit, sicuti omnium fere consensu constare asserit Couar. vbi suprà, num. 2. ad finem. Quando creditor, qui mutuat in pactum deducit, absque obligatione tamen, vt ipse debitor teneatur ei simile beneficium † exhibere, si
16 in egestatẽ venerit, aut pecunię mutuatæ quandoque indigẽs fuerit, modo aliter hic debitor ex ea pactione non obligetur, quam secluso pacto ipso iure cuiusdam honestatis moralis tenebatur creditori simile beneficiũ rependere, quod traditum est in. d. c. consuluit. de vsur. à Panor. & alijs, & à Couar. lib. 1. Varia. cap. 20. nume. 4. & Angles, in Flori. Theolo. quæstio. in quæstione de contractu mutui, in cõclusione, incip. vsura est exigere, versicu. Hinc primo. melius Petrus à Nauarr. de restituti. lib. 3. ca. 2. num. 233. cum sequentibus. Est enim licita antidoralis obligatio † etiam in mutuo
17 sicut in alio beneficio, quando fit nulla præcedente obligatione tacita, vel expressa, vt ex Bal. in. l. 2. ff. de iure iur. colum. 36. not. Antoni. Gomez, tom. 2. Varia. cap. 5. num. 5. in fine. Et hinc secundum Couar. dict. lib. 3. Varia. ca. 1. num. 2. in fine, iustissime defendun tur creditores, qui à debitoribus vltra sortem principalem aliquid recipiunt ratione interesse damni emer-
18 gentis, vel lucri † cessantis, secundum ea, quæ frequentissimè adnotantur in cap. conquestus, de vsur. & in. l. curauit. C. de acti. emp. Et quoad interesse damni emergentis nulli dubium nisi quod peti potest septem cõ
19 currentibus † de quibus per Conrad. de contract. quæst. 30. conclusione. 1. & Rebuf. in repetitio. l. vni. C. de sentent. quæ pro eo quod int. in præfati. num. 24. Primò, quod verè damnũ non ficte emergat. Secundò, quod ex illo mutuo non ratione alterius rei. Tertiò, quod ex actum non excedat damnum. Quartò, quod passus damnum maluisset retinere sortem, quã nunc repetere vltra sortem. Quintò, quod mutuum fuerit consilij nõ præcepti. Sextò, quod exactio non infamet actorem, nec scandalizet aliquẽ. Septimò, quod iam passus fuerit interesse, nam pro eo, quod non est passus, non potest agi, vt plenè traditur per ipsum Conrad. Imò licet de iure ciuili semper non possit peti, vt potè, quando creditor est passus damnum ante moram, tamen debitor de iustitia tenetur creditori, & in foro conscientiæ reddere id, quod interest creditoris, vt si mutuo tibi decem, quæ restituere promittis in festo Paschatis, quia mutuaui, in potẽs factus sum

ad sol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 ad ſoluendum meo creditori, ideò † me oportuit diſtrahere bona mea vi li pretio, vel accipere ſub vſuris tu teneris etiã ante moram ad id quod interest, eò quod tua cauſa damnum patior, vt tenent Card. Conradus, & Io. Nider, relati, & ſecuti per Rebuf. vbi ſuprà, num 25. vbi id ex æquitate eſſe aſſerit, vt tenearis mihi reſtituere dãnum dictum, quod procedere poſſe crederem, ſi ob importunitatem tuã,
21 & quaſi coactus † mutuaui, ſecus vero ſi libenter, & voluntarie, nam tũc non vtique ita indubitanter aſſerem doctrinam hanc: niſi cum mutuũ factum fuit recipiens illud ſe obligauerit, quod nullum de hoc damnũ patietur mutuans, nam tunc vtique procederet dicta doctrina, promiſſor
22 enim † indemnitatis ad ſortem, & vſuras tenetur, ſecundum Deci. conſil. 551. num. 7. & ad omne intereſſe †
23 & lucrum, ſecundum Alexand. conſi. 199. num. 3. volum. 7. & conſi. 32. vol. 4. Sed in damno occurrente ex eo ꝙ mutuum non eſt redactum in tempo
24 re conſtituto, tunc nulli dubium † ni ſi quod ad id teneatur mutuum recipiens, ſecundum Innocen. in cap. plures, de vſur. Ancha. conſi. 376. & alios plures relatos, & ſequutos per eund. Rebuf. vbi ſuprà, in gloſſ. dupli. num. 29. & Pet. à Nauarra, de reſtitutio. lib. 3. cap. 2. num. 280. vbi num. 281. quærit an ſit in hoc caſu neceſſarium mo
25 nere mutuatarium, † vt ſoluat, alias quod accipiet ſub cambijs, & inquit, quod non, ex quo enim eſt in mora, dies interpellat, licet ſecurius eſſe iudico requirere & monere. Imò & ꝙ
26 plus videtur eſt, quod intereſſe † lucri ceſſantis peti poſſet attenta mora debitoris, vt communẽ teſtatur Rollan. conſi. 35. numer. 11. volum. 1. vbi hoc eſſe verum inquit, vt procedat, quando probatum eſſet, creditorem ſolitum fuiſſe mercari, & negociari cum pecunia, & quod id articuletur, & probetur, & itidem probetur, vt per eundem Rolan. Valle, ibi num. 13.
27 quod ſi creditor pecuniam † habuiſſet, eſſet certum, quod fuiſſet lucratu rus, quia præmanibus habebat talem mercaturam, vel cenſum annuum, ſecus ſi eſſet incertum, nam non ſequitur eſt ſolitus negotiari, & lucrari, ergo lucraretur ſi habuiſſet pecuniam. Imò & in hac probatione debent te
28 ſtes reddere rationem dicti ſui † etiã non interrogati, ſecundum Rolan. ibi numer. 14. & hoc niſi debitor propter impotentiam non ſoluit in ter-
29 mino, nam tunc non poteſt conueniri pro intereſſe † lucri ceſſantis, vt volunt Theologi teſte Rolan. Valle: vbi ſuprà, numer. 25. & Dida Perez hic pag. 21. col. 2. in fi. cum ſeq. vbi po
30 nit requiſita vt hoc intereſſe peti poſſit, de quo quidem lucri ceſſantis intereſſe † plura tradit Tyber. Decian. Reſpon. 2. numer. 203. volu. 1. & Gamma, in deciſi. Luſit. 110. & de vtroque intereſſe agit late Petr. à Nauarra, de Reſtitutione lib. 3. cap. 2. numer. 276. cum ſequentibus, vbi quid ſit damnum emergens, & lucrum ceſſans declarat, & Angles, vbi ſuprà, in. 2. diſtinct. difficul. 3. pagina. mihi. 241. Secundum, primam impreſsionem. Et poſt hæc ſcripta vidi D. Barboſa, in 1. parte. l. 2. in princip. ff. ſol. mat. nu-
31 mer. 39. cum ſequentibus pluribus, & iterum in. l. de diuiſione. ff. eod. titul. nume. 25. cum ſequentibus pluribus. Et quid erit in vidua petente lucra † ob dotem non ſolutam tradit Couarruui. libr. 3. Variar. capit. 1. numero. 3. verſicul. Sexto hinc etiam conſtat, & Gamma, vbi ſuprà, & Socin. conſi. 88. numer. 22. volum. 4. & Angles, vbi ſuprà, titu. de contract. mutui in. 7. difficult. pagina. 246. & optime Anton. Theſaur. deciſio. Pedamon. 42. & Velaſcum, conſultat. 8. numero. 4.
& Bur-

& Burgos de Paz, conſil. 4. numer. 28. vbi in facto dicit vidiſſe, & Molin. de Primoge. lib. 4. cap. 5. nume. 6. & Rojas, de ſucceſsio. cap. 33. num. 27. cum ſeq. per quos videri hæc poſſunt, & per Medinam, in ſua ſumma, titul. *De los cenſos*. §. 26. fol. 146. in fin. cum ſeq. dicentem, quod poteſt cenſus conſtitui per filium maioratus ſucceſſorẽ
32 † in fauorem matris ſuæ viduæ. Vide late per Barboſa, dict. num. 39. cum ſequentibus pluribus. Dictum etiam fuit in diffinitione vſuræ, lucrum aliquod temporale, quia ſi quis etiam vi mutui amicitiam alterius paciſcatur, aut aliam rem vtilem quidem, ſed minimè eſtimabilẽ ratione pretij, quod ei conuenire nequit, ex eo quòd ea res pecunia eſtimari non ſoleat, non
33 eſt vſurarius cenſendus, † ſicuti Doctor. faceri inquit Couar. vbi ſuprà, dictum etiam fuit, vſuram vi mutui cõmitti, aperte intelligentes hoc crimẽ in alijs contractibus, quam mutui ne
34 quaquam accidere, † vt communẽ teſtatur Maria. Socin. in Rubrica, extra de vſur. nu. 64. modo accipiamus mutuũ, ſiuè tacitum, ſiuè expreſſum, vt per Decian. Reſpon. 2. nu. 180. vol. 2. & Ludoui. Peguera, in quæſtio. crimin. cap. 32. per totum, & hoc quidẽ ea ratione, quia ſæpiſsimè ſub imagine emptionis, & venditionis ſubeſt contractus quidam pignoratitius, qui latenter vitium hoc vſuræ maximo Reip. & pauperum incommodo continet, ca. ad noſtram, de empt. & ven. vbi fit mentio pacti de retro vendendo, cap. in ciuitate, de vſur. quoties vẽ
35 ditur carius res pecunia credita, quã præſenti, & ſtatim † numerata vendetur iuſtè, de quo per Couarr. lib. 2. Varia. cap. 3. nume. 7. & Gutierrez, in quæſtio. canoni. lib. 1. quæſt. 39. ex quibus plura infert Couarr. lib. 3. Variar. cap. 1. num. 3. in propoſitum capit. ſalubriter, de vſur. & aliorum iurium, per ipſum videnda, nè longiùs quam decet materiam prolongemus. Quotuplex autem ſit vſura, dicendum eſt,
36 quod eſt duplex, † vna ſpiritualis & æqua, alia corporalis, & iniuſta. Prima enim eſt fœnus ſpirituale & iuſtum, quod exercere debemus, vt etiam eſt illud, quod amore Ieſu Chriſti tribuimus miſericorditer, vt ab eo, qui multipliciter, & in perpetuum retribuit, eandem recipere valeamus. 46. diſtin. cap. ſicut. de pœni. diſtin. 1. medicinæ iuxta illud Pſalm. 3. Beatus vir, qui miſeretur, & commodat, ſiuè mutuat. Et illud Euangelij Matth. 19. centuplum accipietis: vnde Beatus Auguſ. inquit miſer homo cur fœneraris homini, fœnerare Deo, & cẽtuplum accipies. Tu verò dic, quod iſta nõ eſt proprie vſura, quia non deſcendit ex mutuo, ſed ex contractu donationis, in quo licitum eſt etiam à priuato centum pro vno accipere. Sed Auguſt. & alij ſic loquentes longe impropriè, dum dicit fœnerare Deo habendo reſpectum, quod licet in fœnore magnum ſit lucrum, longe tamen maiora ſunt in ijs, quæ datur amore Ieſu Chriſti, ita Maria. Soci. in Rubrica, de vſuris, num. 17. Secunda, verò ſpecies eſt fœnoris, ſeu vſuræ corporalis, & iniuſte, de qua in præſenti titulo tractatur, &
37 hæc diſtinguitur † in interiorem, & exteriorem. Interior eſt illa, quæ dicitur mentalis, & eſt cum aliquis mutuat aliquid, vel dat abſque pacto tacito, vel expreſſo recipiendi aliquid vltra ſortem, ſed ſperat ex hac mutuatione aliquod lucrum reportare, vt tenent Theologi maximè Caieta. ſuper Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 78. arti. 1. Exterior autem eſt illa, quãdo quis dat mutuum alicui cum pacto tacito, vel expreſſo recipiendi aliquid vltra ſortem, ſiue illud pactum fiat verbis,
38 vel ſignis, vel alio quouis modo, & hæc exterior diuiditur † in veram, &
pallia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

palliatam vsuram. Vera & aperta est illa, quæ verbis expressis exprimitur, vt cum mutuatur aliquid, vt vltra sortem aliud amplius detur. Palliata vero, quæ verbis fallacibus exercetur, scilicet, quoties mutuum palliatur sub conceptione alterius contractus, & tamen est mutuum secundum formam latentem, & mentem contrahentium, qualis est omnis contractus alius à mutuo, in quo quis minori iusto pretio infimo, & siue medio quærit aliquid propter anticipatam solutionẽ, & contra, quo quis alij vendit
42 prętio maiori iusto supremo ob dilatã solutionẽ. c. in ciuitate. de vsuris. c. ad audiętiã, de emp. & vẽd. c. illo vos, de pignori. & sic licet omnis vsura in solo cõtractu mutui versetur, quia tamen cõtractus mutui est duplex † ve
39 rus, & palliatus ita duplex est vsura, vera, quæ in vero mutuo consistit, & velata, seu palliata, quæ in palliato versatur, vt per Nauarr. in dict. ca. 17. Manualis, num. 206. versic. dixi verũ. Et vsura, secundum Dida. Perez. hic pagi. 15. colum. 2. cum seq. dupliciter capitur, & reperitur. Primo modo sumitur largè pro accessione, seu augmento successiuo sortis in quantitate consistentis ex quacumque causa etiam alias quàm ex mutuo debitæ, putà ex causa venditionis, & traditionis rei. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt. ex vendito actio venditori competit ad ea consequẽda, quæ ab emptore ei præstari oportet, veniunt autem in hoc iudicio in primis pretium quanti res venit. Item vsuræ precij post diem traditionis: Nam cũ re emptor fruatur, æquissimum est,
40 eum † vsuras precij pendere. l. curabit, &. l. fructus. C. de actio. empti. l. 2. C. de vsur. vel dotis, & susceptorum onerum matrimonij. l. cũ post. §. vsuras. ff. de iure dori. text. elegans in ca. salubriter, de vsur. Item etiam in casibus in quibus, dicit glos. in summ. 14. quæst. 3. licitam esse vsuram, vel propter moram in bonæ fidei iudicijs, legatis, & fidecommissis. l. qui solidum, deleg. 2. notatur in. l. mora, ff. de vsur. Aliquando etiam sumitur largissimè,
41 pro omni † iniusta superabundantia, siue debeatur quantitas, siue non, vt in cap. putant. 14. quæst. 3. Sed quia in toto iure non legitur, ita accipi, omittendum est, vt inquit Dida. Perez, hic pag. 16. col. 1. Secundo modo, secundum eum ibi, accipitur vsura stricte,
42 & propriè † pro eo, quod accedit vltra sortem principalem in mutuo, vt in. l. si tibi decem, in princi. ff. de pact. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. l. hactenus. §. fin. ff. de constit. pecu. l. 31. & ibi glos. titul. 11. partit. 5. Vnde hoc solo casu dicitur fœnerator debitor vsurarius, & pecunia fœnebris, lex, fœnerator. ff. de nau. fœnore. l. debitor, &. l. pecunia. ff. de vsur. patet, quia pecunia dotalitia, vel per emptorem, aut quęuis quoquo vero titulo, aliàs quã ex mutuo debita, non dicitur pecunia fœnebris, etiam si ex mora veniãt vsuræ, prout nec dicitur propriè fœnus nisi in solo mutuo, isto casu propriè, & planè militant leges huius tituli, & sanctiones, & pœnæ cõtra vsurarios statutæ, &. l. 9. titul. 13. partit. 1. & l. 4. tit. 6. part. 7. Quæ autem sit di-
43 ferentia † inter vsuram & fœnus, Dida. Perez, hic pag. 15. colum. 1. in fine inquit, iuxta vtriusque iuris Doctorũ opinionem eam esse, scilicet, quod illa tanquam inferius, & superius se habeant. Quòd scilicet fœnus duntaxat pro vsura strictè sumpta vsurpetur, pro eo, quod ex solo mutuo iniustè accrescit: vsura autem accipiatur extensius pro quocunque augmento ex quocunque contractu, etiam dum licitum sit, vt si quid credita pecunia vẽdidisti, & quia debitor in mora fuit, aliquid tibi ratione lucri cessantis auctum,

ctum est, accessio illa vsuraria quidé est, non fœnebris, vt in. l. cum quidã §. si pupillo, ibi, vsuræ enim non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. ff. de vsur. sed aliquando vnum sumitur pro alio. l. pecuniæ fœnebris, in princip. ff. de vsu. cap. 1. de vsuris, in. 6. vbi fœnus, & vsura reciprocãtur, plerumque fœnus pro vsura & è contra vsurpantur, vt per Oroma. lib. 1. de vsur. cap. 1. & Soto. lib. 6. de iusti. & iur. q. 1. art. 1. Dida. Per. hic. d. pagi. 15. col. 2. vbi alia prosequitur pro differentia & conuenientia fœnoris, & vsuræ. Et quia iura ciuilia frequenter vtuntur vocabulis particularibus circa vsuras
44 † vocando eas semisses, trientes, cen-
45 tesimas, besses, succinctè † est declarandũ quæ sint, de quibus loquitur. l. fin. C. de vsur. rei iud. l. nihil. §. 1. ff. de nau. fœno. &. l. qui semisses. eo. titu. & de omnibus loquitur. l. eos. C. de vsu. & olim de iure ciuili illustribus personis, & qui supra eam dignitatem erãt minime licebat vltra tertiã partem centesimæ in quocunque contractu vili, vel maximo vsuras stipulari, vt dict. l. eos, & hæ trientes vsuræ dicuntur, secundum quas si fors est centum habita consideratione ad annum debẽtur triginta tria, & vnum tertium. Inferiores verò illustribus licitas gerẽtes negociationes vsque ad Bessem centesimæ poterunt stipulari, vt. d. l. eos, hoc est, ad duas partes centum habita consideratione ad annum. In traiectitijs verò contractibus, vel in speciebus datis fœnori vsque ad centesimam tantum licebat speculari, vt in dict. l. eos, quæ centesima vsura dicitur, quæ sorti in anno æquiparatur, vt dicit glo. 46. distin. cap. quoniam, vnde cẽtum pro centũ. Dicitur autẽ traiectitia pecunia, quæ trans mare vehitur. l. 1. ff. de nauti. fœno. Cæteri verò homines prædictas qualitates non habentes vsque ad dimidiam tantum centesimæ poterant stipulari, vt dict. l. eos, & hæ semisses vsuræ dicuntur, secundum quas quolibet anno quinquaginta pro centum dantur. ita Maria. Socin. in dict. Rubric. de vsur. num. 11. cum. 4. sequentib.

Ibi. *Es muy gran peccado*, Dare enim ad
46 vsuram peccatum est, & mortale, † prout denotat inæqualitatem rationem mutui, & probatur, nam lege diuina id est prohibitum, & lege etiam humana, ergo veniens contra huiusmodi iura peccat, prout peccare inquit Sanctus Thomas, secunda secundæ, q. 78. art. 1. & ibi Caietanus & quodlibeto. 3. art. 19. & opusculo. 73. cap. 4. & in quæst. de malo, quæst. 13. arti. 4. & in. 3. sentent. disti. nct. 37. artic. 6. & Florenti. in. 2. parte suæ summæ, titu. 1. cap. 5. §. 1. Nauarro, in Manuali, cap. 17. numer. 206. Angles, in suis Florib. Theologic. quæstionum, in quæstione de contractu mutui, artic. 1. Ludouicus Peguera, in quæst. criminali. capitulo. 31. num. 16. Idque adeò verum est, quòd hæreticum est affirmare vsuram † non esse peccatum mortale,
47 vt inquiunt Nauar. & Angles, vbi suprà, ex text. in Clemen. vnic. de vsur. dicente, si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum, iniquum est enim exigere duplex pretium, vnum pro re ipsa, alterum autem pro vsu, quoties consumitur, vt si pro decem mensuris frumenti, vndecim exigantur, vna pro vsu frumenti exigitur. Secundo ampliatur, vt ex hoc quia peccatum est dare ad vsuram,
48 non possit Papa dispensare † vsuras exerceri, quia non debet concedere peccatum, ex text. in cap. super eo, de vsur. dicente, cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pag. detestetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

super hoc dispensationem aliquam posse fieri nõ videmus, quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibẽdus est quis, nè etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimen inuoluatur: quem text. ad hoc allegat Florenti. in dict. 2. part. cap. 7. §. 2. in princip. sub tit. 1. & Panorm. in cap. mandato. nu. 16. de simo. Didac. Per. hic pag. 24. col. 2. in fin. & optimè per Couarr. in dict. lib. 3. Varia. cap. 1. nu. 8. posset autem dispensari, secundum eundẽ Florẽtin. in co. §. 2. in exactis quo ad incertorum † restitutionẽ, secundũ Dec. quod ibi putat Florenti. non valere, neq; Iudæos excusari quoad conscientiam in exactione vsurarum, sicut neque in alijs peccatis, vt latius ibidem prosequitur ipse Florenti. Respondẽs authoritati illi, Deutero. 14. non fœneraberis fratri tuo ad vsurã, sed alieno, vt per alienum †, intelligantur illi, qui erant inimici eorum, quorum terras eis Dominus concesserat, vt Chananæi, & ab eis licitè recipiebant vsuras, non vt vsuras, sed vt recuperationem iuris sui, argum. ca. 1. de vsur. Ampliatur & tertio, vt etiã pro iusta causa, vt pro redẽptione captiuorũ, non liceat dare ad vsurã, tex. in. c. super eo, de vsur. quia intentio finis boni non iustificat factum in se damnatum, Conrad. de cõtract. q. 84. concl. 2. versi. ex hac cõclusione, & mala nõ sunt facienda vt inde eueniant bona, vt ad Roma. 13. Conrad. vbi sup. q. 26. concl. 2. in fi. cum seq. Ampliatur itidem vt & à fortiori, nullus Princeps secularis, nullavè consuetudo quantumcũque immemorialis † possit dispensare: neque excusationem præbere dandi ad vsurã, vt per Couar. d. lib. 3. Varia. c. 1. nu. 8. vbi iure optimo reprobat Paul. Cast. dicentem posse iustè Principes seculares negare ius reperendi à creditoribus Iudæis vsuras iam per debitores solutas, hoc enim est verè cõtra tex. in. c. post miserabilem, de vsur. & text. in Clem. 1. eo. tit. esset enim tacitè & indirectè, & per obliquũ permittere vsuras. Et an licitè † Principes in dominijs suis possint Iudæis permittere exercere vsuras, vide latè Anto. Thesau. decisio. Pedem. 57. cũ cõsilijs ibi positis, vbi & refert concessionem Sixti Quinti. Imò nec ex testamento testatoris iubẽtis vsuras solui, licebit recipere eas † vt per Couar. vbi suprà. n. 9. per totũ. Ex quibus clarè colligitur dare ad vsurã esse peccatum mortale, & ob id vsurarius omnium pessimus vocatur. Est enim vsura impia † contra Deum, iniqua contra proximũ, periculosa contra se ipsum: contra Deũ impia, quia vsurarius Deum relinquit, quia quãto magis oculus corporeus sit propinquior terræ, tanto magis distat à Deo: tres enim cæcitates infidelitatis † per vsuram, in vsuratiorum anima generantur. Prima, quia non desiderat paradisum. Secunda, quia non abhorret infernum. Tertia, quia non veneratur aliquod Ecclesiæ sacramẽtum, vt hęc & alia prosequitur Maria. Socin. in. d. Rubr. de vsur. n. 57. cum. 6. sequentib.

Et tanto deterior est vsura †, quantò plus indigẽtiæ hominum insidiatur, ac tãto magis execranda, quãto commercium rei magis necessariæ difficilius redditur, vt inquit Siman. de Instit. Catho. tit. fi. n. 2. Et est vsura rapina, & furtum, legitur enim apud Ambro. & August. relatos per Thom. de Mercado, in Tractat. *De cõtratos licitos o reprobados*, fol. 39. pag. 2. idẽ esse pauperi † res furto subtrahere, quod diuiti sub vsuris mutuare, & habem' tex. in. c. si quis vsurã. 14. q. 4. & ibi gl. & ob id vsurarius delictũ cõmittit, & ob illud potest † criminaliter puniri, vt sentit gl. Canones, in. c. pernicioſam, de offi. ordi. Soci. consi. 219. num. 3. volu. vbi notabiliter dicit, quod contra tales poterit criminaliter procedi etiã ad torturam, vt eruatur veritas, per text. in cap. grauis. de deposit. text. in l. improbum fœnus. C. ex qui. caus. infam. irro. quæ vsurarios pœna infamiæ punit, & hanc opinionem, quod vsurarius possit puniri criminaliter, tenent Iacob. Butri. in dict. l. improbum, & communem testatur Alcia. in dict. cap. pernicioſam numero. 76. & sequen. relatus per Couarruui. in 4. parte. 2. capit. 6. numero. 19. & per Pegueram, in suis quæstion. crimini. capit. 30. numer. 18. vbi inquit, sic pluries in facto vidisse. Et hanc appellat magis communem Corneus relatus & secutus per Clarum, in. §. vsura, numer. 5. recep. sentent. vbi etiam dicit, ita vidisse iudicatum per senatum, & sic itidem vidisse testatur Tyber. Decian. tomo. 1. de delict. lib. 4. capit. 26. mixti fori quæ sint numer. 3. ex lege tamen nostra regia in pœnis ciuilibus condemnantur, & sic non solent corporaliter puniri, puniũtur tamen criminaliter quia infamia notantur, si pluries exercere vsuras reperti fuerint, & solitos esse fœnerari. Solẽtque vsurarij communiter, † vt animalia bruta mori, vel aliquo terribili iudicio de eis contingente rapri aliquando publicè à dæmonibus, sicut legitur apud Sanctum Antoninum, Floren. in summa titu. de vsur. in princi. numero. 30. & per Pegueram, vbi suprà, capit. 31. numero. 19. & ideo omnino fugiendum est ab vsurarum crimine.

Ibi, *Vedado auſi en la ley de natura*: quod esse indubium vsuram, scilicet, † esse contra legem naturæ asserebat Ioan. And. in mercurialibus in Reg. peccatum colu. 4. de Regul. iur. in. 6. idque probatur manifestè, nam Philosoph. nulla lege scripta arctatus, seu adstrictus naturali ratione edoctus lucrũ vsurarum est detestatus, vt in libro primo Poli. capit. 6. & 7. Ethi. capit. 1. & 5. his verbis in dict. capit. 7. loquens, Illud contrahendis rebus accommodatum est, idemque vituperandum, nec iniuria, non enim natura id genuit, sed rerum vtrocitroque contrahendarum ratio, iureque optimo in hominũ odia incurrit: quoniã ipsa pecunia fructus eius est, nec ad permutandas res, cuius causa comparata est, refertur, fœtus autem pecuniam auget, & amplificat, ex quo etiam nomen inuenit, & in dict. ca 6. & capi. 1. idem Philosoph. hoc idem vitium improbat, atque esse alienum à natura existimat, & turpe lucrũ, & turpem quæstum appellat, ac fœneratores pares esse censet latronibus, lænonibus, & depopulatoribus, & tyrannis. Plutarchus etiam in Lucullo, & in lib. de vsura vitanda, in hunc fere modum colligit. Primum, quod minimè conuenit, mutua, quæ charitatis, beneficij, & amicitiæ causa inducta sunt, in lucri sordidi certitudinem vertere. Deinde quod vsura contra Regulam illam naturæ sit, ex nihilo nihil gigni: quod paupertati vnicum eius solatium, nempe animi securitatem aufert, quod nondum natos fructus deuoret. Quod qui accipiũt sub vsuris vorsuram ex vorsura facientes, nunquam se extricant. Quod vt plurimum ex luxu æs illud alienũ contrahatur. Sic & Cicero libro. 2. de officijs ad finem, inquit, dare sub vsuris esse hominem occidere, ergo talis actus contra naturam est. Et Tranio seruus apud Plautũ Monistellaria, Nullum (inquit) ædepol hodie genus est hominum tetrius, nec minus bono cum iure, quàm danisticum. Marcus item Cato. in principio de re rustica, Maiores (inquit) nostri si habuerunt, & ità in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, fœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri, fœneratorem quadrupli. Quanto peiorem existimarunt fœneratorem quam furem, hinc licèt existimari. Futéque & olim apud Romanos grauis contentio super tollendo fœnore, in qua Asellius Prætor, qui id suadebat, occisus fuit à fœneratoribus, authore Appiano Alexandrino, lib. 1. de Bello ciuili, quo in loco artem fœneratoriã vituperat. Et sic, vt inquit Ioan. Andr. vbi suprà, contractus vsurarius ex natura rei est vitiosus *, ac 61
malitia conuolutus, & ibidem in col. 5. inquit esse propter † quatuor. Primò, quia facit rem naturalem superualere suæ naturæ, & rem artificialẽ suæ arti, & maximè contra naturam. Secundò, quia facit, quòd res, quæ nõ pariũt fructum generet lucrum, quod est cõtra naturam. Tertiò, quia facit, quòd ea, quæ habent omnino eundem valorẽ, vnum eorum excrescat in valore per alterum, quod etiam est contra naturam. Quartò quia facit, quòd res mutuata per abusum trahitur ad aliquid, ad quod nõ est ordinata principaliter, nec consequẽter, quod est etiam cõtra naturam. Hæque ratione falciuntur ex Romano, consil. 500. col. 2. quia mutans dominum pecuniæ mutuatæ in mutuatarium transtulit, vnde tunc recipiens vsuram recipit lucrum ex re aliena in recompensationem temporis, quo mutuum durat, quorum verumque est irrationabile, cum & ipsum tempus sit commune omnibus animantibus, & ideò non est redimendum ab aliquo simpliciter & per se sumptum nec est in commercio, sicut nec aêr, nec mare, vt. l. 2. ff. de rerum diuisio. quã rationẽ approbãt Lauren. de Rodul. & alij relati per Octauian. decis. Pedamont. 137. nu. 7. Secundo suadetur dictum nostrum assumptum, eò quòd in pecunia, rebusq; alijs mutabilibus, vsus est ipsius rei consumptio, nam (vt inquit Arist. in. 4. Ethic. c. 1.) vsus pecuniæ est eius consumptio, retentio verò, & acceptio est eius possessio, sicque non potest separari à proprietate, nec ab ipsa recipitur accipere lucrum aliquod pro vsu ipsius rei, & demum rem ipsam, iniquum est, & praua cõmutatio, cum id quod non est, pretio vendatur. Idque apertius fit, si specialius argumẽtemur, aut enim creditor capit lucrũ istud pro sorte, aut pro vsu ipsius rei: si pro sorte, capit bis eius æstimationem, vel capit iniustum sortis valorem: si pro vsu rei, is non potest seorsum à sorte æstimari, & sic bis sors ipsa venditur, quod satis iniquum esse constat, bonaque fides non patitur, vt bis idem exigatur, ex iuris regula, huicque rationi suffragatur text. in. l. 2. ff. de vsu earum rerum quę vsu cõsum. Sed de pecunia (inquit) rectè caueri oportet his, à quibus eius pecuniæ vsusfructus legatus erit: quo Senatusconsulto non id effectum est, vt pecuniæ vsusfructus proprius esset, nec enim naturalis ratio authoritate senatus cõsulti mutari potuit, sed remedio introducto cœpit quasi vsusfructus haberi, idem tradit Iustinia. in. §. constituitur, vbi Theophilus, Institu. de vsu fruct. passimque obseruatum est, pecuniam 63
in vsu ipsius consumi, text. in cap. fin. de pignorib. l. Aristo. §. fin. ff. de iure delib. Tyraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 7. num. 103. consumi tamen intelligas, non vt minuatur vel pereat, siquidem salua manet, & eiusdem valoris etiam si millies commutetur, deturque vel gratis, aut in alterius rei pretium, sed ita accipiendum est, scilicet, vsum pecuniæ in sumptibus, & erogationibus cõsistere, atque per vsum omnino eam ab vtente discedere, & in alium transferri, ideòque quantum ad ipsum consumi, & perire. Alias rationes, quibus demonstratur esse vsurã de iure naturali prohibitam adfert Couar. d. lib. 3. Variar. cap. 1. nu. 5. & Soto de iust. & iur. libr. 6. quæst. 1. arti. 1. pag. 470. &. 472. cum sequent. sed dictæ sufficiant, & legis nostræ dispositio sic asserens, & ita omnium cõsensu tam Theologorũ, quàm Canonistarum est receptum, vt ibid. Couar. testatur hãc esse communem sententiam, & eum referens Iulius Clarus in. d. §. vsura. nu. 3. & gl. *Iuueros* in. l. 4. titul. 6. p. 6. vbi multi contra cambia, hanc etiam ructur Si manc. de Insti. Cathol. tit. u. §. & Spino, in Speculo testam. in. 13. part. glo. Rubricæ. n. 6. & Octauia. decisio. Pedem. 137. num. 7. & Maria. Socin. in Rubric. extrà de vsur. nu. 23. & Pogue 66
ra, in quæst. crimin. c. 30. nu. 7. Didac. Perez in Rubric. titu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 24. col. 2. in princ.

Ibi; *Como de escriptura.* veteris, scilicet testamenti, vt habetur † Exodi 64
cap. 22. ibi, si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Et Deuter. ca. 23. ibi, non fœneraberis fratri tuo pecuniam ad vsuras, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Patri autem tuo absque vsura id quod indiget cõmodabis, vt benè dicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quã ingredieris possidendam. Et Leuit. capit. 25. nè accipias à fratre tuo vsuras, nec amplius quàm dedisti: & paulo post, pecuniã nõ dabis ad vsuras ei. Item Ezechiel, cap. 18. vbi Dominus de eo, qui ad vsuram dederit, ait, quòd talis non viuet, sed morietur. Et Prophera etiã Psalmo. 14. inquit non habitaturum in templo Domini eum, qui ad vsuram dederit, cap. quoniam. 14. quæstione 4. & capit. si quis oblitus, cad. causa & quæstione, & sic si Iudæa † 65
asserat sibi licere posse dare ad vsuras clarè mentitur, vt aduersus eam clamat Hieron. Sauanarola, in Homilia. 17. capit. 6. Michææ, inquiens, date mutuũ gratis Reipub. vestræ, nõ fœneremini res, neque tibi Iudæe hoc integrum est, vt faceres: nec si id facis, salus potest tibi contingere, quod si tibi ad vsuram dare liceret, ais, egregiè mentiris. Fuit enim olim dumtaxat perniciosum obcecuicosum tuum caput. Est autem vsura ordini naturæ contraria, quare est peccatum aduersus naturam ipsam: assero tibi fœnus non esse licitum. Regredimini ergo omnes ad pœnitẽtiam. Ex quibus deducitur, nedum Christianis verum & Iudæis prohibitum * esse de iure communi vsuras exercere, vt per text. in cap. post miserabilem, de vsur. ibi, Iudæos ad remittendas Christianis vsuras per principes & potestates seculares compelli præcipimus, & cõmunẽ testatur Curtius Iuni. in. l. eius qui in prouincia post num. 5. ff. si certum petat. & consequenter peccant Iudæi, vt dicit esse communem opinionem Theolo. & Cano. Alexand. de Neuo, cõsi. 100. num. 1. Adeò quòd Ecclesia non debet, neque potest hoc † peccatũ per- 67
mittere, nec tolerare, nec propter aliud maius malum virandum, neque propter aliquod bonum, quod exinde sequi speretur. Quinimo si aliquis Iudæus exerceat vsuras in Iudaismo (vt ipsi communiter faciunt) & deinde efficiatur Christianus tenebitur † 68
ad restitutionem vsurarum, quas antebaptismum extorsit, ita Iul. Clarus, in dict. §. vsura. numero. 7. neque ijs 69
obstabit authoritas illa Deuterono. capitulo vigesimo tertio, non fœnerabis fratri tuo pecuniam ad vsuram, nec fruges, nec quamlibet aliam rẽ, sed alieno, nam vltra intellectus per Montolonium, in suo promptuario iuris, verbo, fœnerari, & per Co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uar.d.li.3.Varia.c.1.n.7.aſsignatos,ve rus intellectus iſtius loci eſt, quòd nõ ex eo permittitur Iudæis etiam cum alienis dare ad vſuram, ſed tantum quoad hoſtes eorum in recompenſationem damni ab hoſte illo iniuſtè illati,& ſic verbum illud,alieno,in tali hoſte intelligitur: terra enim promiſſionis erat Iudæorum,Deus enim dedit illã Abrahæ,quam multi ex gentibus ſub tyrãnide poſsidebãt, vt erant Iebuſęi,Philiſtęi,& reliqui,& quia iſti gentiles cõtra ſas & ius terrã Iudæorum tenebant, ipſi verò Iudæi illam armis expugnare non valebant,cum innumera gẽtilium eſſet multitudo, eaque potentiſsima, ideò Dominus præcepit Iudæis vt ad vſuras pecunias darent gentilibus illis, vt vel ſic recuperarẽt quod iuſtitia & iure ſuũ erat,& ſic quòd Dñs inquit,dabis alieno intelligendum eſt,de illis, qui terram promiſsionis incolebant, quia hoc non erat alienũ rapere,ſed quod ſuum erat redimere, quod ſi aliàs ad vſuram dabant graviter peccabant, ita Stella,ſuper Lucã.c.6.& hunc verum dicit intellectum Couarr.d.n.7. & Didac.Perez in.l.3 tit.2.lib.8.Ord. pag.49.& Spino, in.d.13.p.glo.Rubr. de teſta.n.7. verſic. vlterius & vſura, & Peguera, dict.c.30.n.10.vbi & hoc etiam modo fœnerare poterant Iudæi Paleſtinis,qui cõtra omnem ius terrã ſuã vſurpauerãt, quã illis Dñs dederat, quæ ſua erant ita recuperãtes. Et ſic quoties ab hoſte in compenſationem damni iniuſtè illati accipitur vſura,& retinetur,vel vbi bona ab hoſte poſſeſſa ſunt ipſius mutuantis,aut ad eum pertinent, quemadmodũ bona & prædia hoſtium incolentiũ terram promiſsionis ad Iudæos pertinebant diuina largitione, vt ſupradicti Doctores intellexerũt illud verbum, ſed alieno, nè obſtet ſupradictis, de quo & latè agitur per Soto, libr.6.de

70 etiam obſtat illud † Deut.28.Benedicet cunctis operibus manuum tuarũ & fœneraberis multis gẽtibus,& ipſe fœnus à nullo recipies,ergo fœnerari ibi videtur permiſſum, quia ibi verbum fœnerare pro mutuare accipitur,& potius denotat potentiam mutuandi in habitu,quam in actu: vnde eſt ſenſus,tantum diuitijs abundabis, quòd poteris omnibus mutuare, & nõ egebis recipere mutuum ab alijs, & hic eſt melior ſenſus alio,ibi per Alex.dato,& hunc ſequitur Soto,vbi ſuprà.q.1.artic.1.pag.474.in princ.

Ibi, *Y de gracia*, lege enim etiã Euã-

71 gelica vſura prohibita eſt† vt Lucæ 6.mutuum dantes nihil inde ſperantes,quem locum in hunc ſenſum vt crimen vſuræ ſub præcepto & mortalis culpæ reatu prohibitum ſit,Eccleſia Catholica interpretatur in. c. conſuluit,&.c. quia in omnibus, &.c. ſuper eo,de vſuris. tametſi quibuſdam viſum ſit ibidem nõ probari, vſuram iure Euangelico prohibitam eſſe, dicẽtes, quòd illud eſt potius conſiliũ, quam præceptum,nempe de diligendo inimico,de præbenda percutienti altera maxilla. Et Præterea Chriſtus non tradidit illud præceptum vt non obtemperãs puniatur,ſed vt præmio ſit indignus,qui mutuauerit, aliudvè opus fecerit ſub ſpe præmij & nõ gratis: vtcũq; tñ ſit,inquit optimè Coua. in.d.li.3.Var.c.1.n.5.in fin.quòd prior ſenſus ad vſuræ prohibitionem, vtpotè ab Eccleſia, quæ Spiritu ſancto duce ſcripturam ſacram interpretatur, receptus,omnino tenẽdus eſt, atque ita Theologos & Canoniſtas frequẽtiſsimo omnium conſenſu exiſtimare,aſſerit Couarr.vbi ſuprà dicẽs, vſu

ram

ram etiam iure diuino Euangelico prohibitam eſſe,& plura ad hãc rem teſtimonia adducere teſtatur, Epiſcopum Lugdunenſem Guil.Peral.in ſua ſumma de vitijs & virtutibus, tom.2. Tract. de auaritia.cap.1.& nouiſsime Spino,in dict.glo.Rubric.in.13.part. nym.10.in Speculo teſtam.& ſic iure diuino,tam veteris,quam noui teſtamenti vſuram prohibitam eſſe non eſt dubitandum, Iure etiã Canonico

72 prohibitam eſſe conſtat† ex pluribus conſtitutionibus & capitulis,ſub tit. de vſuris, in decretalibus & in alijs libris Canonicis,& in Decreto.14.q.3: & ſequent.ita vt nihil in hoc ſit immorandum.Iure itidem Ciuili ſaltim

73 Authenticorum †prohiberi vſuram, veriorem, & cõmuniorem teſtatur Iulius Clarus,in.d.§.vſura.n.4.& vt à tali non eſſe recedendum ibidem teſtatur,quantumuis aliqui diſſentiant de iure ciuili, de quo latè agebatur per Couar.vbi ſuprà,nu.6.& Peguerã, in.d.c.30.n.16.& Spino,vbi ſup.n.14. cũ ſeq.& ad cõtraria reſpondet Soto, vbi ſupr.pag.474.verſi.Ad tertium,&

74 475.verſi.Per hæc ergo, iure etiã † noſtro regio prohibita eſt vſura,ex.l.4.titu.6.p.7.in quãtum ibi vſurarios infames eſſe declaratur,& ex lege noſtra & toto noſtro titulo apparet prohiberi vſuram,ita vt nullo iure,nullavè cõſtitutione vſuræ permiſſæ ſunt,ſed prohibitæ potius & odibiles. Prout poſthæc ſcripta vidi etiam aſſertum per Docto.Sahagũ in lectura impreſſa ad cap.decernimus.nu.136.cum ſequẽtibus aliquibus de iudicijs. Et ſic nullo modo permittenda eſt vſurarũ exactio,quia inferior non poteſt permittere,quod vetuit ſuperior,ſcilicet ipſe Deus,& Chriſti vicarius, vt probat notabiliter Matth. Afflict. deciſ. Neapol.22.n.4. neque ipſum Romanũ Pontificẽ poſſe priuilegio diſpen

75 ſatione † aliovè iure permittere vſu-

Azeued.ſuper.8.

rarum exercitium, ſic, quòd ex eo licitũ ſit,vel vſurarius eximatur & immunis reddatur ab vſurarum reſtitutione,nam ſummus Pontifex nõ poteſt iuri naturali refragari, neque permittere illud, quod iure naturali, aut diuino illicitũ eſt, quia cum vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtetur,ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus,& ita expreſſe habetur in cap.ſuper eo,de vſur.& cum ſummus Pontifex diſpenſare non poſsit, multo minus princeps temporalis, vt vtrũque proſequitur Peguera,in.d.c.30.nu.12. cum ſequentibus tribus,& Didac.Perez.d.l.3.tit.2.lib.8.Ordi.glo.1.col.2. in fin.cum ſequent.

Ibi, *Y coſa que peſa mucho a Dios,y por que vienen daños y tribulaciones*, ſceleſta enim nefaria, pernicioſa, atque ne-

76 fanda eſt vſura † propter multa terribilia mala ex illa proueniẽtia, eſtque impia contra Deum iniqua cõtra proximum periculoſa contra ſeipſum,vt in hac lege dictum remanet. Mutua enim beneficia, inter quæ mutuum gratuitum merito commutatur charitatem finem dilectionis inducunt, augent,& aucta conſeruant.E contra autem mutuum datum non ex charitate, ſed ex cupiditate ſpe lucri auaritiam & quandam voraginem charitatis inſatiabilem, & inextinguibilem pecuniæ appetitum inducit. Eſt

77 etiam vſura fons † iniquitatis, corruptela veræ amicitiæ, cõmunia enim omnia commoda ſecundum charitatem proprijs commodis pecuniarijs poſtponit vſurarius, adeò enim proprij amoris pecuniarij flagrat, quod neminem amat,nullum diligit, nulli ſe aſſociat,ſolum ſibi prodeſt, omnibus obeſt.Ex quo & merito porco aſ-

78 ſimilatur †,qui dum viuit nemini placet,imo omnibus laborioſus eſt,mor te verò eius familia,conuicinia,& do

Universidad de Deusto
Biblioteca

nique tota ciuitas gaudet. Est & præterea vsura abhorrenda cum sit deceptionum plena, & fraudũ per quam quædam perditio fit, & domesticum furtum, atque rapina committitur. 4. quæst. 4. si quis vsuram, licet enim videatur quædam apparens pietas, dolus tamẽ adest, & deceptionibus suis impie pauperes trucidantur, & non solum facit hominem crudelem, & impium in extraneos, sed etiã in proximos atq; propinquos. Est atq; etiã abijcienda, cum sit omnium malorũ radix & fundamentum, & omni iure prohibita: est etenim terrenorum inextinguibilis sitis, cæcitas mentis, miseranda seruitus, angustia cordis, opprobrium vitæ, illaqueatio diaboli, certitudo damnationis, impœnitens malum, & horribilitas mortis, sunt etiam vsurarij omnibus odio, & apud
79 omnes † nationes habiti viles, abiecti, & vituperabiles. Adeò quod olim vix vnus aut alter in ciuitate etiam amplissima reperiebatur: abhorrebat quis aspiciendo eorum domum, aut agrum: nemo de eorũ domo ignẽ sumebat: nemo ab eis in Ecclesia osculum pacis accipiebat: de occursu illorum pueri expauescebant, vt de eis inquit hæc, & alia Maria. Socin. in dict. Rubrica, de vsuris, nu. 56. cum. 2. sequentibus, sicut enim canis aut serpens, aut quodcunque aliud animal mordens trahit secum id, quod mordet seu morsum, ita pecunia tradita ad vsuram trahit secum aliam partem minorem, vel vt morsum suum ex aliena substantia. Quamobrem Dominus hanc iniuriam veluti sibi illatam grauissimè repetet. Vnde Exodi. 22. dicit, si mutuaueris pecuniam populo meo pauperi, non dicit, tuo, sed meo, vt scias vsuram non à paupere, sed à Deo exigi debere. Quemadmodum enim ab aspide percussus dulcedine, & suauitate quieuit donec animam exhalat, quoniã venenum latens per omnia membra diffunditur, sic qui ad vsuras accipit, pecunia oblectatur, sed vsuræ venenum per omnes membrorum facultates discurrit, totumque hominem captiuũ reddit, & qui antè liber erat, vt suam libertatem efferat diu noctuque laborat, vt docet Chrysost. Homil. 12. operis imperfecti, & sic isti vsurarij sunt admodum omnibus infesti, tãquam excitantes irã Dei contra populũ vbi vsitantur vsuræ, & deuorãtes res suorum populorum & fratrum, nulli parcentes, & sibi ipsis & suis descendentibus damnificantes, eo quod eorum filij portant etiam patris iniquitatẽ, vtlicet videre ex exemplis adductis per Archie. Florent. in tracta. de vsur. in princ. num. 30. relatum per Peguera, in ca. 31. q. crimi. num. 19. &. 20.

Ibi. *Y como quier que hasta aqui de algun tiempo aca fue vsado.* Corrupte tamen,
80 & pessimè, neque poterit vsus hic † iustificare rem ita omni iure prohibitam, nec vtentes excusabat à peccato, imo nec à pœna temporali, ex tex. in cap. dilectos, de excessi. præla. vbi cum Romanus Pontifex inspectis attestationibus. B. &. P. inuenisset esse probatum, dictum. P. publicum aleatorem esse, ac vsurarium manifestum & licet ad palliandum tantæ præsumptionis excessum proposuerit, quod hoc fecerit iuxta consuetudinem clericorum Gallicorum, qua fere vniuersi clerici mutuant sic frequenter, & ludunt, improbauit excusationem prædictam, quæ per prauam consuetudinem, quæ corruptela dicenda est, palliatur, reputans dictam excusationẽ friuolam, & corruptelam, vt inquit text. in cap. fin. de consuetud. ibi quacunque consuetudine, quæ dicenda est in hac parte corruptela, & per tex. in dict. cap. dilectos, inquit Barba. in cap. cum venerabilis, num. 30. de consuetu.

81 suetũ. quod consuetudo praua, & iniqua non excusat à pœna temporali † nec à peccato, quod quidem determinatibi num. 31. in materia vsurarũ: nec obstat gloss. migrasse, in dict. cap. cum venerabilis, probans, consuetudinem quantumuis iniustam prauã, & iniquam excusare à pœna temporali, & gloss. in cap. denique. 4. distin. quas vltra Doctores ibi commendãt relati per Couarr. in cap. quanuis pactum. 1. par. §. 7. num. 12. versicul. quid de consuetudine, quia dictarum glos-
82 sarum doctrina non est admittenda, & procedit quoties consuetudo † versatur circa interpretationem actus dubij, an licitus sit, vel illicitus, secus verò vbi est sine dubio actum esse illicitum, vt pote quia est contra ius naturale, vel diuinum, nam tunc hæc corruptela potius, quam consuetudo vocatur, & consequenter nullo modo excusat à peccato, nec à pœna temporali, vt vbi per Couar. & per Pegueram, vbi supra, cap. 34. per totum, vbi de ista materia tractat, & ideò lex nostra iustissimè non obstante vsu alicuius loci aliquo tempore habito vsurã reprobat, & punit eam exercentes, etiam vbi vterentur ea ciues, & habitatores illius terræ, & faciũt dicta per nos in titu. *De los blasphemos*, supra isto lib. vbi diximus hac de causa cõsuetudinẽ blasphemãdi nõ excusare à pœna tẽporali, & multo min⁹ à peccato.

Ibi. *Nos por seruir a Dios.* Mouit hoc motiuum legislatorem nostrum, scilicet, ne Deus optimus maximus offendatur, & hæc est de principalioribus rationibus vna, ob quam vsuræ prohibitæ sunt. Aliæ plures per DD. assignã
83 tur, † quarum aliquas succinctè retulit Simãc. de Inst. Cath. tit. fi. & sex retulit Peguera, in dictis quæst. crimi. cap. 30. num. 17. per totum, & per Didac. Perez, hic, sub Rubrica, titu. 2. lib. 8. Ordina. pag. 24. col. 2. vbi allegat Sali. in repetitione Authen. ad hæc quæst. 7. C. de vsur. plures rationes assignantẽ & decem & nouem rationes assignat Marian. Socin. in Rubrica, extra de vsur. à numer. 30. vsque ad. 53. inclusiue. Quæ quidem per ipsos videbuntur, sufficit enim scire, quod cum omni iure (vt dictum est) sint prohibitæ vsuræ, multis ex rationibus, & fundamentis iura hæc se fundasse ad eas prohibendas, & reprobandas asseren dum est.

Ibi. *Ningun Indio.* Sed nunquid potuit id Iudæis prohiberi, † cum de ijs,
84 quæ foris sunt, nihil ad nos, & respondendum est, optimè id eis prohiberi potuisse per legislatorem in præsenti, tum quia etiam Iudæis in lege veteri prohibitum hoc eis erat, & si aliud ipsi asseuerent Iudæi mentirentur, vt in hac lege dictum remanet. Tum etiã quia per dispositionem cap. post miserabilem, de vsur. statutum est in hunc modũ, Iudæos ad remittendas Christianis vsuras per Principes, & Potestates compelli præcipimus seculares. Quod si post acceptas vsuras cõpelli possunt per seculares restituere, multo fortius vt ad vsuram non dẽt, neque vsuras recipiant, quia turpius eijcitur, quam nõ admittitur hospes, & facilius quid à principio ante factũ impeditur, quam post factũ tollatur, ex text. & materia in. l. Patre furioso, ff. de ijs qui sunt sui vel ali. iur. & quia
85 Iudæi Regum † legibus in temporalibus subijciuntur, vt cap. iure. 8. distin. & l. Iudæi. 1. C. de Iudæ. glos. 1. in dict. cap. post miserabilem, & ideo iuste legislator in præsenti eis prohibuit dare ad vsuram.

Ibi. *Y mandamos a todos los juzgadores.* Sed nonnè crimen hoc vsurarum est, merè Ecclesiasticum, quomodo legislator hic omnibus iudicibus cuiuscunque qualitatis committit cognitionem huius criminis, & quod sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

86 merè Ecclesiasticum, † tenuit gloss. & omnes, in cap. cum sit generale, de foro comp. & in cap. 1. de offic. Ordi. & in Clementina dispendiosam, de iudi. & communiter approbatæ sunt, secundum Couarr. lib. 3. Varia. cap. 3. num. 1. & Spino, in dict. 13. parte Rubricæ de testame. nume. 66. & Iulium Clarum in dict. § vsura, nume. 4. ergo lex nostra, & itidem l. 36. titu. 6. lib. 3. suprà, iubens iudicibus, vt adhibeant magnam diligentiam in puniẽdis vsurarijs procedere non possunt. Nihilominus tamen dicendum est leges nostras optime procedere, ex eò quod lex nostra quoad punitionem vsurariorum, & dict. l. 36. disponunt & procedunt, quoad hoc enim ita potest secularis procedere, sicut Ecclesiasticus, & sic quoad hunc effectum crimen hoc † est mixti fori, idque deducitur clarissimè cum, & à legibus nostris sit reprobata vsura, & à iure naturali, & diuino, vt dictum est, & sic esse mixti fori tenuerunt Archi. & relati alij per Couar. in dict. cap. 3. nume. 1. & per Octauian. in decis. Pedam. 137. numer. 10. & 11. vbi hanc esse magis communem testatur, vbi id adeò esse verum dicunt, vt procedat siue verè da sit quæstio super facto, siue super iure, & bene, prout tenuit etiam Clarus, in dict. § vsura, numer. 8. vbi id ita in praxi obseruari asserunt, & quotidie obseruatur, puniuntur enim vsurarij laici per iudicem Ecclesiasticũ, vel secularem, per quemlibet eorum, qui prius inceperit cognoscere, siue in progressu sit agendum de quæstione iuris, siue non, putà an contractus ille sit vsurarius nec ne, adhuc enim tunc cognoscit secularis cõtra Laicũ accusatum de vsura. Cum grano tamen salis, scilicet, quod si in lite illa agitur ciuiliter, & est necesse discutere an contractus ille, de quo agitur penes iudicem secularẽ, sit vsurarius nec ne, discussio hæc remittenda est 88 iudici Ecclesiastico, † vt ipse hoc decidat, & determinet, & determinato per iudicem Ecclesiasticum hoc dubio, si declaratur cõtractum esse vsurarium tunc remittit determinationem causæ iudici illi seculari, qui præuenit in cognitione illius, vt procedat ad faciendam partibus iustitiam, & interim quod agitur, & tractatur articulus ille coram Ecclesiastico supersedit secularis in processu aduersus laicum illum inchoato. Sed si esset quæstio super facto tantũ, putà quod quis commiserit vsuram, & de hoc clare constaret, tunc vtique non est 89 necesse secularem iudicem † super sedere in processu illius litis, sed tenetur omnino procedere, quia clarum est, contractum esse vsurarium, ex eo quod ex facto probato per testes, vel instrumẽta, aut partis confessionem apparet clare esse vsuram, & tunc nõ est necesse recurrere ad Ecclesiasticũ, vt vsurarium cõtractum illum declaret, & consequenter secularis procedit. Si verò agitur criminaliter contra Laicum per iudicem secularem super punitione contractus vsurarij, tunc vtique indistinctè procedit se- 90 cularis, † & sic intellectæ dictæ opiniones sunt veræ, & tenendæ, & in practica quotidie obseruantur, prout voluit declarare Iulius Clarus libr. 5. recept. senten. § fin. quæst. 37. num. 2. & Spino, vbi suprà, & Dida. Perez, hic pagin. 27. colum. 2. in medio, & dixi in l. 1. titu. 21. num. 188. lib. 4. Recop. Itidem etiam idẽ erit quoties agitur ad annullandos contractus vsurarios inter Laicos, nam idem erit distinguendum sicut cum ciuiliter agitur dictũ est, prout in via executiua sæpe fit, vt diximus in dict. l. 1. titu. 21. num. 185. cum seq. lib. 4. suprà. Prout nos refert late de ijs agendo nouissimè, D. Barbosa. l. Titia. 35. ff. Sol. Mat. num. 48. &. 49.

91 &. 49. pag. 790. cum sequentibus. Saltim quando Ecclesiasticus † iudex præbet inhibitionem aduersus iudicem laicum, ne procedat in causa illa vsque dum declaretur, an sit contractus ille vsurarius, eò quòd non constat an esset talis, & sic de quæstione iuris erat tractandum, vt optimè inquit Maria. relatus per Clarũ. d. quæst. 37. num. 2. & quotidie ad petitionem debitorum executatorum dantur dictæ inhibitoriæ à iudice Ecclesiastico aduersus secularem, & solet secularis iudex appellare à tali inhibitione, & deferre per viam querelæ, hoc est *De fuerça*, ad Chancellariam, vbi declaratur an vim faciat necne Ecclesiasticus in dictæ inhibitionis præstatione: de quibus & late tradit Peguera, in dictis quæstio. crimi. cap. 30. numer. 19. cum sequentibus, vbi cum criminaliter agitur pro vsura contra Laicum ita indistinctè tenet cum supradictis, & in num. 24. sic in facti contingentia dicit esse decisum. Idque ibi ex Claro in dict. quæst. 37. num. 2. declarat procedere, cum agitur principaliter de vsura, secus si incidenter, nam tunc in 92 distinctè † Laicus cognoscit, & hanc communem legistarum, & canonistarum esse ait, quoties agitur de puniendo vsurario. Imò & hæc in tantũ vera sunt, quod potest iudex ex offi- 93 cio † etiam parte non petente procedere contra vsurarios, & eos punire pœna Concilij Lateranensis, ca. cum in Diœcesi, vbi Ancha. num. 1. de vsu. & tenet Dida. Perez, hic pag. 26. col. 2. in medio, imo & alijs pœnis, ex text. nostro hic, & ex dict. l. 36. titul. 6. libr. 3. suprà, & tradit Peguera, vbi suprà, cap. 35. per totum. Inquisitores tamẽ 94 hæreticæ prauitatis non possunt † cognoscere de quæstionib⁹ vsurarijs, sed iudicibus ordinarijs relinquere debent, nisi quis credat fœnerari licere, nam tunc Inquisitores contra eũ procedent, vt vtrumque asserit Simanc. de Instit. Cathol. titu. fin. num. 3. &. 4. & post hæc vidi Doctorem Sahagum, in dict. cap. decernimus, nu. 139. cum sequentibus aliquibus ponẽtem opiniones circa quas sit iudex super vsuris.

Ibi. *Que no juzguen ni entreguen ningnas cartas ni contratos de Logro.* Hic videtur esse text. contra supra proximè dicta, & contra doctrinam Angeli, in. l. quanuis, num. 4. C. de iur. & fac. ig. & Imol. colum. 2. ibidem dicentis, exceptionem vsurarum non impedire viã executiuam, vt & dixit Couar. libr. 3. Varia. cap. 3. nu. 1. in fine, & diximus in l. 1. titul. 21. numer. 188. lib. 4. suprà, nam cũ lex nostra iubeat contractus vsurarios non esse exequendos à iudicibus, hoc enim denotant verba illa, *No juzguen ni entreguen*, & sic est cõtra Angeli, & sequacium doctrinam, sed si distinxeris tempora concordabis iura, loquitur enim Angel. quoties non est clarum contractum exequendũ 95 † esse vsurarium, tunc enim exequitur non obstante exceptione vsuræ, præstita cautione reddendi bona executata si contractus dictus declarabitur vsurarius à iudice Ecclesiastico, & hæc cautio & fideiussio danda est vltra fideiussionem, *De la ley de Toledo*, locus vero vbi certum esset contractũ esse vsurarium, neque ad hanc declarationem est necessaria sententia iudicis Ecclesiastici, tunc enim benè impeditur talis contractus via executiua, † neque debent iudices seculares illum exequi, & ita procedit lex nostra, & l. 1. titu. 21. dicto lib. 4. suprà exceptionem vsurarum admittẽs aduersus executionẽ instrumenti Guarentigij, vt ibidem dixi num. 186. cum seq. & sic soluitur difficultas hæc & benè.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

COlor quæsitus vbi est ibi adest fraus. numer. 1.
Vsura promissa sub titulo donationis non valet. num. 2.
Malitijs & fraudibus obuiandum est. numero. 3.
Malitia & fraus nemini opitulari debent. num. 4. & 5.
Fraus legi quando fiat. num. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. 12. & 13.
Decurio si dum fit in consistorio frumentum minoris iuberi vendi, & ut se vendat antequam lex promulgetur, ea promulgata venditio maioris pretij rescindetur. numero. 12.
Contractus in fraudem legis factus ipso iure est nullus. secus si in fraudem priuati, nam valet, sed reuocatur per Fabian. num. 14.
Fraus præsumptionibus & coniecturis probatur. num. 15. dum tamen fiat à solito fœneratore. num. 16.
Executionem non meretur contractus nullus. num. 17.
Tabellio contractus vsurarios faciens infamis est, n. 18. & n. 19. Adde in proxenetis & institoribus, etiã si tabellio sit dubitãs, num. 20. nisi vt. nu. 21. & nu. 22. extenditur ad testes & mediatores scientes, & nu. 23. idem in aduocatis dicta instrumenta patrocinantibus.

Lex Secunda.

Summarium.

Iudæi aut Sarraceni, non possunt instrumenta antiuere, & conficere contra Christianos super rebus, & circa res hic contentas, & contrà formam, & prohibitionem nostræ legis.

1 HBL. *Se catan diuersas maneras, que so color del dendo principal.* Nam vbi est color † quæsitus, ibi est fraus secundum Cynum, in Authen. ad hæc de vsur. & ideò inquit Bald. in cap. clerici, nu. 15. de vita & hon. cleri. quod vsura promissa sub titulo donationis

2 † non valet, quia est color quæsitus, vel in fraudem canonum, & idē Bal. in l. ab Anastasio, col. fin. C. mand. colligit ex illo text. argumentum, quod remissio vsurarum facta fœneratori ex causa donationis præsumitur colorata, & quod fuerit facta, vt remittēs habeat gratiorem extorsionem, & nō mero animo liberali, vt & per Paul. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cer. pet. & in l. pen. in fin. ff. de cond. ob tur. cau. Alexand. cons. 80. nume. 13. volum. 3. Quibus quidem formis calūnios⁹, & fraudibus ac malitijs lex nostra prouidere vult & obuiare, cum de iure dispositū anteà reperiatur, & ex text. hic deducitur, scilicet, quod malitijs, & fraudibus obuiandum est, †

3 l. cum hi. §. si cum his. ff. de transactio. l. fina. §. 1. ff. de suspec. tutor. l. quis sub prætextu. C. de sacro. Eccles. l. 1. in principio. ff. si quis omi. cau. test. capit. Quando, de diuortijs, itidemque calumnijs, ex Clemē. 1. de re iud. & nemini debet fraus, & malitia sua

4 † opitulari, & commodo eius cedere l. si ab hostibus. §. 1. ff. fol. Mat. l. fin. in fine. C. de rebus credi. l. itaque in prin. ff. de vsur. vbi expressè dicitur quod

5 nemo ex improbitate † sua consequi debet actionem, & in. l. si remuneranda. §. Maurus. ff. mand. dicitur nullam actionem cum propter suam calliditatem habere, & in. l. ita demum. ff. de arbit. ibi, ne quis doli sui præmium ferat, & in. l. sed etsi. §. planè, in fine, ff. ad exhib. ibi, nè & sua calliditas prosit, cap. ad nostram de emp. & vendi. cum similibus, quibus de causis lex nostra calumnijs, fraudibus & malitijs istorum Iudæorum ac Sarraceno rū obuiare vult, & obuiat, nè sub præ textu impensi beneficij dānum inferant, prout inferre solent, quia sub specie cōtractus liciti vsurā inducunt, & sub specie agni lupū gerunt Iudæi, & Sarraceni, gentē enim prauā, & adulteram,

teram, & viperarum genus Christus Iesus Dominus noster vocabat Iudæos, qui quidem fraudibus, & velamentis iniustis exercere solēt. Fitque fraus legi vbi id fit, quod fieri nō vult

6 †, fieri autem non vetuit, ex. l. fraus, ff. de legibus, contra legem vero facit, qui id facit, quod lex prohibet expressim, in fraudem vero legis, qui saluis verbis legis sententiam eius circūuenit, vt. l. contra legem. ff. de legibus iuncta gloss. ibi vbi. gloss. Bart. & DD. dicunt, quod quatuor principalibus

7 modis fit fraus legi, † quandoque de re ad rem, vt si quis det filio familias aliud, quam pecuniam mutuo, vt l. sed Iulianus. §. mutui, ff. ad senat. Macedoni. quandoque de persona ad personam, vt si vir volens donare vxori, supponat alium, qui donet. l. si sponsus, in principio. ff. de donatio. int. virum, & vxo. l. hæc ratio. §. fin. ff. cod. titu. cap. sicut non suo. 46. distin. cap. quanto, de priuilegi. tradit per gloss. in capi. plerique. 14. quæstio. 3. Pala. Rub. in Rubrica. §. 68. numer. 17. Quādoque de vno contractu ad aliū contractum, sed non eo modo faciendum, vt si mulier volens intercedere colorem quæsiuit, & conuenit, vt cū ipsa potius contraheretur, vt. l. quanuis. §. si cum essem. ff. ad Velleian. Ali-

8 quando etiam fit fraus † de verbis ad sententiam. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excus. tut. l. credendum. ff. qui pet. tuto. neque enim oportet verba captare. l. pen. ff. ad exhiben. cuius generis, & cauillatio est, quam Græci, Σοφισμα, dicunt. l. natura. ff. de verbo.

9 significa. fit etiam fraus de nomine † ad nomē, vt si quis, cum creari potestas nequeat, nomē defensoris fingat quod de Othone quodam retulit Bald. in dict. l. contra legem. ff. de legibus. Fit & itidem fraus de conditione

10 ad cōditionem, † si enim vēdita hac lege Ancilla sit, nè prostituatur fraudem facit, qui in Caupona sub specie ministrandi eam constituit. l. fin. C. si manci. ita fuer. alie. fit etiam fraus legi calumniando. l. si calumniam. ff. de verbor. signifi. fit etiam legi non latæ

11 solum, sed & ferendę, † vnde & in eo, Guillelm. Cyn. Bar. & omnes consentiunt, in dict. l. contra legem, si in con

12 filio tractatum † sit, vt frumentum pretio taxaretur, vnusque Decurionum festinauerit, quanti plurimi potuerit vendere, lege deinde minori pretio statuto, venditionem rescindi posse, vt pote factum in fraudem legis futuræ. l. si quis vina. l. si vinalia. la. 2. ff. de peri. & com. rei ven. l. 3. §. minor. ff. de minori. fit denique fraus, vt Guillelm. & Bar. opinantur, in dict. l. contra legē, de mensura ad mēsuram

13 l. Arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. l. Imperatores. ff. de cōtrah. emp. & ideò notari oportet, vt fructum ex ijs colligas, contractum in fraudem legis fa-

14 ctum † ipso iure nullum esse, factum verò in fraudem priuati valere quidem, sed reuocari per Fabianam, & Caluisianam actionem. l. si libertus minorem. ff. de iure pat. Iaf. in. §. Item si quis in fraudem, colum. 2. Instit. de actio. vbi plura de fraude tractantur, per Iaf. & alios scriptores. Et fraus præ-

15 sumptionibus, & coniecturis † probatur, vt per Ancha. cons. 385. num. 5. & 6. & latè per Mascard. de proba. tomo. 2. conclusione. 815. licet secundū eum ibi nunquam præsumitur nisi probetur, vt ibi conclusione. 814. nisi

16 probaretur esse hominem † solitum fœnerari, vt sunt Iudæi, in talibus enim præsumitur fœneratitius contractus is, in quo in alijs nō præsumeretur, putà si cum pactō de retrouendendo fiat contractus à solito fœnerari, vt per Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 122. nume. 100. vbi late de ijs agit, & in præsumptio. 123. eiusdem libri. 3.

Ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi. *De hazer entrega, ni execucion.* Etiã si in instrumento illo adsit clausula Guarentigia, quia cum contractus sit
17 nullus, nullam † meretur executionem, & obstat nullitatis exceptio, secundum Bartol. in l. Diuus Traianus, num. 1. ff. de testa. mili. Hippoly. in l. vnius. §. cognituru, numero. 5. ff. de quæstion. & sic prius constare debet de firmitate obligationis, quam agatur de effectu, qui est executio ipsius contractus, secundum Didac. Perez, hic, sub. l. 5. titu. 2. lib. 8. Ordin. pag. 51. colum. 2. & vide alia quæ diximus in l. præcedente, in gloss. *Ni juzguen, ni entreguen.*

Ibi. *Y defendemos otro si que ningun Escriuano.* Notariusque hos recipiens, & faciens pestiferos contractus, & attes-
18 stans de illis, vltra quod peccat † mortaliter, infamis est, & à testificando repellitur, insuper & periurus est, quia à principio assumpti officij iurat hos & similes contractus non facturum, imò & in subsidium ad restitutionem tenetur, vt per Hosti. in summa titul. de vsur. §. fin. versic. quid de notario, Archi. & alij in cap. sicut. 46. distinct. Roma. sing. 385. pone quod notarius Hippolyt. sing. 181. Sylues. in summ. verbo. vsura. 7. quæst. 7. Nauar. in Manua. cap. 17. nume. 276. Soto, de iust. & iure. lib. 6. quæstio. 1. artic. 4. sic & Pro
19 xenetæ, † & institores, vt per Alexã. in l. si quis iniquum. §. 1. nu. 12. &. 13. ff. quod quisque iur. vbi etiam Deci. nume. 18. vbi idem dicunt de factoribus & procuratoribus, quæ non solũ procedunt notario sciẽte contractũ esse vsurarium, sed etiam in dubitan-
20 te, † qui antequam dubietatẽ exuerit testificatur, vel facit instrumentũ vsurarium, arg. text. in capit. 3. & cap. si quis autem, de pœnitent. distinct. 7. Ita tenet Nauarr. vbi suprà, qui hoc vltimum limitat, nisi per opinionem
21 alicuius † Doctoris solennis fulcitam ratione dictam dubietatem exueret, quia tunc id bona conscientia facere posset. Quod quidem, & ad testes in-
22 strumẽti † sciẽtes instrumentũ esse vsurariũ, & ad mediatores extendendum esse ait Anton. de vsuris in principio, num. 26. Aduocatique quoque
23 dicta instrumenta patrocinantes † in idem recidunt flagitium, & tales dignisunt morte æterna, quia consentiunt vsuræ cooperando, vt in ca. notum sit. 2. q. 1.

Ibi. *Y que las tales escrituras, o cõtratos.* Notanda sunt verba hæc disiunctiuè posita, vt ex eis intelligas, non solum scripturas esse nullas, verum & contractus ipsos, aliter enim si scripturæ solum, & non contractus annullarentur, ex contractu agi posset per testes probato, vt diximus in l. 13. numero. 57. cum sequentibus titulo. 25. libr. 4. suprà.

Ibi. *Y entregare la cosa realmente.* Probando hoc per testes, vt per legem sequentem declaratur, quia lex nostra ad creditum contrahi prohibet, non verò de præsenti, quia cum venditio fit de præsenti cum rei traditione sine aliqua fraude, nec præsumptione ipsius cessat prohibitio, cum liceat vnicuique contrahere, cum emere, vel vẽdere nullus prohibeatur. l. nec emere. C. de iure del. lib. 3. tit. 5. p. 5. & est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.

SVMMARIA.

Casus vbi debet probari contractum vere ac realiter factum fuisse. nu. 1.

Fraus & dolus arguitur ex mala aliquorum vita. nu. 2.

Malum vnum post aliud nascitur. nume. 3.

Duæ specialitates constituuntur in lege nostra. nu. 4.

Duo specialia non possunt circa idem concurrere. nu. 5. & declaratur. nu. 6.

Lex. 3.

Lex Tertia. Declaratoria, legis præcedentis.

Summarium.

Iudæus aut Sarracenus contrahentes cum Christianis tenentur probare contractum verè ac realiter actum fuisse, si Christianus apposuerit non esse factum talem cõtractum, etiam lapsis duobus annis, neque aliter est exequendus contractus ille.

IBI. *Empreſtido, o, otro qualquier contracto.* Vniuersalis illa, *Qualquier*, notanda est, nã complectitur alios quoslibet contractus, ex dictis per nos in. l. 1. titul. 20. numero. 2. libr. 4. suprà, ita quod in præsenti nõ solum mutuum comprehendatur, verum etiam quilibet alius etiam dissimilis contractus. 3

Ibi. *Sea tenido de prouar, como el dicho empreſtido y contrato paſſo verdaderamẽte.* Specialis casus est hic, in quo per solam cõtradictionem incumbit onus probandi aduersario, & in eum transfertur, quod contractus vere ac realiter actus † fuit, & hoc etiam lapsis
1 duobus annis, idque nõ solum in mutuo intra duos annos, hoc enim non esset speciale, sed in quolibet alio cõtractu cum ijs personis celebrato etiã lapsis ijs duobus annis, & hoc in odiũ Iudæorum, & Sarracenorum, quibus quidem ita aduersantur iura, vt eorũ pessima consuetudo fundet præsumptionem contra eos agendi, & faciendi contractus vsurarios, siue expresse, siue tacitè fingentes alium esse contractum, quàm verè sit expressus, ex
2 mala enim vita † aliquorum arguitur dolus & fraus, secundum Bartol. in l. fin. ff. de quæstio. & Bald. in l. fin. de hę re. Institu. ex gloss. in l. iubemus. C. de proba. & sequitur Alexand. consi. 50. colum. 3. & consil. 78. colum. 3. vol. 1. & eos referens Tyberi. Decian. Resp. 32. nume. 41. volum. 3. tanta est enim peccati, & malitiæ vis. Quæ turpitudo, & macula quã acriter insidietur semel operantibus iniquitatem, nemo est, qui ignoret, & sanè nõ multo aliter insidias statuit hominibus, quàm leo venationi, Exod. ca. 27. qui si semel manus porrexerint, & iugum eius (virtute neglecta) susceperint, merito deinde mali præsumuntur, cum (vt ait Euripides) semper aliud malũ
3 † post aliud nascitur. Nam, vt Adagio fertur, mali corui malum ouum, & qui semel malus est, semper malus præsumitur, saltim in eodem genere mali, quia homo semel ad malitiam perueniens teste Iustiniano in nouel la, vt hi qui oblig. se per hi. habe. res min. nihil est mali, quod non inueniat. Et vt ait Iuuenalis, quis peccandi sibi imposuit finem. Quomodo recepit eiectum semel attrita de fronte ruborem. Quis nam homo est, quem tu contentum videris vno flagitio? Et hoc est, quod toties conqueritur Iustinianus, in Authen. de Mona. §. si vero, in Auth. de nuptijs. §. tutiores, cap. 1. 12. quæst. 1. dum ait, humanam vitam non ex se, sed facto nostro ad vitia procliuem esse, multasque vias lubricas habere, & vitiorum imitatricem existere: cumque Iudęi fœnori, & vsuræ maximè subditi sint, merito lex, de eis nihil circa hoc confidens, disponit, in omnibus eorum contractibus cum Christianis celebratis in esse dolum, & fraudem, & vsuræ odorem habere si ad creditum fiant, & nõ probetur per hos contractus rem ita esse gestam vere, & realiter sicut in contractu contineatur, nisi id probetur.

Ibi. *Aunque eſta opoſicion ſe haga deſ-*

pues

Universidad de Deusto
Biblioteca

pues de dos años. Duæ specialitates in præsenti lege constituuntur circa cõ
4 tractus faciẽdos † à Iudæis, vel Sarracenis cũ Christianis. Prima est, quod licet exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo sit opponenda per debitorem intra duos annos, vt in creditorem transferatur onus probandi se eorem transferatur onus probandi se mutuasse; tamen in ijs contractibus Iudæorum, aut Sarracenorum cum Christianis etiam post duos annos tenetur Iudeus, siue Sarracenus mutuãs probare mutuum vere, & realiter fuisse factum. Secunda, quod in alijs contractibus quàm mutui vocatur exceptio rei non traditæ, vel pretij non soluti, & debet de iuris rigore opponi statim, vt de vtroque diximus in. l. 1. titul. 21 num. 83. cum sequentibus aliquibus lib. 4. suprà, tamen ex lege nostra specialiter in ijs contractibus Iudæorum, vel Sarracenorum cũ Christianis celebratis constituitur Regula, vt etiam post duos annos opponi possit exceptio rei non traditæ, vel pretij nõ soluti, & transfert onus probandi in ipsos Iudæos, & Sarracenos, quibus non probãtibus traditionem rei vel pretij solutionem liberabitur reus, & hoc in odium ipsorum Iudeorum, & Sarracenorum pessimos contractus facientium. Sed videtur hoc procedere non posse vt potè quia Regula iuris est, quod duo specialia non
5 possunt circa idem † concurrere, ex l. 1. C. de dotis promis. l. cum post. §. genero. ff. de iure dot. Oldrad. consi. 79. duo specialia: cessat tamen in præsenti hæc obiectio, nam cum duo spe
6 cialia † procedunt ex diuersis fontibus cessat illa Regula, dict. l. 1. C. de dona. promis. secundum Bartol. in. l. si is qui pro emptore, quæstione fin. ff. de vsu cap. per. l. singularia. ff. si cer. per. Iaf. in §. fuerat numer. 52. Institu. de action. hic tamen constituuntur hæc duo specialia ex diuersis fontibus, quia ex diuersis contractibus, & sic nihil obstat contrarium.

Ibi. *Y no reciba juramento.* Sed an lex hæc potuerit se circa hæc intromittere, & prohibere iuramentum præstari per Christianos, dic quod sic ex dictis per nos, in l. 11. nu. 1. cum sequentibus titu. 1. lib. 4. suprà. 1

SVMMARIA.

POEna nostræ legis non tollit alias contrà vsurarios statutas, nu. 1.

Vsura cum per testes singulares, & præsumptiones probatur minor pœna datur. numer. 2.

Vsurarius manifestus quis sit. nu. 3.

Pœnæ plures contra hos vsurarios manifestos nu. 4. contra non manifestos non sunt tot pœna, nume. 5. & nume. 6. declaratur clarius.

Pactum de retrouendendo quod sit. nume. 7. vbi & nume. 8. quando licitum sit, & nu mer. 9.

Forma cõtractus est inspicienda ad cognoscẽdum an sit vsurarius. nu. 10.

Pactum de retrouendendo licitum esse iure Cæsareo, & Pontificio. numer. 11. neque inducit in dubio præsumptionem vsuræ etiam si ex internallo apponatur. nu. 12. & 13.

Fructus lucratur rei emptæ cum hoc pacto emptor interim quod nõ redimitur. n. 14. nisi male fuerit formatum dictum pactum vt ibi numero. 15. & 16. vbi cautelæ ponuntur, & numero. 17. quomodo debet formari.

Pretio reddito an redeat rei emptæ cum dicto pacto retrouendendi dominium in venditorem absque noua traditione. numero. 18.

Laudemia & acordamẽta an debẽtur ex emptione cum pacto retrouendendi. num. 19. & num. 20. an Gabella debebitur, & numero. 21. Quid si pro maiori pretio revendatur, & nu. 22. quid erit si terminus prorogetur.

Pactum de retrouendendo, an tria requirat, vt licitum sit. numero. 23. & 24. vsque ad. 34.

Dubitandi ratio ad nostram legem quoad pactum retrouendendi. nu. 34.

Conditio

Conditio quòd intra tale tẽpus reemi res non possit suspecta est de vsurâ, numero. 35. & numero. 36. prosequitur contrarium, & an in censibus procedat, nu. 37. & 38.

Clausulæ insolitæ apponi in contractibus faciunt eos simulatos & fraudulentos, numero. 39.

Reprobatur quædam declaratio legis nostræ num. 40.

An in foro conscientiæ cessabunt aliqua hic dicta, num. 41.

Facultati redimendi rem per quod tempus præscribatur, numer. 42. & 43. considerantur. 4. casus circa illa, quæ consistunt in facultate alicuius.

Lex induxit præscriptiones ad tollendas actiones iam natas, num. 44.

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, num. 45. & , numero. 46. ratio ponitur.

Qualitati actionis præscribitur tanto tempore quanto ipsa actio. num. 47.

Duæ oriuntur actiones ex pacto retrouendendi vel francandi rem, numero. 48. & quemadmodum actioni præscribitur, ita & huic pacto, numero. 49. nisi vt ibi, numero 50.

Simulatio reputatur de ijs, quæ sunt difficilis probationis, num. 51.

Probatio minor sufficit ob difficultatẽ probationum, numero. 52. & sic in clandestine factis coniecturæ sufficiunt, numero. 53. & 54. quid in terminis nostri text.

Testis dictum vt valeat, nihil debet ex dicto percipere, num. 55.

Probationes legitima data, quæ sunt dantis ei restituenda sunt. nu. 56.

Lex Quarta.

Summarium.

Pœna vsurariorum in præsenti constituitur, & de contractibus in fraudem vsurarum factis disponitur, & quomodo probetur vsura.

IBI, *La codicia que es rayz de todos los males*, Prout testatur Paulus Apostolus, & habetur transsumptiue Azeuedo super. 8. 4 5

in capitulo, nam concupiscentiam de constitutio. l. 4. & ibi gloss. titulo tertio, partita secunda, diximus latè in. l. quinta, titulo nono, libro tertio, supra numero primo, cum sequẽtibus.

Ibi, *Que pierda todo lo que diere y prestare*, Pœnæ huius constitutio, & assignatio non tollit alias pœnas à iure statutas contra vsurarios, † contra quos legitima & sufficiente probatione vsura probatur: Imo potius vltra alias pœnas à iure statutas contra tales, imponetur & hæc legis nostræ, & id clarissimè colligitur ex lege sequente, ita vt inductione non egeat. Et diximus legitima & sufficiente probatione, nam si non hac, sed alia irregulari probatione vsura probetur & conuincatur, vt per testes singulares, coniecturas & præsumptiones, tunc non sunt hæ pœnæ imponendæ, sed mitior † imponetur pœna, vt optime aduertit Couarruu. libro tertio, Variar. capitulo tertio, numero quinto, versicul. ex quibus Regij iudices, pœnæ autem aliæ aduersus manifestum vsurarium describuntur per Doctores in locis ordinarijs & per Couarru. dict. capitul. 3. & Didac. Perez, hic pagin. 25. cum sequentibus, libro. 8. Ordinam. & Spino, in Speculo testament. in. 13. parte glossæ, Rubricæ, numero. 21. cum sequentibus aliquibus, & per Menoch. de Arbitrar. iudic. casu. 235. per totum, vbi optimè inquit, quòd pœnas aduersus manifestum vsurarium, qui est ille, † qui publicè & palam ad vsuras dat, iudex imponet, secundum quod de iure imponuntur, & hæ plures sunt, quarum † vndecim, refert Sylvest. verbo, Vsura. 9. § quarto, quæritur, & supradicti Doctores. Aliorum vero nõ manifestorum 3 vsurariorum non sunt † tot pœnæ, 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed iudicis arbitrio relinquuntur, vt inquit ipsemet Menoch. vbi suprà, casu.398.numero.38.& hoc est,quod in principio huius glo.diximus, cum Couarruui. moderate, & caute esse puniendos vsurarios nõ manifestos, qui legitima probatione, & sufficien te non conuincuntur, sed irregulari, & præsumptiua, & sic pœna hæc nostri text. quod amittat datum ad vsuram vsurarius,† & insuper soluat aliam quantitatem hic declaratã cameræ Regiæ,& accusatori, & per legem sequẽtem pœna applicatur alio
6 modo, procedit † contra veros vsurarios, & tenendo quod contra manifestos, & notorios loquitur vsurarios, prout patet ex principio legis sequentis, ibi *Desuergonçadamente dan a vsuras*, non verò contra illos, qui nõ sunt manifesti: & contra supradictos manifestos vsurarios, inquit lex sequens, etiam alias iuris pœnas vltra hic statutas, esse imponendas, ex quibus manifeste fit,legem nostram, & sequentem eius declaratoriam, circa harum pœnarum impositionẽ, de manifestis vsurarijs loqui,& sic de illis, qui publice, & palam dant ad vsuras,& id probatur concludente probatione, non vero contra illos, qui occulte, & sic non sunt constituti ad dationem vsurarum, & cum per dictos Doctores pœnæ vsurariorum sint specificatæ, & illorum, qui occulte vsurantur iudicis arbitrio relinquantur, nihil amplius super hoc immorandum existimo.

Ibi, *Y porque algunos no dan derechamente a vsuras*. Hic constituitur alius casus diuersus à præcedente, scilicet, cum non palam, & directè datur ad vsuram, sed indirectè, & occultè, & ponitur eius exemplum, in pacto de retrouendendo,cum quis vendit alicui † rem aliquam aliquo pretio cum
7 hoc pacto, & conditione, quod si intra certum tẽpus pretium reddatur, teneatur sibi rem ipsam eodem pretio reuendere. Sed pro dubitandi ratione opponi potest, nam nonne pactum hoc de retrouendendo licitum est de iure in iustitia, & in conscientia, quomodo ergo in præsenti videtur improbari? Et pro responsione dicendum est, quod multoties contrahentes volunt mutuum dare, & accipere respectiuè,& faciunt hoc sub prætextu venditionis alicuius rei immobilis, ita vt post certum tempus pretio reddito res reddatur, vt sic interim gaudeat fructibus illius rei &quia tunc de eo est iudicandum vt de mutuo,ex.l.3. C. plus valere ꝙ agitur, sub illa specie venditionis in est vsura, & sic reprobatur pactũ hoc de retrouendendo, sed si reuera con
8 staret venditionis contractum † esse celebratum, nec adiectam conditionem vt interim lucretur fructus non committitur vsura, ex.l.2. C.de pac. inter empto.& vend. & hæc,quando certi sumus de quo contractu partes egerint,procedũt,secundũ glo.in.ca. ad nostrã de emp.& ven.Quando au tẽ sumus in dubio,rale pactum de retrouendẽdo illicitũ est,nisi cõcurrãt requisita necessaria,illud iustificãtia, nã eis concurrẽtibus licitũ erit, & sic forma contractus est inspicienda, si enim sit cõtractus emptionis,& vẽditionis,licitus est de iure,vt. l. 1.& per totum.ff.de contra.emp,&.l.1. & per totum tit.5.part.5.& in tit.*De las cõpras y ventas*. lib.5. supra & sic non est
9 præsumẽdus illicitus,† vt inquit Bal. in lege,rogasti.§.si tibi,in fin.ff. si certa.ex text.in.l.si ea pactione. C. de vsur. vt in specie ad probandum contractum non esse fœneraritium arguit Frederi.de Senis consi.303. Quæstio vertitur,col.2.vers.*De quinto*, vbi dicit ꝙ ad cognoscendum contractũ
10 esse vsurarium forma † ipsius est inspiciendo,ex glo.in.c.in ciuitate, de vsuris, & consequenter si contractus sonat de venditione non debet censeri vsurarius,& idem tradit Bal.consi.39. nu.5.& consil.210. volu.3. prout hæc & alia in propositum adducit Tybe. Decian.Resp.2.nu.64.&.65.volum.1. vbi à nu.69.cum pluribus sequentib. ex ijs & alijs probat annuos redditus &cẽsus licitos esse.Ex quibus etiã pro
11 batur pactũ hoc de retrouendendo licitum omnino esse õn tantum iure Cæsarum,ex.l.2.C.de pact. int. emp. & vend.vbi Ang.& Paul.Cast. & l.41. tit.5.par.5.sed & iure Pontificio,sicuti ab speciali argumentatione deducitur,ex text.in cap.ad nostram, de emptio.& vend.vbi Anchar.Abb.& Imola.& item in animę iudicio,secũdum Conrad. de cõtract.quæst.83. & probatur Leuitici.capit.25. cunctaregio (inquit Dominus) possessionis vestræ sub redemptionis cõditione vendetur, vt late per Tyraquel. de retract.lib.1.in princ.& Couar.dict.lib. 3.Variã.c.8.nu.4.& Anto. Gom.to.2. cap.2.num.27.& per Ludouicum Lopez. in.1.tom. Instructorij conscien. cap. 227.& sic communis est opinio tam Canonistarum quam Legistarũ, ac etiam Theologorum tale pactum de per se non esse illicitum, vt inquit Decian.dict. Respon.2.num.135. volum.1.& num.130.Doctores allegat, & iterum in Respon.12.num. 32. volum. 2. & nouissimè post hæc scripta vidi Fœlicianũ, in tract. de censibus, lib.1.cap.6.nu.12.& per plura probat Socin. consil. 248. nunquid ex duobus, volum.2. solum pactum de retrouendendo quomodocunque conce-
12 ptam non inducere sufficientem† præsumptionem vsurarum,& sic decerpitur ex dictis pactum hoc licitum esse: Idque adeo verum est, quod etiam si apponatur ex interuallo non inducit præsumptionem vsu-

Az euedo super. 8.

13 ræ†, secundum Bar.in l.nemo potest nu.11.delega.1.& ibi.cõmu. DD.relati per Rip.ibi nu.73.cũ sequent.& Tyra.de retract.tit.de conuentio.in præfatione.nu.6.&7.& Octaui. decis.Pede.42.n.10.& Meno.de arbi. centu. 2. casu.13.vbi id arbitrio iudicis relinquidicit.Item & interim ꝙ venditor redimit rem, & vtitur potestate pacti
14 huius de retrouendẽdo lucratur fructus,vt cõmunem ex.l.2. C. de pactis int.emp.& ven. testatur Maria. Soci. in rub.extra. de vsur.n.84.Aduerte tamẽ nẽ in huius pacti forma apponas, quòd si venditor rem illã voluerit reemere intra talem terminũ, sis tu em-
15 ptor† adstrictus illi restituere, nam si hoc dixisses tenereris vtique fructus in sortem cõputare, quia cẽsetur tũc contractũ esse quoddã pignus nõ vero pactũ de retrouendẽdo, vt inquit, Cou.d.lib.3.Var.c.8.n.4. vers. ecõtrario,in fine,& melius Tybe.Decian.d. Resp.2.n.33.vol.1.ex Corn.cõs.4.vol. 1.& Rui.cõs.16.n.16.vol.4.Itẽ etiã ad-
16 uerte,ne dicas in tali contractu,† ꝙ si reddita sit pecunia intra talẽ terminũ res sit inerapta,vel venditio sit nulla, nã hoc esset pactum legis cõmissorię vel adiectionis in diẽ, si alius meliorẽ conditionẽ attulerit, vt patet ex dictis per Coua.d.c.8.nu.1. per totum, sed debes scire vt sit pactum de retrouendendo, & vt omnis cesset scrupulus scilicet,quòd si intra certum tẽ
17 pus, vel quandocunque venditor † tibi reddiderit pretium tenearis rem illam reuendere eodem pretio. Et an tunc reddito pretio redeat do-
18 minium† rei illius in venditorẽ absq; noua traditione,tradit latè Coua.ibidem.n.2.& 3.& late per cõclusiones, Dida.Per. hie sub.l.1. tit.2. lib. 8. ord. pag.40.col.2.cũ seq.& Caldas Pereira, in.l.si curatorem habens minor.§. sui facilitate.num.60.cum sequentibus. & Felician,vbi suprà,nume.10.&.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Boer. consi. 3 num. 26. vbi num. 27. & hac de causa inquit nõ deberi laudimia, neque acordamenta, † quia
20 res non transit in emptorem incommutabiliter, sicut nec debetur ex pacto legis commissoriæ, nec adiectionis in diem, & eodem modo neque
21 Gabella † debebitur ex dicto distractu reuenditionis, secundum Anton. Gom. & alios relatos, & secutos per Lassarte, de decima vendi. cap. 14. nu. 37. cum. 3 sequentibus, vbi nume. 41.
22 quid si pro† maiori pretio reuẽdatur, & nu. 47. quid si terminus retrouẽdendi ex post facto prorogetur: † Verum tamen est, quod licet pactum de retrouendendo, vt diximus licitum sit omni iure, vt & tenet Boeri. consil. 3. numero. 17. debet tamen secundum vnam Doctorum opinionem
23 continere † tria requisita, vt non sit de vsura suspectum. Primum ipsum pactum de retrouendẽdo. Secundũ, quod pretium eius sit iustum habito respectu ad onus reuendendi, minus enim valet res propter onus. Tertiũ, quod sit appositum ab homine non solito fœnerari, & hæc tria requiri vt non detur vsura præsumpta in hoc pacto, tenuerunt, Cyn. & Sali. in. l. ab emptione. C. plus vale. quod agitur, & hanc testatur communem, & magis communem Alexand. & relati per Couarru. dict. l. 3. Variar. capit. 8. numero. 4. & Boeri. decis. 102. num. 5. & Socin. Iuni. consil. 50. numer. 2. volum. 1. & veriorem, & probabiliorem testatur Bartol. Socin. consi. 155. &. 248. numero. 2. & veriorem, & se semper vidisse in vsu Forensi ita obseruari testatur Cagnolus in. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendi. lect. 2. numero. 52. quos & alios refert etiam Tyber. Decian. Responso. 2. numero,
25 15. volum. 1. vbi numer. 177. hanc sequitur, & in practica seruari asserit, & Mascard. de probati. tomo. 1. conclusione. 447. Sed vlterius, numero. 1. contrariam tamen opinionem, imo quod ad præsumendum contractum vsurarium sufficiat pactum de retrouendendo, † & modicitas pretij etiã
24 si nõ sint soliti fœnerari emptor, aut venditor, vel vtrique tenuerunt, per text. in capit. ad nostram, de empti. & vendit. Abb. ibi numer, nono, & decimo, post Arch. & Lau. per eum allegatos, gloss. in capit. conquestus, in fin. de vsur. & ibi Abbas, Antoni. Barba. & Burgensis in dict. capit. ad nostram numer. quadragesimosexto, Alber. & Alexandr. & alij relati per Couarruui. vbi suprà, numero quarto, versicul. è contrario, & Octauian. decis. Pedem. quadragesimasecunda, numero primo, vbi allegat Alexandr. consili. quadragesimosexto, vol. 3. hanc dicentem cõmuniorem, & Crauetá, latissimè consilio. 156. numero quarto, & septimo, dicentem Senatum alias Taurini residentem ita iudicasse, & in praxi ita seruari, & Florentiæ plurimum vigere, adeò vt in rem transeat iudicatam, & pro salute animæ, & conscientiæ esse. Et per consilium Neapolitanum ita fuisse iudicatum testantur relati per Mascard. vbi suprà, numero secundo, cum 3. sequentibus, vbi numero quinto, inquit, quod ab hac sententia tot, & tantorum Doctorum tam antiquorum, quam recentiorum authoritate & numero robora tanquam magis communi, & conscientiæ minus periculosa, non est recedendum, & Tyber. Decian. vbi suprà, numero. 16. & Anton. Gomez, tom. 2. c. 2. nu. 27. Sed qui tenuerit primã opinionem limitabit eã, vt procedat, quando nõ datur immodicitas pretij † in excessu, & sic quando nõ datur immoderatus excessus pretij (secus si constet de enormi læsione in pretio, scilicet, in dimidium iusti pretij) quia non sufficient ad probandam simulationem, paruitas pretij, & pactum retrouendendi, ita Mascard. vbi suprà, numero. 9. secundum quem ibi ad cognoscendam enormẽ læsionem, res ipsa æstimari non debet, prout constat simpliciter, sed minus æstimanda est propter pactum retrouendendi, quia onus diminuit precium, vt diximus hic, & in. l. 2. titul. 1. libr. 2. suprà, & alia adducit Mascard. vbi supra. Sed si volueris tenere secundam opinionem, secundum Mascard. vbi suprà, numero. 16. &. 17. limitabis eam, vt tantum pro-
26 cedat † in contractu emptionis factæ cum modicitate pretij, & dicto pacto retrouendendi. Secus verò erit in datione in solutum ad quem creditor non vltrò, sed ex necessitate
27 debiti † sui consequendi compellitur, in quo nulla numeratio pecuniæ intercenit, vnde non ita facile præsumendum mutuum, & sic tunc etiã requiritur probatio cõsuetudinis fœnerandi, vt consuluerunt plures relati per Mascard. vbi suprà, nume. 17. & Couarruu. dict. capit. 8. numero. 5. vbi ipse contra tenet, & tandem id iudicis boni arbitrio relinquit, vides igitur tot varietates opinionum inter Doctorés, ita vt ad eas sedandas Couarru. dict. capit. 8. numer. 4. versi. cęterum, id totum arbitrio iudicis delegandum, & committendum esse dicit, † qui ex variis coniecturis arbi-
28 tretur contractum, vel iniquum esse, vel iusta ratione tolerandum, quandoque enim ex pactione retrouendẽdi, & modico pretio absque alia præsumptione iudex æstimabit contractum vsurariũ, & illicitum esse: quandoque præter hæc duo & alia erunt exigenda ad vsuræ, & fraudis suspicionem, hoc verò iudicis arbitrium ex
29 pluribus instrui † poterit, secundum Couarru. vbi suprà. Primo si cum pactione retrouendendi contingat vendere modicum pretium pro re ipsa data, tunc enim maximum signum erit, eum contractum fraudis, & vsuræ participem esse, absque eo, quod pro betur fœnerandi consuetudo. Sic & ab hoc contractu venditionis cum dicto pacto retrouendendi etiam si vili pretio venditio fiat aberit vsuræ præsumptio, si emptor bona fide contraxerit ignarus huius grauissimæ læsionis, quæ ex modicitate pretij venditori fuerit illata, cum enim emptor putauerit iusto pretio emere, satis æquum est, cum conferi fraudis deceptionis ac vsurę inexpertem. Putà in rustico, aut muliere, in quibus nõ erit
30 sic præsumendus vsurarius † ac si ab alio esset factus, secundum Bald. Fulgos. & relatos per Couarr. dict. num. 4. in fine. & Ferratium, cauſ. 17. num. 7. &. 8. Vel si iam quod non esset rusticus esset homo bonæ vitæ, &
31 † conscięntiæ pro quo est præsumendũ non facturum aliquid in præiudicium suę conscientiæ, vt per Decia. dict. Respon. 2. numero. 82. cum sequentibus
32 aliquibus, vel si esset persona † in maxima dignitate constituta, vt Princeps aliquis, vt ibi per eundem Decian. numero. 102. cum sequentibus aliquibus, vel si vt ibi dicit nume. 92. cum. 3. sequentibus, palam, & publicè
33 fiat, & non occulte, † ex ijs enim, & alijs arbitrabitur bonus iudex adsitne vsura, vel non in tali contractu venditionis in pacto de retrouendendo cum modicitate pretij associato, & hoc quoad iudicem facto iam contractu, sed quoad cõsulentẽ à quo vt cõtractus talis fiat necnè petitur cõsilium, semper consulerem ego secũdũ secundam opinionem, scilicet, vt iam quod vẽditio fiat cum dicto retrouẽdendi pacto, pretium sit iustũ habita cõsideratione ad onus impositũ ex dicto pacto, & quidẽ onus diminuit pre-

tium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium aliàs dandum, si onus istud non
esset appositum. Sed vt ad nostræ le-
gis propositum deueniamus, quare
& quomodo lex nostra improbat pa
ctum hoc de retrouẽdendo cum nul
34 lam fecerit † mentionem de modici-
tate pretij, nec de consuetudine fœ-
nerandi, quæ illud (vt dictum est) effi
ciebant vsurarium, sed tantum me-
minit lex nostra ad præsumendam
vsuram venditionis cum pacto de re
trouendendo factæ, quod insimul sit
apposita conditio, quòd intra tale
tempus non possit venditor reeme-
re, neque vti dicto pacto, & quòd in
terim lucretur emptor fructus rei vẽ
ditæ: idque fortificatur magis, nam li
cet aliqui tenuerint, quòd conditio
illa, quòd intra tale tempus reemi nõ
possit res vendita, sed tantum lapso
illo tempore, inducat præsumptio-
35 nem † vsuræ, prout tenuerunt Lau-
ren. de Rodul. in cap. consuluit, de v-
sur. & Henri. & alij relati per Couarr.
in dict. cap. 8. nu. 8. & per Tyberi. De-
cian. dict. Resp. 2. n. 17. 18. & 19. verius
tamen est, hanc conditionem non ef
36 ficere † venditionem vsurariam, neq;
vt talem præsumi, vt tenuerũt Ioan.
Fab. & alij relati per Decia. vbi sup. n.
131. & Couar. in dict. n. 8. vbi hanc es-
se cõmunem testatur dixisse Tyraq.
ibi relatum, & sic inquit ibi Couar. n.
7. in fi. se vidisse aliquando in Regia
Granatensi chancellaria decisum cir
ca annuos redditus constitutos sub
hac pactione, quòd non possent redi
mi nisi post certum tempus non effi-
37 ci tales cẽsus † vsurarios, sed fore reij-
ciendam à talibus censuum cõtracti-
bus talem cõditionem, & liberam re-
manere redimendi voluntatem cen-
suario, sed ipse Couar. in d. nu. 8. circa
hos census aliter sentit, imo quòd in
38 totum annullabitur † census talis ob
dictam pactionẽ, quia omnino debet
esse libera redimendi potestas, sed in
alia vẽditione quam cẽsus facta cum
pacto retrouẽdendi non erit præsu-
mendus ex tali pactione contractus
venditionis vsurarius, dummodo fa-
cultas non luendi nõ excedat trigin-
ta annos, secũdum Couar. d. n. 8. in fi.
& Decianũ. d. Resp. 2. n. 131. nouissi-
me posthæc scripta per Felician. in
Tract. de cẽsibus. c. 6. n. 9. cum. 4. seq.
sed cum ita sit, quid igitur erit in cau
sa, ꝙ lex nostra vsurariam præsumat
venditionẽ pacti de retrouendendo
cum dicta pactione, ꝙ redimi nõ pos
sit intra tale tẽpus, & re vera dicendũ
est id procedere ex eo ꝙ fuit etiã ad-
iecta clausula illa, ꝙ interim lucrare-
tur emptor fructus rei vẽditæ, idque
iusta ratione, nam cum emptor alicu
ius rei ex naturâ emptionis faciat fru
ctus suos, neque teneatur eos in sortẽ
computare, cum id sit de natura pig-
noris, secũdum Imol. in. c. ad nostrã,
de empt. & vend. nimirũ si id exprimatur, quòd lucretur interim emptor fructus, quòd cõtractus hic præsumatur vsurarius, cũ insolitum sit in emptionis conuẽtione apponi, quòd emptor lucretur fructus, & clausulæ insolitæ apponi in cõtractibus faciũt
39 eos † simulatos, & fraudulẽtos, secun
dum Bald. in l. emptione, versi. quòd
si in instrumẽto. C. plus valere quod
agitur, & Imol. in. d. c. ad nostrã, & Be
ciũ consil. 72. n. 27. & hic est verus no
stri text. intellectus, quare pactum de
retrouendendo post tale tempus &
non anteà & quòd interim lucretur
fructus emptor vsuariũ præsumitur,
& ita DD. cõmuniter tenebãt, secun
dum Benedictũ Caprã, in suis cõmu-
nibus positis inter alias aliorũ docto-
rum. verb. Pactũ de retrouẽdendo, &
ita ad legẽ nostrã notãt Couar. d. lib.
3. Varia. c. 8. n. 6. & Dida. Per. hic sub. l.
1. tit. 2. lib. 8. Ordi. pag. 39. in fi. cũ seq.
& nouissimè Caldas Pereira, in repe.
l. si curatorem. C. de in int. resti. verb.

sua

Sua facilitate. n. 61. vbi ex glo. 3. col. 5.
post princ. in l. pen. tit. 5. p. 5. hoc limi
tat & declarat esse verum, & procede
re, dum tamen etiam vltra pactum
de retrouendendo, & quod ante tale
tempus redimi non possit, & interim
emptor lucretur fructus, adsit etiam
modicitas precij, & quòd aliter con-
tractus non esset vsurarius; quæ qui-
dem declaratio & suppletio ad legẽ
nostrã nimis est diuinatiua, & super-
flua, cum, vt dictum remanet, sola
modicitas pretij cum pacto de retro-
uendendo inducat fraudem hanc &
vsuræ præsumptionem, & sic quãuis
cum diligentia quæsiui Gregor. Lup.
peripsum Caldas, vbi supra allegatũ,
nũquam potui eum inuenire, & ideò
40 ad legem nostram declaratio hæc ni
hil mihi satisfacit, nec necessariã esse
iudico ad inducẽdam vsuræ præsum-
ptionem ex pacto retrouendendi in-
tra tale tempus & non anteà & quòd
interim lucretur fructus, nam ex le-
ge nostra, etiam si non adsit modici-
tas pretij præsumitur vsura, quia lex
nostra modicitatem hanc non requi
rit, contra Caldas, vbi suprà, & Greg.
Lup. ab eo allegatum si id dixisse re-
pereris, & ita contra hanc dicti au-
thoris declarationem tenuit Benedi-
ctus Capra, vbi suprà, in foro tamen
41 conscientiæ hæc cessabunt † secundũ
Felicia. vbi suprà. n. 13. Ex quibus ha-
bes in propositum nostræ legis satis
declaratam pacti de retrouendendo
materiam. Solum restat videre quæ-
stionem satis altercatã, scilicet. Quid
si ad reemptionem nõ est appositum
tempus, sed simpliciter dictum in cõ
uentione quòd reddendo idem pre-
tium teneatur emptor reddere & re
uendere rem illam, per quod tempus
præscribetur facultati huic redimen
42 di †, & est quæstio satis per Doctores
altercata, in quo quidã tenent vnam,
alij verò aliam & contrariam opinio-

Az euedo super. 8.

nem, in hac tamen controuersia con
stituo duos casus, & in eorum primo
nulla est controuersia, in secundo ve
ro sic. Primus, cum simpliciter appo-
nitur pactum de retrouẽdendo, cum
scilicet dicitur, *Que boluiendo el dinero, este obligado a me bolver y renender la tal co sa*, & in hoc simplici pacto præscri-
ptio triginta annorum sufficit, sicut
cuicunque alteri iuri hoc eodem
præscribitur tempore, ex. l. si quis. §. 1.
C. de præs. 30. annorum. l. 1. C. de
annali except. tradit Angel. consi. 55.
Alexand. consil. 228. libr. 6. Balb. de
præscriptio. 3. quæstione. 4. partis. 5.
partis princip. & Tybe. Decian. Resp.
13. nu. 36. volu. 2. vbi num. 44. hãc di-
cit esse claram opinionem. Secun-
dus verò casus est, quoties in dicto
pacto apponitur aliqua dictio perpe-
tuitatem denotans, vt quando, of-
feras pretium, vel in perpetuum,
vel omni & quolibet tempore, tunc
enim licet aliqui tenuerint præscri-
ptioni locum non esse, ita vt hanc
asserant magis communem, tamen
nuncupatim Doctores recitando cõ-
trariam esse veriorem & communio-
rem & in practica receptam testa-
tur Tyberi. Decianus, Respon. 10.
nume. 51. cum aliquibus sequentib.
volumin. 1. & iterum in Respon. 13.
nume. 44. & infra, volum. 2. vbi am-
pliat in ijs duobus responsis, etiam
si sit appositum iuramentum præscri
beretur triginta annis, & quod in iu-
dicando & consulendo ab hac opi-
nione non est recedendum, & in d.
Respon. 13. num. 47. cum. 2. sequent.
43 optime considerat quatuor † casus, cir
ca illa, quæ consistunt in facultate ali
cuius, vt est pactum, vel francandi fa-
cultas, & iterum in Respon. 107. nu-
me. 21. volumin. 3. Primus casus est,
cum per modum simplicis facultа-
tis, vt quando tibi promitto decem
cum ascẽderis Capitolium, ista enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

facultas ascendendi stat in mero arbitrio, & huic facultati sic simpliciter considerate non potest vllo tempore præscribi. l. seruus quoque. §. fin. ff. de hære. Instit. l. viam publicam. ff. de via public. tradit Bartol. in l. pignori, in fin. ff. de vsu capio. & in hoc etiã casu verificari potest illud, quod de electione passiua diximus in curia Pisana de Decurio. lib. 2. cap. 26. num. 1. & 2. & optimè per Burgos de Paz, cõsil. 10. num. 29. cum sequentibus vol. 1. & tradita per Meno. lib. 2. de arbitr. cap. 160. numero. 7. Rebuf. in. 3. tomo consti. Fran. titu. de mater. possess. nu. 177. Rolan. Valle. consi. 53. numer. 20. cum sequentibus pluribus, volum. 2. & consi. 22. numer. 20. cum sequentibus volum. 2. vbi inquit quod in hoc casu à die prohibitionis, & denegationis, & non anteà incipiet præscriptio, & tradit Villalobos, in ærario com. opini. litera. P. nu. 327. cum. 2. sequentibus, & Anton. Gabriel, in suis communibus, titu. de præscrip. num. 10. cum sequentibus, & Tyra. de retrac. conuent. §. 1. gloss. 2. num. 23. Soci. Iunior. consi. 145. numer. 41. volu. 1. Secundus casus est, quoties consideratur tanquam quoddam ius offerendi inhærens simplici facto, non autem alicui actioni, vel exceptioni iã ortę, & natę vt putà, pignori tibi dedi vestẽ, certum est, ꝙ possum tibi quãdocunque debitum offerre, & luere pignus, sed quia istud ius stat in simplici facultate mea, & antequam offeram, non est mihi nata aliqua actio, vel exceptio, ideò tale ius nullo tempore præscribi potest, vt tradunt omnes scribentes post gloss. ibi in. l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præs. 30. anno. Bart. & Paul. in. l. pignori. ff. de vsu capio. cum similibus, de quibus per Corneum, consi. 176. volu. 3. Fano. de pigno. 5. parte princ. 3. membro, in. 1. parte, nume. 52. & probatur in. l. 4. titu. 15. lib. 4. suprà, vbi aliqua diximus: & ratio horum duorum casuũ est, quia lex induxit præscriptiones
44 tantum ad excludendas actiones † iam natas, & ideò si nulla nata est, nõ potest tolli, cum priuatio præsupponat habitum. l. decem. ff. de verbor. oblig. cum ergo prædicta non consistant in actione, vel iure agẽdi, quod competit ante oblationẽ, sed in mera & simplici facultate, ideò nimirũ si talia præscribi non possint, quia nõ habet subiectũ habile, idest actionẽ & ita procedit text. in. l. viam. ff. de via public. nam quod possim ire per viam publicam, leuare caput, facere Eleemosynam, istud est meræ facultatis, neque competit mihi per viam actionis, quia scilicet ius concesserit mihi specialem actionem, vt hoc facere possim, ideò nimirum si sint impræscriptibilia, sed tantum dedit mihi exceptionem contra impedientẽ, vt dicit gloss. in dict. l. viam. Tertius casus est, quoties consideratur facultas, & potestas aliquid faciẽdi, & offerendi, non tanquam mera, & simplex facultas, vel ius ante actionem competens, & ab actione distinctum, sed tanquam ius adhærens exceptioni iã ortæ, putà (nè recedamus à proposito exẽplo) pignoraui tibi vestẽ, quę tamen ad manus meas peruenit, vel ad manus extranei, vel ad manus secundi creditoris, certum est, quod si tu agas cõtra me, vel cõtra extraneum, vel secundum creditorem possidentes pignus pignoratitia, poterimus omnes per viam exceptionis offerre tibi creditum tuum, & liberabimur. l. 1. C. qui poti. in pig. hab. cum similibus, certe iuri huic offerendi similiter præscribi non potest, & ratio est, quia competit nobis non per viam actionis, sed per viam exceptionis, & quæ temporalia sunt ad agendum,
45 sunt perpetua † ad excipiendum. l. purè,

purè, in fin. ff. de exception. l. licet, cũ gloss. C. eo. titu. cum similibus, de quibus per Felin. in cap. si autem numer. 11. de rescript. & ratio rationis est, quia non est in facultate excipientis
46 proponere exceptionem, nisi quando † contra eum agatur, vt dicit glo. in dict. l. pure. Quartus & vltimus casus est, quoties facultas aliquid faciẽdi consideratur, tanquam facultas adhærens actioni iam ortæ, exemplum stando in terminis de quibus supra, sunt duo, quibus constituta fuit hypotheca, vel ius pignoris à me super tali re, prior in tempore possidet rem pignoratam, vel hypothecatã. Secundus, & sic posterior creditor agit hypothecaria contra primum possidentem, qui cum excipiat de prioritate temporis, competit illi secundo ius offerendi creditum primo, & sic liberandi rem ab eius hypotheca, & confirmandi suam. l. 1. C. qui poti. in pig. hab. l. potior. §. fin. ff. eod. titu. cum similibus, certæ huic facultati offerendi præscribitur spatio triginta annorum, & ratio est, quia inhæret, & est accessoria ipsius actionis hypothecariæ, quæ erat orta isti secundo creditori, antequam haberet ius offerendi, ideò sicut præscribitur ipsi actioni hypothecariæ spatio triginta annorum, ita etiam præscribitur huic facultati, & iuri offerendi, ita tenent omnes in dict. l. pignori, de vsucap. & in dict. l. cum notissimi. §. cum eodẽ, post gloss. opponere. C. de præscri. 30. an. & hoc est, quod dici solet, quod iuri etiam liberæ voluntatis præscribi potest, spatio triginta annorum etiã si adsint verba quandocunque, vel alia perpetuitatem denotantia, vt dixi in. l. 6. titu. 15. lib. 4. Recop. num. 30. cum sequentibus aliquibus, & traditur optimè per Octauia. Decis. pedã. 115. num. 2. & Roland. Valle, consi. 21. num. 14. & 51. volum. 2. Ratio autem differentiæ inter hunc casum, & præcedentes est, quia in hoc casu facultas ista tanquam accessorium dependet ab actione iam orta, quo casu sequitur alia Regula vera in iure, quod iuri seu qualitati inhærenti alicui actioni præscribitur tanto tempore,
47 † quãto præscribitur actioni illi principali, vt not. in. l. si tamen. §. fin. ff. de exercito. & quod nota. in. l. falso. ff. de diuer. rescrip. nam & Regula generalis est, quod accessorium, vel adhærẽs sequitur naturam eius, cui adhæret. l. stipulationes non diuiduntur, &. l. stipulatio. §. conuentionales. ff. de verbo. obli. cap. accessorium, de Reg. iur. in. 6. l. cum principalis. ff. eo. l. Lucius, ff. qui pot. in pig. hab. l. Aurelius. §. legatum. ff. de libe. lega. In præcedentibus autem tribus casibus, vel competit talis facultas principaliter non dependens ab aliqua actione iam orta, vel dependet ab exceptione, quæ perpetua est, vt dixi, ideò nimirum si in illis nõ currit præscriptio. Præscriptiones enim, vt dictum est, inuenta sunt ad tollendas actiones formatas, non formandas, vt pulchre declarat Corneus, in. l. licet, colum. 2. versi. & hæc est ratio antiquorum. C. de iure delibe. vbi post Barto. in dict. l. pignori. ff. de vsucapio. distinguit tantum tres casus ex supradictis. Ex quibus inferẽdo ad nostrum propositum pacti huius de retrouendẽdo dico, quod quãquam foret in mera facultate venditoris francandi quandocunque rem venditam, tamẽ ad retrouendendũ, vel francãdum, duæ erant ortæ actiones etiam ante oblationem pretij, altera ex ipsa venditione, altera autem actio orta est ex ipso pacto prędcriptis verbis. l. si vir, & toto titu. ff. de præsc. verb. & quod istæ duæ actiones, quæ sunt personales ex tali pacto, & con-
48 tractu oriantur, † tenẽt omnes in. l. 2. C. de pact. int. empt. & ven. compo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo ſicut actiones ipſæ videlicet ex empto, quam præſcriptis verbis tolli poterant ſpatio triginta annorum, ex l. ſicut. C. de præſcript. 30. annorum, gloſſ. conſtitutionibus, in princi. Inſt. de perp. et. & temp. actio. ita etiam † 49 poteſt præſcribi huic pacto, etiam cũ dictum eſt quandocunque, quia alias non ſequeretur naturam actionum, quibus adhæret, niſi in caſu in quo in dicto pacto adeſſet clauſula conſtituti, quo emptor ſe precario nomine poſsidere volentium reemere conſtitueret, quia tunc non currit † præſcriptio, vt in caſu Pariſij, conſil. 92. volu. 2. quem ſic declarat Decianus, Reſpõ ſo. 13. num. 69. volum. 2. & conſequenter ex dictis decerpes, quando & quomodo huic pacto de retrouendendo præſcribatur, & per quod tempus, & an facultati liberæ præſcribi poſsit, quę eſt materia ſatis inuoluta per Do 50 ctores.

Ibi. *Y porque los que dan a vſura, y hazen contratos vſurarios, lo hazen muy encubiertamente.* Cauti enim, & verſuti fœneratores prudenter, & cautè ſolent contractus ſuos celebrare, vt vix eorum fictio, & ſimulatio, & fraus detegi poſsit, quam ob rem præſumptionibus, & coniecturis probari ſolet, & difficilis probationis reputatur † 51 ſimulatio, ſecundum Menochi. de arbitr. libr. 2. cent. 2. caſu. 116. numer. 8. vbi enumerat alia, quæ ſunt eiuſdem farinæ, & ideò ſecundum eum ibi caſu. 427. iudicis arbitrio relinquitur, quæ ſit eius ſufficiens probatio, nam vt inquit Bartol. communiter ſecutus in. l. in illa ſtipulatione. ff. de verborum obliga. in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, quælibet informatio iudicis pro plena habetur probatione, vt alias plura dixi in quodam conſilio meo inter alia poſito conſilia, & dixi etiam in. l. 6. titu. 9. lib. 3. ſupra.

Ibi. *Maguer que cada vno diga de ſu hecho.* Hic eſt vnus de caſibus in iure expreſsis, vbi ex teſtibus ſingularibus fit plena probatio, nam licet plena, & concludens requiratur probatio regulariter, tamen aliquando ob difficultatem probandi minor † ſufficit probatio, vt hic vi- 52 des, & diximus in dict. l. 6. titul. nono, libro. 3. ſupra, numero primo, cum ſequẽtibus, & ob id teſtes ſingulares admitti in hoc caſu vltra alios tradit Pariſ. conſil. 57. numero quadrageſimonono, libr. 1. vbi alios allegat, & Spino, in ſpeculo teſtamen. in. 13. parte gloſſ. Rubricæ numer. 19. & Couarruu. libr. 3. Variarum, capit. 3. numer. 5. & Dida. Perez. in Rubrica, titulo, 2. libro octauo Ordinamen. pagi. 27. column. 1. & hoc propter excogitatas fraudes, & calliditates, quæ in tractatibus fœneratores facere ſolent, vt not. Ioan. Andr. in cap. ex literis, de iure iuran. & alij relati per Tyra. in præfa. ad tract. de retract. conuencionel num. 36.

Ibi. *Que ſon de creer.* Et ſic maioritas horum teſtium ſingularium probanda eſt, etiam ſi per partem aduerſam non reprobentur, vt diximus dict. l. 6. titu. 9. lib. 3. ſupra.

Ibi. *Otro ſi auiendo algunas præſumpciones, y circunſtancias.* Id enim regulare eſt, vt ad eorum probationem, quædam callide, fraudulenter, ſimulate vè fiunt, ſufficiant indicia coniec- 53 turæ, † & præſumptiones. l. non omnes. §. à Barbatis. ff. de re milit. l. dolum. C. de dolo malo, & plura alia in propoſitum allegata per Tyra. in. d. tract. de retrac. conuẽ. in præfatione, nume. 37. & in vſurarum probatione tradit nouiſsimè Maſcard. de probat. conclu. 815. & Tybe. Deci. Reſpõ. 32. nu. 4. vol. 3. & Meno. de arbit. 3. cent. caſu. 235. & plures coniecturas refert Gratus, conſil. 11. ex text. tamen noſtro

ſtro probari video, quod coniecturæ
54 ſolæ † non ſufficerent, niſi & teſtes ſingulares adeſſent tres, & tales, vt eis credendũ ſit, nam cum lex noſtra in præcedente verſiculo dixerit, tres teſtes ſingulares probare in verſiculo hoc, *Otroſi*, qui eſt repetitiuus, alias etiam coniecturas requirit, ita vt cum teſtibus ſingularibus concurrant, qui non ſufficient ſine præſumptionibus & coniecturis, neque ſufficient coniecturæ ſine teſtibus ſingularibus, vt expreſſe voluit Couarruu. libr. 3. Variar. capitul. 3. num. 5. in princ.

Ibi. *No ayan ninguna coſa.* Vt enim
55 teſtis dictum valeat nihil debet † ex dicto ſuo conſequi, vt diximus in. d. l. 6. titul. 9. numero. 19. libr. 3. ſuprà, & not. Maſcard. de probat. concluſione 1419. numer. 15. vbi etiam in vſuris ſic concludit.

Ibi. *Saluo ſi ſe prouare por prueua cumplida.* Nam data legitima † probatio-
56 ne, quę ſunt dantis, ei reſtituẽda ſunt, vt diximus in dict. l. 6. tit. 9. glof. fi. lib. 3. ſuprà.

Ibi. *Mas eſto prueuan.* verſiculus hic non refertur ad proximè præcedentem, ſaluo ſi ſe prouare, ſed ad ante dicta, cum vſura probatur per teſtes ſingulares, & coniecturas, & ij teſtes ſunt de illis, qui ad vſuras dederunt, tunc enim cum ipſi teſtes nihil capere debeant ex condemnatione, inter alias perſonas diſtribuetur, vt in ſequente lege diſtribuitur.

SVMMARIA.

VSuram exercentibus quam plures impõnuntur pœnæ. nu. 1.

Vſurarius tenetur parti reſtituere ſortem principalem. nu. 2.

Dominium ex pecunijs vſurarijs non tranſit in vſurarium. nu. 3.

Vſurarius teſtamentum an faciat, & qua cautela vti poteſt. numer. 4.

Vſurarius infamis eſt ipſo iure citra aliam ſententiam. num. 5.

Lex Quinta.

Summarium.

Quæ pœna ſit imponenda Chriſtiano danti ad vſuram, & quomodo, & inter quos diuidenda.

IBI. *Son diuerſas.* Quã plures enim pœnæ imponuntur à iure ijs, qui vſuras exercent †, vt vltra Doctores in locis ordinarijs, referunt Couar. libr. 3. Varia. cap. 3. & Dida. Perez in præſenti ſub. l. 1. titu. 2. libr. 8. Ordi. pagin. 25. in fin. cum ſeq. & Octauianus, Deciſi. Pede. 137. numer. 2. &. 14. & Peguera in ſuis deciſionibus crimin. ca. 31. per totum, & Spino, in dict. ſpeculo teſ. in 13. parte gloſſ. Rubricæ, numer. 20. cũ pluribus ſequentibus, ex lege tamen noſtra ſtatuuntur nunc pœnæ in declarationem legum antiquarum eas ponentium, vt diximus in. l. præcedẽte, in gloſ. 2. vbi legem noſtram declarauimus. Et ſic tales vſurarij manifeſti vltra alias pœnas in iure ſtatutas incurrunt, & noſtri text. pœnam, ſcilicet, quod reſtituere debẽt ſortem illi à quo extorſerũt illã, & inſuper ſolue re totidem pro pœna diuidẽdum per medietatem, applicando dimidium pœnę fiſco, & aliud dimidium accuſatori, & muris ciuitatis, & vbi muri deficiunt, hæc pars murorum conuertitur in reparationem publicorum ædificiorum.

Ibi. *Sea para la parte.* Tenetur enim vſurarius reſtituere parti offenſæ ſortem † principalem ab ipſa extortam, 2 licet non earum rerum, quæ ex pecunijs vſurarijs adquiſiuit, ſatis enim eſt id in

id in quo lædit aduersarium, vt ex Sancto Thoma, & alijs notat Spino in dict. 13 parte, glos. Rubricæ, numer. 29. vbi nume. 30. idem de hæredibus vsurarij esse dicit, nam secundum eũ ibi numer. 28. dominium ex pecunijs
3 vsurarijs non transit † in vsurarium, & à numer. 23. cum sequentibus latè tractat, an talis vsurarius possit facere testamentum, & quomodo id facere
4 debeat, vt valeat, † de quo est text. in cap. quamquam, de vsur. in. 6. tradit Couarru. d. ct. cap. 3. nume. 5. & in Rubrica de testa. 1. parte, numero. 11. & de hac & alijs pœnis videndi sunt Doctores, in principio huius legis à me relatis, & in glos. 2. legis præcedentis.

Ibi. *Y finque inhabile e infame.* Considera verbũ hoc, finque quod est præcedentis temporis, & sic est infamis
5 citra aliam sentẽtiam † eo ipso, quod de vsura constat. l. improbum fœnus, l. qui. cau. infa. irrog. capit. infames. §. Porro. 3. quæst. 7. text. vbi glos. vsurarios. l. 4. titul. 6. partit. 7. notat Didac. Perez, in Rubrica titul. 2. lib. 8. Ordi. pagin. 25. colum. 2. in fine, & hæc pro hac lege & toto titulo sufficiant, multa alia dici possent nõ necessaria pro nostri tituli declaratione, ideo ex professo ea omisi, vt ad alia deueniam.

TITVLO. VII. DE LOS juegos y jugadores dellos.

Continuaturque titulus hic ad præcedentem hoc modo, quod cũ de vsuris ibi sit tractatum in quibus conficiendis, & peragendis multa mala, fraudes, & doli committuntur, nunc sequitur de ludis, & lusoribus, in quibus, & per quos itidem similes intentantur, & peragũtur technæ malitiæ, & cauillationes. Vel dic quod cum ex vsuris hominum patrimonia consumantur, sic & ex ludis, ideò nimirum si titulus hic præcedentem sequatur. Et quia pro declaratione tituli erit conueniens aliqua pro Rubricæ declaratione attingere, ideò nonnulla sub Rubrica dicemus.

Summaria, Titulo. 7. in Rubricæ.

Ludus quid sit. num. 1. & 2. & 3.
Omnis virtus moralis inter duo extrema interiacet. nu. 4.
Ludo & ioco æquè ac parcè condenda est vita. num. 5.
Ludus non sit mortalis ex sola circunstantia animi aliquid lucrandi. n. 6. & nu. 7.
an respectu loci sacri inducatur peccatũ.
Alearum vsus antiquissimus est. nu. 8.
Lusor tria præcepta legis & iustitiæ trãsgreditur. num. 9.
Ludus quotuplex sit. n. 10. & 11.
Ludus gratia exercendæ virtutis permissus est. num. 12. etiam clericis. nu. 13.
Ludus fortunæ in totum, vel mixtim subiacens prohibitus est. nu. 14.
Votum

Votum faciens de non ludẽdo si honestè ludo ludit an peccet. nu. 15.
Aleatores hostes Reipubli. appellantur. numero. 16.
Aleator raro inuenietur, qui tria pessima nõ committat. nu. 17.
Aleatores non possunt esse testes in causa criminali. nu. 18. dumtamen probetur quòd tempore testimonij erat lusor. nu. 19.
Contractus inter lusores facti non sunt efficaces. nu. 20.
Vendens in ludo non tenetur de euictione. numero. 21.
Mutuum ad ludendum datum non debetur. nu. 22. & 23. nisi de consuetudine. numero. 24.
Domus in qua luditur publicãda est. nu. 25. nisi vt num. 26.
Lusori sicut prodigo potest interdici bonis num. 27.
Laborandum nè an sit semper, & nunquam ludendum. num. 28.
Apud Ægyptios singuli cogebãtur nomina sua apud præsides profiteri, & qua arte & lucro viuerent ostendere. nu. 29.
Graue est militiam subterfugere atq; detrectare. nu. 30.
Labores magni digni sunt præmio. nu. 31.
Promissio de continuo laborando non tenet. num. 32.
Dictum notabile sancti Ioannis Euangelistæ. num. 33.
Ludus honestus seruatis circunstãtijs etiam religiosis permissus. nu. 34.
Peccatum non esse eo die, quo Eucharistia sumitur cum socijs honestè ludere. num. 35.

1 IN Rubrica, ibi, *Iuegos* Latinè ludi nuncupati, & ludus secundum aliquos, † prout est Maria. Soci. in ca. inter dilectos, de excessibus prælat. n. 25. est actus quidã cessationis, vel recreationis, quãdoq; ex sola fortuna, interdũ ex industria, nõ unquã ex vtroq; proueniens, posse tñ attẽtari inquit Ioan Baptista Calualup. in Tract. de ludo, in præfatio. num. 1. volum. 7. Diuersorum tractatuum, quòd ludus sit ne lusus est interpositio quædam voluptatis per quam
2 facile prodimus in lachrymas †, vt in Authentic. alearum vsus. C. de reli. & sumpt. fune. lusus peractũ facit delectabilis, quãdoq; gratia virtutis parati, quandoque lucri, quandoque voluptatis tantum cessatio à negotijs, vel secundum Sylu. in summa, verbo, Ludus. nu. 1. ludus vel iocus est locutio vel operatio, in qua nihil quæritur, nisi delectatio animalis, vnde est in remedium contra fatigationem animalem dans animæ quietem, id est, delectationem. Ego verò dicerem quòd ludus siue lusus est quidam actus re-
3 creationis, voluptatis †, au lucri causa vsitatus tempora consumens, & bona, vitam & famam, & plerumque ludentium animas. Et dixi, quòd est quidam actus, qua factis fit, & tunc appellatur ludus: si verò verbis appellatur iocus. Et dixi recreationis vel voluptatis, quia est duplex, bonus vel malus: bonus est qui fit ad honestam animi recreationẽ, sine vlla mala circunstantia, ex quo frequentato generantur habitus, & consuetudo honestè ludendi & iocãdi, qui est virtus, quam Aristotel. 4. Ethic. Eutrapeliam vocat, malus verò est qui ad malum adaptatur & ad voluptatem, quæ in malis consistit exercẽdis, vel
4 in excessu ludendi: omnis enim virtus moralis † inter duo vitia extrema, excessus, & defectus interiacet, iuxta eundem Arist. & glos. sing. in. §. hæc quæ, de pœnit. dist. 2. sub. c. charitas. 3. & ita hæc interiacet inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abstinendi, vt probat Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 168. artic. 3. & 4. longè tamen frequentius peccatur per excessum,
5 quam per defectum, quia ludo & ioco æquè ac parcè condienda est vita † ac sale cibi, iuxta Cicero. 1. offic. & tradit Nauarr. in Manuali Latino. c. 20. nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

20. nu. 2. Dixi, aut lucri causa, quia à magis communiter accidentibus lusores ob lucrum ludunt, & tunc potius est negotiatio, quam ludus, quæquidem negotiatio fere semper mala est, tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dandum, vt ait Arist. tum etiam quia per eã quis assuescit bonis aleæ subijciendi, & multum tẽporis terendi: tum itidem quia est occasio, vt coniuges, liberi, & famuli, patiũ faciant damna bonorum, & custodiam eorum, cum maritum, fratrem, aut herũ vno aleæ iactu tãtam bonorũ iacturã facere videant. Tum quia paucissimi aut nulli per eam diteſcunt, imo per eandem multa mala, & vitia imbibuntur, vt Hosti. admoner, in summa, de excessibus prælatorũ Nauar. vbi suprà, numero. 3. vbi numer. 4. inquit quod ludus non fit mortalis ex sola circunstantia 6 animi principaliterã lucrdi aliquid etiã notabile ab eo, qui donare potest, neque etiam ex nimio, & ardenti ludẽdi appetitu, nisi cum extenditur ad alicuius legis, quæ obligat ad mortale, violationem, qualis est eorum, qui noctes in dies, & dies in noctes vertẽtes, missas præceptas omittunt, aut subeunt periculum amissionis bonorum, sine quibus nequeunt sustenta re vxores, liberos, ac reliquam familiam sustentandam ex præcepto, aut debitã statuto tempore soluere, aut putantur inepti ad munera bellica, & ciuiliareip. eis ad illa notabiliter egẽtis, & timentis ne pecuniam eis datã ludo perdant, simul & deplorantis eorum vicem, quod cum sint alias rebus egregie agẽdis apti, ob hanc vnã rem ad id reputantur inepti, vt per Nauar. dict. num. 4. vbi & an respectu 7 loci sacri inducatur peccatum † examinat, & sic intelliges dicta per Auẽda. capit. 9. pręt. numc. 4. lib. 2. de quo & in progressũ huius tituli agemus. Diximus item in nostra diffinitione, tempora consumẽs, & bona, & vitã, & famam, & plerumque animas, quia ludentes hæc consumunt, & blasphemi fiunt, periuri, infames, & fœmentiti, & ex ijs animabus suis præiudicãt, hæc enim, & alia multa mala proueniunt ex ludo continuo, quæ referũt Doctores de ludis tractantes, & præsertim Hosti. in summa titul. de excess. prælat. §. ludus, & eum referens Calcaneus, consil. 2. colum. 2. in fin. & Marian. Socin. in dict. capit. interdilectos numer. 80. cum seq. & Iodocus in practic. crimin. capit. 126. num. 25. qui referunt hæc mala versibus sequentibus.

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt,
Ecclesiæ spretus, vsuraque rixa, rapina,
Scandala, tum nugæ, blasphemia, tum faciendi
Furti doctrina, violentia, copia falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioque,
Temporis, & desiderium, corruptio ingens,
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Quos versus Hosti. vbi suprà, declarat, quorum declaratio per ipsum videri potest, facilis est enim & clara & ideo non est necesse eam prosequi, ex quibus nostram ludi diffinitionẽ 8 habes declaratam. Alearumque † vsus antiquissimus est, ab Alea milite Troiano sic dictus, vt testatur constitutio Græca, quæ, ante Romam conditam fuisse, traditur, imo vt refert Vgutio

Vgutio fuit † empore Belli Troiani, & de hac sorte ludi habetur Exodi. 34. vbi dicitur, sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, de qua etiam potest intelligi quod habetur Genes. 16. vidit Sara Ismaelem ludentem cum Isaac, & eum decipientem, de quibus verbis habetur in ca. reuocet, versic. sequitur. 32. quæst. 1. & de caetera mi potest intelligi, quod dicit Philosop. in 4. Ethic. vbi affirmat, lusores esse deterioris conditionis, quam latrones, & aleator hoc est tam ludens, quam receptor ludi, est velut hostis ac pestis reipublicæ, quia hoc cupit, & optat, vt homines ludant, & efficiantur pauperes, & ideo etiam fures sunt & fallaces, quia vt plurimum interserunt lusores falsas aleas, siue taxillos, & mutuant pecuniam dando malam & retinendo bonam, & semper in ludo iudicant contra extraneum cum ipsis ludentem, secundum Odofre. in l. 1. ff. de al. ex lusu & aleato. & Hosti. in cap. quorundam. 34. distin. ideo præcauendum ait à ludo, quod lusor agat turpem vitam, illatria præcepta legis, & iustitiæ transgrediatur, † scilicet, honeste viuere, alterum non lędere, & ius suum vnicuique tribuere, deinde ob animi inquietudinem, & ardentem cupiditatem, quam radicẽ omnium malorum esse notum est, Auth. vt iud. sine quo, suf. §. 1. & tradit Iodocus, hæc referens in praxi crimi. c. 126. num. 20. cũ. 2. sequentibus, vbi numero. 25. ex hoc admonet omnes prouinciarum Rectores acriorem in alearores animaduersionem, vt nobilium, aut ciuium diuitum, aut mercatorum filios, aleis, lusibusque dedicissimos ad saniorem reipub. frugem præstandam compellerent, vt eas opes, quas alij vocant ad verum sui Principis ministerium cum gloria impenderent, aut si ciues essent ad mercaturã, ad fœnus, ad omnẽ deni 9 què reipub. vtilitatem impenderent, potiusquam vt aleis inseruirent, aut equos, canes vè alerent, aut alijs luxibus absumerentur, quibus tamen nostrorum ciuium florentissimam iuuẽtutem coinquinari conspicimus, & in omne voluptatum genus potius 11 resolui, quam vt suis (imo Dei) opibus vlla in re bono reip. prodesse velint, aut optent, quasi ijs voluptatibus, & vitijs planè nati sint, & non potius in uandis alijs. Illi igitur ignaui voluptarij, & sibi tantũ viuentes, mihi tantũ inutilia pondera terræ videntur, & quos Romana seueritas nunquam passa fuisset, tam inertes suam rempublicam coinquinare, sed eos sine vlla dissimulatione è ciuitatibus, vt mẽbra inutilia, imo pernicioſa pepulisset. Quotuplex autem † sit ludus, vltra suprà dicta, colligitur ex Diuo Thoma. in 4. quæstio. 94. articu. 2. triplicem esse, quidam ex gaudio deuotionis procedens, quo vsus fuit Dauid coram Arca Domini, & de quo dixit. 2. Regum 7. ludam & vilior fiam coram Domino, cui similes sunt ludi, quibus vtuntur fideles ex Christiana pietate in festo Corporis Christi, & in natalia Domini, prout in nostra Placentiæ ciuitate exercitatur in dicto festo Corporis Christi, & ex Decreto Cõcilij Tridentin. Sessio. 13. cap. 5. commendatur sic fieri in die isto. Alij sunt in seipsis turpitudinem continentes, & ad libidinem prouocantes, quales à Paganis in theatris agebantur, quibus immundos spiritus initium dedisse non dubito, iuxta illud B. Chrysosto. Homi. 6. in Matth. non Deus dat ludere sed diabolus, sedit enim inquit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Et huiusmodi ludi sunt omnino à fidelibus vitandi, audiũt enim malè in sacris literis Tob. 4. nonnunquam cum ludentibus mis cuime. Hier. 15. non sedi cum ludentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus in concilium. Alij sunt nullam habentes turpitudinem, quos Aristo. liberales vocat, ad animi recreationẽ inuenti circa quos versatur virtus Eutrapeliæ, qui nisi ex aliqua circunstantia vitientur, honesti sunt. Triplicemque ludorum formam † alio modo, 11 licet in idem recidentem describunt Doctores, prout est Marian. Socin. in dict. cã. inter dilectos, nu. 86. cum seq. & Ioa. Baptista Caccialup. in tract. de ludo, in præfatione, nu. 7. vol. 7. tract. Doctorum, & Magister Bañes, in. 2. 2. S. Thom. q. 32. art. 7. versi. supereſt dis putãdum, & alij plures scilicet, quod vnus est ludus in quo natura, & ars plurimum valent, fortuna verò parũ vel nihil, vt in ludo Choreæ, Pilæ, Palestræ, Schachorum, &c. Secundus est in quo fortuna, & casus multum valent, ars autem, vel ingenium parũ aut nihil, vt in ludo taxillorum, id est *De los puros dados*, & in ludo chartarũ, quoad aliquas eius species, vt in his, quæ Hispanè dicuntur, *Quinolas*, tertius in quo licet fortuna habeat suas partes, ars nihilominus ingenium, & consilium habent quoque suas, vt in ludo *De las tablas*, in quo fortuna quidem valet quantum ad taxilli iactũ, sed ratio & consilium quantum ad ordinem tabularum, & in componendis, ducendis, ordinandisque tabulis multum operatur. Idemque est quantum ad aliquos alios ludos chartarũ prout est, *Los cientos, el trunfo, y las bazas*, & similia, & ex ijs tribus generibus ludi, Primum nõ est prohibitum aliqua lege absolute, & simpliciter, sed solum quoad excessum pecuniæ, exposite, quæ de causa iure communi taxatur in tali ludo, nè possit exponi vltra solidum, vt. l. Alearum. C. de reli. & sump. fun. & in Hispania vsque ad. 30. ducatos, & nõ vltra ex. l. 9. infra isto titul. Secundum verò, & tertium genus iure cõmuni canonico, & ciuili, & priuato tam Cassellæ quã aliorum regnorum prohibentur secũdum quod in legibus nostri tituli prohibitum reperies, & in progressu eius dicemus. Et horum ludorum ille, qui fit gratia exercendæ virtutis † corpo- 12 ralis permissus est, & licitus, qualis est ludus iaculatorius, de quo est text. vbi eius permissio probatur in. l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad. l. aquil. l. 6. titu. 15. parti. 7. & ludus pilæ. l. item mella, in principio. ff. eod. titul. & ludus colluctationis. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. eod. ca. Iator, de Homici. & alij ludi de quibus habetur in l. solent. cum. l. seq. ff. de aleæ lus. & aleat. vbi dicitur, Senatus consultum vetuit in pecunia ludere, præterquã si quis certet hasta, vel pila iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, vel pugnando, quod virtutis causa fiat, quibus rebus ex lege titia, & publitia, & cornelia etiam sponsionem facere licet, hæc ibi, vnde dicit text. qui est de nouis constitutionibus Iustiniani Imperatoris, in Authentica, alearum, circa med. C. de reli. & sump. fun. ordinent Episcopi quinque ludos, Comonobolon, comodaulon, Regidalia, Kempon, & Reipusara, Comodobolon, id est ludus vbi lapis in longum proijcitur, Comodaulon, idest ludus vbi lapis, vel palus in breue spatium proijcitur, Regidalia, idest ludus, vbi equites currendo in certantem proijciunt, Kempon, idest ludus, vbi pondus dentibus eleuatur, hæc text. cum gloss. ibi sed hos ludos aliter, & clarius explicat Host. in dict. capit. inter dilectos, de excess. præla. dicens, Comonobolon, ludum esse, vbi iactus in longum protrahitur, sicut forte est sagittare, vel ludere ad mecellam, vel piletum. Comodobolon, vbi iactus in breue spacium retrahitur, sicut est ludus Billarum: Reipusada, vbi ludus

ludus cum dentibus eleuatur, Kẽpon ludũ, quo equo currente eques cum lãcea eleuat positam rem in signum, putà chirothecam, vel aliud simile Regidalia vbi cũ pede, vel ligno seu alia materia ob fraudis suspicionem tali iaciuntur, de quibus & per Caccialupum in Tract. de ludo, in præfa. num. 8. torneamentorum tamen ludus (tametsi gratia exercendæ corporeæ virtutis ineatur) secundum ea nones est prohibitus, quia ex eis mors hominum, & animarum pericula sæpè proueniunt. cap. 1. de torneamen. & idem est saltim respectu clericorum in duello. cap. 1. &. 2. de cler. pug. in due. Secundus est ludus naturæ, & ingenij recreatiuus, neque alicui fortunæ subiectus, qualis est ludus schachorum, simplex ludus tabularum, ludus citharæ, & similes, & iste permissus est etiam 13 clericis †, secundum Innocen. Abb. Henri. & communiter Doctores, in cap. clerici, de vita & honestate clericorum, oportet tamen, quòd talis ludus non fiat cum verbis turpibus, vel noxijs actibus. Secundo, quòd per eum animi grauitas non totaliter resoluatur, & tertio quòd congruat personæ, tempori & loco, & secundum alias debitas circunstantias ordinetur, ita Henric. in capit. clerici, de vita & honestate clericorum. Quarto etiam exigitur saltim in clericis, nè pro quæstu ludatur, tunc enim non eis liceret præsertim de bonis Ecclesiæ, quæ sunt Pauperum. cap. fin. 16. quæstione. 1. & ita tenet Archidi. in cap. Episcopus, in princip. 35. distinct. laicis autem amplior datur libertas ludendi talibus ludis honestis, vt scilicet ludere possint pro parua quantitate, putà pro vno solido, vt in progressu huius tituli dicemus, ita quòd etiã in ijs ludis permissis nõ debet excedi, neq; excessus haberi, ex dictis, & per Sylvest. in sum. verbo, Ludus. n. 1. Tertius est ludus fortunæ sub- 14 iectus † vel intotũ, vt ludus ad Azardũ, vel mixtim vt ludus tabularũ cũ taxillis, & iste ludus est prohibitus nõ ex se, sed ratione cõsequentiq propter crimina, quæ ex eo oriuntur, quæ crimina congerit Archid. in cap. Episcopus. 35. distinct. & iam supra ex Hostiensi retulimus quibusdam versis. Et respectu horum excessuum si quis promisit & votum fecit de non ludendo 15 peccaret † vtique si luderet etiam ludo honesto, & aliàs licito & permisso, quia ob excessum peccaret vtique cum vtatur ludo modo nõ permisso, sed prohibito pòtius, sed si excessus nõ daretur in ludo honesto & virtuoso, vel recreatiuo, tunc vtique votum de non ludendo non obligaret, quia est contra bonos mores argum. cap. in malis. 2. 2. q. 4. & in cap. nõ est obligatoriũ, de reg. iur. in. 6. ita tenet Nauarro, in consi. 16. de voto & voti redempt. & notandum est, quòd quodlibet genus dictorũ ludorum potest habere alias varias species secũdum varios modos ludendi.

Ibi, *Y jugadores*, lusores, vel aleatores, Latine appellati, quasi dãtes operam ludo, & ij hostes Reipub. appel- 16 lantur †, vt inquit Odofred. in. l. 1. ff. de aleatoribus, omnes enim qui ludunt efficiuntur pauperes, & per consequens fures & falsarij, & vt inquit ibidem Odofred. nunquam inuenietis aleatorem, qui non † committat 17 ista tria. Primo quod interserunt falsos taxillos. Secundo quod vbicunq; ludit in alea sua aliquis forensis, & contentio, aut differentia aliqua oritur, & propterea testimonium petitur ab aleatore, semper fert testimonium contra forensem. Tertio quando isti Aleatores vident hominem calefactum in ludo, id est, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ebriatum ad ludum, faciutque sibi reddi bonos nummos pro malis & falsos denarios, propter quod contra aleatores iura excandescunt, & multa contra eos introducta sunt in iure; præsumuntur enim vti malè substantia sua, secundum Bald. in Authentic. quod locum, in fine. C. de collatio. & non possunt esse testes in causa † criminali, vt per plura probat Grammat. decisio. Neapolit. 10. & ex l. 8. titu. 16. part. 3. colligitur, dum tamen probetur, quòd erat lusor tempore testimonij † præstiti vt per Crauet. consilio. 169. contractusque inter lusores super ludo factos † non esse efficaces probat text. & ibi not. Bart. in l. si quis cum sciret. ff. de vsucap. pro emptio. & ideò vendens in ludo † nõ tenetur de euictione. l. filiofam. §. 1. ff. qua. rerũ actio non det. & propterea etiã si à lusore detur collusori pecunia mutuata repeti nõ poterit, & idem † si is, qui ludum in domo sua tenet mutuet, secundum gloss. accipit in. l. fin. ff. de aleato. Imò etiam idem dicendum est, in extraneis dantibus pecuniam mutuò † ludentibus, vel eis, quos statim scit lusuros, vt est text. in l. verum. §. penult. ff. de minori. & facit text. in l. si verò non remunerandi. §. si adolescens luxuriosus. ff. manda. & ita tenet Angel. de Malefic. in parte, di male dadi, & quòd mutuanti in ludo non detur repetitio late per Thom. Gramm. decis. 40. & est text. in l. 6. titu. 14. part. 7. inquit tamen Imol. in cap. clerici, de vita & honest. clericõ. quòd de consuetudine † pecunia mutuata ludentibus repeti potest, nisi in quatuor casibus. Primò si mutuans sit collusorum. Secundò si sit ludum tenens, seu domum lusoribus exhibens. Tertiò, si detur minori ludenti. Quartò, si ei detur, cui bonis interdictum est, & idem puto si detur alijs liberam bonorum administrationem non habentibus, putà seruis, vxoribus, monachis & similibus. Domusque in qua luditur † publicanda est, ex text. in dict. Authent. alearum vsus, nisi domus sit † pupilli, viduæ, aut alterius miserabilis personæ, facit text. in. l. 1. C. de fal. mo. Assiduoque lusori sicut † prodigo potest bonis interdici, secundum Bal. in. l. ea lege. C. de cond. ob caus. not. per Dec. in cap. Pastoralis in fin. de iudic. vnde vt malorum omnium causam Senatus Romanus, vbi erat synodus mortalitatis rẽ pernicioſam & valde prauam prohibuit. l. pen. & fin. ff. de Aleatori. vt inquit Puteus in tract. de ludo, in princip. num. 1. & Meno. de arbit. casu. 399. in princip. Sed an semper erit laborandum, nec vnquam ludendum, & † & dicendum est, non semper esse laborandum, sed posse nos recreationis causa aliquam ludis licitis operam dare, quanuis enim homo natus sit ad laborem, sicut auis ad volãdum vt per Quintilian. libro. 1. institut. orator. capitulo. 1. vnde solent à Doctoribus hi versus præmanibus haberi,

Si quis voluerit Iurisconsultus haberi,
Continuet studium, velit à quocunque doceri,
Inuigilet, nec vincat eum tortura laborum,
Fortior insurgat cunctisque recentior horis.

Et sic lege Draconis cauebatur vt otio damnati, capite punirentur, & lex erat apud AEgyptios, vt per Cassane. in Catalog. gloriæ mũdi, parte. 11. quia singuli cogebantur † nomina sua apud Præsides profiteri, & qua arte quove lucro viuerent ostendere, vnde non mirum si sæpè

si sæpè leges cogunt, & compellunt homines ad exercendum artes, quas nouerint, vt per Luc. de Pen. in. l. mæcanicos. C. de excus. art. lib. 10. & graue est militiam subterfugere atque † detrectare. 57. dist. cap. Placuit. c. Horatius, & cap. quæris, de æta. & qualit. & sic magnis præmijs afficiebantur ij, qui magnum laborem sustinuerunt, vt habetur Instit. in fine Procemij, & recte quidem nam magni labores digni sunt præmio. l. transmarina. C. de legat. libr. 10. Sed hodie nihil ad hoc attenditur, nam præmiantur otiosi pigri & laboris inimici, ij autẽ, qui magnis laboribus sunt consumpti, & ob laborandum multa, quę poterant adquirere, non adquisierunt, obliti relinquuntur, sed quãuis hæc ita se habeant, non tamen debemus continuum laborem per diem ac noctem sustinere. l. quòd si vendit. tor. ff. de ædil. edict. sed quandoque tuis interpone gaudia curis. Imo & promissio de continuo laborando † non tenet, quasi per eã libertas infringatur, per text. notabilem in. l. Titio centum. §. 2. ff. de conditionib. & demonstrationib. aut saltim arbitrio iudicis promissio modificatur, quemadmodum si dixero statim faciam, secundum Abb. in cap. quia propter, de electione, in quorum proposito multa adducit Thomas Actij, in Tract. de Ludo Schachorum in. 6. articulo principali, num. 8. cum pluribus sequentibus in. 7. tomo Tractatuum diuersorum Doctorum, & hac de causa ludus solet nuncupari quasi alleuiatio laboris, vt inquit Socinus, consil. 16. num. 4. volum. 1. vbi numero. 3. refert illud dictum notabile Sancti Ioãnis Euangelistæ †, nam cum quidam in ipsum scandalizarentur, eò quod illum cum discipulis suis ludentem inuenerunt, ob hanc causam sanctus ille Ioannes vni illorum, qui arcum gerebat mandauit, vt sagittam traheret quoad facere posset, qui cum pluries feciſſet, quæsiit ab eo vtrũ hoc continuò facere posset, qui respõdit, q̃ si hoc continuo faceret arcus fran geretur, vnde Beatus Ioãnes subintulit, quòd similiter arcus hominis frangeretur si nunquam à sua intentione relaxaretur. Et sic, vt iam est dictum, ludus recreationis causa exercitatus permissus est, & permittitur seruatis debitis circunstantijs etiam inter religiosos, & intra sui † septa monasterij, vt per Nauar. in cap. considerent. §. paueat, de consecr. distinct. 5. vbi inquit non esse peccatum, si quis eo die, quo † confessus fuerit & communicauerit ludis honestis cum socijs se immiscuerit. Ex quibus Rubrica hæc satis remanet declarata.

SVMMARIA.

Damnatus miles de crimine militari an testari prohibeatur. num. 1.
Miles perdit honorem militiæ si equum vel arma luserit. num. 2.
Dominium lucratorum ad taxillos tempore guerræ an trãsferatur. num. 3. & 4. quid si ad alios prohibitos ludos lucretur.
Consuetudo interpretatur, vt retineri possit solutum sponte etiam à milite, num. 5.
Tempus omne à iure expressum continuum dicitur. num. 6.
Dies nostri text. debet esse naturalis. 24. horarum. num. 7.
Instrumentum si fiat die Dominico vsque ad mediam noctem notarius scribet de illo die esse factum. num. 8. & num. 9. aliud in simili.
Dies inter artificiales de die artificiali intelligitur. num. 10.
Locans operas suas sutori per annum tenetur laborare pro more illius regionis. numero. 11.
Dies multiplex est & à quo tempore incipiat. num. 12.
Dies intelligitur, & connumeratur de luce ad lucem. num. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Prima.

Summarium.

Durante bello non est ludendum cum taxillis sub nostri text. Pœna.

IBI, *En tãto q̃ durare la guerra, y estuuierẽ en nuestro seruicio en ella*. Duo notabilia possunt ex ijs verbis elici. Primũ quòd dum verba hæc copulatiuè apponũtur ita quòd non sufficiat quòd sit tempore guerræ, sed quòd ludens sit miles & seruiens in guerra illa, & vnum sine alio non procedat, colligitur inquam quòd si ludens non sit de seruientibus in guerra illa, quòd etiam ea durãte poterit ludere ad taxillos, & hoc sumitur à sufficienti partium enumeratione, & â contrario sensu, & elicitur clarè ex ijs verbis, Verumtamen quia ex l.7.infrà eod. ludus hic taxillorum est omnibus prohibitũ, corollarium hoc nõ est verum, neque procedit. Secundum est, quòd tempore guerræ finito licebit militibus ludere ad taxillos eò quòd prohibitum ad tẽpus post tempus videtur permissum l.un tempus. ff. de hæred. instit. quòd an dict. l. 7. stante sit alteratũ ibidem videbimus, quia non est sumendũ argumentum à contrario sensu vbi resultat absurdum, vel iuriũ correctio. Sed cum milites tempore guerræ puniãtur ex l. nostra, & sic crimen hoc per eos cõmissum militare videatur,
1 damnatus de tali crimine † poterit nè testari? & videtur quòd possit, nam ex l. militibus de testam. milit. &. l. 15. tit. 1. p. 6. probatur, militem condemnatum ob flagitium militare ad pœnam mortis inteſtabilem esse: ergo si pœna mortis non incurratur testari poterit, maximè stãte. l. 4. Tauri, quæ est. 5. titu. 4. lib. 5. Ordi. & ita in nostris terminis tetigit Didac. Per. l. 9. titu. 3. lib. 4. Ordin.

Ibi, *Ni tablas*, Perditque miles honorem militiæ si ad taxillos equũ vel
2 arma † luserit, secundum tex. in l. fin. tit. 21. p. 4. adeò quòd si milites ij Durante tempore guerræ luderent, quæ stipendia merentur sub vexillis, ad ludum tallorũ vel tabularum nõ transferretur † in lucrãtem illa, quæ lucratus fuerit, & ita colligitur ex verbis
3 nostræ legis in versi. *Y otrosi*, Prout in eius propositum tenet eam allegãdo Magister Bañes, in. 2. 2. q. 32. artic. 7. §. superest disputandum, in versi. Secunda conclu. pag. 1182. Si ad alios vero ludos luserint secus erit, vt in l. sequẽti dicemus: Vbi asseremus transferri dominiũ ex ludo, etiã prohibito, sed vt in gl. *Tornar*, dicem' in hac lege dubito de dicto hoc dicti Magistri. Et cũ lex nostra tantũ ludus tallorũ & tabularum prohibuerit militibus tẽpore guerræ durante, in alijs ludis videtur cõstituisse regulã in contrarium, ex text. in. c. nonnè, de præsumptio. & in. l. cũ prætor. ff. de iudi. c. ad audientiã de decimis, vt aduertit Dida. Per. in. l. 9. tit. 3. lib. 4. Ordi. glo. 2. col. 1397.

Ibi, *Ni sobre prendas*, hoc ex. l. 8. infrà eod. generaliter statutũ est, q̃ nullus possit ludere ad creditũ neq; sub fide iussione, vt ibidem latius videbimus.

Ibi, *Sea tenido de lo tornar*, Ex ijs verbis colligebat Magister Bañes relatus per me in glo. *Ni tablas*, istius legis q̃ tenebantur tales milites in conscientia restituere lucratũ, eo quòd dominium eorũ non adquirebant, de quo tamen ego dubito, nã & ipsemet Bañes. in cad. 2. 2. cad. q. 32. art. 7. in. d. §. superest disputandum, in versi. Pro decisione veritatis, col. 1180. cum seq. fatetur tã iure canonico quã ciuili &
4 Regio trãsferri dominiũ lucratorũ † in ludo etiam prohibito, & quòd ita ab omnibus Doctoribus huius ætatis imo & ab antiquis probatur, ergo nõ est vera dicta eius opinio quoad milites, neque obstant verba hæc, *Sea tenido de los tornar*, nam & lex sequens in cuius propositum suprà dictam communem conclusionem asserit ipse Bañez, loquitur etiã istis met verbis, & nihilominus in eius propositũ trãsferri dominiũ asserit ipsemet Bañez, vt vides & omnes moderni cum eo, & aliqui ex antiquis, igitur dubia est eius opinio in propositum nostrę legis, imo & sibi contrariatur ijs attentis, & sic videtur tenere Did. Per. hic sub dict. l. 9. tit. 3. lib. 4. Ordin. colu. 1398. in fi. in glos. *Sea tenido*, dum legẽ nostrã in hoc ad terminos legis sequentis reducit, & post octo dies repetitionẽ denegat, imo & clarius hoc ipsemet Did. Per. tenet in princi. eiusdem colũnæ, 1398. Vbi in propositum nostræ legis remanet cum conclusione cõmuni, quòd in conscientia non tenetur lucrãs restituere lucratũ etiã in ludo prohibito. Sed nihilominus opinio dicti magistri Bañez, ad nostrã legem tenenda videtur, quia lex nostra absque partis repetitione obligat lucrantem ad restitutionem & lex sequens ita demum si petatur, imo ex pragmatica noua etiã repetitioni locus non datur, igitur vera videtur opinio Magistri Bañez, quam & sequi videtur Ludoui. Lopez, in instructo. conscient. capitulo. 184. concluſi. 2. & Enrique, in phil. mo. capitul. 35. pagin. 590. column. 2. vbi ipse Enrique in colu. 2. inquit, quòd consuetudo interpretatur, vt alter retinere
5 posit † solutum sponte etiam à milites & alio modo limitat Angle, in floribus Theolog. quæstione, de ludo pag. 277. in princip. in versic. quando in Regno.

Ibi, *Treinta dias continuos*, Intellige cum omne tempus à iure expressum

6 in dubio continuum † intelligatur, prout dixi in meo tractat. de Decurion. & Curia Pisan. libro. 4. capit. 6. nume. 58. debetque hic dies
7 esse naturalis vigintiquatuor † horarum & computatur à media nocte vsque ad aliam mediam noctem, ex. l. more Romano. ff. de feri. Vt per Tyraquel. de vtroque retr. titu. 1. §. 1. gloss. 11. num. 7. pag 186. & Rebuf. in prax. benefic. titul. de infir. resign. gloss. 9. & Ioseph. Ludo. in decision. 116. nume. 7. parte. 2. & idem Rebuf. l. 2. §. fin. ff. de verb. significac. pagin. 30. in medio, vnde secundum eum ibi. Si instrumentum fiat die Domini-
8 co vsque ad mediam noctem † notarius scribet de illo die esse factum, si vero post mediam noctem, dicet die lunæ, vt interpretes docent in dict. l. more. & in capitul. consuluit. de offic. delega. Ias. & alij, in. l. non minorem. C. de transactio. & beneficia vacantia in mensibus & festis nominatis & graduatis debentur illis, si vacent in illis mensibus, vsque ad me-
9 diam noctem vltimi diei cuiuslibet † mensis, & hoc quando ius Ciuile loquitur de die: sed si artifices & vulgus loquuntur de die quoad operas,
10 intelligitur, sępe de artificiali † pro more illorũ, vnde Paul. sic ait lib. singulari, de varijs actio. operę sunt diurnum officiũ. l. 1. ff. de oper. lib. itaq; siquis locauerit operas suas sutori per annũ te-
11 netur laborare † pro more illius regionis interdiu & noctu & pro Domini necessitate. l. excepto. C. locat. ideo iudex antequã iudicet debet de vsu & consuetudine illius regionis inquirere: Ex quibus habes inter iurium interpretes diem esse multiplicem, †
12 naturalem. scilicet, qui incipit à media nocte vsque ad aliam mediam noctẽ spatio vigintiquatuor horarũ vt dictum est, artificialem itidem, qui artificio & artibus sit deditus, & est

Universidad de Deusto
Biblioteca

spatium temporis ab ortu solis vsque ad eius occasum, & sic supra horizontem & hemisphærium nostrum, vnde artificialis dies est sol lucens super terram, nox autem est vmbra terræ, in solis oppositum diametrialiter extensa, vel dicit diuus Basilius in Exameron, diem esse aerem illuminatum a sole, aut quantitatem temporis tantum, quo sol in Globo nostro dimidio moram trahit. Et dicitur nox à nocendo; quia hoc tempus nocentibus aptum est. Et in Euangelio dicitur: Qui male agit odit lucem & in cap. cõsuluit de officio delegat. Accurs. in dict. l. 2. §. fina. ff. de verbor. signifi. dicit quod dies iste artificialis habet duodecim horas: sed debemus inspicere tempus, nam in æstate habet plures in hyeme pauciores & ita ij dies, νύθημα, dicuntur, id est præstituti ad quidpiam agendum, vt declarat Celius, libr. antiqua. lectio. octaua, capitulo vndecimo, vel artificialem diem forte quis dicere posset, ad artificium exercendum inductum, non simpliciter demane vsque ad vesperam, sed consideratis de more regionis, & artificijs, nam quidam artifices noctu etiam operantur, vt Fabri Ferratij, quia carbonibus inflammatis videre eorum operam possunt. Hi à tertia vel quarta hora matutina ad nonam vespertinam operari solent, pro more tamẽ regionis, & pro necessitate operarum quas magister & artifex subire tenentur, & tunc dies artificialis pro more regionis dicetur & pro more cuiuscunque artificij, quando opera incerta est. Sunt & alij artifices, qui certam habent operam, vt Typographi, qua finita ad vxorẽ & liberos gaudio accedere poterunt, & sic dies eorum artificialis est, donec finita sit opera, ex quibus decerpitur legem nostram de die naturali esse intelligendam, vt & tenet Did. Per. l. 9 titul. 3 glos. 30. lib. 4. Ord. col. 1399. in statutis vero punientibus maleficium cõmissum de die mitius quam si de nocte cõmitteretur dies intelligitur & cõnumeratur de luce ad lucem, 13 ex communi asserta per Felin. in capi. si perfodiens column. 2. num. 1. de homicid. dies enim dicitur, à dian, quòd est lux vel claritas secundum Catholicon, & Ioann. Andre. & Abba. in dict. capsi perfodens, & Didac. Perez, vbi suprà, & sic resolue secundum eum ibi column. 1401. in fin. quæ Bal. Alberi. Angel. & Ias. tradidere in. l. more. ff. de ferijs.

SVMMARIA.

Ludere solum licet in casibus à iure expressis, nn. 1. & nn. 15. & 19. & 25. 30. 32. & 34. ponuntur casus permissi à iure.

Ludere multiplici iure prohibitum est, nn. 2. 3. 4. & 5. & 10. & 12. & 13.

Ludere sacerdotibus vix citra peccatum mortale licet ad ludos vetitos. nume. 6. nisi vt num. 7.

Tolosæ semel cõbusti sunt omnes characteres, quibus enduntur chartæ lusoriæ, numero. 8.

Artem cudendi has chartas, & eam exercentes non esse inse reprobam, nn. 9.

Ludus schachorum licitus dummodo non sit nimis continuus, num. 11. & num. 15. 16. & 17. prosequitur & num. 18.

Rationes prohibendi ludos remissiue, nu. 14.

Ludus causa exercendæ virtutis permissus, num. 19. & nu. 24. ponuntur sex species ludi huius.

Præliando si vnus fregit crus alterius an teneatur, num. 20. & num. 21. de illo, qui tenebat accinctum gladium.

Extraordinaria si imponenda est an debeat esse pecuniaria vel corporalis, nu. 22.

Duo currentes sese obuiant quid erit, nu. 23.

Vrbanitatis causa ludere licet & aliud facientes rustici & agrestes dicũtur, nu. 26.

Virtus omnis moralis versatur circa difficile, num. 27.

Medium

Medium inuenire inter duo vitia nè in hãc vel illam partem inclines difficille est, num. 28.

Vitium est ludus aliter quam ex vrbanitate vel virtute exercenda vellaxandi animum num. 29.

Ludere licet in natali die festo, num. 30. & nume. 31. an lucratum in eo festo sit restituendum.

Ludere licet in conuiuio. 32. num. dummodo sit in parua quantitate, num. 33.

Ludere permissum est in modica quantitate. numer. 34. & 35. non esse peccatum mortale.

Ludi potest vnus solidus. num. 36.

Damna ex ludo prouenientia tripliciter considerantur, num. 37. 38. & 39.

Inspector ludi an puniatur, num. 40. 41. 42. 43. 44. & 45.

Periurus est qui iurauit non ludere & dedit pecuniam ad ludendum nomine suo, numero. 46.

Socium compellens ad ludendum qualiter puniebatur. nn. 47.

Nullo iure Ciuili aleator punitur vltra restitutionem lucratorum nisi, nu. 48.

Pœna contra lusorem de iure Canonico imposita. numero. 49. 50. & 51. 52. & 53. & 54.

Lusit si quis plures vno die qualiter punitur, num. 55. & 60. & 61.

Verba iniuriosa si quis dixit pluribus an puniatur pluribus pœnis, num. 56. vbi num. 57. & 58. plura inferuntur.

Furtum vnum an dicatur si quis ex vno acerno pluries aliquid cepit. num. 59.

Vt quis pro secunda vice puniatur an debeat esse condemnatus pro prima, numero. 62. & 63.

Carcer iure Regio etiam pro pœna imponitur. nu. 64.

Repetitio amissorum in ludo datur perdenti & filijs suis, nu. 65. & 66.

Filius quoad legitimam est creditor patris, num. 67.

Iure antiquo repetitio pro amissis in ludo dabatur vsque. 50. annos num. 68. & 69.

Repetitio amissorum in ludo hodie durat per octo dies, nu. 70. nisi vt num. 71.

Repetendi ius competit etiam inspectori & sponsori, num. 72.

Perdens in ludo transactis octo diebus an admittetur ad repetendum tanquàm quilibet de populo. nu. 73. & nu. 102.

An intra octo dies & non post admittatur quilibet de populo, num. 74.

Dominium non transfertur nisi per modos à iure Ciuili dispositos, num. 75.

Adquisita in ludo prohibita; sintnè restituenda in vtroque foro. num. 76. cum sequentibus numeris. 90. vsque ad 94.

Dominiũ lucratorum an transferatur in ludo prohibito præsente pecunia. n. 77.

Fraudes in ludo quædam sunt ante ludum, quædam in ludo, num. 78.

Del que embida de mano con el mano. *num. 79.*

Ludens cum alio credens esse peritum sicut ipse non tenetur ad restitutionem, num. 80.

Ludens precibus importunis alterius instigatus verecundia & pudore fuisse visus pati videtur, num. 81. & ideo non transit dominium, ibi. nisi num. 83.

Trahere verbum aliquando vim significat, num. 82.

Coactus ludere si lucratur an teneatur restituere lucratum. nu. 8.

Tractus ad ludum si applicuit animum ad ludendum, an ex tunc cum trahens adquirat ius lucrandi, num. 85.

Boni doli permittuntur, vt si fallaciter auget pecuniam, Embidádo fu resto de fallo, *vel secure an lucrabitur illud & licitum erit, num. 86.*

Doli legibus ludi repugnantibus prohibiti sunt, num. 87.

Lucrantem ab eo, qui non est suiiuris non adquirere dominium. nu. 88.

Ille qui non est suiiuris si ludit & lucratur, an adquirat dominium, nu. 89.

Missus in possessionem inordinate tenetur ad restitutionem nec fructus facit suos. nume. 91.

Quinam sit facienda restitutio lucratorum in casu in quo restitutio est facienda, num. 92.

Perdens in ludo an si extra iudicium à lucrante perdat lucratum teneatur lucrum ex obligatione nostræ legis illi reddere, num. 94.

Actio ea sola in iure vocatur, quæ fit in iudicio, factio extra iudicium, numero. 95.

Lucrans an statim facta repetitione teneatur restituere nõ expectata iudicis condemnatione, num. 96.

Vocatus in iudicio an testibus deficientibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

teneatur fateri se per ludum prohibitum lucrasse petitum. nu. 97.

Nolens ex verecundia aut timore petere in iudicio perditum in ludo, an possit privatim aliquid accipere à lucrante. numero. 98.

Consuetudo vt lucrata in ludo non restituantur valet. nu. 99.

Lucratum in ludo ante legem nostram episcopo, vel fisco dabatur, numero. 100. & sic quilibet de populo petere potest, & pauperibus facies erogari. nu. 101.

Episcopi statuere possunt ne ludatur, & ne mulieres ad ludum accedant ratione vitandi peccati. nu. 103.

Lex Secunda.

Summarium.

Pœna ludentium taxillos, aut chartas pictas in præsenti describitur.

HOC. I. *Sean osa dos de jugar.* Nota quomodo regulariter ludus taxillorũ, & Chartarũ prohibitus est, & sic in materia ludi habemus Regulam prohibiti: iam, scilicet, quod solum licet ludere in casibus à iure † expressis, vt
1 ait gloss. in. l. fin. ff. aleæ lus. & aleato. Quam Regulam probat Costa in tracta. de ludo in princ. nu. 6. & in arti. 2. nu. 24. tom. 7. tractatuum, idque multiplici iure † prohibitum est. Primo,
2 3 iure diuino, † iuxta illud Exod. 37. sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, vbi Chrysosto. dicit, causa peccati Gula, ipsum peccatum ludus, ideo dicebat Hiere. c. 15. non sedi in concilio ludentium, & Tobi. 3. c. nusquam cum ludentibus miscui me. Et Iob. 21. infantes eorũ exultant lusibus, ducũt in bonis dies suos, tenent tympanum, & citharam, gaudent in sonitu organi, & in puncto ad infernum descendunt. Cum igitur, ludere sit peccatum, iure diuino ludere est prohibitum, & merito dicebat Chrysostomus, super Genesim, non dat Deus ludere, sed diabolus. Secundo, prohibitum est etiã
4 ludere iure † naturali, Aristotel. enim, eodem iure doctus dicebat. 4. Ethicor. capit. 1 in fin. Aleatores furibus, & latronibus esse similes, & vtrosque esse illiberales, quia ab amicis lucrantur, quibus dare oportet, nihilque esse pernicios̃ius morum in Integritati, dicit Seneca relatus à Celio Rodigi. libr. octauo noctium antiquar. capit. 7. & Ambros̃i. libro. 1. officio. inquit, Væ vobis qui luditis, quia flebitis, & Tullius libro primo, officio. non enim ita generati sumus, vt ad ludum, & iocum nati esse videamur, qui omnes post Aristo. fatentur, ludos naturali etiam iure esse prohibitos. Iure etiam canonico lu-
5 di sunt prohibiti, † vt patet ex capitul. clerici, de vit. & honest. clerico. Vbi Abbas, & Imol. hoc declarant, & in capit. inter dilectos de excessibus prælato. & in capit. Episcop. 39. distinctione, vbi clerici deseruientes ludo excommunicantur, similiter & laici, quæ pœnæ non nisi pro grauissimo delicto à iure canonico imponuntur, vt gloss. in sum. 4. quæstione. 1. De quo per Bernard. Diaz, & eius additio. in practic. crimin. verbo. aleatores, & habetur in Concili. Tridentin. Sessione vigesimasecunda. capit. 1. de reforma. & Session. vigesimaquarta, capit. 12. & antea in Concilio Constantinopolitano, 6. cap. 50. ludus omnibus interdicebatur, & gloss. in pragma. sanctione, Rubric. de spectacu. in ecclesia nõ facien dis, verb. Ludibria, per Calderi. consilio. 7. de sentent. excommunica. per Philip. Prob. in addit. ad Monachum post DD. ibi in ca. 1. de vit. & honest. cler. in. 6. per Paninum in tract. de visitatione. 1. par. quæst. 7. num. 58. & ea

ratione

ratione Soto, de iustitia & iur. libr. 4. quæst. 5. artic. 2. dicebat, quod Sacerdotibus vix citra mortale peccatum
6 vti licet † ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & præsulibus, quia ludus illis non qua ratione secularibus, sed quia contra eorum est honestatem
7 prohibitus est, nisi ob honestam causam, † vt inquit additio. Bern. Diaz, in dict. capi. aleatores. 70. in ordine in additione. 1. dummodo non frangãt clerici legem vllã, secundum eum ibi & Nauar. in Manua. ca. 19. nu. 3. & in ca. negotium num. 19. de pœnit. dist. 6. vbi ipse Nauar. inquit se teste oculato egregium virum Thomam Illiricum concionatorem publicum † suasisse, vt omnes characteres, quibus cuduntur chartæ lusoriæ apud Tolosam cõburerentur, & adeò quidem
8 id persuasit, vt post secundam Concionem, formas siuè characteres illos quibus illę chartę cudebãtur publicè comburerentur, & artifices desertis suis artibus e publico ali cæperint donec alio vitæ genere honesto Respublica illis prouideret. Nec ab eo die in ciuitate, quæ caput est linguæ Osci tanæ, & omnium quæ Francorum parent Imperio, post Parisium prima, nusquam vllus (saltim publicè) ludebat, cum tamen anteà nemo non id faceret. Et faciũt dicta per Caccialup. in tracta. de lud. in præfatione, num. 54. volum. 7. tract. Doctor. Verumtamen ipse Nauar. ibidem inquit quod artẽ illam reprobam esse in se capitaliter, & eam exercẽtes mortaliter pec
9 care nõ satis † videtur expeditũ, nã, & Tho. ibi relatus, non audet id definire, nam ars illa, cuius opera neque in se mala sunt, neq; ad malũ per se ordinata, imo in bonũ & vtilem finẽ inuenta fuerũt, non videtur esse mala per ca. de occidendis. 23. q. 5. alioqui nec ferramenta domestica aut agrestia sunt habenda, ne quis se illis, vel alterum interimat, nec arbores plantandæ, ne quis ex illis se suspẽdat, nec fenestra faciẽda, ne per eã se quisquã præcipitet, vt hæc & alia adfert Nauar. in illo. c. negotiũ, de pœni. distin. 6. Ex quibus dictis patet nõ esse ita re probandã artem illam imprimendi characteres hos, sicut patet ille cõcionator existimabat. Iure etiã ciuili lu-
10 dus † prohibetur, vt per totũ de aleæ lusu, & aleator. in. l. aleatũ vsus. de religios. & sump. fun. & in Authẽ. de sanctis. Epis. §. interdicimus. collatio. 9. & in Authẽ. interdicimus. C. de Epis. & cler. & est hæc cõmunis opinio, vt ex Maluet. de ludo taxillorũ, n. 4. inquit Iul. Clar. ih pract. verb. ludus, nu. 1. vbi nu. 2. hoc ampliat procedere non modo in his ludis, in quib' sola sors versatur, sed etiã in his in quibus est mixtura ingenij, & fortunæ, putà, taxillorũ, & tabularũ, & Chartarum, nam omnes pariter sunt prohibiti, vt est communis opinio teste Imol. in ca. clerici el. 2. post. nu. 16. de vit. & honest. cler. vbi verò solũmodo versatur ingeniũ talis ludus est permissus, ex quo inferũt DD. schacorũ est de iure licitus, &
11 hoc dũmodo † nõ sit nimis cõtinuus, & absint alia, quæ eũ illicitũ facerẽt, prout in hoc titulo remanet dictũ. Et cũ alius quilibet ludus, quam ingenij prohibitus sit, merito ludus ab Imperatore crimen appellatur, in proœmio. ff. §. illud, vbi DD. tradũt latè de hac materia, & alibi, iure itidem re-
12 gio † ludus est prohibitus, vt patet ex lib. 6. tit. 14. p. 7. & ex nostris legib' nostri huius tituli. Iuristę etiam DD. eos
13 detestantur, item & Theologi, † vt patet in. 4. dist. 15. vbi omnes maximè Ricard. & Gabriel post Tho. 2. 2. q. 32. artic. 7. & ibi Bañes, & q. 178. per totam, & sanctum Bernard. in suo Quadragesimali in sermone. 28. & 42. Florenti. 2. p. tit. 1. cap. 23. §. 6. Summa Ascessa. 2. parte. 5. libr. 5. titu. 3. colum. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum.confes.lib.2.titu.8.quæst.23.Rosar.Busti.1.part. quæst. 28. Adrian.in 4.de restit.c. de quęsi.in Ludo. Medina de restit.quæsti.21.Castro,de lege pœn.lib.2.cap.2& Syluest.& alij sum mistæ Soto,de lusti. & iur. & per Michaelem Salom.co.lib.de iust. & iur. vbi faciunt capitula de Ludo, rationes autem prohibendi † ludos describit Medina vbi suprà.q. 22. quæ licet, iustissimę sint, nulla tamen ludos de se malos,& ob id prohibitos esse concludit,secundum eundem, sed propter mala quæ ex ludis proueniũt ex accidenti prohibentur,quæ mala tot sint,quot puncta in taxillis,secundũ Florent.vbi supra §.16.peccata circa ludum frequẽtissima, ex quibusdam Hostiẽsis versibus, iã suprà proposuimus,& cum ex ludo tot mala proueniant,merito dixit Chrysostomus,super Genes. quod diabolus dat ludere nõ Deus,quẽ refert Thom.vbi suprà artic.2.& Medina,quęst.21.colum.2. vides igitur iure diuino naturali canonico ciuili,& Regio ludum prohibitum regulariter, ita vt non immerito dixerimus ludere non licere nisi in casibus à iure expressis. Quorum casuum primus est causa † alleuandi laboris,vt iam dictum est,& deducitur ex text.in cap.continebatur,& in.ca. frequenti vbi gloss.ludere, de homici.vbi Abb. & Ana. norant eleganter per Socin.consi.16.volumin. 2.quod eo verum est vt dicit Aristot.Ethico. cap. 6. quod ob istam causam ludere sit virtus,quẽ refert,&probat Thom. vbi supra,articul.4. & sicut somno & cæteris dictis,ita ioco, & ludo vtendum est, est enim sicut sal in condimentis,& sic fecit Sactus Ioannes,vt in hoc retulimus titulo, & late Stephanus Costa in tractat.de ludo. §.2. numer.3.cum.4.sequentibus artic.1. Sic Octauianum Augustũ vt dicit Suetonius de eodem, capit. 85. & tradit Alexand.ab Alexand.lib.3.Dier.Genial. ca.21. in fin.sic etiam fecisse Scipionem Africanũ. Catonem Censorinũ, Alexand.Seuerũ, & plures alios inter quos numerat Scęuolam iurisconsultum, in qua re non debet fieri distinctio ludi fortunæ aut industriæ, licet secundum Nauarr.in dict. cap. 19. num.3. versicu. imo sine vllo, ludus, qui ad animi relaxationem fit, tanto aptior est,quanto magis fortunę,quã arti & industriæ nititur, quia intentionem animi magis remittit, & ita contra Vulgi opinionem omnium ineptissimus est ludus latrũculorum, quem Itali Schacorum, Hispani Axedrez, † & Galli Eschez, vocãt, quia is minus quam alij animum relaxat, vt & inquit Caieta.super Thom.2.2. quæst.178.arti.3. Pestilentemque esse † scholaribus inquit Albericus in Authi. interdicimus, de Episco. & cler.quãuis magis liceat, quam aliquot alij, qui lege probentur, iuxta gloss. receptam,in dict. Authe.interdicimus C. de Episcop.& cler.& gloss.in cap. clerici.2.vbi Abb & alij,de vit. & honest. cler.& sic causa relaxandi animum licet ludere, & hoc pro primo casu dũ tantum limites, & dicas esse verum, si in die festo non omittatur præceptum † videndi ac audiendi missam, neque itidem adsint hinc inde inter ludentes verba inhonesta, neque excedatur modus licitus in ludendo, vt & in hoc diximus titulo. Secundus, vero casus est in quo licet ludere,scilicet, causa exercendæ † virtutis,vt dicit text.in.l. Athletas in princi. vbi Angel. Perusi. hoc notat. ff.de ijs qui not.infam.& in.l.solet,& in. d.l.alearum vsus, & probatur ex Aristotel.7. politicorum, capi. 17. tradit Stephanus Costa in tracta de ludo articul.1. §. 2.num.3.cum sequen.& artic. 2. in princi.num.22,& Soci.dict.consi.16. dicens quod licet mors alicuius sic ludentium sequatur non imputatur inferenti illam, eó quòd dat operam rei licitæ per text.in capi. exhibita de homicid.& hoc nisi studiose id faciat, & extra naturam ludi, ex text. etiam Notab. iuncta gloss. secundum Bald. in. l. si ex plagis. §. cum pila. ff. ad leg aquil. vbi text. notat an in ludo pilæ liceat vnum alterũ superare viribus, & facit quod notatur in. l. in executione de verb.oblig.§.fin. quod Bald. notat pro duobus præliãtibus si vnus fregit † crus alteris an teneatur,& vide in. l. qua actione. §. si quis ad leg. aquil.&.l.nam ludus eod. tit. & vide Angel. in. l. 1. C. de ficar. qui dicit ꝙ si duo ludant in colluctatione, vel ad brachia,& vnus habeat gladium accinctum, vel falcem,& colluctans in cautę percutiat manum ad falcẽ, vel gladium,& moriatur, si ille qui tenebat accinctũ gladiũ puniatur, † & dixit quod sic, Allegat.c. continebatur de homicid.in glo.vbi habetur, quod si clericus esset non posset promoueri ad ordines, non tenebitur tamen de occiso, sed extraordinariè punietur per texr.in cap.lator.de homicid. secundum Angel.vbi supra, refert Paris de Put.in tracta.de lud. in princip. numer.55.in dict.volum.7.tract. Doctorum,& Auend.in cap.16.præt.numer.13.lib.2.& alios plures Doctores refert Carrerius in practi. §. homicidij el.1.numer.6.vbi nume.7.an tunc extraordinaria pœna debeat esse corporalis,† & crederem quod non,quia vbi ex causa receditur, à pœna legis ordinaria, extraordinaria imponenda non debet esse corporalis, prout contra Auenda.resolui.in.l.27.titu.6. lib.3.suprà,numer. 3. & de istis tradit Cæpola in.l.si fugitiui nume.29.cum 4.sequentibus.C.de seru.fugit.& Couar.in clem.si furiosus.2.part.§.2. col. 1.&. 2.& quid erit cum duo currentes seobuiant, † vide Antoni. Gom. tom.3.cap.3.nume.25. Sex species ludorum qui exercendæ † virtutis causa liciti sunt, ponit. text. in dict.l.solent,& quinque dict.l. alearum vsus, innumeras autem species ludorum in quibus ludus exercetur,ponit Alexand.ab Alex.lib.5.dier.genial.cap.8. & aliquos Amedeus de Syndica. foli. 69.numer.92.in plurimum tamen,in ijs ludis qui virtutis exercendæ gratia fiunt, pretium non solet esse magnum,quia non pecuniarium certamẽ agitur sed virtutis, vt dixisse fertur, Tigranis Artabani filius, vt refert Polidorus Virgilius lib.2.de inuentione rer.cap. 13. colum. 2. licet in pecunia ludi solet,vt in dict. l.solet non tamẽ vltra vnum solidum licet ditissimi sint ludentes, ex dict. l. alearum vsus quod si vltra solidum ludatur quanuis possit peti,vt ibi habetur, & infra dicetur,in conscientia tamen,nõ debet de necessitate restitui, secundũ Bartolom.Fum.in Armil.aurea verb. ludus numero.6,dicentem hanc esse communem opinionem declaratq; illam Couarru.in dict.Regu.peccatũ 3.part.cap.3.colum.3.fol. 63. Tertio, & principaliter ludere licet ratione Vrbanitatis † affabilitatis,& conuersationis, secundum Tho. dict. quæst. 168.artic.4.ex Aristotel.lib.2.Ethico. &.4 cap. 8. dicente quod sicut abundantia in ludo, & excessus est vitium quod mollities appellatur,& iterum in libr.7.Ethic.cap.7.in fin. ita & defectus,qui enim nunquam ludũt,nec ioco indulgent,rustici, duri, agrestes † ab Aristotele appellantur,& à Tho. molesti.qui verò exuperant, & excellunt molles, & ridiculi & scurræ ab Aristotele dicuntur,capi. 8.inter hæc ergo extrema, Vrbanus, & affabilis appellatur, & Eutrapelia vocatur ab eodem Aristotel.id est vrbanitas, & affabilitas prout Thom. & alij suprà, relati declarant,& Soci.dict.consi.16. lib.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib. 2. probantes hanc ludendi causam vrbanitatis, ex qua, vel alia simili dicebat Nauar. in dict. cap. 20. Manu. num. 4. vbi nume. 2. inquit quod longe tamen, & frequentius in ijs peccatur per excessum, quam per defectũ. Sed ijs obijcitur, nam virtus omnis
27 Moralis versatur circa difficile, † & in passionibus delectationibusque exhibendis, in doloribus, & aduersis tolerandis æquo animo, vt per Thom. 1. 2. quæst. 56. artic. 4 & quæst. 60. per totum, vbi inquit, quod castitas est circa delectabilia ciborum, temperãtia circa concupiscentiã, & alia multa id genus, sed in ludo nullum horũ adest, nullum vitium comprimitur, vt enim dicitur, est virtus placitis abstinuisse bonis, ergo ludere non est virtus, & vt inquit Lucas de Pen. in l. 1. C. de expens. lũdo. lib. 11. per text. ibi, ludus virtium voluptatis adscribitur, igitur vitium & non virtus ludus dici debet, huic tamen difficultati, Gerardus de Odone super Aristotel. dict. cap. 8. Respondet dicens, necesse esse, quando extrema sunt vitiosa, nẽ pe semper ludere aut nunquam ludere, vt in medio cõsistat aliqua virtus,
28 medium autem, † inuenire inter duo vitia, nempe hanc vel in illam partem inclines perquam difficile est, ex eo. Aristotel. 2. Ethico. capit. 6. & 9. & ex glossi. in capit. charitas. §. hæc quæ de pœniten. distin. 2. maximè in hac re, quo fit, vt si aliter quam laxãdi animi, aut virtutis exercendæ causa, aut præter
29 † vrbanitatem ludatur, vitium sit, vt inquit Thom. in 2. senten. distinct. 4 articu. 5. in habente charitatem recreationis causa ludere esse meritũ, vt refert Sylvest. verb. ludus, quæst. 1. Caueant ergo omnes cum nulla sint periculosiora vitia, nẽ decipiantur specie recti: vitia enim virtutes se esse mentiuntur, vt inquit text. in cap. fæpe 47. distinctione, neque vt Scholastes Eutrapeliam seruent, substãtiam, & patrimonium tempusque, (quo nihil est perniciosius) perdant, prout declarat Rebuf. de priuile. Schol. super Auth. habita. C. ne filius pro patre requisito. 11. Quarto ludere licet † in
30 natali Domini festo, vt inquiunt Ioã. Andr. & Calderi. in ca. clerici, de vit. & honest. cleri. quem sequitur, Salicet. in dict. l. alearum vsus, & additio. capellæ Tolosanæ decisione. 192. dicens hoc bene practicari, & Augusti. de Arimi. in additio. ad Angel. de malefi. vbi suprà, in parte metidori de malidadi, & Amedeus de Castello de Syndi. numer. 96. ex eo quod non est maior ratio prohibendi tunc ludos, quam comedendi carnes in sexta feria, quod est prohibitum, vt in cap. de esu carnium, de consecratione, distinctione. 7. propter tamen infesti excellentiam si in hac Sexta Feria Natiuitatis Dominicæ festum venire contigerit, carnibus vesci possumus, in. c. fin. de obseruatio. ieiun. ergo ob eandem causam præceptum de non ludendo potest solui, vt ait Costa dict. tracta. de ludo vbi suprà, colu. 2. quod eo verum est quod Ioan. Andr. dicat
31 lucratum † in eo festo non esse restituendum de quo infrà, hac lege dicẽdum est, an lucratũ in ludo subiaceat restitutioni. Quinto, & principaliter ludere licet in conuiuio, aut vescendi causa, † vt dicit. l. fin. ff. de aleæ lu
32 su. & aleato. quem text. allegat glossi. in. l. fin. §. 1. ff. quar. rer. actio non detur, & glossi. in cap. Episcopus. 35. distinctio. Salice. in dict. l. alearum vsus numer. 5. & Nauar. in Manua. dict. ca. 20. numer. 4. Sylvest. verb. ludus quæstio 4. Armilla aurea. num. 4. & probatur in. l. 10. infrà isto titu. & lib. & glo. 2. in dict. l. fin. ff. de aleæ lus. & aleato. quod an liceat etiam clericis tradit Socinus in cap. inter dilectos. de excess. prælat. num. 30. vbi inquit, quod si voluptatis causa faciant, non est ei permissum, secus alias, & Puteus vbi suprà, nu. 13. per tex. in cap. non oportet, &. c. fin. 44. distinct. quæ iura nihil probant, cum symbola, & comesalia de quibus ibi, tam sint prohibita laicis, quam clericis: hic autẽ ludus, nemo negabit, quòd sit permissus laicis, ergo & clericis ex dictis per Nauar. dict. cap. 20. num. 4. Debet tamẽ
33 talis ludus esse in parua quantitate † ex gloss. in. l. si filio. §. si in alea. ff. quarter. actio. non det. dum dicit, vnum caponẽ, prout ex ea colligit Ioan. Baptist. Caccialup. vbi suprà. n. 28. & Put. vbi suprà, nu. 14. dicit cõmunẽ teneri Sylvest. vbi suprà. q. 4. quod & probatur ex. l. 10. infrà, isto tit. & lib. tamen in summa duorũ regaliũ id permittẽ te fieri. Sextò, & principaliter ludere permissum est, in modica quantitate
34 † etiam si non sit ad vescendum, vt probatur ex. l. 11. infrà isto titu. & lib. eò quòd ea quæ de sui natura sunt mortalia, & illicita ex imperfectione
35 obiecti, vt si cõtra fiat in re minima † non sunt mortalia, secũdum Thom. 2. 2. quæst. 88. arti. 5. & 6. & 2. 2. quæst. 33. artic. 5. Sylvest. verb. peccatum, quæst. 3. Nauar. in cap. inter verba. ii. quæst. 3. Corolla. 20. & in Manua. ca. 11. nume. 4. & in nostro proprio casu idem Nauar. in Manua. Hispan. capi. 19. numer. 9. & Castro deleg. pen. lib. 1. c. 7. colum. 10. ex quo etiam sequitur, iuste in dict. l. regia. 11. infrà, cod. caueri, vt paruam quantitatem ludẽtes non puniantur, quo fit, vt magna summa, aut quantitate ludere non liceat inspecta quantitate, & conditione ludentis, vt inquit Sylvest. verbo. ludus quæstio. 4. quæ tamen quanta debeat esse de iure communi in ludis licitis, declarat text. in dict. Auth.
36 alearum vsus. C. de religio. & sumpt. fun. dicens quod potest ludi † vnus solidus, & ita communiter intelligitur, secũdum Ioã. Baptist. Caccialup vbi suprà. numer. 28. & Parid. de Put vbi suprà, num. 14. quamuis Odofred. ibi dicat, literam esse corruptam, debereque legi, duos solidos, ideò vult, duos aureos, aut ducatos posse ludi in ludo licito, sed communiter non tenetur secundum Ioan. Baptist. vbi supra qui exponit quanti sit solidus, de quo est videndus Couarru. libr. 1. Varia. cap. 11. & in tracta. de monet. & Oralora de nobilit. 2. parr. capit. 4. nume. 13. cum sequentibus, colligitur ergo in superioribus sex casibus licitum esse ludere, nempe recreationis causa, & exercẽdæ virtutis, & propter vrbanitatem, & in festo natalis Domini, & causa vescendi, & in modica quantitate, extra quos casus qui ludunt committunt, & delinquunt contra illas sex leges, nempè diuinã, naturalem, canonicam, ciuilem, & regiam, & communem Theologorum doctrinam, vt resoluit Thom. 2. 2. q. 168. artic. 2. & hoc ob plurima damna obuenientia ex ludo prout in hoc diximus titulo, regulariter prohibe-
37 tur ludus: Damnaque † tripliciter cõsiderantur. Primo spiritualiter, cò quòd adest in ludo damnum spirituale, quo nomine prohibentur ludi minorum, & histrionum prouocãtium, circunstantes ad turpitudinem cap. nec solo. 33. quæst. 5. l. solẽt. ff. de aleato. D. Authen. alearum vsus, latè Costa de ludo. §. redeo ad rem num. 18. cum sequentibus volum. 7. tracta. Doctorum. Secundo consideratur damnum corporaliter, id est corporale
38 damnum, † vt quando in tali ludo vita, vel salus periclitatur, vt habetur in pluribus capitulis tituli de homic. extra & de torneamentis, & de sagittarijs, vbi sub excõmunicatione prohibentur torneamenta, hastiludia & Sagitæ, in quibus ludentes periclitantur, maximè in cap. 1. de torneamen.

cap. ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. ad audientiam de homici. vbi tamen experientia teste ludentes non periclitarentur, non prohibentur, & sic intelliges communē assertam per Clar. in verb. Ludus, nu. 4. aliud, & ter-
39 riū damnū † est tēporale, quo nomine prohibentur ludi aleatū, & omnes quos vocāt fortunæ cū in his nisi prudenter, & moderate ludatur, bona tē poralia, & necessaria familiæ plurimo periculo exponuntur.

Ibi. *Y qualquier que los jugare.* Ergo in
40 inspectore aliud esse videtur, † nam qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundū tempus verbi l. in noxalibus. §. in delictis. ff. de noxal. hic dictio illa, *Qualquier*, adiungitur verbo illo *jugare*, ergo debet intelligi in illo, qui tunc ludit, inspector autem nō ludit, igitur, non cōprehēdetur, & quia verba sunt in potiori, & proprio significato accipienda, & sic inquit Nauarr. in Manu. Latin. c. 20. n. 17. vers. ad quartum, quod inspector ludi non peccat
41 contra legē † iustitiæ, eò quod nō admonet ludentes errare computando, vel non capiendo priorē locum, si id nō promisit. Et ideò quanuis aliquādo peccaret cōtra legē charitatis, nō tamē tenetur restituere ad id enim sola lex iustitiæ obligat, nihilominus tamen distinguendum cēseo, quod aut
42 loquimur de solummodo † inspicientibus ludum, & tales licet per text. in dict. Auth. aleatū vsus. C. de religios. & sumpt. fun. & text. in Auth. interdicimus. C. de Episcopis, & cler. prohibeantur etiam, ita vt inspicere ludos non liceat. & puniendos dicat Aules cap. 29 præt. verb. Tableros. nu. 4. extraordinariè, & Auend. ca. 9. præt. nu. 3. lib. 2. & Marant. in practi. titu. de iuramen. & eius diff. & vsu nu. 35. tamē
43 ego teneo † non esse puniendos nisi prius moneantur, tum quia non est lex in nostra Hispania puniens hos inspectores, tum etiam quia ad incurrēdam pœnam ex facto prohibitiuo, vel negatiuo, vt non liceat inspicere ludentes, tūc demum incurritur pœna si monitio præcedat, ex doctrina Innocen. in cap. extirpandæ. §. quia verò de præb. Quam commendant Bart. & Docto. in l. 1. C. de ijs quib. vt indig. Deci. consi. 2. & Alexan. & Rip. l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. communis, secundum relatos ab Anton. Gom. tom. 3. Varia. cap. 9. nu. 9. in medio, & sic monendos prius esse iudico inspectores tales, vt puniri possint nostri tex. pœna: nisi aliud de consue-
44 tudine † aut statuto esset dispositum & vsitatum prout Senis adest statutum de hoc, secundum Ioan. Baptis. Caccialup. de ludo. num. 32. vers. Septima quæst. est, vol. 7. tract. Doct. aut vero vltra hoc ꝙ inspectores sunt, participes etiā sunt ludi, vt quia spon-
45 siones † faciunt cum ludentibus, vel se interponunt cum eis, quod dicitur *Atrauessar*, vel alicui ex ludētibus præbuerunt pecunias, vt luderēt pro eis, tunc enim punirentur vtique, quia lusores sunt, & participes ac socij ludi, tum quia fieret fraus legi, dū quis per se ludere non potest, si posset alteri dare pecuniam vt pro se luderet, item quia quos facinus par coinquinat & æquat, par pœnā comitari debet. l. etsi quenquam in fin. C. de episco. & cler. tum etiam quia si quis iurauit nō ludere, & dedit pecuniam ludenti, vt suo nomine ludat à per-
46 iurio minime excusatur, † secundum Guillie. Bald. & Fulgo. in dict. Authentica interdicimus, & Caccialup. vbi supra quæstione. 13. nume. 67. & additio. Bern. Diaz, in practic. capit. 70. aleatores, sub additio. participes. Vbi allegat Cyn. & Bald. ita tenentes, & tenuit idem Bern. Diaz, ibidem numero. 5. & Paris de Put. de ludo, numero. 20. & 57. in principio, fol. 154. tract. Doctorum, volu. 7.

etiam

etiam si Caccialup. vbi supr. quæs. 14. num. 68. dubitet de hoc, & qualiter
47 puniebatur compellens socium † ad ludendum vide Menochi. casu. 399. nu. 12. & 13. de arbitra.

Ibi. *Por la primera vez, pague seyscientos maranedis.* Iure ciuili ludens nulla pœnā puniebatur, ex text. in Authē. aleatum vsus. C. de religio. & sumpt. fun. vt not. Auend. ca. 9. præt. num. 3. lib. 2. & Clarus, in praxi verb. Ludus, nu. 6. vbi tamen inquit quod & tunc arbitrio iudicis erant puniendi secūdum facti, & personarū qualitatem, & sic pœna arbitraria esse puniēdos, prout, & fuit opinio cuiusdam practici relati per Caccialup. dict. tract. de lud. nu. 61. & per Menochi. de arbitr. lib. 4. casu. 399. num. 7. & 8. Sed verius
48 est nullo iure ciuili puniri aleatorem † vltra restitutionem lucratorum, nisi cum taxillis falsis & tabulis adulterinis luderet, iure tamen nostro regio punitur, vt vides ex. l. nostra, & seq. iure vero canonico, si lusor est
49 clericus † beneficia non potest obtinere, & vbi ei conferuntur collocatio est nulla. ex. ca. 1. 34. distin. & Doctores in ca. inter dilectos de excessibus prælat. etiam si nunquam fuerit monitus, vt desistat à ludo ex cap. inter dilectos iuncta gloss. de excess. prælat. vbi Abb. inquit quod collatio facta tali est nulla, si de hoc constabat, tanquam facta vili & indigno. Sed si non constabat quia erat occultus debet irritari, quod vltimum sibi displicere optimè inquit Bern. Diaz in practi. Cano. cap. 70. aleatores, numer. 6. nam si hæc est pœna aleatoris publici quomodo occultus aleator ea punietur? Sed si iam est beneficiatus talis
50 clericus aleator, mitiori pœna plectitur, nisi monitus † perseueret, nam tunc ex perseuerantia, & renitentia priuari posset beneficio, ex tex. in. ca. 1. 35. dist. qui text. non bene hoc pro-

bat, vt aduertit Bern. Diaz in dict. nu. 6. Sed vt cunque sit, hodie tamen ar-
51 bitrariè puniuntur inspecta † consuetudine ludentis, & quantitate ludi, loco, & tempore & scandalo, vt inquit optime Bern. Diaz dict. num. 6. & ibi gloss. ab obtinendo beneficio, & gloss. portres. l. 57. titu. 5. part. 1. Sic etiam iure canonico, si laicus esset in foro Ecclesiastico puniēdus, est enim crimen ludi mixti fori, vt per Auend. dict. cap. 9. num. fin. & Angel. & alios relatos per additio. illam Bern. Diaz, tunc lusor punitur pœna priuationis communionis, ex capit. 79. habito in Elibertina Synodō, deinde pœna ar-
52 bitraria arbitrio † Episcopi punitur, secundum additio. illam Bern. Diaz,
53 vbi suprà, ego tamen, † vt & inquit ibi additionator ipse, in forensibus actionibus apud Hispanos hoc receptum non est nec vidisse vnquam iudices Ecclesiasticos ratione huius criminis contra Laicos procedere, neque ego itidem vidi, nisi cum reperiūtur ludendo in die festo dum diuina celebrantur officia in publico, vel in campis, quod non solet fieri nisi per vilissimos homines, & solent leuiter puniri per hos Ecclesiasticos, scilicet damnāt eos in tot nummos pro illuminando sanctissimo Sacramēto, vel pro sancti alicuius imagine facienda, vel reparanda opera alicuius Ecclesiæ, & si tales laici in suo foro conueniuntur legis nostræ pœna imposi-
54 ta pro prima vice imponitur eis † & condemnatur in ea. Sed quid si pluries lusit quis in vna die cum pluribus continuato tempore, vel cū vno pluribus vicibus an punietur vna pœ-
55 na, vel pluribus, † & sic pro prima tātum vice, vt hic dicitur, vel an & pro secunda & tertia, & in hoc dicēdum est, ex Bartol. in l. inficiando. §. infans ff. de furt. quod vna tantum pœna puniatur, quia est vnus ludus, qui sem-

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per videtur in fieri donec sit conclusus, nec aliquid in illo videtur perfectè quæsitum propter volubilitatẽ ludi, nisi quando recedunt à ludo, quia frequentia ludi non iudicatur ex vni co actu ludendi continuato vna die sola, etiam si varijs ludis, & varijs, & diuersis cum personis ludat, sed ex diuersis temporibus ita vt constet hũc consueuisse in ludo vitam agere, ex dicta Bartol. doctrina in dict. §. infans vt ex eo notat Caccialupus in dict. titul. de ludo numer. 69. & Maria. Soci. Senensis, consil. 33. numer. 9. volu. 1. & eis relatis Menochi. de arbitr. libr. 4. casu. 399. numerõ. 21. Ex quibus infert Caccialup. ibidem ex Bart. consi. incipienti inter Nicolaum, quod stato stante, quod si quis dixerit alicui verba iniuriosa pro qualibet vice puniatur in tanta pœna, debet intelligi
36 scilicet ex interuallo, † sicut in blasphemante diximus, super titu. *De los blasphemos*, istius lib. Sic & inquit Soci. in dict. numer. 9. & prius in numer. 8. in fin. quod si scribarius fuerit cõstitutus ad certa viagia, quæ possunt fieri sub vno viagio, omnia viagia reputãtur pro vno † & ex hoc ego infero,
57 quod non debet habere pro eo plura
58 salaria. Sed vnum tantum, † quod est contra id quod iniustissimè quotidie alguazelli iudicum committunt, quia cum ad vnum ex populis, vel ad plures vno viagio eunt pro capiẽdis aliquibus personis, ab vna quaq; persona volunt iter integrum percipere & sic plura iura capere cum vnum tãtum iustè accipere debeant pro illo die diuidendum inter personas illas, sic & si quis continuato tempore ex eodem aceruo frumenti tres vel plures saccos frumẽti subtraxerit, vel cõ
59 tinuato tempore, † varias res furatus fuerit, vnum furtum dicitur, & non plura. Ex quibus infero male dixisse Auiles in cap. præt. cap. 29. num. 4. non percipiendo bene mentẽ Bar. in dict. §. infans, inquit enim Auiles, quod si quis vno die luserit pluribus vicibus duo regalia sine interpollatione cum pluribus lusoribus, & perditis primis duobus regalibus extraxit alia duo regalia, & perdidit incurrit in pœnã ludẽtis amplius quã duo regalia, quod est optimũ ad. l. 11. infra isto titu. si verum esset, ex dictis tamẽ
60 credo nõ esse verum † nam cum isto sic ludens non recesserit à ludo, sed continuatim, & sine interpollatione & interuallo temporis intermedio luserit cum vno vel pluribus, non potest dici alius ludus, sed idem, & cum possit durante ludo recuperare amissa, & nihil perdere non est puniẽdus pœna dictæ legis punientis ludentẽ amplius quam duo regalia, nam illa lex est intelligenda quoties ludens recessit à ludo illo, neque illum continuauit, & sic eo recedente post ex interuallo, incepit alium ludum, non vero si nunquam recessit, etiam si cũ pluribus luserit, ex dictis, & quia continuatim dicitur fieri, quod iteratur, & potest dici vnum licet aliquo interuallo tempore celebratum fuerit, dum modo ad extraneos actus non fuerit deuentum per not. 2. quæst. 6. arguta. Et in cap. cum olim de caus. pos. & in cap. cum causam de electio. & alia plura relata per Soci. dict. consil. 33. nume. 10. vnde secundum eum ibi. Eadem & vna potest dici nauigatio, licet ad varia loca, & ad varia via-
61 gia † debeat quis ire, ex quo viagium non habetur pro complemento, & absoluto, & ideo debent dicta ab Auiles vbi suprà, procedere quando quis ludo perfecto recessit ab illo, & post incepit alium ex interuallo, non vero alias, & ita videtur ipsum Auiles loqui ex dictis per eum in nu. 5. in prin.

Ibi. *Y por la segunda.* Nota verba hæc nam præsupponunt debere constare, vt se-

vt secũdę vicis pœna imponatur ludẽti, quòd pro prima fuerit iam cõdem
62 natus †, secus vero si non constaret, vel esset dubium, nam tunc etiam si pluries luserit nõ cõdemnabitur nisi pro prima vice, nam nõ dicitur secun
63 da cum prima non antecedit, & ideò plures vices sine sententia non habebuntur in consideratione †, ita Auenda. c. 9. præto. n. 10. lib. 2. & ideo denũtians aliquẽm lusisse, vltrà summam à lege taxatam secunda vice probare debet pro prima vice fuisse denuntiatum, & condemnatum, aliter non punietur pro secunda vice, sed pro prima, etiam si denuntiatus nihil probauerit, cum actore non probante reus
68 etiam si nihil præstiterit sit absoluendus ex. l. actor quòd asseuerat de probatio. & nota quòd ex noua lege apposita pro lege. 13. infra isto tit. & lib. est aucta hæc pœna pro prima & secunda vicibus, & pro tertia vt ibi.

Ibi, *Diez dias en la cadena.* Continuos intellige quia tempus à lege inductũ continuũ est, vt alibi diximus, & habes hic text. probantem, iure nostro
64 Regio carcerem † etiam pro pœna & in pœnam imponi, vt diximus in. l. 15. tit. 6. nu. 9. libr. 3. suprà.

Ibi, *Que lo pueda demandar a quien se lo ganare.* Hic determinãtur iam opinio
65 nes contrariæ an † esset locus repetitioni huic, de quibus per Costam de ludo art. 3. n. 1. cũ. 3 sequenti. fol. 167. vol. 7. Tract. Doctorũ, vbi hoc intelligit quo ad ludos prohibitos, sed quo ad permissos indubium est non esse locum repetitioni dum tamen cesset fraus & leges ludi seruentur & cum potestate ludere, & Caccialup. Tract. de lud. n. 37. cum sequent. aliquib. fol. 158. volu. 7. Tract. imo & filijs compe
66 tit repetitio pro † amissis à patre in ludo illicito vsque ad eorũ legitimã, secũdum Bal. l. 1. C. si quis in fraud. patroni. Iaf. in. l. fin. ẽ. in fin. ff. de præs.

verb. & in. l. si constãte. n. 158. ff. solut. matrim. Vbi latè Lancelotus, Decicol. 8. & nimirum, nam vt inquit glo. deducendos, in. c. Rainutius, de testa. filius creditor est patris quo ad legitimam ladeò vt donare vel alienare nõ
67 possit, nisi titulo oneroso patrimonium, vt & per Barto. in Auth. de hæred. & falc. colla. 1. §. si quis vero. late, Ioan. Dilecti, de arte test. tit. 3. caut. 17. addit. Alex. consi. 45. lib. 1. in fi. & Put. in Tract. de lud. n. 52. vbi inquit, quæsita in ludo adquiri titulo lucratiuo. Sed hęc in practica rarissimè aut nunquam eueniunt.

Ibi, *Hasta ocho dies.* Ex Auth. alearũ vsus. C. de religios. & sumpt. fune. vsq; ad. 50. annos † dabatur hæc repetitio, in quo tñ articulo, Maria. Soci. in. d. c. inter dilectos. nu. 44. &. 45. de excess. Prælat. & co relato Ioan. Bapt. Caccialup. in Tract. de ludo. n. 42. in volum. 7. Tract. Doctorũ distinguebant quòd aut quis valebat intẽtare condictionẽ ex illa Authen. & habebat locum ibi dictũ, aut volebat agere ratione falsitatis cõmissæ in ludo, quia posuit falsos taxillos, & querela falsi durat per viginti annos, vt in. l. querela. C. de fals. aut vult agere actione de dolo, quia ludus fuit in se permissus, sed per dolum vnus vicit, & hoc casu contra dolosum de eo, quòd non peruenit ad eum, durat actio biennio, de eo autem quòd peruenit ad eum competit actio perpetuo contra eum, ex. l. itaque. ff. de dol. & contra hæredẽ eius, de eo quòd ad ipsum hęredẽ peruenit datur actio de dolo, etiam in perpetuũ, vt ibi, si vero vellet agere ad recuperationẽ alia cõdictione, duraret spatio lõgissimi tẽporis, secũdũ quę traditur in. l. oẽs, & in. l. sicut. C. de præscriptio. 30. ann. inquit tñ Caccialup. d. n. 42. in his verbis sentire Marian. Soci. vbi sup. speciale esse
69 † in cõdictione ex illa Auth. alearum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsus vteduret eius vita vsque ad. 50. annos, quasi secus sit in alijs actionib⁹ quæ competerent ad repetendū perdita in ludo. Sed ipse Caccialup. dicit quod attento, quod quacūque actione cōpetenti pro qua ludēs repetere posſit, quod perdidit, experiri poterit isto casu ſpecialt, vſq; ad. 50. annos, vt inquit tex. in. d. Auth: alearū vſus, ibi, cōpetētibus actionibus. Hodie tñ ex
70 l. noſtra octo dies † ad repetēdum dā tur ſecundum Auiles, ca. 29. præt. glo. ſin. num. 5. & Auend. ca. 9. præt. num. 5. lib. 2. Crederem tamen hodie dura re dicta tēpora antiqua cum agitur, ad repetitionem ratione falſorum ta
71 xillorum, † vel ratione doli comiſsi in ludo, quia lex noſtra tātum loquitur quoties repetitur id quod lucratur generaliter diſponendo, & ſic quoties ſolum petitur, & repetitur lucratum ratione ludi perditum, vltra ſummā taxatam, non verò ſi ſpecialiter ex falſis taxillis, vel ex dolo, & hoc quia ſpecialia nō debent corrigi per generalia, ſed potius generalia per ſpecialia declarari, quia generale nō derogat ſpeciale, ſed potius è contra, vt in ca. generi per ſpecié de reg. iur. in. 6. & notandum quod inſpectori, & ſponſori in ludo competit etiam hoc
72 ius repetendi, † ſecundum Bēuenut. de mercat. titu. de ſponſio. 2. p. nume. 30 &. 31. Eſt tamen in propoſitum ſingulare dubium an ſi iſte qui perdidit, non repetit intra hos octo dies, qua de cauſa, ſecundum legem noſtram inſequentibus verbis quilibet de populo admittitur ad repetēdum illud, ſi neque aliquis de populo petierit, admittetur etiam tanquam quilibet
73 de populo ille, qui perdidit illa, † & Auenda. dict. cap. 9. præt. nume. 5. lib. 2. inquit quod ſic, ex gloſſ. in capi. cupientes. §. quod ſi per viginti verb. expectari, de electione in. 6. nam ſi comparet etiam tanquam alius iure communi auditur, neque videtur iure cōmuni renunciare, iuxta ea quæ cumulat Feli. cap. 2. col. 7. de conſt. & hanc cū Auend. tenet opinionem Gutier. de Iuramēto Confirmatorio. capi. 53. num. 3. contrarium tamen tenet Auiles dict. cap. 29. glo. ſin. in fin. quia per dictum tempus octo dierum eſt præſcriptum contra eum in foro conſciētiæ, & iudiciali, item quia cum quis vna via non poteſt admitti, & ſic tanquam pars principalis lapſis ijs octo diebus, neque vt quilibet de populo admittetur, eo quod cum quod vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, ex capit cum quid do Reg. iur. in. 6. Item in defectum partis ipſius, vel alterius de populo, lex noſtra vltra duos menſes ex. l. 10. infra eodē admittit iudicem pro fiſco, vt fiſco applicetur lucratū, igitur iam alios excluſiſſe cēſetur, & idem quod Auiles voluit D. Perez, in. l. 2. titu. iſto *De los tahures e jugadores*, lib. 8. Ordinamen. Sed an intra hoſmet octo dies
74 legis noſtræ debeat quilibet de populo, admitti, † & non poſt, dic quod non, ſed eis elapſis, & non intra illos admittetur hic de populo, & eo negligente, Putà quia tranſierunt octo dies, & eis elapſis nullus de populo petijt, poterit iudex ex officio procedere, ſaltim diebus tribus elapſis poſt octo illos, in quibus tribus diebus nullus de populo petijt, argumento tex. & eius materiæ in. l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & ſunt hæ meæ conſiderationes. Habes tamen nouiſsimè diſpoſitum ex. l. 13. infra iſto titu. ex pragmatica quadam anno. 1575. Madritij facta per Philippum noſtrum eſſe ſtatutum quod amittens in ludo, ſi eſt maior. 14. ann. non poteſt amiſſum repetere etiā intra hos octo dies ſi pro tertia vice denuncietur de eo, ſecus ſi pro prima, & ſecunda, nam pro iſtis repetitioni locus eſt.

Ibi.

Ibi, *Digne lo ganado sea tenido de tornar lo que assi ganare*. Ex ijs verbis videtur probari, lucrata in ludo prohibito eſſe omnino reſtituenda, verbum enim illud, *sea tenido*, obligationem inducit 77 qui ergo obligatus eſt, nihil ſibi adquirit, nec dominium in ſe transfert, dominium enim non transfertur, niſi per modos à iure ciuili inuentos, &
75 diſpoſitos † & ex titulo habili ad ſimilem translationem, ex congeſtis per Anton. Gom. in. l. 45. Taur. nu. 5. & 7. ſed cauſa adquirendi dominium in re luctata ludo prohibito eſt à iure prohibita per tex. in. l. 1. ff. de aleator. & in Authent. alearum vſus C. de religioſis. & ſumpſun. & cap. clerici. 1. de vita, & honeſtate clericorum. & legē noſtram in præſenti, ergo cum Dominium per ſupradicta nō transferatur, reſtituere lucrans hic tenetur, tam in foro fori quam poli, item ratio, quam Couarr. in regu. peccatum. 2. p. §. 4. n. 1. aſsignat à l iuſtificandum lucrantes in ludo prohibito à reſtitutione lucratorum, ea eſt, ſcilicet, quod vide 78 tur inter ludentes pactum & conuentionem fieri conditionalem, vt cui alea hoc vel illo modo contigerit, alter teneatur appoſitam pecuniam reddere, & conuentiones partium ſunt obſeruandæ, neque reſtituendū ex earum virtute adquiſitum, ex. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſit. cap. 1. de pact. hæc enim ratio impugnatur ex eo quod, quia non qui liberè poteſt donare, poteſt ex reprobata, & iniuſta cauſa aliquid promittere, aut dare vt in contractu vſurario, & ſimilibus ſed cum cauſa ludi iniqua & injuſta aiu dicetur, ceſſat dicta ratio Coua. & ſic eam impugnat Sarmiēto relatus per Humada. l. 12. ti. 20. parti. 1. in glo. 2. n. 12. quasobres Doctores Iuriſtæ, & Theologi plurimum torquent capita ſua num adquiſita in ludo prohibito
76 ſint reſtituenda tam in foro † fori, quam poli, & vt hanc quæſtionem reſoluamus, alia, & non minus altercata quæſtio erit diſcutienda, num ſcilicet. transferatur lucratorum in ludo prohibito præſente pecunia ꝛ dominium, & excludo caſus indubitabiles in quibus non transfertur, vt omnes fatentur. Primus eſt quoties dolo vel fraude aliquid in ludo acquiritur, id enim omne reſtituendum eſt in conſcientia, & ratio eſt aperta, quia ad tranſlationem dominij requiritur voluntarium liberum, & purum tranſlatorem, quo nomine tradens pecuniam vſurario non transfert dominiū illius in ipſum, quia non tradit, voluntariè, & liberè, ſed ſua neceſsitate cōpulſus: fraus autem & dolus efficiunt inuoluntarium ſaltim mixtum, quo circa in ludo, qui contractus quidam eſt voluntarie ſuſceptus, vbi interuenerint fraus & dolus non transfertur dominium, quia ex parte perdentis pecuniam deficit voluntas ſic ludendi, fraudes vero huiuſmodi duplices ſunt; quædam † præcedentes ludum, quædam veroque quæ committuntur in actu ludi: quæ præcedunt ludum, Duobus modis accidere poſſunt. Primo per ignorantiam fictam, vt ſi quis fingat ſe ignarum alicuius ludi, in quo eſt exercitatiſsimus, & ea ratione trahat ad ludendum alium, qui vere eſt ignarus, quicquid ab eo tali fraude decepto lucrabitur tenetur reſtituere, quia cum ludus ſit quidam contractus pertinens ad iuſtitiam commutatiuam, in quo vterque ludentium ſuam pecuniam æqualiter exponit, debet quoque eſſe æqualitas inter vtrumque, ita vt vterque æqualiter ſe exponat damno, vel commodo, quæ tamen æqualitas deficit, quādo alter cum ſit ludi peritiſsimus fingit ſe illius ignarum, & ſub ea decoptione trahit ad ludendum alium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui illius vere ignarus est, neque est hic casus similis illi, *Del que embida de mano con el maço*, † licet enim certo
79 sciat quod lucratur nihil fortunæ aut industriæ relinquens altero in periculo existente, cum ipse sit certus de lucro, sicque sit dispar causa vtriusque, illa tamen cer tit udonon vitiat, quæ prouenit ex natura ludi, potuisset-que ita colludenti euenire sicut sibi, ideò non tenetur restituere, secundũ Medinam seniorem. 2. 2. in fine, & Couarruuias late in dict. cap. peccatum 2. p. §. 4. n. 5. & 6. quod si quis ludi alicuius peritus nesciens alterius ignorantiam, sed bona fide credens similiter illum esse peritum, vt periculum sui faciat, ludat cum illo, & lucretur
80 non tenebitur restituere, † quia tũc nulla est deceptio, & in hoc casu ille peritus æqualiter bona fide exposuit suam pecuniam, sicut & alter: vt autẽ sciuit, & perspexit ignorantiam alterius, abstinere tenetur deinceps. Cõmittitur secundo ante ludũ fraus seu potius vis, quando quis vnus trahit alterum ad ludendum vi, & minis, vel suasionibus adeo improbis, & importunis, vt alter fere inuitus, & coactus
81 ludat, † verecundia, & pudore suffusus nẽ nimium rusticus, & agrestis, ac minus comes habeatur. Huiusmodi enim preces seu potius conuitia ad vim reducuntur. Ita D. Thom. q. 32. arti. 4. ad. 2. sic enim est intelligendus eo loco, licet Adria. in suo. 4. de resti. quæ. de ludo, immerito reprehẽdat D. Tho. asserentem, eum, qui trahit alium ad ludum non adquirere dominium rei lucratæ: trahere enim
82 † si vim vocis attendamus, quamuis aliquando non significet vim, vt Ioã 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, vt optime ibi ostendit Diuus Augustin. ex illo Poẽtæ, trahit sua quẽque voluptas, multoties nihilominus significat etiãvim iuxta illud grammaticorũ, trahimur volentes, ducimur volentes, in quo sensu locutus est ibi D. Thom. qui ergo huiusmodi precibus importunis seu improbis alium trahit ad ludendum, tenetur restituere lucrata, peccatóque mortaliter, vt docet Nauarr. in manual. ca. 19. nu. 5. est enim ludus contractus libere, & voluntariè susceptus, vis autem, & metus ac improba ista persuasio tollunt rationem vo luntarij, quod si non improbis, sed cõmunibus tantum vrbanisque suasio-
83 nibus, quis ad ludendum † alium trahat, non tenebitur ad restituendum lucrata ab eo, in quo forsan sensu loquitur Adrianus in loco citato: sed an & ipse sic coactus, si lucratur, poterit sic lucrata retinere vel restituere te-
84 nebitur, † securior est in hoc opinio Victoriæ, & Bañes, & Alcoceri, quod nihil possit lucrari ab aduersario eum cogẽte, licet opposita sentẽtia, quod licet coactus nõ possit perdere, possit tamẽ retinere, probabilis est, secũdũ Ludou. Lopez, in suo instruct. conf. c. 184 colu. 2. quid autẽ erit si vi tractus ad ludũ animũ applicuit ad ludẽdum
85 an ex tunc eũ trahẽs adquirat † ius lucrandi, quo ante carebat, examinatiatè Ludouicus Lopez. in suo instructorio negotiant. capi. 22. versicu. Porrò ne aliquid pag. 390. cum sequenti. In actu autem ludendi aliqui interueniunt doli, quos patitur ipsius ludi natura, in quos eo ipso quod ludentes conueniunt videntur consentire, qui doli potius, cautelæ, & artes ludi dicendæ, sunt, puta cum quis scit cum chartis sibi datis omnino lucraturum, & auget sponsionem, vel alius videns se perditum vt aduersarium terreat, *De falso embida se-*
86 *resto*, hæc enim licita sunt: † alij vero doli legibus repugnantes ludi, prohibiti sunt, & ideo si quid †
87 cum eis lucretur, restituendum est,

quia

quia in tales non consentiunt ludẽtes, vt si quis ludat pluribus, vel fictis, vel falsis chartis, in huiusmodi verò legibus ludi si dissideant ludentes standum est dictos, & sententiæ peritorum in tali ludo, secũdum Couarru. in Regu. peccatum. 2. part. §. 4. nume. 4. & Medina in suo Codice de restitut. quæst. 22. Secũdò certum est lucrantem ab eo, qui non est sui iuris
88 † veluti pupillo filio fami. vxore non habente alia bona præter dotem, Monacho monali aut furioso nõ adquirere dominium rei lucratæ, cum huiusmodi illius rei, quam exponunt ludo, vel Domini non sit, vel dominiũ illius, in alium transferre nõ possint, de quibus in progressu huius tituli fortasis latius dicemus. Tertiò certum est eos, qui per ludum non transferunt dominium rei lucratæ in aliũ, quia vel illius rei Domini non sunt, vel illius dominium in alium transferre non possunt, similiter neque
89 rei, quam lucrantur in ludo, dominium posse † adquirere, ita vt qui perdere non potest, neque lucrari possit, & ratio est. Primò, quia in omni contractu debet esse par conditio, & par periculum contrahentium, quod non esset, si aliquis ludentium lucrari posset, & non perdere. Secundò, quia contractus eius, qui non potest perdere in ludo est simpliciter, & absolute nullus, & inualidus, per contractum autem omnino nullum, & inualidum sicut non confertur dominium, ita neque adquiritur, & horum casuum recitat nouissimè authores, Enriquez in sua sum. Philosophiæ Moral. capit. 35. de indulgent. tom. 1. versicu. acquisita per fraudẽ. Quibus sic suppositis circa principalem quæstionẽ à nobis supra positam, an transferatur dominium lucratorum in lu-
90 do, † duæ reperiuntur opiniones, prima eorum qui dicunt non trãsferri,

Azeuedo super. 8.

& secundum eam lucrantem ad taxillos, & tabulas, & similes ludos prohibitos teneri restituere lucratum, quã sententiam tenuerunt D. Bonauentura, in. 4. distinction. 5. parte. 2. illius distinctio. articu. 2. quæstione prima, Paluda. ead. distinctio. quæstio. 3. articulo. 5. Ricard. ibidem, articul. 1. quæstione. 8. Gabriel. eadem. distinctione quæstio. 13. Turrecrem. in capit. Episcopus distinctione. 35. quæstio. 3. Angel. in summa verbo. ludo, & hos & alios refert Enriquez vbi suprà, pagin. 589. columna. 2. in princ. & è nostris Sarmiento lib. 1. Select. ar, capit. 11. numer. 3. sic voluit dum reprobat rationem in qua tenentes cõtratiam se fundant, hanc etiam primam opinionem tenuit gloss. in dict. capit. Episcop. 35. distinctione, & cap. Clerici. 2. de vit. & honest. cler. & dicit Hostiens. quod fere omnes DD. hoc sentiunt, & sequitur Thom. relatus per Antoninum, in. 2. parte, suæ summæ titu. 1. capi. 23. §. 3. & hanc tutiorem, & communiorem appellat sum. Asesana. 2. par. lib. 5. titu. 30. nu. 4. eandem dicit communem Rosarium Busti. 1. part. sermone. 28. litera, 1. probantque dictam sententiam ex dict. Authentica alearum vsus. C. de religios. & sumpt. fun. vbi postquã Imperator ostendit, ludum multorum malorum esse causam subiungit hæc verba, subditorum igitur cõmodis prospicientes, hac præsenti lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, vel secretis locis, vel domibus priuatis aleis ludere, neque in specie, neque in genere, quod si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, & solutum reddatur, & competẽtibus actionibus repetatur, vbi apertè lex ista vult, acceptum per ludum reddi, nec translatum esse dominium in lucrantem, quæ lex cum sit iusta in bonum reipublicæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligabit in conscientia, & probatur ibidē ex legibus nostris huius nostri tituli, cuius ratio est, quòd ludus aleatorum & taxillorum, & fortunæ res illicita est, & omni iure prohibita, vt in hoc remanet dictum titulo, quapropter non præbet iustam causam retinendi lucrum, secundum Abba. Post Antoni. in cap. plerique de immunit. Eccles. & in dict. capit. clerici, & probat Præpos. in dict. capit. Episcopus. 35. dist, num. 6. Dicens quòd cum sic ludere res sit illicita nulla consuetudine potest fieri licita, idque fortificatur, ex eo quòd dominium non trāsfertur nisi per modos à iure ciuili inuentos & dispositos, & ex titulo habili ad similem translationem, ex dictis per Anto. Gom. in l. 45. Taur. nu. 5. &. 7. Sed causa adquirendi dominium in re lucrata, ludo prohibito, à iure reprobata, per text. in l. 1. ff. de aleæ lusu, & alea, & in dict. Authen. alearum & ex lege nostra ergo cum dominium per supra dicta de iure transferri non potest, capiendo alterius pecuniā qui vincit, tenetur ad restitutionem, quia licet possessio ex inutili contractu transferatur, si res vere tradita est. l. 1. §. si vir vxori, & ibi Doctores, ff. de adquirend. pos. Gom. vbi suprà, num. 23. &. 25. Matienço l. 3. titu. 10. gloss. 8. num. 4. lib. 5. suprà, tamen nihilominus in possessionem missus inordinatè † 91 tenetur ad restitutionem, nec rem, nec fructus facit suos, secundum Innocent. cap. consultationibus, de iur. patro. glos. Barr. & Alexand. in. l. sed si lege. §. scire. ff. de peritio. hæred. Matienço, vbi suprà, num. 5. Et retenta hac opinione, 92 cuinam esset facienda † talis restitutio differentes etiam fuerunt sententiæ & opiniones Doctorum: nam Hugo, & nonnulli alij quos refert Sylvester, verb. ludus. quæst. 13. num. 1. Dicebant restituendum esse pauperibus, quia tale lucrum est turpe, & omne turpe lucrum conuertendum est, in pauperes. ff. de condi. ob turp. caus. l. 3. &. 4. quam sententiam Angel. in sum. verb. ludus. num. 7. Dicit esse communem inter Canonistas. Palud. vero, & Angel. volunt post iudicis sententiam restituendum esse lucrum ex ludo vero domino, qui perdidit, quia ita lex postulat, ante iudicis vero sententiam pauperibus, quia bona illa non sunt lucrantis, cum lege prohibeatur acquirere illorum dominium, nec eius qui perdidit, cum iam per ludum illa à se abdicauerit, amiseritque illa tanquam dans operam rei illicitæ, quod si iam erat erogatum pauperibus, & vocetur in iudicium poterit (inquit Paluda.) allegare iam exoluisse & exhibuisse pauperibus illud lucrum, nec tenebitur ad amplius. Cæteri vero Doctores volunt, tam ante iudicis sententiam quam post illam esse vero domino restituendum lucrum illud, quia cum per ludum non sit translatum dominium, qui perdidit semper manet dominus eorum, quæ perdidit, tenebiturque lucrans illi restituere, siue accesserit iudicis sententia, siue non, cum restitutio sit facienda vero domino, nec habeant locum pauperes vbi de vero domino constat, subscribunt huic sententiæ Archidiaco. & Hostiens. relati per Siluest. vbi suprà, quæstione. 3. num. 3. Vbi refert istas tres opiniones nec satis explicat, quam probet, vera tamen & cōmunis est quòd vero domino esset restituendum lucratum ab eo, vel nō reperto pauperibus, ita vt nec donatio vel remissio expressa illius, qui pecuniam amisit, valeret, secūdum Salicet. in dict. l. alearū vsus, quem sequitur Iaso. in l. iuris gentium, §. prætor ait, num. 5. ff. de pact. & in l. singularia, num. 14. ff. si cert. pet. Ex quibus

quibus habes quòd secundum hanc primam opinionē nullo modo transfertur dominium quæsitorum in ludo prohibito: & teneri lucrantem restituere lucratum vero domino, vel saltim pauperibus. Contrariam vero sententiam, imò quòd dominium 93 transferatur in lucrantem †, & ad nullam teneatur restitutionem ante iudicis sententiam tenuerunt plures, Prout ex Alexander de Ales. 4. parte, quæst. 59. membr. 3. artic. 9. Adria. in. 4. de restit. quæst. de ludo, Castro lib. 2. de leg. pœn. c. 2. Coroll. 2. Soto lib. 4. de Iust. & iur. quæst. 5. artic. 2. quem sequūtur omnes recētiores Thomi. Præasserentes per huiusmodi ludum modo fiat sine fraude, dolo, vi, & inter eos qui libere possunt disponere de bonis suis transferri dominium, & lucrantem tuta conscientia retinere rem lucratam donec à iudice iubeatur restituere, & hanc etiam tenēnt Ioann. Andr. & Calder. in dict. cap. clerici, de vita & honest. cleric. Nauarr. in Manuali Latin. cap. 20. num. 9. Medin. de restitutione, quæst. 22. & tenent Bald. & alij plures relati per Menesin. l. de fideicommisso. num. 7. C. de transactio. vbi hanc communem dicit. & Iul. Clar. in Praxi. §. ludus, numer. 7. Grammat. decisio. 40. num. 2. additio Capellæ Tolosa. 192. latissimè Marian. Socin. cap. inter dilectos, de excess. prælat. num. 46. cum pluribus sequentibus. & hanc esse veritatem & magis communem opinionem notissimè testatur plures referens Humada. l. 12. titul. 20. part. 1. gloss. 2. num. 14. & sequitur Rebuf. in. l. tom. constitu. Franc. in proœm. gloss. 5. num. 56. vbi inquit delectabile in illam, paucis tamen. Authent. c. m alearum vsus. C. de religios. & sumptis fune. ex consuetudine generali totius Regni Franciæ, imo verius mū

Azeuedo super. 8.

di non obseruati, prout Theologos & Pontificios scribentes teneri asserit Alciatus libr. 8. Parergon, cap. 16. & hanc etiam opinionem principalem sequitur Angles, in suis Floribus Theologic. in quæst. de ludo, in princip. Vbi inquit, neque iure naturali nec diuino teneri lucrantem ad restitutionem acquisitorum in ludo etiam prohibito, neutro enim iure secundum eum tenetur aliquis ad restitutionem, nisi propter iniustam acceptionem alieni, quæ sit inuito domino, & cum lucrans pecuniam in ludo non retineat illam inuito Domino ad nullam restitutionem tenebitur, item leges nostræ & similes mere pœnales sunt, & sic non impediunt dominij translationem, nec reddunt contractum nullum: sed tantum dant actionem perdenti ad repetendum coram iudice, & authoritatem iudici, quapræcipiat illi restitui, ergo interim quòd non petit renuntiat huic iuri: in quorum propositum Castro, vbi suprà, ait tria. Primo, illam legem Iustiniani rantum habere locum, in terris Imperio subiectis, in Hispania autem, Gallia, & alijs prouincijs & Regnis Imperatori non subiectis non habere vim. Secundo esse abrogatam per consuetudinem contrariam. Tertio etiam si omnes compræhenderet, nec esset abrogata, non teneri lucrantes ad restitutionem nisi aduenientе iudicis sententia, quia lex ista si verba illius rectè perpendantur non irritat translationem dominij, sed tantum dat actionem perdenti ad repetendum in iudicio. Hoc tertium est verum, & est ratio huius secundæ opinionis. Primum autem & secundum falsum reputo, quia lex Cæsarea legibus Hispaniæ vt ex nostris vides, & Galliæ itidem recepta est, nec est abrogata

Universidad de Deusto
Biblioteca

per contrariam cõsuetudinem, cum in terris Imperatoris, & itidem in nostris experientia teste seruetur, perdẽtibus enim in ludo (maximè Scholaribus) datur repetitio in iudicio, præcipiuntque iudices, vt restituãtur lucrata ipsis perdentibus, & perentibus ea, nisi propria sponte, suoque silẽrio velint iuri suo, & facultati, quæ illis datur à lege, renuntiare, prout renuntiant non petendo, negligentibus enim, & non petentibus iura non subueniunt, & multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudicium deducta fuissent, non tolerarẽtur: quibus non obstant fundamenta contrariæ opinionis, nam fundamentum illud quod ludus est prohibitus, & malus, & sic ex eo, sicut ex vsura non licet conuenire partes, non est ex propria vi, & natura iure naturali diuino, vel humano illicitus, neque adquisitio ex ludo iure prohibetur ratione iniquę receptionis, sed quia solent plura vitia in ludi exercitio contingere ob eius varias circunstantias, vt per Humada vbi suprà, numero. 15. & sic cessat argumentum dictæ primæ opinionis, non obstat etiam quod dominium non trãsfertur nisi per modos à iure ciuili inuentos & dispositos, & ex titulo habili, quia cessat hoc in casu, cum de iure habeamus per partiũ conuentiones transferri dominium, & contractus inter partes seruandos, sed inter ludentes, vt dictum est, censetur contractum statim quod sedẽt ad ludendum, vt cui melior cecederit Sors Chartarum lucretur appositum, igitur cessat argumentum: item leges istæ sunt odiosæ, & sic restringẽdæ ad id quod præcise, & proprie verba significant, sed in istis legibus nullum est verbum, quod reddat inhabilem ludentem ad lucrandum, vel recipiendum lucrum, neque itidem est verbum quo quidem contractus ludi declaretur nullus, & inualidus, igitur neque nos inducere debemus. Et vbi lex vult non transferri dominiũ scit vtique id exprimere, prout fecit in. l. 1. suprà isto titul. vbi cum velit lex inter milites quandiu sunt sub vexillis militaribus, & accipiunt stipẽdia militaria, non transferri dominiũ per ludum taxillorum seu tabularum habet aperte, militem sic lucrantem teneri omnino perdẽti restituere statim sic lucrata, neque dicitur, quod qui perdidit agat ad lucrum, prout nostra lex in præsenti dicit, & in dict. Authen. alearum vsus, igitur satis habemus fundatam hãc secundam opinionem, magis communem, & verã quod ex ludo etiam prohibito transfertur dominium, & consequenter habes determinatã illam aliam quæstionem, scilicet, lucrãtem non teneri restituere lucrata ante iudicis sententiam, & condemnationem nisi in casibus à iure expressis, potestque secure asserere, & proponere circa hæc omnia conclusionem assertam per Couar. in dict. cap. peccatum. 2. p. §. 3. in princip. num. 1. quam ibi constitutissimam conclusionem esse asserit, scilicet, quod etiam si ludus illicitus sit legeque humana pœna exteriori restitutione plerumque puniatur, ex eo tamen adquisita in animæ, & conscientiæ iudicio non sunt restituenda, modo absit fraus, legesque ludi seruentur, habeantque ludentes administrationem liberam rerum, quas in ludi conuentionem deduxerunt, & ibi huius conclusionis partes ipse Couar. explicat, quas & nos in præcedentibus ex planauimus. Sed quærit in propositum Castro, dict. lib. 2. de lege pœnali cap. 2. versic. dubitari tamẽ posset, & merito, an si perdens petat extra iudiciũ à lucrante id quod amisit, teneatur lucrans ex obligatione
94 † nostræ legis illi reddere lucratum, & inquit

& inquit videri quod sic, quia lex nostra iubet vt solutũ reddatur, ex quo verborum cõtextu videtur innui, vt solutum tunc reddi debeat, cum fuerit petitum, sed nihilominus ipse Castro contra tenet, imo quod non sufficiat extrajudicialis petitio, sed iudicialis requiratur ad conuincẽdum lucrantem in conscientia restitutioni esse obnoxium, quia lex nostra non dicitur absolute, vt solutũ reddatur, sed addit actionibus competentibus repetatur, quibus verbis satis ostenditur, talem repetitionem esse faciendam in iudicio, & non extra, nã actio
95 ea sola in iure vocatur, quæ fit in iudicio † factio verò extra iudiciũ, nã cũ lex. 1. §. quæstionibus. ff. quibus ex cauſis in poſſ. nom. dicat Caius iurisconsul. oportere quamlibet remp. habere actorem siue syndicum, per quem quod commune agi fieri oporteat agatur, & fiat, Accursius verba illa declarans dicit, agi, esse in iudicijs, fieri vero extra iudicia, cum igitur, lex solum nostra, & similes concedant perdenti, vt per actionem competentẽ repetat, quod semel soluit, conuincitur inde, vt lucrator non teneatur ad reddendum, quando perdens petierit extra iudicium. Sed an statim facta repetitione in iudicio tenebitur, lucrans non spe-
96 ctata iudicis † cõdemnatione reddere petenti lucratum, & hanc ad vtrãque partem examinat Castro, in cod. cap. 2. versic. Sed nunquid stante prædictæ legis obligatione, fol. 134. in par. cum. 2. sequentibus, & inclinat in partem affirmatiuã, scilicet, debere omnino adesse iudicis condemnationẽ, nec sufficere petitionem in iudicio etiam præsentatam, nisi super ea condemnatio intercedat, & ibi respõdet fundamentis contrariæ opinionis, & late id prosequitur. Sed est alia, & nõ minus singul. quæstio, scilicet, an † vocatus in iudicio testibus deficiẽtibus
97 teneatur fateri veritatem, se per Iudũ prohibitum † lucratum esse tot pecunias, & respondendum est teneri, cum Michaele Salone, in. 2. 2. Diui Thom. quæst. 5. de dominio, artic. 6. pag. 559. in princip. nam licet, secundum eum ibi, res sit secreta cum sit tamen in damnum tertij, tenetur iudex, maximè sub iuramento, interrogatus verum dicere, quia iudex iuridice interrogat, quando est requisitus ab eo, cui per legem datur actio ad repetendum: quod ibi se admonere testatur ipse Salõ propter confessarios imperitos, qui putant in secretis nõ esse aliquid asserendum in damnum proprium, id enim intelligendũ est, quãdo iudex non rite interrogat, in hoc autem bene & rite interrogat, vt constat: igitur, vera est propositio. Sed an ille qui perdidit aliquid in ludo prohibito, nec vult repetere in iudicio
98 ex verecundia vel timore, posit † priuatim, & secreto ab alio accipere q, amisit, & Salõ vbi supra, mouet hanc quæstionem, & ante eum plures alij, & tandem cõcludit verisimam esse communem sententiã, contra Adrianum, scilicet, quod soluens lucratum non possit clam etiam semoto scandalo aliud tantum à lucrante surripere sãlua conscientia, hanc etiam nouissimè tenet, & sequitur Ludouicus Lopez in suo instructorio Conscientiæ, cap. 183. pag. 428. versic. præterea grauius, quibus quidem habes satis declararam nostræ legis materiã circa hæc, & finaliter notabis, quod hęc fortius secura fiunt, stante consuetudine ordinaria non restituendi lucrata in ludo etiã prohibito, de qua plures ex dictis Doctores attestantur, si à parte non repetantur in iudicio, & per iudicem cõdemnatio fiat, quam
99 consuetudinẽ valere † inquiunt Ioa. Andr. & alij relati, pe Auend. capi. 9. præt. numero. 4. lib. 2. & per Rebuf. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

proce.1.tomi, Const.Fran.gloss.5.nu. 56.dum tamẽ, vt ibi dicit abſit fraus, & luſerit cũ potente ludere, vt abun de ſcripſit Rochus de Curte in repeti tione, cap.fin.colum.12.not.3.&.3. li mit.de conſue.& Coſta in tract.de lu do articu.4.princi.fol.167.volumi.7. tract.Doctorum,& Caccialup. in tra ctatu.de ludo quæſt.17.num.71.cum ſe quentibus,foli.160.eodem volumi ne.7.

Ibi. *Que qualquier que ſe lo demandare lo aya para ſi.* Antea Epiſcopo, vel fiſco
100 dabatur, † ſecundum Gram. deciſio. Neapol.40.numero.2.& hic eſt vnus de caſibus vbi quilibet de populo ad mittitur ad petendum lucrata, & vt ſibi applicentur,& poteſt præoccupa re ius partis, & in iſto caſu quilibet agens pro pauperibus faciat iſta lucra
101 † eis erogari, vt inquit Auenda.dict. capit.9.præto.numer.5.libro.2.vbi & inquit, quod & tunc ille qui amiſit poteſt repetere tanquam vnus de po
102 pulo † etiam ſi intra octo dies non petierit de quo tamẽ in hac diximus lege,& ad ibi dicta me remitto. Et no tandum eſt quod ex cap.fin.legis no uæ cõſtitutæ en Madrid, Anno 1575. per Philippum Regem ad Dominum noſtrum, quæ lex eſt iam in hoc titu lo inſerta pœnæ legis noſtræ contra luſores impoſitæ, & in lege ſequente applicandæ ſunt per tertias partes in ter iudicem denuntiatorem, & fiſcũ Regium. Item nota quod Epiſcopus poteſt ſtatuere ratione peccati vitan di, ne ludatur ad talem ludum, & ne
103 mulieres accedant ad ludum † vt per Coſtam de ludo articulo. 2. princip. numero.20.folio.165.tractat.Docto. volu.7.

SVMMARIA.

R *Eceptator ludi in propria domo appella tur aleator.numero.1.& hoſtis publi-*
cus reipub,numer.2.
Delictum maius eſt ludum in domo retinere quam ludere.nu.3.
Tabularius ludi, Vulgo tablagero, *Quis di catur.numer.4.&.5.&.6.&.7.& nume.8. Quid articulandum & probandum in hoc.*
Receptator ludi iure ciuili non ponitur ex ipſa receptatione. numero.9. vbi contra teneo.
Domus receptantis ludum publicatur. numero.10. niſi vt numero.11.&.12.& 13.&.14.& numer.15. quod non confiſcantur res, quæ ſunt in domo illa, niſi vt ibi,& numer.16. quod non vtitur hac de confiſcatione domus.
Tabularius hic ludi qualiter puniatur. numer.17.&.18.
Tabularius hic non agit de iniuria ei illata per colluſores.numer.19.&.20. vbi nequidamnum ei datum reſarciatur, & ſi clericus eſſet tum offendens non incurreret pœnam excommunicationis.nu.21.
Ludus eſt modus, quo ipſo iure remittitur injuria.numero.22. vbi & quid inter luſores ipſos, & qualiter tenebuntur cum, numer.23.
Tabularius hic etiam ſi verberibus afficiatur de iniuria non agit.num.24.& num. 25.& nu.26. ampliatur.
Furtum committenti in domo tabularij dum luditur non punitur pauperibus tamen reſtituere debet. numero. 27. & numero. 28.
Tabularius hic mutuans luſoribus non repetet.num.29.niſi venum.30.& nu.31.& 32.limitatur, & declaratur.
Mutuans ad ludendum etiam ſi ſit minor ſi alij minori colluſori mutuet, non repetet, numero. 33. niſi alia ſit conſuetudo, numero.34.

Lex Tertia.

Summarium.

Nullus in domo tabularium ad ludendum habeat ſub noſtri text.pœna: & quod tollantur tabularia omnia ciuitatum,& populorum, & quod iudices ea non conſentiant.

Ibi.

IBI. *Tuuiere tablero para jugar dados o naypes.* Quis tamẽ habere tabellam hãc & receptator ludorum di
1 cetur,& dicendum eſt prius, quod re ceptator ludi in propria domo † appellatur aleator, quia omnis ludus qui virib⁹ fortunæ nititur appellatur ludus aleæ, ſecundum Azo.in ſum.C. de religioſ. qui aleat. & ſecundum Odofre. in.l. 1.ff.de aleato. eſt hoſtis reipub.& hoſtis publicus, † quia vult quod homines ludant, & efficiantur pauperes,& ideò fures & falſarij, quia vt plurimum interſerunt falſos taxillos,& mutuant pecuniam dando ma lam,& recipiendo bonam, & ſemper in ludo iudicant contra Forenſem, &vt inquit Bal.in.l.3.ff.de aleato.per illum tex.maius eſt delictum, ludum
3 in domo retinere, quàm ludere, † vt refert Paris de Put.in tractat. de lud. numer.4.& Caccialup. in tractat.de ludo in præfatione, nume.11.volum. 7.tracta. Doctorum quibus cognitis dicendum eſt quod aleator, ſiue rece ptator ludentium, *Vulgo tablagero.* di-
4 citur ille, qui ludum aleæ, † cauſa ſui emolumenti, retinet in eius domo, ſi cut dicitur in cauponibus ex.l.1.§. ſi caupones.ff.naut.caup.& in.l.1.qua re.act.non detur, Azo in ſum.de religioſ.in.§.aleator, gloſſ.in.l.1.in princ. ff. de aleat. quod verum dicit Azo. quando apparet ex conſuetudine cũ
5 ludere, quia ſi incidenter nõ dicitur propriè aleator, † & dicit Iacob. de Are.in dict.l.1.ff. de aleato.in gloſſ.1. quod ſi Scholaris receptabat luſores in domo ſua, & pecuniam pro cande
6 la recipiebat, quod dicitur aleator, † & ſic aliqui diſtinguunt gratis rece pret, vel non, quod nõ videtur odio ludi, vt inquit Paris de Puteo vbi ſup. num.46.& eo relato Menochi.de ar bitrar.caſu.399.numer.19.vbi tamen ipſe Menochius inquit requiri, quod
7 publice domus talis tabularij † publi ce omnibus pateat, & quod id non ſemel, ſed pluries obſeruatum ſit, nã ſi ſemel incidenter euenifſet non di citur aleator, & ludentium receptator, quemadmodum dicimus in mer catore, qui ex ſola mercium emptio ne mercator non dicitur, ſed ex fre quentia, vt & in meretrice, ſecũdum Menochi.ibi num.20.&.21. & ſic me rito Azo.vbi ſupra, ſecutus per gloſſ. *Porq̃ jugaſſen*, in.l.6.titul.14.partira.7. dixit, aleatorẽ dici qui & luſum aleæ apud ſe conſueuit exercere cauſa ſui emoluẽti, ſicut in cauponibus,&d. l.6.inquit de ijs, *Tahures è truhanes acogẽ do algũ ome en ſu caſa, como en manera de ta hureria, porque jugaſſen.* Et ſic frequẽtia requiritur receptãdi, & itidem quod emolumenti cauſa id fiat, ex quibus in practica ad conuincendum aliquẽ de tabulario, vt pœnis legalibus pu niatur articulandum eſt, & proban-
8 dum, † *Que ordinariamente da caſa y me ſas, y ſillas, y bancos, y naypes publicamente a todos quantos van a jugar, y juegan, y ſa can naypes, y velas, y baratos*, ex quibus cõ uincitur frequẽtia,& emolumẽtum. Alius autem, qui cauſa conuctſationis admitteret luſores nõ cauſa emo lumẽti ſi id frequenter fit, vitandum hoc eſſet, per iudices, non tamen pu niendus pœnis legalibus, niſi poſt mo nitionem, & comminationem non reſipiſceret.

Ibi. *Cinco mil maraucdis.* Iure ciuili receptator hic non puniebatur regula-
9 riter ex ipſa receptatione, † vt pro bat.l.fin.§.1.C. de religioſ.& ſumpt. fun. dum non puniuntur ipſi luden tes, ergo à fortiori nec ij, qui eos recĩ piunt, vt inquit Menochi.de arbitra. caſu.399.num.16. ita deſumens ex di cta lege, ſed ſalua eius pace eius illa tio mihi non placet, nam licet luſo res iure ciuili non punirentur, rece ptatorem tamen ludentium, ex hoc

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non puniri, iustè inferri non potest, cum de iure ciuili, & nostro compertum sit, hos receptatores puniri, nã domus eorum publicantur, & confis-
10 cantur † vbi receptantur lusores ex rext.in Authen.alearum vsus.C.de religio.& sumpt.fun.& ex.l.7. infra isto
11 tit.& lib.nisi sit domus † pupilli doli non capacis, vel viduæ argumento not.in.l.1.C.de fals.monet.& ibi Cynus in fin.& Sali. siue alterius miserabilis personæ, † argumento not.per
12 Cyn.in.l.1.C.quand. imp. inter pup. & vid. vel nisi Dominus domi sit ignorans ludi † argumento not.per Sa
13 lun.dict.l.1. in fin. C. de fals. monet. vel itidem si domus esset conducta,
14 † & Dominus domus ignoraret, vt tenet Ang.in Authen.de Eccles. tit. §.si quis autem collatio.9.Paul. Cast. consi.42.non tamen confiscantur res
15 quæ sunt † in domo nisi sunt aptæ ad ludendum, vt scãna, secundum Bart. l.fin.ff.de sup.leg.Bald.l.3.C. de naufi.fœno. & in l.3.C.de incestis nup.& licet ex dispositione nostræ legis pœna hæc confiscationis domus sublata
16 hodie videatur, † neque vnquam imponitur, sed solú nostri text.pœna, vt inquit Montalu.in repertor.suo verbo.ludus quicquid contra eum tenere videtur Auiles cap. 29. præt. verb. *Ni tablerot*, numer.1.&.2.& quicquid ibi velit concordare, cuius concordia est contra text.hic, qui in vero tabulario loquitur, &. l.7.infra eodem supra allegata loquitur, contra receptatores ludentium, *A los dados*, tamẽ adhuc negari non potest quin. & iure ciuili esset hæc domus confiscandæ pœna impositata tali tabulario, & sic doctrina Menochij in principio huius glossæ relata sustineri non potest. Punitur etiam retinens ludum in domo per viam tabularij arbitrio iudicis, mulctando eum secundum
17 qualitatem personæ, † & scandalum datum, & mala ibidem perpetrata, vt inquit Aules vbi supra, num.3. vbi & quærit in numer.2. in fin an potestas posit facere bannum, quod quicun-
18 que tenuerit ludum in domo † destruatur eius domus, de quo per Roman.in.l.1.§.si seruus pignor. ff.ad Sylania, quem refert additio Pauli Castin. l. 1.ff.de iust & iur.nume. 11. Item etiã talis tabularius de iure punitur scilicet, quod iniuria ei illata per collusores, vel alios ibidem in domo inter essentes † si occasione ludi infer-
19 tur non punitur ex text.l.1.§. 1. & ibi Bartol. ff. de aleato. Puteus de ludo, numer.46.vbi refert casum, in quo ipse in facti contingentia, sic determinauit, & Menochius de arbitr.casu 400.num.16.vbi num.17.etiam si verbis, vel facto offendatur, vel ei ali-
20 quod dederit damnum, † vt & per Socin.in cap.inter dilectos num. 72. &.77.de excess.prelat.adeò vt etiam si talis tabularius esset clericus non incurreret offendens eum in ludo,
21 vel causa ludi in domo eiusdem † tabularij in excommunicationem, secundum Pute.in dict.tractat.de ludo num.55.ex cap.1.de sentent. excommuni. Vbi & fortius id dicit vt sit idó si quis ludendo percusserit clericum cum quo ludit, nam ludus est modus
22 † quo ipso iure remittitur iniuria. in stitu. de iniur.§.fin.in gloss.in cap. cõtinebatur de homicid. vbi an teneatur si ludens alium in ludo offendat, sed inter lusores in ludo prohibito, hoc durum videtur cum inter eos locus sit iniuriæ, nam si collusores se ad inuicem subtraxerunt, agi potest, & de rapina ad inuicem facta tenentur & actione, vi bonorum raptorum, & similiter si vim intulerint nõ permissam ex natura ludi, vt in.l.1.§.in eum coniuncta.l.2.ff.de aleator. notat Socin.in dict.cap.inter dilectos numer. 72.&.77.& sic lusores se offendentes tene-

23 tenebuntur † vt dixi, secus vero quoad tabularium, quoad quem supradicta procedere possunt, vt eum offendens non teneatur si offendit in do-
24 mo sua dum luditur, etiam si verberibus † offendatur, secundum Socin. in dict.num.77.secus secundum eum ibi si vltra verbera, nam tunc teneretur offendens, sed Menochi.dict. casu.400.numer.fin. tenet quod si verberatus officiatur, vel occidatur tabularius teneatur offendens, vel occidens, sed tu vide.l.6.titul.14. part.7. casum tantum occisionis excipiens
25 † quasi exceptione dicta desumi possit quod vltra occisionem non teneatur talis offensor tabularij cum offendens in domo ipsius tabularij dũ luditur per offendẽtem, vel alios, & hũc esse verum tabularium requirerem, vt offendens eum non puniretur, secundum quod suprà eum diffinimus. Imò & inquit gloss. pragm. sanctio. infra allegandæ in pagin. penultim. quod idem erit etiam si alibi
26 quam in domo sua † offendatur, tabularius, dum tamen sit ob ludum in domo illa agitatũ, quod ibi dicit esse mirabile, & singulare si verum est, sic
27 neque furans † rem aliquam in tali domo ipsius tabularij dum luditur in domo eius tenetur, ex dict.l. 1. ff. de
28 aleat. & ex dict l. 6. quod tamen in foro conscientiæ † teneretur pauperibus restituere, secundum specul. conscientiæ relatum, & secutum per Auiles vbi supra, numer.7. Sic neque mutuum datum per talem tabularium
29 alicui ex lusoribus potest † ab eo repetere, secundum gloss. l. quod si minor. §. pen. ff de mino. Bartol. & alios relatos per Auiles vbi supra, numer. fin. & Put. de ludo nume. 15. vbi idem dicunt inter ipsosmet lusores, & Cacialupus, in tractat. de ludo quæsti. 8. fol. 157. in nouis, tracta. Doctorum, & hoc, nisi mutuum fiat ab alio tertio quam à tabulario, vel collusore, vel respiciente ludere, nam tunc potest
30 repeti, † secundum gloss. l. fin. §. 1. ff. de aleato. Abb. capit. clerici. de vit. & hon. cleri. vbi alij Doctores transeunt cum illa gloss. teste Puteo vbi suprà, num. 18. & gloss. in prag. sanctione infrà alleganda, item nisi ille cui mutuatum est lucretur, nam tunc † repeti-
31 tio datur, secundum Alexan. l. si eum dotem. §. si post solutum, numer. 5. ff. solut. Mat. Item nisi ex post facto illo
32 cui mutuatum est † promiserit soluere mutuum ludo iam perfecto, & consummato, nam tunc virtute huius postremæ promissionis repeti potest, secundum Specu. additio. & alios per me relatos in l. 8. titulo. 16. libr. 2. supra, & in. l. 10. titul. 6. numer. 13. lib. 3. supra, & in. l. fin. titulo. 15. numer. 45. lib. 4. supra, & gloss. in pragm. sanctio. tom. 2. fol. 161. in paru. sub tit. de spectacul. in Eccles. non facien. gloss. ludibria vbi gloss. ista ampl. at hoc de mutuo procedere, vt etiã si mutuans
33 sit minor, & mutuet † alij minori collusori ad ludendum non repetit, quia potior est tunc cõditio illius, qui perdidit. Pœna autem hæc quinque mille morapetinorum applicatur per tertias partes inter iudicem denunciatorem, & fiscũ, vt dixi in lege præcedente in fin. Item limita supra dicta nisi sit consuetudo soluendi mu-
34 tuatum † in ludo tabulario siue collusori, nam tunc soluẽdum est, & reddendum mutuanti, secundum Clar. recept. sentent. libr. 5. §. ludus. numero octauo, vbi inquit valere hanc consuetudinem tam inter clericos quam laicos, & quod ita est in practica, & consuetudine receptũ, quã tamen consuetudinem, & praxim vsque nunc nondum vidi, & Couar. quem ibi allegat Clar. nõ loquitur in hoc casu de mutuo, ideo attentè hẽc considerabis de consuetudine.

Lex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex. 4. sequens est præcedentis ampliatiua, & non eget commentatione.

SVMMARIA.

IN domibus tabulariorum quasi omnia cõmittuntur peccata.nn.1.
Ludere pro prandio aliquo etiam inter tenuiores licebat.nn.2.
Laicis ab Ecclesiasticis est exhibendum exemplum virtutis.numero. 3. licet eis ludere etiam liceat pro conuiuio honesto, numero.4.
Ludere an liceat pro conuiuijs vltra duos regales.nn.5.
Dictio quannis inclusiua est.nn.6.
Ludere pro conuiuio non licebat in magna quantitate.nn.7.
Quæ libet quantitas pro prandio præsumitur ad solatium indubio losa.nn.8.
Ludere non licet pro conuiuio causa voluptatis, vel lucri cupiditate.nn.9.
Ludere non licet ad taxillos etiam solatij causa.nn. 10.
Episcopus potest ratione peccati inhibere ludos.num. 11. & consequenter domus tabulariorum.nn. 12.
Apprehensio in ludo nõ requiritur pro imponenda pœna.nn.13.

Lex Quinta.

Summarium.

Ludorum pœnæ etiam in terris Dominorum exequendæ sunt contra ludẽtes, & contra præbentes domum ad ludendum, vel tabularia habentes. Et quod ludi possit quolibet ludo prandio aut conuiuio excepto ludo taxillorum, quo quidem ad nihilum ludi potest. Et quod pœnæ nostri text. puniantur domini negligentes in exequendis pœnis ludorum.

IBI. *De auer en ellos tableros publicos para jugar.* Nam si ex ipsismet ludis redundant tot damna à nobis in hoc titulo significata, hæc & alia nascuntur, & procedunt ex domibus publicis tabulariorum, vbi charrę, domus, velæ, & Scãna, sunt pro ludendo deputata, & est congregatio ludentium, vbi omnia quasi † committuntur peccata, nam blasphemiæ contra Deum, & sanctos quotidie proferuntur, maledictiones insemetipsos, & patres ludentes dicunt, execrantur dies, & horas, fures efficiuntur, mendaces poterui, insani infames, & viles, & multa alia homicidia, dissensiones scandala quotidie in domibus ijs & ex eis oriuntur, conuersationes inhonestæ, susurrationes, & murmurationes, & Væ eorum, & Domini talis domus vbi ad hæc occasiones dãtur quotidie, vere essent tales domus cõburendæ, & Domini eorum cum eis, ibi enim pueri, infantes, pupilli, adolescentes, & bonis moribus homines imbuti deteriores fiunt, & pessimi, supradicta perpetrantes deuastantes patrimonia, & ea & tempus consumendo, & fame necando vxores, & filios, & Væ iudicibus hæc permittentibus nam & ij maioribus pœnis sunt afficiendi, qui cũ pro ijs vindandis sint positi, ipsi permittunt ob pecunias multoties, & aliquãdo quia & ipsi lusores sunt, quod est, abominabile, & per Regem, & ministros suos essent grauiter puniendi, & iudicem lusorũ priuare deberent in perpetuum ab omni administratione iustitiæ.

Ibi. *En las dichas cortes de Madrigal.* Quæ est.l.2.supra isto titul. & lib.

Ibi. *La ley del ordenamiento de Briniesca.* Inserta in.d.l.2.supra isto titul.

Ibi. *En el año de mil y quinientos y treynta y dos.* Inserta in.l.4.supra isto titul.

Ibi. *En el año de treynta y seys.* Quæ est d.l.3.supra isto titu. & lib.

Ibi. *Por nos en las dichas cortes de Madrigal.* Quæ est.d.l.2.supra eod.

Ibi.

Ibi. *Excepto si algunos jugaren a qualquier de los dichos juegos, fruta, vino, o dineros, para comer o cenar luego.* Hoc enim
2 de iure ciuili licitum † etiam erat, ex text.in.l.fin.in prine.ff.de aleatori.& ex.l.fi.C.de religio.& sump.fun.quod & in clericis procedere vult.glo. relata ad tex.in.c.in glo.1.in.fi.35. distin. & in.c.inter dilectos, ver. ludos de excess.præl. verũ tñ Pan.in.d.ca.inter dilectos, & iterũ in c.clerici de vit.& honest.cler. cõtrarium in clericis tenet: & licet non videatur cõtinere efficacẽ rationem, quia tametsi conuiuia de confertis facere non debeant, tamen illud procedit nisi ex charitate fierent, cap. conuiuia communia. 44. distinctione, tutius tamẽ erit opinionem Panorm. seruare propter exem-
3 plum virtutis, quod laicis † ab Ecclesiasticis est exhibendum, ita Montolonius, in suo promptuario iuris verbo. ludens, glos. 1. in medio, ego tamen si ludus, clericorum esset pro cõuiuio honesto, & sine scandalo nulla pœna eos punirem, neque denuntiationem admitterem. † Sed est dubiũ
4 5 an pro conuiuijs † ludere liceat vltra duos regales, & videtur, quod non licet ex text.in.l.11. infra isto titul. & lib. ibi *Hasta dos reales, aunque no sean para cosas de comer.* Ponderando dictionẽ illam, *Aunque* latine, quanuis, quæ est
6 † inclusiua, vt diximus in.l.7. titul. 8. num.31.&.32.lib.5.supra, ita vt cum expresserit lex illa. 11. quod vsque ad duos regales ludi posit, etiam si non sit pro conuiuio, includit casum, vt & pro conuiuio ludi possit vsq; ad duos aureos, & non plus, nã & dictio quanuis, vt dixi in dict.num.32. addit præcedentibus, & probatur expresse ex l.10. infra isto tit. & lib. & quia de iure tunc licebat ludere pro cõuiuio quo
7 ties non luderetur magna quantitas, † vt per Troilum Malue, in tracta. de sortibus, 2. part. num. 10. in volum. 11. part. 2. tract. diuers. Docto. & sic hanc opinionem tenet Auenda. dict. capit. 9. præt. nume. 1. &. 2. lib. 2. vbi inquit, quod indubio quamlibet quantitatõ
8 ludi non probato † contrario, videtur ad solatium, prout benigne præsumere inquit Ioan. Fab. in Authenti. aleat. vsus. C. de religios. & sump. fun. Item pro conuiuio licet ludere, dum
9 modo non causa voluptatis, † vel lucri cupiditate secundum Troilũ, vbi supra, nu. 10.

Ibi. *Y esto con que no se jueguẽ los dados.* Ad taxillos enim ludere non licet,
10 etiam solatij, vel conuiuij, † causa, vt ex text. colligit Auend. dict. c. 9. nu. 3. lib. 2. præt.

Ibi. *Allende de la excomunion.* Potest enim Episcopus loci inhibere ludos
11 ratione peccati † ex cap. nouit cum ibi notatis extra de iudi. notat Hosti. in tracta. de ludo, artic. 2. princ. num. 20. & consequenter poterit Episcopus prohibere domus tabulariorum,
12 † imò nè mulieres accedãt ad dictos ludos, in quibus multa peccata committuntur, & pro dictis allegat ipse Costa, text. in cap. fin. de exceptio. in 6. & facit cap. fi. extra de præscriptio. cum similibus, & numer. 21. id etiam prosequitur, ipse Costa, & ex text. nostro in ijs verbis id probari videtur.

Lex sexta sequens est huius legis, 5. declatoria, & præcedentium, ideo non est quod in ea insistamus, nisi in eo tantum, quod ex ea probatur in illis verbis, *Las pidieren los que tienen los tales priuilegios*, vt considéres ex ijs verbis probari opinionẽ quod ad incurrendam pœnam ludi non requiritur
13 apprehensio in ludo, † idque probatur etiam ex.l.10. infra eod. ibi *No haga pesquisa*, & ibi. *No auiendo fido demandados*, contra Mexiam in pragm. taxæ pan. conclusio. 1. glos. 1. nume. 34. fol. 17. & cessant in hoc casu dicta per Cœpolam, in.l.si fugitiui. nu. 72. cum sequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentibus. C. de seru. fug. Rip. de Peste titu. de remed. ad cõseru. vbert. cap. 1. num. 104. Anton. Gom. in l. 45. Taur. nume 48.

SVMMARIA.

Apprehensio in ludo non requiritur, sed per testes probari sufficit ad puniendum. nu. 1.

Apprehensi in ludo taxillorum perdant omnem monetam, & est speciale. numero. 2. & nume. 3. ponitur etiam pro casu speciali vbi alguazellus capit pecuniam sine mãdato iudicis dum tamen cam intra. 24. horas iudici præsentet. nu. 4.

Alguazellus sine sententia nihil potest sibi applicare. nu. 5.

Domus tabularij recipientis ad ludum taxillorum confiscatur, & est speciale hoc hodie in hoc casu. nu. 6. & 7.

Lex Septima.

Summarium.

Taxilli non fiant, neque vendantur neque cum eis ludatur sub nostri text. pœnis.

HBI. *Sopena.* Vide. l. 15. tit. 26. infra isto libr. quæ notior est, & pœnas auget, vt apparet ex subscriptione marginali nostræ legis.

Ibi. *O se tomaren jugando.* Allegat, & considerat eam in hoc Auend. cap. 9. præt. nu. 11, li. 2. & ex aduersatiua, vel potius disiunctiua considerari potest hic esse text. probantem ad condemnandum lusorem ad pœnam nõ esse
1 necesse apprehendi in ludo, † sed sufficere per testes probari vt dixi, in. l. præcedenti, & probatur ex text. nostro hoc modo, nam cũ in verbis præcedentibus dixerit, quod personæ ludentes puniantur, & sequatur, *O se tomaren jugando*, necessario verba præcedentia de illis intelligenda sunt, qui per testiũ informationẽ sunt conuicti lusisse, vt differant ab illis, qui apprehẽduntur in ludo, aliter enim disiuncti ua illa, ò, male apponeretur, & esset superfluo apposita, & in disiũcti uis sufficit alterã & vnam ex partibus esse veram & per me sic nouiter considerat us vrget plurimũ pro hac opinione.

Ibi. *Y aya perdido toda la moneda.* Specialis casus est hic cum luditur ad equos eburneos, vulgo *Dados*, vt apprehensi in ludo perdant omnẽ mo-
2 netam, † & res alias, quas quidem ludunt, generaliter enim in alijs ludis non perditur tota moneta, sed tantũ legis pœna capi potest, ex. l. 11. infra isto titu. quę cum sit generalis per nostrã specialẽ est declaranda, & intelligenda, cũ genus per speciẽ declaretur, & limitetur, non verò species per genus corrigitur, & vt euitetur legũ correctio, sic est dicendum, & tenendum ob de testationẽ huius ludi, *De los dados*, ita per leges nostras prohibiti.

Ibi. *Despues de tomada.* Hic est vnus casus vbi alguazellus sine iudicis mã
3 dato capit pecuniam, † & res delinquẽtium in ludo, quẽ & alios refert Auend. ca. 11 præt. nu. 33. ad fin. lib. 1. quẽ casum adde ad l. 2. tit. 29. p. 7 & refert etiã Dida. Per. lib. 3. Ordi. col. 819. in princ. & Suarez. l. 2. *De los emplazamientos*, num. 8. pag. 367. deberet tamẽ talis alguazellus harum rerum, & pecuniæ, intra. 24. horas præsentationẽ
4 † coram iudice facere, sicut cum capit personas sine mandato in aliquo ex casibus ab illa. l. 2. permissis, secundum Anton. Gomez, tom. 3. Variar. capit. 9. numero. 3. &. 4. Cum valeat argumentum de rebus ad personas, & è contra, vt per Everard. in sua e h
turia.

Ibi.

Ibi. *Sea primeramente sentẽciado por la justicia.* Nam sine sententia nihil po
5 test alguazellus † sibi applicare, secũ dum Auend. dict. ca. 9 num. 9. versi. si vero alguazellus, li. 2. præt. & interim quod condemnatio fit, talis pecunia, vel res depositantur ex mandato iudicis penes aliquam fidam personã, nam non statim debet fieri condemnatio ex solo Alguazelli dicto, dicentis se in ludo illa apprehendisse, sed debet omnino pars audiri, & verificari aliqua informatione captura hæc, & intra octo dies ex lege nostra debet sententia proferri, sed si iudex apprehẽdat, tunc statim potest condemnare, secundum Auenda. in dict. numero. 9. ego tamen adhuc tunc apprehensionem aliqua informatione iustificarem propter syndicatum.

Ibi. *Sea confiscada.* Hic est specialis
6 casus vbi domus tabulariorum recipientium † ludentes ad taxillos, vulgo *Dados*, confiscatur, in alio vero ca
7 su ex praxi † communi aliud est receptum, & ex specialitate nostræ legis potest sumi argumentum vt in alijs ludis aliud sit cum valeat argumentum ab speciali.

SVMMARIA.

Vdere ad creditum non licet etiam in ludis licitis. nu. 1.

An perdens ad creditum tenebitur in conscientia perditum soluere. numer. 2. & 4. & num. 5. & 10. & 11. & 12. & 13.

Ludentium vnus si ludit pecunia præsente alter vero non, an lucrabitur promissam ludens præsente pecunia, & ei soluenda erit. nu. 3.

Iramenta ludentium ad creditum, an obliget soluere. nu. 6. nisi vt. nu. 7.

Perdens absente pecunia si post soluat sponte sua licite retinet. nu. 8.

Lex nostra an sit vsu abrogata. numero. 9. quoad retentionem pecuniæ iam solutæ.

Perdens ad creditum si schedula promittat post soluere, an compelli possit ad solutionem. nu. 10.

Contra illus falli per ludentes in ludo prohibito non valet. numer. 14. & num. 15. quod vendens non tenetur de euictione de venditis in ludo. nu. 16. & 17. ampliatur.

Venditionis promissione facta in ludo rei alicuius si extra aleam post perficiatur venditio an valebit. nu. 18.

Lex Octaua.

Summarium.

Etiam ad ludos permissos ludi non potest sub credito, & non præsente pecunia, & contractus, & obligationes nullæ sunt, si in contrarium fiant.

HBI. *Ni jueguen a credito, ni a fialo, aunque sea juego de pelota, ni otro de los tolerados y permitidos.* Iure ciuili aliqui distinguebant inter ludos licitos, & illicitos, ita vt liciti sub credito, & fideiussione agitari essent adimplendi, & soluẽda promissa, secus si essent illiciti, ex lege tamen nostra idem est
1 in licitis, † quod in illicitis agitatis, ad creditum, & sub fideiussione, & nimirum ex veteri adagio inter ipsosmet ludentes vsitato, quod non ponitur, non soluitur, hucque alludunt verba Authenticę, alcarum vsus C. de religios. & sumpt. fun. ibi nulla condemnatio sequatur, quem text. vltra Doctores, ibi, allegat in pragm. Sanctione, titul. de spectacul. in Eccles. non faciend. verbo. ludibria, columna. 5. Sed an in foro conscientiæ
2 hæc procedant, † scilicet, quod perdens pecunia absente promissa, & nõ præsente teneatur illam lucranti soluere, duæ fuerunt in hoc opiniones, prima est Alphon. à Castr. li. 2. de leg. pœn. cap. 2. & Medinæ Complutens. in Codice de restitu. q. 32. & Adria. in 4. de restitutione, quæstione. 21. qui volunt teneri ad soluendum perdẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecuniam ad creditum in conscientia, idque probant primo iure naturæ, quæ quidem promissio facta de re licita, maxime si mutuata sit, adimplenda est, nihil enim tã cõgruum & rationi & naturæ quàm vt pax seruetur & pacta custodiantur, vt in c. 1. extrà, de pact. in huiusmodi enim ludo mutuò & vicissim promittũt sibi lusores soluere quidquid sic ludendo perdetur, quæ solutio licita est, cum possint & gratis dare, & sic promissa adimpleri debent.

Secundo contractus iste quo ludẽtes sibi inuicem promittunt perdita soluere nulla lege ciuili est irritus, ergo nascitur ex illo obligatio soluẽdi, idque probatur ex eo quòd iure naturæ omne promissum, quòd nulla lex prohibet adimplere, est debitum. Antecedens verò constat, quia tam leges Cæsareæ, quàm Castellæ, solum dant repetitionem in iudicio, non autem prohibent solutionem, & licet prohibeant exigi in iudicio, quòd sic perditum est in ludo, non autem prohibent quin is, qui perdidit 1 soluat, & qui lucratus est recipiat.

Tertio si non teneretur soluere qui perdidit, id certè esset, quia pòtest, quæ soluit repetere in iudicio, hæc autem facultas non tollit debitum soluendi, nam qui iurauit vsurario aut latroni dare aliquid potest illud repetere in iudicio, nec propterea liberatur à debito exhibẽdi quæ promisit. Quarto qui ludit pecunia præsente & apposita tenetur haud dubio soluere si perdat: ergo & qui ludit, pecunia absente, data fide, eo p in toto iure ciuili tam cõmuni, quàm particulari, nulla sit distinctio inter ludentem pecunia præsente, vel ludentem data fide: idque confirmatur, nam in ludo debet esse æqualitas inter ludentes, cum sit contractus pertinens ad iustitiam commutati-

uam, at si ludant duo, vnus p ecunia præsente, alter verò sola fide data, hic enim omnium consensu, si lucratur verè adquirit dominium † 3 pecuniæ præsentis, ergo & ille adquiret quoque dominium pecuniæ sibi promissæ: alioquin, non esset æqualitas, sed esset peioris conditionis ludens pecunia apposita, quòd est maximum absurdum. Vltimo si ludens pecunia credita perdat & soluat deinde lucranti, & iste qui lucratus fuerat, recipit deinde pecuniam in illo ludo sibi promissam, non tenetur restituere, sed tuta conscientia illam retinet, donec in iudicio repetatur, in quo omnes conueniũt, ergo per huiusmodi ludum sub data fide transfertur etiam dominium, alioquin ille, qui fuerat lucratus, nec posset deinde lucrata recipere nec retinere. Secunda verò † & contraria 4 opinio est Adria. sibi contrarij in. 4. de pœniten. quæst. 12. scilicet, ludentem pecunia promissa non teneri ad soluendum, neque transferi dominium in aliquo foro, & hanc sequuntur Couar. capit. peccatum. 2. part. §. 4. num. 9. Soto libr. 4. de Iustit. & iur. quæst. 5. artic. 2. Nauar. in Manua. Hispan. cap. 19. nu. 17. & in additio. ad cap. 28. & in Manua. Lati. cap. 20. num. 17. versicul. Ad quintum, & est cõmunis Thomistarum receptio rum, & plures alios refert nouissimè Enriquez in sua summ. Philosophi. Moral. tom. 1. lib. 7. de indulgent. capit. 35. pag. 590. in glos. sub litera. M. & Angles, in suis Theolog. Flor. titu. de ludo, in dubio. 5. & Ludouic. Lop in suo Instruct. negot. libr. 2. capitulo. 22. vbi hanc veriorem testatur & sine dubio lege nostra attenta: & fundant eam in foro exteriori hac ratione, iure ciuili fic lucranti non datur actio, ad petendam pecuniam promissam ab eo, qui perdidit, imo

contra

contra sus, qui perdidit soluerit, datur illi repetitio vt constat ex legibus citatis in l. 2. suprà isto titul. per text. ibi, ergo poterit is qui perdidit, quæ nondum soluit sibi retinere, tanquam ea, ad quæ statim recuperanda habet ius, sed frustra quis petit quod statim restituturus est, nam & cui damus actionem eidem damus exceptionem. c. qui ad agendum. de regulis iuris, in sexto. l. inuitus nemo. §. cui damus. ff. de reg. iur. Sed cũ detur huic perdenti repetitio & actio ad repetendum si soluit, ergo & dabimus ei retentionem, nec tenebitur illam soluere, & hæc opinio secunda hodie tenenda est. Possent tamen concordari hæ opiniones † scilicet, quòd attẽto 5 iure naturæ ex quo quidẽ omne promissum est adimplendum & attento iure ciuili, quòd nullam differẽtiam faciebat esset pecunia præsens, vel non. Prima procedere posset opinio, sed attenta lege nostra inualidante omnes promissiones contractus & obligationes, tenẽda est omnino hęc secũda opinio, tam in foro exteriori, quam interiori, quæquidem secunda opinio sic retenta, limitãda est primo vt non procedat quories iurant tales ludentes pecunia credita se inuicem 6 soluturos pecuniam amissam † vni eorum lucranti, nam tunc omnino tenentur adimplere, & soluere, sed ea soluta competit soluenti repetitio talis pecuniæ, secundũ supra dictos Doctores maxime Enriquez, vbi suprà, litera, O. Vbi allegat ad hoc Gutier. de Iuramento Confirmatorio. ca. 53. num. 2. & ibi hanc communem testatur ipse Enriquez, & sequitur eam Nauar. in dicto numero. 17. & Lopez in suo Instructorio conscientiæ, capit. 184. versiculo, Quarta conclusio, qui inquiunt quòd si sic perdens à iudice Ecclesiastico obtinue-

Azeuedo super. 8.

rit relaxationem iuramenti. Poterit nihilominus † iure optimo pecu- 7
niã non soluere. Secundo limitatur hæc secunda opinio nisi perdens absente pecunia sponte sua † post soluat perditam pecuniam, nam tunc 8
cessat hæc secunda opinio, & potest licite recipiens eam retinere etiam in foro conscientiæ, nam soluens tacite renuntiat priuilegio legis, & vult seruare promissionem & contractum iure naturæ obligantem, nam licet lex nostra aliquando obligauit in conscientia, ne quis reciperet solutum, est tamen interpretante consuetudine sensus eius, vt det ius irritandi contractum & promissionem, sed non vt faciat incapacem recipientem pecuniam talẽ dominij adquirendi, ita tenet Enriquez vbi suprà, litera, N. vbi alios refert, & Lopez in dicto Instructo. negotiant. dict. capit. 22. versiculo, Pro huius expeditione, & iterum in dicto Instructo. conscientiæ, dict. capit. 174. versiculo, At in contrarium, cum sequentibus, & præsertim in versiculo, Tertia conclusio, & nouissimè Michael Salon, tomo. 1. de Iustit. quæst. 5. de dominio, artic. 6. versic. Obseruemus vltimo, colum. 560. in fin. cum sequentibus, vbi inquit iuxta grauissimos nostri temporis Doctores legem nostram sic intelligi, vt qui promisit non teneatur in conscientia soluere perdita, quia lege ista talis promissio redditur nulla, & inualida, quæ lex cum sit iusta habet vim in vtroque foro: qua vero ex parte statuit, vt si is qui perdidit soluat, lucrãs non possit recipere, nec retinere, videri apud Hispanos, iuxta morem prouinciæ fore impossibilem, quoniam vt est Hispanorum mos ingenium & conditio, si soluenti pecuniam, quam data fide perdidit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

is qui lucratus fuit vellet illam restituere soluenti, nollet eam ille vllo modo recipere, sed indignaretur, velut de iniuria sibi illata, & ita ex hac parte legem nostram non obligare, nisi vel a lueniente iudicis sententia, vel si is qui soluit postularet, sibi repetita solui, & confirmatur hæc sententia vsu, & consuetudine quæ est optima legũ interpres, videmus enim maximam partem magnatum, quorum multi probi viri sunt, & timorati ludere pecunia credita, & quæ lucrantur deinde cum sibi soluuntur recipere, ac retinere, nec propterea sentire se obnoxios restitutioni, aut à propria conscientia accusari, aut obligari à confessarijs prudentibus, & peritis ad ea, quæ sic lucrati sunt, & acceperunt restituenda. Et sic inquit Alcocer relatus per Entiquez, vbi supra, se non ausum obligare ad restitutionem & ita tenere viros doctos, & in hoc sensum intelligendam assero opinionem Magistri Bañes in secunda secundæ, quæstione trigesimasecunda, articulo septimo, versiculo, circa secundum punctum, cuius sententiam generaliter Retulit Lopez in dict. capit. vigesimosecundo, versiculo pro huius expeditione, dicens hic Magistrum Bañes ibidem asserere legem nostram in desuetudinem abijsse, & vsu contrario abrogatam, nam Magister Bañes ibidem, nõ ita id generaliter asserit, nam si assereret sic, non esset sequendum, quia lex nostra non est vsu abrogata, sed seruatur quotidie & noua lege est suscitata, & confirmata, sed tantum inquit Bañes ibidem legem nostram
9 esse † vsu abrogatam, quoad hoc scilicet, quod is qui recepit pecuniam quam ad creditum lucrauerat, possit eam retinere, neque ante iudicis sentẽtiam vel ante partis repetitionem teneatur restituere, prout dicti Doctores asserunt, & in hoc sensu bene loquuntur. Tertiò, & vltimo limitatur hæc secunda opinio vt non procedat si ex post facto ille qui sic perdidit pecuniam neua schedula, &
10 promissione promiserit † se amissa soluturum, ex dictis per nos in. l. 3. supra eodem, quia lex nostra promissiones tempore ludi factas irritat, & annullat nõ vero ex post facto factas. Et ad argumenta contrariæ opinionis primæ, scilicet, in principio huius glossę propositæ respondetur facillimè, quod cessant quia non procedunt in terminis nostræ legis irritantis promissiones tales, & obligationes, & ad alia respondet Salon, vbi supra, & Couarruu. vbi supra, & alij ex relatis quæ hic referre non est necesse, quia clara est eorum responsio. Ex quibus cum Salone vbi supra, colliges tres conclusiones veras, & tenendas. Prima est conclusio, quod stando in solo iure naturæ seclusaque omni lege ciuili qui perdidit pecuniã in ludo sub data fide, tenetur illã
11 soluere † in conscientia, & hanc probant efficaciter argumenta primæ opinionis. Secunda conclusio, stando in iure communi, & in iure antiquo Castellæ †
12 (ante legis nostræ promulgationem) tenetur lusor similiter soluere pecuniam perditam, & promissam in ludo, quæ quidem conclusio patet, nã obligatio naturalis soluẽdi promissa nõ potest cessare nisi virtute alicuius legis illã auferentis ob bonũ cõmune, leges vero Cęsareæ, & antiquę Castellæ eodẽ modo luquũtur de ludo siue pecunia sit prę sens siue absens, nec prohibẽt solutio nẽ pecuniæ perdit, vt cõstat, ergo sicut in ludo pecunia præsente nõ prohibẽt, dictæ leges translationẽ domini sed solũ dant repetitionẽ, ita in ludo pecunia absente non prohibetur translatio Dominij, sed solũ statuunt ne pe-

ne pecuniam perditam possit qui lucratus est exigere in iudicio, tertia vero erit conclusio notabilis in Regno Castellæ post legis nostræ pro-
13 mulgationem, qui perdit in ludo † sub data fide non tenetur soluere: ꝙ si libere & voluntariè soluat, qui lucratus est potest recipere, ac retinere, donec ab eo, qui soluit reperatur ex vsu & consuetudine sic interpretante. Prior huius conclusionis pars probatur, sicut enim lex Ecclesiastica potest cassare vota imprudenter facta, ita lex ciuilis temerarias & imprudentes promissiones ob bonum commune, huiusmodi autem promis- 18
siones factæ in ludo sunt temerariæ: experientia enim teste cum primum lusorum animus incaluit, si pecunia credita ludatur, exponunt illam in magna quantitate sine modo & termino, quòd non ita sit, quando est præsens & oculis subiecta, cassantur autem omnino & irritantur istæ promissiones ex lege nostra: ergo qui ita promisit non tenetur, soluere, altera pars conclusionis ex dicta consuetudine & vsu iustificatur & constat, & sic habes legem nostram & hanc materiam difficilem inter Doctores, nunc satis claram & optime enucleatam & digestam.

Ibi, *Damos por ningunas qualesquier obligaciones escripturas, o promessas.* Cõtractus enim facti in ludo prohibito per
14 ludentes nihil valent †, ex glo. l. ꝙ si minor. §. penult. ff. de minor. vt late per Parid. de Put. tract. de ludo. n. 15. cum sequentibus aliquibus, vbi nu. 19. inquit quòd venditio facta in ludo inter ludentes nihil valet, neque
15 tenetur vendens † de euictione vbi num. 24. ampliat etiam si res vendatur per ludentem non collusori, sed
16 tertio † alicui, quòd non teneatur de euictione, licet valeat venditio, adeò vt neque ad pretium agere pos- 17
sit †, si illud venditor lusit, & non est factus locupletior in aliquo, sed si pretium non luderet, tunc vtique repeti potest, ita Angel. l. fin. ff. quarum rerum actio. non detur, relatus per Put. dict. numer. 24. vbi subdidit quòd si vẽdidi domum non mecum ludenti, quæ euincitur, teneor de euictione, quia pretium non lusi, & idem si lusi & non tecum, & idem si lusi, sed post magnum interuallum, quia ista venditio non est prohibita lege & ideò debetur euictio. Et quid si facta est in ludo promissio de vendendo, & postea extrà aleam fiat venditio an valeat †, Puteus vbi suprà, numero. 22. id tractat, & inquit quòd sic, dummodo ipsa venditio sit facta ex interuallo post recessum ab alea, & num. 21. inquit ipse Puteus quòd neque transactio inter ludentes valebit, & in facto & causa cuiusdam militis, qui lusit ad pilam octingentos ducatos, de quibus fecit instrumentum depositi, victori, nam fuit probatum quòd instrumentum fuit ex causa ludi, fuit pronuntiatum in sacro consilio dictum instrumentum non valere, & fuit cãcellatum, quod est contra tertiã limitationem quam posui ad opinionem secundam in glo. præcedente per me relatam, nisi intelligamus hæc, cum in continenti fuit instrumentum factum, illam vero limitationem, cum multo ex interuallo. De ijs etiam contractibus in ludo factis tradit etiam Caccialup. in Tracta. de ludo, quæst. 8. per tot. fol. 157. volu. 7. Tractat. Docto. & Costa in eodem tract. de ludo. artic. 5. Princip. & Iodoc. in praxi crimin. capit. 126. num. 6. 9. & 10. & Maria. Soci. in cap. inter dilectos, quæstio. 13. princip. per rot. de excess. prælat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

LVdere an liceat in vna die ad pilam pluries summam nostræ legis sine pœna. num. 1.

Ludus permissus quia peritiæ & virtutis exercendæ est. num. 2. vel saltim virium exercendarum. num. 3. nisi vt. n. 4. adsint inramenta & blasphemiæ.

Lex Nona.

Summarium.

Quomodo ludi potest ad ludum pilæ, & in qua quantitate & pecunia præsente, & non ad creditum declarat lex hæc.

IBI, *En vn dia no puedã jugar.* Iunctis verbis sequẽtibus, *mas de treynta ducados*, notandũ est ex ijs verbis, quòd in vno die ludi non potest vltra triginta hos aureos, ita quòd non pro omni ludo possint ludi omnes triginta ducati in eodem die, sed quòd in vna die ij tãtum aurei ludi possint, & hoc
1 siue in vna vice † siue in pluribus interpolatim vel non interpolatim ludantur, aliter enim si in vnamet die ludat quis ad pilam bis vel ter, & in vnaquaq; vice hos triginta integros aureos, pluries dicetur eos lusisse, & incurret nostri text. pœnam, ex Bart. doctrina. in. l. inficiando. §. si infans. ff. de furt. facit. l. Pomponius. la segunda. ff. de negot. gest. notat Montolo. in suo Promptua. iur. verb. ludens. gl. ludentem, & Caccialup. in Tractat. de ludo, in. 15. quæst. numer. 69. & in hoc titulo remanet dictum, & hæc erit dictorum limitatio.

Ibi, *Al juego de la pelota.* Ludus enim hic pilæ permissus est, eo quòd est po
2 titiæ & exercendæ † virtutis ludus, vt in. l. item Mela. in princ. ff. ad legem Aquil. notãt Doctores in cap. clerici de vit. & honest. cleri. & in cap. inter dilectos, de excess. prælat. Dummodo alia delicti species non immisceatur, vt. l. pen. & fin. ff. de aleato. & in Authentic. alearum vsus. C. de relig. & sumpt. fune. vbi ponuntur ludi permissi, de quibus in hoc titulo remanet dictum, & licet non ponatur iste ludus pro permisso, tamen non videtur ibidem prohiberi, sed permitti potius, quia in dict. l. item Mela, non agebatur contra lusores, qui iaculauerant pilam in manu tonsoris, sed agebatur contra tonsorem, & ille text. videtur ponere facti contingentiam, & quia ludus pilæ videtur ludus mixtus ingenij & fortunæ, vt dicunt omnes lusores, & licet diceretur quòd non esset permissus iste ludus pilæ cum luditur ad pecuniam, tamen dum sit in modica quantitate, quæ iam per legem nostram est taxata, permissus dici potest, vt vult text. in dict. l. fi. ff. de aleato. nam licet non sit virtutis
3 regulariter † ludus pilæ, est tamen virium exercendarum & corporis agilitatis gratia permissus, & exercitatus, & Scevola Iurisconsultus, vt ait Valerius Maximus in Rubr. de otio, optimè pila lusit, qui in hoc ludo animum suum occupatum forensibus ministerijs solebat transferre, qui etiam lusit alea causa recreationis, & etiam Socrates, cui nulla pars Sapientiæ obscœna fuit lusit cum pueris interposita arundine curribus suis. Vbi autem in ludo pilæ luderetur cum blasphemia & cũ iuramẽtorum multitudine, tunc prohibitum est ludere
4 † propter mixturam delicti, in dict. Authent. alearum vsus, quia tunc ex accidenti fit non permissus, vt inquit Bald. in Rubr. de cond. obturp. cau. ita Puteus in dict. tract. de ludo. nu. 7. & Caccialup. eod. Tract. in præfatio. n. 9. in volum. 7. Tract. Doctorum.

SVM-

SVMMARIA.

QVoto tẽpore proscribatur ius præcedendi contra ludentes. num. 1. & numero. 2. quod lapso illo tempore nihil peti potest, etiã si ludentes confiterentur lusisse. num. 3.

Præscriptio nostri text. procedit, & non interrumpitur per productionem libelli, si non adsit intimatio, & citatio. numero. 4.

Testes non sufficit deponere de tempore per verbum credo. nu. 5.

Tempus nostri text. currit à die ludi non vero à die scientiæ. nu. 6.

Iudex Ecclesiasticus extra duos menses procedit contra clericos. nu. 7.

Etiam pro prandio, & conuiuio non licet ludere vltra duos aureos. nu. 8.

Lex Decima.

Summarium.

Lapsis duobus mensibus post quã quis lusit ad ludos prohibitos procedi nõ potest per iudices, & contra ludentes vsque ad duo regalia pro prãdio, nullo tempore procedi potest.

IBI. *Auiendo passado dos meses.* Lex hæc restringit potestatem iudicis, vel cuiuslibet de populo à lege. 2. supra isto titu, concessam, denuncian di, & procedendi contra ludentes ad ludos prohibitos lapsis octo diebus, perdentibus in ludo ad repetendum amissa constitutis, nam & hæc potestas iudicum, vel denunciatorum populi vltra duos menses non durat, trãsactis enim ijs duobus mẽsibus nõ potest amplius quid exigi à lucrantibus, nam præscribitur huic actioni
1 criminali hoc tempore, † licet regulariter esset contra, vt in. l. querela, C. de fals. & adeo id verum est, quod etiam si esset notorium eos lusisse, la
2 pso hoc tempore nihil peti potest, † secundum Bald. in capit. fin. numero, 12. de offi. delega. & in. l. licet. colum. penul. de procurat. Hippoly. in. l. fin. col. 2. ff. de iurisd. om. iud. imo etiam
3 si id ludentes † ipsi confiterentur, secũdũ Hippo. in. l. 1. in prin. n. 69. ff. de qq. & quanuis offeratur libellus intra menses, si tamen non emanauerit citatio, & intimetur præscribitur hoc
4 tempore, † vt not. Bal. in. l. 1. in princ. ff. de eo. per quẽ fact. erit, & post hæc scripta vidi Ioan. Gutier. lib. 2. practi. quæsti. q. 89. nu. 2. sic ad. l. nostram tenẽtem, & in modo probandi, quod ludus factus fuerit intra duos menses, non sufficit si testes deponant de tẽ
5 pore † per verbum, credo, vt probat Alexan. in additio. ad Bart. in. l. quid ramẽ. §. pen. ff. de arbitr. & not. Auen. cap. 9. præt. numer. 6. lib. 2. & isti duo menses currunt à die ludi non vero à
6 die scientiæ, † secundum Hippol. in pract. §. constante. num. 85. & probatur ex text. hic, ibi. *Auiendo passado dos meses, despues q̃ jugar õ.* Contra clericos tamen Ecclesiasticus iudex etiam ijs
7 duobus mensibus elapsis † procedere potest, secundum Bernar. Diaz, & additio, in prax. cano. cap. 70. numer. 3. & 4.

Ibi. *En quantia de dos reales para cosas de comer.* Hic habes text. probantem,
8 quod etiã pro prandio, † & conuiuio nõ licet ludere vltra duos aureos, ad declarationem. l. 5. supra, eod. genera liter loquentis, vt ibi dixi in gloss. excepto si, & de iure sic erat vt parua quantitas deberet hæc esse vt per lodo. in prax. cap. 126. nu. 16.

SVMMARIA.

LVdere licebat antea vnum solidum. numer. 1.

Solidi quot faciant vnam libram auri. numer. 2.

Intra duos aureos pro conuinio bene licet ludere. nu. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ludere an liceat in vna die pluries duos aureos, num.4.& 5.

Ludentes vltra taxam nostri text. an peccabunt mortaliter. numero.6.7.& 8.& 9. & 10.

Clerici valde ludo vtentes puniuntur, vt numero 7.

Ludere tempore quo missa audiri debet peccatum mortale est. nu. 10.

Apprehensi in ludo quando statim condemnari possint, vel pecunia deponi. nu. 11.

Probatio plena requiritur quo ad condemnandum ludentes. num. 12.

Lex Vndecima.

Summarium.

Si quis luserit vsq; ad duo regalia non puniatur, & iudices si inuenerint ludentes capiant ab eis pœnam ludi, & si non inuenerint ludentes, pœnæ condemnatio non fiat nisi præcesserit ludi informatio.

IBI, *Hasta dos reales.* De iure poterat ludi ita vt non multum læderet ludus. Putà vnum solidum†, secundum quod leges appellant, quorũ septuaginta duo † vnam libram auri efficiebant. l. 2. C. de suscepto. & arcar. libro. 10. etiã si multum diues sit, inops vnum aut alterum grossum, secundũ Iodo. in praxi crim. cap. 126. num. 16. & Caccialup. optimè in Tract. de ludo. quæst. 6. per totam & Auenda. in dict. cap. 9. núm. 1. & 2. libr. 2. præt. inquit quòd de iure communi, prohibitum erat in pecunia numerata ludere siue magna siue parua fuisset quantitas, ex. l. solent. ff. de aleato. ibi, Senatusconsultus vetuit in pecunia ludere: postea iure codicis additum est, quòd neque in rebus liceat, vt in Authentica alearum vsus. C. de religio. & sumpt. fune. ibi ludendo argento apparatu lapidibus & auro. Ho die vero iure regni, ex. l. 5. suprà eodem prohibitio ludendi in pecunia durat si vltra duos argẽteos ludatur, nã intra duos sine vlla fraude bene licet † pro conuiuio, licet de iure cõmuni id non esset limitatum, vt. l. 9 in conuiuio. ff. de aleato. & quia iudices auaritiæ causa vexabant subditos opponendo, quòd non ludebant ad solatium, & conuiuium processit lex nostra, prouidens 9 vsq; ad duos aureos ludi posset etiam si nõ sit pro conuiuio. Sed est quæstionis an tantũ in vna die prohibeatur vltra duos aureos ludi, an verò in vno ludo, ita quòd in vnamet die si ludatur in differentibus ludis & cum differentibus personis possit sine pœna ludi in quoliber horum ludorum vsque ad duos aureos, etiam in vnomet die, & videtur quòd sic†, quia lex nostra non meminit de vna die, sicut meminit. l. 9. in princ. suprà eod. Ergo quòd lex nõ dicit nec nos dicere debemus; nihilominus tñ cõtrariũ est tenẽdũ, imò 9 in vna die non possit † ludi nisi tantum summa nostri text. in his ludis prohibitis, aliter enim esset lex nostra de ludibrio inuenta, item quia si in. l. 9. suprà eod. in ludis permissis quantitas ibi permissa solum potest ludi in vno die: ergo multo fortius in ludis prohibitis non potest quantitas permissa ludi, nisi in vno die, & ita in terminis tenet Caccialup. in dict. Tract. de ludo, num. 10. & 11. & Auiles cap. 29 præt. glo. 1. nu. 5. ad hoc quoties vno ludo perfecto incipitur alius vt in hoc diximus titulo. Sed an peccabunt mortaliter ludentes vltra taxam nostri text. & videtur quòd peccẽt mortaliter†, siue sint clerici, monachi, siue laici, per tex. in dict. c. Episcopus. 35. dist. vbi clerici excommunicantur similiter & laici, quæ excõmunicationis pœna quia grauissima, nunquam imponitur, nisi pro peccato mortali, vt cap. nemo. 11. quæst. 3. & in iuribus allegatis per Nauarru. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. Corolla. 20. nume. 480. & facit gloss. in sum. 4. quæst. 1. quam commẽdat Pala. Rub. in cap. per vestras. §. 18. nu. 18. in quo tamen puncto est notandum, quod clerici deseruientes ludo, idest valde seruientes † puniuntur in dict. capit. Episcopus. Prout ibi declarat Præpositi. & Bern. Diaz, in pract. cano. cap. 70. aleatores, quò fit vt illa non incurratur, ex eo quòd semel aut iterum ludat, cum tantum deseruientes ludo, ibi puniantur, clericus tamen punitur semel ludens extra casus permissos, & in hoc titulo declaratos, per text. in capit. clerici de vit. & honest. cleri. vbi omnis ludus alearum, & taxillorũ interdicitur clericis, in quo text. cum nulla pœna temporalis imponatur, colligitur, quod obligat ad pœnam spiritualem, quam esse peccati mortalis docet Maior in. 4. distin. 15. & Adria. & Caieta. relati, & secuti per Nauarr. in Manua. Lati. capit. 20. num. 9. id in clericis beneficiarijs, vel in sacris ordinibus constitutis esse asserit, quoad laicos vero dictum cap. clerici non loquitur, vt ex litera eius patet, ergo laici non obligantur ad mortale peccatum † ludentes vltra taxam, si semel aut iterum ludant, secus vero si deseruiant † ludo, ex dict. cap. Episcopus. qui quidem text. neque leges nostræ, nunquam fuerunt receptæ quoad Laicos etiã vltra taxam ludentes, secundum Nauarr. ibidem, num. 9. & 10. propter defectum intentionis legislatorum obligantes tales laicos ad pœnam temporalem, de qua in. l. 2. supra eodẽ, & in sequentibus post eam, ergo non ad mortalem, ex dictis per Matthesi. Notab. 78. & per Nauar. in dict. Corol. 20. & Castro de lege pœnal. lib. 1. ca. 4. & 5. vel ex eo quod quãtum ad hoc dictæ leges nunquam fuerunt receptæ, & sic quotidie absoluuntur à confessoribus, qui non absoluerentur si esset peccatum mortale sine proposito fit missimo nunquam ludendi, per text. in cap. quod quidem. de pœnit. & remis. & ita tenendum, nisi ludatur tẽpore quo debet missa audiri, † vel ex alia circunstantia fieret mortale, vt voluit Nauar. vbi supra, num. 11. licet potius sub consilio quam sub præcepto id dicat.

Ibi. *No tomen los dineros.* Iunctis verbis *Saluo la quantidad de la pena*, limitatur hæc generalis dispositio ex. l. 7. supra eodẽ in ludo taxillorum, in quo apprehensus ludendo in tota pecunia punitur, vt ibi dixi ad declarationem nostræ legis.

Ibi. *Puedan depositar hallandolos en el juego.* Hoc si per alguazellum capiantur, secus si per iudicem † nam statim tunc condemnari possunt, secũdum Auenda. dict. cap. 9. num. 9. & dixi in dict. l. 7. neque potest tunc appellari, secundum Auenda. dict. numero. 9.

Ibi. *Que sin preceder information.* Quæ quidem præcedere debet si lusores in ludo nũ capiantur, vt per text. nostrũ inquit Auenda. cap. 9. præt. numer. 7. in fin. libr. 2. & in dict. l. 7. diximus: Summaria autem informatio, quæ præcedere debet, secundum eund. Auend. ibi numer. 8. sufficit quod vel modica sit, vt. l. 3. §. causæ. ff. de carbo. edict. l. tertia, §. ibidem. ff. ad exhib. quod tamen ego intelligo quoad capiendum lusores, sed quoad condemnandum plena, † & legitima debet esse probatio, quia nullus condemnandus est absque legitima probatione, in ore enim duorũ, vel triũ stat omne verbum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

SOrs varijs accipitur modis. numer. 1. & nu. 2. quid sit, & nu. 3. quotuplex.
Sors triplici ex causa spectari potest. numero 4.
Sors non est aliquid secundum se malum, tamen quadrupliciter incidit peccatum in ea. nu. 5.
Sortes quomodo lex nostra considerat. numero 6.
Diuinationis genus à Persis originem sumpsit. num. 7. & num. 8. qui Augurio præstigium, & aruspicinam artem inuenerũt cum nu. 9.
Venire an sit licitum ad iudicium sortis. numero 10.
Sortem mittere pro electione facienda de prælato Ecclesiastico non licet. nu. 11.
Sortiri solum licet in casibus permissis. numero 12.

Lex. 12.

Summarium.

Ludi non potest à *risãr*, neque sortiri potest sub nostri text. pœnis.

1 BI. *Que no se echen suertes.* Sors varijs accipitur modis, † vt apparet ex glosl. sors, in prœm. clem. quãdoque enim pro fortuna, vel euentu sumitur, vt in cap. 33. num. 161. quã diuidetis vobis sorte, & in l. si duobus C. comnia deleg. & in capit. sors. 26. q. 2. & in præsenti, quandoque pro sacrilegio, vt in capit. 1. extra de sortileg. quandoque pro capitali seu pro principali, capi. 1. & 2. de vsur. quandoque pro parte seu portione. ca. secundum de præben. ca. cleros in princip. 21. distinctio. & reiecta diffinitione sortis apposita in cap. sors non est, 25. quæst. 2. eò quod non conuertitur cum suo diffinito, & reiecta etiã diffinitione Isidori libr. 8. Etymolog. & transumptiuè in capi. 1. 26. quæsti. 1. quia non comprehendit omnes species sortis, diffinienda est sors, prout eam definit S. Thom. in quodam tractat. de sortibus, scilicet, quod est in-
2 quisitio occulti excedentis † humanam industriam per aliquod à nobis factum super rebus humanis ad nos pertinentibus, vel habendis, vel petẽ dis, vel cognoscendis. Et dictum est, quod est inquisitio, quoniam hoc verbum ponitur, vt genus & de per se patet quid denotet. Ideò etiam dictum est occulti, quia in manifestis nimis reprehẽsibile esset ire per sortes, qualia sunt ea, quæ sunt de necessitate, vt Deum esse: & an duo & tria efficiant quinque, vel etiam si essent manifesta, vel notoria, facit. 2. quæst. 1. in ca. de manifesta, & cap. manifesta, quoniam ea, quæ sunt ad finem, cessant adempto fine, vt in cap. euidentia de accusatio. diximus etiam in diffinitione, excedentis humanam industriã, quia derisibilis esset, qui quæreret per sortes, an comedat, vel bibat an maturas fruges colligat, vel si id quod videt est homo, vel equus, vel quid simile. Dictum est etiam per alij quod à nobis factum, quia quandoq; fit à nobis per inuocationem diuini auxilij, & hæc pertinent ad Prophetas, & Prophetia vocatur, & est permissa, quãdoque per inuocationem dæmonum, hoc autem quandoque necromantia, quandoque geomantia, quãdoque hydromantia, quãdoque iromantia, quandoque pyromãtia appellatur, secũdum acarios, & diuersos inuocationis verbi sortis modos, & quę sint hæc declarat Troilus Malue, in tractat. de sortibus, in princip. num. 3. cum sequentibus, volum. 11. 2. part. tractat. Doctorum, vocantur etiam, & alijs nominibus, de quibus statim. item fit quandoque sors, & per alia signa, vt & infra videbimus.

mus. Dictum est etiam in diffinitione super rebus humanis quia risibilis etiam videretur, qui sortibus explorandum existimaret aliquid circa diuinam essentiam, vel circa numeros, vel circa motus solis, & stellarum. Diximus etiam ad nos pertinentibus, quia non ad omnes res humanas inquisitio sortis extenditur, sed ad eas dumtaxat, quæ pertinent ad vsum propriæ vitæ, & eorum cum quibus quocunque modo quis communionẽ non habet, nullus enim hic senex existens forte aliquid inquirendum curat de ijs, quæ ad Iudęos, Tartaros, aut Chaldęos pertinent, cum quibus nullatenus in vita communicat, de ijs ergo solum homines consueuerũt per sortes quærere, quæ qualitercunque ad eos pertinent, vel ad sibi connunctos. Diximus itidem in diffinitione, habendis vtendis vel cognoscen-
3 dis, vt tres sortium species † comprehenderent, diuisoria, consultoria, & diuinatoria, & notanda sunt prædicta quia in hac materia præbent intellectum ad multa. Et sors quandoque appellatur Phur, vnde Phurim, id est sortium, & erat vna ex decem festiuitatibus in veteri testamento, quæ celebrabatur pro victoria Esther, quam habuit de Aman, quam victoriam, vt haberet Esther, sortem misit in vrnam, vt habetur in lib. Esther, ca. 9. & sic sors est triplex, diuisoria si eius iudicio quæratur, quid cui sit adhibendum, siue illud sit res possessa, siue honor, seu dignitas, seu pœna, vel actio, alia vero est consultoria, quoties inquiritur quid agere oporteat. Vocatur autem tertia diuinatoria: cum quid futurum prænoscere volumus, ita Syluester in summ. verbo. superstitio. num. 9. vbi inquit sortem triplici
4 ex causa spectari posse, † scilicet, cæli, fortunæ, vel spiritu dirigente, si spectetur à cælo quasi actus humani, qui ad sortes requiruntur, secundum dispositionem stellarum sortiuntur effectum, vana, & falsa est opinio, & consequenter dæmonum ingestione nõ carens, ex quo illicita, & superstitiosa erit diuinatio. Si vero spectetur à fortuna, quod locum habere potest in diuisoria sorte, non videtur habere vitium, nisi forte vanitatis, sicut si non volentes aliquid concorditer diuidere, velint ad diuisionẽ sortibus vti, quasi fortunæ exponentes quam partem quis accipiat. Si vero spectatur à spiritu, siue causa spirituali, siquidem sit dæmon, est sors illicita, & secundum Canones prohibita, sicut fecit Rex Babylonis, Ezechie. 21. si verò spectetur à Deo, qui temperat sortes vt Prouerbi. 16. talis sors, secundum Augusti. non est aliquid secũdum se malũ, potest tamen in hoc quadrupliciter incidere † pec
5 catum. Primò, si absque necessitate ad sortes recurratur, quia videtur pertinere ad tentationem Dei, sed intelligo, inquit Syluest. vbi supra, sine necessitate spirituali, vel etiam temporali personæ, vel etiam rerum, quoad magnum damnum vitandum, vt fecit Dauid. 1. Reg. 30. Secundò, si quis eis vtatur in necessitate quidem, sed sine reuerentia Dei, vnde dicit Beda, super actibus Apostolorum, quod si qui necessitate aliqua compulsi Deũ putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hos ipsos Apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deũ fusis egisse. Tertiò, si diuina oracula ad terrena negotia conuentantur, quia talis consuetudo displicet Augustino, ad inquisitio. Ianu. sed intellige quod negotia propriè sunt circa temporalia lucra non circa damna vitanda. Quartò, si quis sortibus vtatur in electionibus Ecclesiasticis, quæ inspiratione Spiritus sancti fieri debẽr, vnde secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum Bed. vbi supra, Matthias sorte quęritur ante Pentecostē, quia scilicet, nōdum erat in Ecclesia effusa plenitudo Spiritus sancti, septē autem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem in temporalibus dignitatibus, quæ ad temporalem dispositionem ordinantur, in quarum electione plerumque homines sortibus vtuntur, sicut & in rerum corporalium diuisione, ex text. in l. si duobus in princip. C. cōmunia de leg. & in l. si quæ sunt cautiones in 2. Respon. ff. famil. hercis & in l. sed cum ambo. ff. de iud. & in cap. fin. extra de sortileg. in necessitate autem licitum est reuerēter sortibus implorare, sicut secundū Augustī. in Epistola, ad Honor. si tempore persecutionis ignoratur, qui ministri fugere, & qui remanere debeāt vel secundum eund. in primo de doctrina Christi, si habenti danda occurrant duo æque indigentes, & vtrique dare nequeant, iudicium autem ferri candentis, vel aquę feruentis, ordinatur quidem ad occulti peccati inquisitionem per aliquod, quod ab homine fit, & hoc conuenit cum sortibus, in quantum tamen spectatur aliquis miraculosus effectus à Deo, excedit communem sortium rationem, vnde illicitum redditur, tum quia ordinatur ad iudicandum occulta, quæ diuino iudicio reseruātur. Tum etiam, quia huiusmodi iudiciū non est diuina authoritate sancitum vnde prohibetur in cap. consuluisti, 2. quæst. 4 de quo Couar. lib. 4 Varia. resolu. fecit vnum capitulum: & eadē ratio videtur de lege duellorum, nisi quod plus accedit ad communem rationem sortium, in quātum non spectatur ibi miraculosus effectus, nisi forte quando pugiles sunt valde impares, virtute vel arte, sed cū in hoc nostro titulo de ludo, & lusoribus dictum sit, quomodo lex nostra sortes
6 etiam prohibet, † & dicendum est quod in quantum sors fortunæ assimilatur, vt diximus, & ludus fortunæ in hoc nostro titulo, qui est ludus chartarum, & taxillorū prohibetur, iuste etiam in l. nostra prohibentur sortium ludi, quo argumento, & assimilatione vtitur Puteus in dict. tract. de ludo, num. 56. volum. 7. tracta. Doctorum, in quo tamen authore sortes originem habuerunt, Augusti. in lib. de natura dæmo. & habetur transsumptiuè in cap. igitur. 26. quæstio. 4.
7 quod diuinationis genus à Persis † originem sumpsit, in libr. autem de ciuit. idem August. & habetur in cap. nec mirum. 26. quęst. 5. dicit quod au
8 guria primū † Phryges inuenere, prę stigium vero Mercurius prius dicitur
9 inuenisse. Aruspicinæ vero artis † vt idem tradit, primus inuentor fuit Teiges Hetruscus, sed tu vide Iustinū in lib. 1. narrantē quod Ninus Assyriorum Rex Bellum gessit cū Zoroaste Bactrianorum Rege, qui primus dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principium, siderumque motus diligentissimè spectauisse. Sed an ad iudi
10 cium sortis † sit licitum venire, Panor. in ca. fin. de sortileg. resoluendo materiam inquit post legistas in l. si cum duobus. C. communia de leg. & in l. 1. vbi est glos. C. vti possi. quod aut factum est incertum, aut ius, primo casu non admittitur sors, sed dicēti incumbit onus probandi. l. ei qui ff. de probatio. & cap. actor. 6. quæst. fin. & omnes propè esse in hac sententia testatur Tyraquel. de primogenitura quæst. 17. in opinione, 1. nu. 91. Si vero ius est incertum, sed factum certum, tunc aut tractatur de præiudicio alterius, quam contēdentium, & tunc ad petitionem illius iudex poterit compellere ad sortem faciendā, vt quia duo successerunt in locū legata-

rij, & vnus vult intendere vná actionem, & alius aliam pro eadem re, l. huiusmodi. §. fin. de leg. 1. aut solū tractatur de præiudicio contendentium, & tunc si nolunt sortem eligere non compelluntur; sed mutuo se impediūt, l. 2. ff. quib. mo. vsu fr. amit. sed ad petitionem alterius iudex cōpellit ad sortem. l. sed cum ambo. ff. de iudi. & dict. l. si duobus, & hæc procedunt in iudicialibus, in extraiudicialibus autem ad cōtrouersiam partium decidendam recurri potest ad iudiciū sortis. l. si quæ sunt cautiones ff. famil. herciſc. cōsulit tamē Panor. in dict. cap. fin. in fin. abstinendum nisi necessitas aliud inducat. non tamē
11 pro electione facienda de prælato † Ecclesiastico potest ad iudicium sortis recurri, quia posset assumi indignus, cum ei sors posset obuenire; itēque eligendo per sortes videtur tentari Deus, quia volunt mittentes sortem vt Deus inuisibiliter reuelet meliorē, nam debent ipsi, ex quo possint eligere meliorē, & non tentare Deū in eligēdo per iudicium sortis, in plerisque tamen locis solent fieri inter Laicos electiones per ballones seu brouia, licet adhuc superiores militēt rationes, vnde & cōsultius esset abstinere, ita Panor. in d. c. fi. not. 2. de sorti legijs, sed est quæstionis an cū in iure incerto facto tamē certo, licet sortes
12 mittere, erit hoc regulare, † vel in casibus permissis, & in hoc Alex. in d. l. huiusmodi. §. fi. de leg. 1. secutus per Feli. in c. capitulū Sanctæ Crucis, de rescrip. & Deci. in c. licet causam col. pen. vers. secunda cōclu. de probatio, per tex. in d. c. fi. de sortileg. tenēt sor
13 tibus esse locū nisi in casibus † à iure prohibitis, & in cōprobationē huius Regulæ plura adduci possunt quæ refert Tyraq. vbi supra in d. q. 17. in d. 1. opi. nu. 1. cum sequent. contrariam
14 tamen Regulam † constituerunt plures, quā regulam negatiue prolatam latè contra Alexā. prosequitur Peralta. in l. Si quis seruū. §. si inter duos, n. 12. ff. de leg. 2. & Suarez, & Anto. Gomez, per me relati, in l. 1. tit. 1. lib. 2. supra in regula. 113. & in l. 12. titu. 4. lib. 5. supra, & hæc probatur clare ex lege nostra generaliter sortes prohibēte, & quia nisi ita esset, non exprimerentur in iure casus vbi sorti locus est prout exprimuntur, prout in beneficialibus exprimit Cardi. consi. 150. & in cap. licet de elect. colu. 14. & Felin. vbi sup. & Maria. Soci. in d. c. fi. n. 8. cū sequētibus de sortileg. Et de sortibus tractātes retulit Tyraq. vbi supra. nu. 101. Sed vt omnia dicamus, sponsiones etiam, vulgò *Apuestas*, licitæ sunt
15 † & permissæ, & dicendum est, quod licitæ sunt si omnino dependent ex futuro euentu, vt per Couar. in capi. peccatum. 2. p. §. 4. nu. 2. vbi ex Decio communem dicit, & tradit Nauar. in Manua. Lati. cap. 20. num. 18. dum tamen, secundum eum ibi, absit dolus, nam si quis certo sciret se ab eo assertum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsionem trahat, tūc non
16 esset licitū sponsionē † hanc facere & peccaret. Vlterius pro complemēto notandum est quod à iudicio sor-
17 tis minimè † appellari potest, secundum Hippol. & alios relatos per Menes. in l. de fideicommis. C. de trāsactio. & Tyraque. vbi supra, nu. 95. vbi nu. 96. inquit, quod neque tunc restitutio dabitur, & cum duobus numeris sequētibus id de restitu. prosequitur, & per hæc totus iste titulus remanet satis discussus & declaratus.

TIT V-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO. VIII. DE LOS Rieptos, y desafios.

Summaria, Titul. VIII. in Rubricam.

DVellum quid sit. num. 1. & à quibus inuentum. num. 2. & quid generaliter sumptum. nu. 4.
Receptatio quid sit. nu. 3.
Duellum propriè, & stricte sumptum quid sit. numero. 5. & numero. 6. quid sit vniuersaliter diffiniendo, & numero. 7. & 8.
Differentia inter bellum & duellum. nu. 9. & num. 10.

CVM in præcedẽti titulo dictum sit de ludis, & sortibus, & duellum sit species quædã sortis, qua quidẽ Deus tentatur, & res sorti cõmittitur, vt vult S. Thom. in 2. 2. quæst. 95. artic. 8. in princ. sequitur immediate de duellis & reptis. Vel secundo continuari potest, nam cum in titulo præcedente, dictum sit de ludis ex quibus discordiæ, quæstiones & dissensiones oriuntur quotidie, & consequenter inter tales ineuntur duella, & prouocationes ad certamen, ideò post præcedentem titulum noster sequitur, in cuius Rubricæ declaratione paululum immorandum est. Pro cognitione totius tituli, & sciendũ est quod reptare est duellũ
1 † repræsentare, & prouocatio ad certamen singulare, idem quod *Desafios, y desafiar*, prout ex eisdem patet verbis. Et duelli vsum à
2 † Mantineis in Græcia repertum, eruditorum quorũdam cõsensu, fere receptum est, eo potissimũ argumẽto, quod bellicum signũ, veteresq; armaturas Mãtineas appellant, quo nomine, & Ephestridẽ quam vulgo, suprauestem vocamus, & conos, & pẽnas, & emblemata, huiusmodiq; pugnantiũ ornamenta dici in præsentia possunt, ita Alciat. de singulari certamine, cap. 2. vbi ipse tamen, existimare se dicit, Stygij Tyrãni Bella mundo inuehere meditãtis rudimẽtum, & ideo vetustissimũ huiusce modi gladiationis vsum fuisse, cum & Homerus nõ in vno loco eius meminerit, nunc Menelaum cum Paride pro Helena singulari certamine coram vtroque exercitu certantem inducat, nunc AEneam cum Diomede, Hectorem cum Aiace, habuereq; Romani Gladiatores suos, quiue nali sanguine in arena decertarent, hos Magistri, & institutores, quibus Janistarum nomen ex seruorum delectu ac libertorum comparabant. Vt hæc & alia ibidem Alcia. adducit, ego vero credo quod duellorum vsus à diabolo fuit institutus (vt inquit addit. Bern. Diaz, in practic. canoni. cap. 100. in additione prima) vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, & ex. l. nostra, & princ. titul. 3. partit. 7. apparet in Hispania ex consuetudine id inter nobiles esse vsitatum. Quid autem sit repratio declarat
3 †, l. 2. titul. 3. part. 7. Duellum autem, vt magis ad nostram materiam accedamus, multipliciter diffinitur inter scribentes, sed tu dic

tu dic, quod generaliter diffiniendo,
4 nihil aliud est duellum † generice sumptum, quam quædam pugna, & dimicatio, secundum Cagnol. in l. fauorabiliores, nume. 16. ff. de Reg. iur. nec tamen (inquit) duorum dumtaxat, (vt quidam perperam existimarunt) sed multorum, imo exercitium alioquim inquit nõ diceretur à Plauto, duellum inter Thebanos, & Theleboas, & ab Oratio.
Græcia Barbariæ lento collisa duello.
Sed si hoc duellum propriè sumptũ reduceretur, idem esset duellũ quod bellum: ideo dicẽdum est, quod duellum propriè & strictè sumptum, de quo in præsenti, est pugna duorum fa
5 cta † ad alicuius rei probationẽ, vt scilicet, vincẽs probasse credatur, & victus in probatione defeciſſe, ac si per testes intentionem suam fundassent, vt de purg. vulg. cap. 2. & l. 1. tit. 3. part. 7. hoc enim significat duellum, quasi duorum bellum, quod etiam dicitur Monomachia, vt in capit. Monomachia 2. quæstio. 5. id est singularis siue vnius pugna, à monos quod est, vnũ, & Machia Pugna, & sic quantum ad nomẽ, particulare bellum, qua vnus contra vnum pugnat, aggrediendo, vel respondendo aggressori, est duellum quantum ad rem, ad quam significandam iura hoc nomen attribuerunt, & huic cõsonat quod dicit Ray. duellum in aliquibus dici iudicium, eo quod ibi spectatur iudicium Dei, quæ quidem diffinitio cõuenit duello propriè, & vt in pluribus sumpto, quod scilicet fit ad veritatis indaginem, aliquando tamen fit propter alias causas, scilicet, ex odio & gloriæ cupiditate, & vniuersaliter diffiniendo est singularis pugna † ab vtraque
6 parte sponte susceptа, ita Syluest. verbo. duellum num. 1. vel secundũ Put. in tractat. de re milit. ea. quid sit duel
7 lum, duellum est, singularis pugna † inter aliquos ad probationem veritatis, & vt ferro eruatur, & vi armorum potentia, & dicitur iudicium diuinum seu humanum, ortumque habuit à lege Lombardorum, vt dicit gloss. in titu. de pace tenend. §. similes, non tamen est certum iudicium, quia aliquando fallax, & incertum, & pugna non semper affert veritatem, vt per Pute. vbi supra, vel tertio duellũ stricte sumptum nihil aliud est quam singulare certamen † aut pugna ęquis
8 legibus dimicantium, ita Mincha. cõtrouers. Illustri. ca. 11. numero. 36. vbi inquit quod nulla alia potest dari melior differentia inter bellum & duellum, quam quod bellum non desiderat, † vt ęquis legibus dimicetur,
9 possunt enim & solent plures contra pauciores, armati contra inermes, equites contra pedites, muris vallisque muniti, & tecti cõtra huiusmodi tegminibus carẽtes pugnare, in duello autem sit ęquis legibus regulariter
10 † quanuis & aliter fieri possit, ex legum conuentione, nec propterea desineret esse duellum, quis enim vetat quod vnus possit duos diffidare, seu ad pugnam prouocare, nec propterea desinet esse duellum, & ita in Hispanorum Regum historijs, post mortem proditorie commissam Regis Sancij ob proditionẽ proditoris illius Vellido Dolphos, miles ille heroicus Didacus Ordoñez reptauit Zamoranos videlicet Ariam Gonçalez, & filius eius, vt ibi latius refert Minch. Sed ego dico, quis verat quin prouocãtes ad duellum ex lege conuẽtionis possint inæqualibus legibus pugnare, & sic sua Minchacæ diffinitio non est ex toto concludens, sed illa potius Syluestr. & Putei in idem recidẽs magis applaudet, & fuit inuẽtum ad veritatem indagandam, non vero vbi res est manifesta Cæphalus consi. 57. numer. 31. & quibus ex cau

sis duel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sis duellum sit introductum in. l. fin. infra, eod. dicemus, & hoc pro Rubricæ declaratione.

SVMMARIA.

TEmpus antiquum quod dicatur. numero. 1.
Reptatio & diffidatio diuersa sunt. numero. 2.
Reptatio sit coram Rege & quomodo. numero. 3. diffidatio vero non, sed in curia vel extra curiam. nu. 4.
Offendere alium quis nō debet nisi præcedat monitio. num. 5.
Diffidatus non tenetur remandare diffidentiam. nu. 6.
Duellum propriè sumptum tripliciter fieri potest, nu. 7.
Prouocator iniuriatus ab alio, an erit actor, vel reus in materia duelli, vel diffidationis. nu. 8.
Denunciatio duelli more militari vim securitatis habet. nu. 9.
In loco vbi denunciatum est duellum ibi fieri debet, & non alibi sine noua denunciatione. nu. 10.

Lex Prima.

Summarium.

Nobiles sibi ad diffidandum se, debent reddere fidem.

BI. *Antiguamente.* Et à quo tempore in Rublica diximus, & antiquum solebat dici, quod cētum annorum cursum consumebat, secundum Innocent. in capitu. veniens, de verbo. significa. quem plures sequuntur relati per Loazes in allegatione, pro Marchione de los Velez, in. 1. dubitatio. in. 3. pro Marchio. fundamento, num. 63. pagin. 152. vbi num. 64. Cum sequentibus aliquibus inquit iam tēpus Quinquaginta annorum dici antiquum, & tandem inquit arbitrio iudicis id relinqui, † & quod quis nō arbitrabitur hodie hoc dici tempus antiquum attenta præsentis temporis vitæ hominum brevitate: est enim vitæ nostræ tempus breuissimum atque exiguum, vt inquit text. in ca. ipsa pietas. 23. quæst. 4. & in cap. consequenter. de pœnitent. distin. 5. lex tamen nostra antiquius coniecturatur tempus hoc, nam si in præsenti, & in princ. titu. 11. part. 7. & l. fin. eodem titu. & parti. & l. 4. titul. 27. par. 4. & l. 14. ad fin. tit. 21. par. 2. & in princ. tit. 3. p. 7. Modus hic reptandi a nobilibus inuentus est, & nobilitatis initiū, vt diximus in Rubrica, tit. 2. lib. 6. supra, antiquissimum esse reputauimus, excedet memoriam hominum, reprationis ac diffidationis materia, & notandum quod reptatio, & diffidatio non est idem, sed 2 sunt diuersa † vt apparet ex Rubrica nostra, quæ loquitur, per copulatiuam. ij quæ semper ponitur inter diuersa, & coniungit verba, & disiungit sensum, vt per gloss. & Doctores in Rubr. ff. de iusti. & iur. & quia in part. 7. sub titu. 3. apponitur titulus *De los rieptos*, & in titu. 11. eiusd. part. apponitur titulus *De los desafios*, & credo q differunt in hoc, quod reptatio fit coram Rege, † reptando alium vt aleuosum, vel proditorem, vt in dict. titul. 3. part. 7. & in præsenti, diffidatio vero non fit coram Rege, † sed in curia, vel extra curiam, vel coram testibus, vel sine eis, licet conueniant, quod ab homine nobili fit reptatio, contra alium nobilem, & diffidatio itidem, vt apparet ex dictis titulis. 3. & 11. p. 7. Item reptatio fit prius quā diffidatio vt apparet ex ordine dictarū Rubricarū, & ex. l. 1. & sequētibus, tit. 21. li. 4. for. vbi Mōtal. aliqua dicit. ibi.

Ibi, *Ha razon de calumniar.* Quam tamen causam calumniandi tenetur probare prouocator, vt ex. l. 4. titu. 3. part. 7. probatur, & ibi glo. 1. optimè probat an per indicia probabitur.

Ibi, *Pusieron entre si amistad.* Similis in. l. 1. titu. 21, lib. 4. for. quæ est nostra, & in. l. 1. tit. 2. lib. 6. supra, vbi aliqua dixi, & in. l. 1. titu. 11. part. 7. vbi glo. 2. inquit quòd non debet qūis alium offendere nisi præcedat monitio†, nam 5 cum interesse nobiles fidem dederint in vim amicitiæ, si absque diffidatione, & sic monitione, vnus alium feriret, proditor dici posset, secūdum Ioan. Andr. cap. 1. de homicid. in. 6. colum. 3. super verbo, Diffidatus. de quo meminit Bal. in. l. si manumissori. ff. de obseq. patro. præst. Vbi dicit quòd in factis armorum nunquam debet perueniri ad bellum, nisi præcedat monitio & diffidatio. Bene tamen verum est quòd siquis nobilis per Nuntium vel Epistolam alium diffidauerit, & diffidatus nihil respondit, sed statim armata manu intrauit territorium diffidantis, non dicetur proditor, qui diffidatus † non tenetur re- 6 mādare diffidātiam, argum. l. hostes. ff. de capti. not. Alberi. in. l. ex hoc iure, col. 2. ff. de iust. & iur. & in hoc propositū vide aliam singularē quæstionem propositā per gl. 1. l. 2. tit. 12. p. 7.

Ibi, *Ha razon de calumniar a otro por iniuria que le aya hecho.* Et iste est vnus modus, quo duellum consideratur, duellum enim propriè sumptum tri- 7 pliciter † fieri potest, primo modo eo animo, vt Deus illo medio ostendat veritatem & sumat vltionem de aliquo asserente falsum. Secundo modo ad ostendendas propriasvires, vt solet fieri, *En los desafios y campos de Italia.* Quando aliqui descendunt in arenam ad singulare certamen. Tertio modo, quādo fit non ob aliquem ex his duobus finibus, sed in defen-

sionē propriæ vitę, vel ad vitandū notabile detrimentum in proprio honore, & fama, vel bonis temporalibus, vt hic denotatur in nostra lege. Vbi pro propulsanda iniuria reptatur quis & ad duellum prouocatur. Sed an hic prouocator iniuriatus ab alio erit actor, an vero reus †, & in hoc 8 Alciat. de singular. certamine. cap. 5. differit hunc punctum, & inquit, nō esse dubium ex vi sermonis eum intelligi esse prouocatorem, qui primo cœperit, & vnde prius exorta est iniuria, sed sicuti in iure quādoq; dubitatur, quis actoris, & quis rei partes sustineat, ita & in monomachia plerūq; ambigitur, nam & reus in cuius bonorum possessionem ob cōtumaciā itum est, si reuocare decretū prætoris postulet, actor dicitur, idē in eo, qui pignoris captionē vel aliā executionē principaliter cancellari intendat. Is quoq; qui instrumētum rescindi petit, si nō possideat, actor dicitur: quibus exēplis, inquit ipse Alcia. se arbitrari, non eū à quo prior iniuria exorta est, prouocatorē esse, sed eū, qui prius certamen indixit, ille ergo iniuriæ prouocator rectè dicitur, hic duelli, quā sententiā licet à lanistis minimè probari sciat ibi Alciat. tamē ipse à Iurecōsultis & à præstātissimis huius artis accepisse dicit, supradicta in sequēda esse potius quā lanistarū nulla ratione innixas opiniones, quapropter, ob homicidium damnatus si Federici lege se ob defensionē sui fecisse dixerit, duellumque obtulerit prouocator dicetur, qui vero te proditorem vel capitalis criminis reum dixerit, quanuis tunc mētiri responde־ris, non tamen duelli prouocator idcirco dicetur, nisi recepta respōsione ad pugnam te inuitauerit. Quod si tu respondendo mentiri eum, reque singulari certamine id approbaturū, professus fueris, tu ille ipse verus pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocator es. Potuit enim existimare qui te proditionis insimulauit alia te ratione honoris tui causam susceptu rum,quàm duello,cumque tu ad spe cialem duelli probationem suscipiẽ dam eum appellaueris, merito actoris partes sustinebis, sed si te sic compulerim, quoniam illud à te in meũ dedecus dictum factum est, vt honorem meũ defendam, volo te cum armis concurrere, sicque me defendere, arbitratur Alciat. vbi suprà, dicto capit. 5. me prouocatorem esse, nec enim verborum integumentum formulam actionis variat. & sicut in iudiciarijs libellis, conclusio ipsa spectanda est, nec verborum sonus attenditur: & in hoc tractatu parum refert, quis iniuria occuparit, solumque inquirimus, quis in duello actor sit, & sic in effectu ille qui ad pugnam prouocat actor est duelli, licet iniuriæ, ob quam duellum indicitur, ille qui iniuriam intulerit actor dici possit & prouocator iniuriæ, & sic respectu diuersorum effectuum ambo litigantes possunt dici actores. Alia in propositum prosequitur Alciat. dict. cap. 5. quæ longum esset hic inserere, vbi cap. 6. declarat quid referat quem prouocatorẽ esse vel nõ:

Ibi, *No le ha de hazer mal hasta nueue dias.* Similis est. l. 1. titu. 21. lib. 4. for. & l. 4. infrà isto titu. & lib. & l. 4. vers. *Otrosi dezimos.* titu. 3. partit. 7. Postquã enim inimicitias miles perduelli suo denuntiauerit, chartamque ad illum miserit, in confesso est interim alteri non licere, alterum quoquo modo insequi, donec in stadio constituto tempore concurrerint, denũ
9 tiatio enim † duelli, more militari securitatis publica fide concessæ vim habet: quæ consuetudo duplici ratione videtur approbari, nam iure gentium absque indictione, denuntiationeque nullum licitum est bellum, atqui aliquo se loco † certaturum professus est, extrà illum locum absque noua denuntiatione pugnare non potest. Sed & qui duellum denuntiat, in id, ex natura actus, fidem suam obligare videtur, vt eo in loco decernat, in quo conuenerit, nam & iure ciuili pendente lite nihil est innouandum, sed legitimus finis spectandus, soletque vulgo dici, via quam elegisti, ea tibi pareat. Siquis igitur, in perduellem suum interim impetum fecerit, is & proditionis & violatæ fidei † reus merito habebitur; & quanti omnino interetit iudicis officio † damnabitur, idque adeo verum esse dicit gloss. fin. in. l. fi. titu. 11. part. 7. vt etiam si lapsi sint termini diffidationis, nullo modo debet offendere vnus alterum.

SVMMARIA.

REptare alium volens super proditione vel aleuosia debet id priùs Regi manifestare. nu. 1.

Militaris disciplina requirit nè Imperatoris sui iniussu liceat militi ab hoste prouocato in certamen extra aciem prodire. num. 2.

Rex potest inspicere an conueniens & licita sit forma inducendi duellum. numero. 3.

Differt proditio ab aleuosia & in quo. numero. 4.

Causa in duello requiritur ex parte reptantis. num. 5.

Duellum in quibus casibus & pro quibus induci potest lege Lombardorum. numer. 6. vsque ad. 12. inclusiue.

Delictum aduersario imputans in materia duelli non debet habere aliã probationem. num. 13.

Reptandi forma quæ sit, & quomodo est, respondendum. nu. 14.

Dicenti tibi te cõmisisse aliquod crimen licet dicere, mentiris. nu. 16.

Diffamatus potest dicere diffamanti quòd mentitur. num. 17.

Quando quis debet se desdicere an sufficiat dicere verba æquipollentia. nu. 18.

Lex

Lex Secunda.

Summarium.

Nullus alium reptare potest super proditione, vel aleuosia, nisi seruato legis nostræ ordine.

IBI. *Que lo mueſtre primeramente al Rey.* Hinc colligitur cõclusio, quod reptare volẽs super proditione, vel aleuosia aliquem debet prius id regi manifestare, † idem disponit. l. 4. titu. 13. part. 7. eritque hæc probabilis excusatio reptati, si ideo nolle certare asserentis, quia Imperator, vel Rex nõ est adstrictus ad hanc declarationem faciendam, vel veniam hanc cõcedere non vult, iuris enim naturalis est, vt patriæ, parentibus, magistratibusque pareamus, quod ius nulla armatorum
3 consuetudine aboleri potest, sed & militaris disciplina hoc requirit, ne
2 Imperatoris sui iniussu † liceat milite ab hoste prouocato extra aciem in certamẽ prodire, Extant apud veteres Papyrij Torcatique quam plurima huiusmodi exempla, quorum seueritas, etsi lenioribus viris in expetenda vltione paulo acerbior videatur, non tamen dubium est, quin publice expediat medicinam illam seruari, quapropter, & Modestinus in. l. 3. de re milit. in bello, inquit qui mandata non seruabit, capite puniatur etiam si res bene cesserit. Et hoc maximè obseruandum est, cum iusta ex causa princeps in fulgere abnuit, vt quia miles is rara aliqua virtute insignis sit, vel supra cæteros ingenti animo, & cui opera sibi vsui esse possit, idcirco in apertum discrimen eum prodire non patiatur. Si tamen ipse dum duellum sine dedecore detrectare desiderat, prohibitionem Domini procurauerit, tũc arbitrarer ne quaquã sic excipientem audiri, nec enim eius, qui prohibitũ se allegat, audiri defensio solet, si ipse hoc affectauerit, vel causam præstiterit: remedia nãq; procurata magis obsunt quã prosunt. Eadem ratio eius habenda est, ex. l. 2. in fin. ff. si quis cautio, qui prohibenti subiectus amplius nõ est. Vel militis, quia præfecto suo exautoratus est, nec enim postquam se ab eius Domini potestate subtraxit, illius dicto audiens amplius esse cõpellitur, potestq; pluris facere honorem suũ, qui ex detractione, nõ parũ lęditur, quam extincta cliẽtelę obsoleteque nimium iura.

Ibi. *Que el dicho ordenamiento es bueno.* Nõ intelligas bonitatẽ hanc habere duellũ, sed in casu, in quo duellũ licitũ esset, forma hęc inducẽdi illud me diãte Regis persona, & mãdato eius
5 bona est, nã potest Rex inspicere † an sit licitũ, & cõueniẽs id fieri, & quod nõ aliter fiat, nisi ex regia voluntate, & permissione, mediãte qui possunt excusari multę dissensiones, & discordiæ inter nobiles.

Ibi. *Sobre trayciõ, o aleue.* Hic considera differre proditionẽ ab aleuosia, nã
4 proditio † solũ cõmittitur cõtra regẽ & regias personas, aleuosia vero contra particulares vt alibi per me latius dictũ est & probatũ, & est clarũ, & in hac lege probatur, & no. ex ijs causam in duello † requiri ex parte reptãtis, vt hic & in similib⁹ iurib⁹ probatur & tradit Alcia. de sing. certam. c. 7.

Ibi. *En su puridad.* Idem disponit. l. 4. tit. 3. p. 7. vbi gloss. 2. legem nostram allegat & considerat.

Ibi, *Sobre que se pueda hazer enmienda.* Vt quia est de casibus, in quibus duellum indici potest, de quibus per glo. in capi. Fredericus, de pace tenend. & eius violat. in vsib. feudo. verb. per duellum, & primo fit de crimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 ne Maiestatis inter actorẽ † & reum, vt in Lombarda. l. fi. de male. & publi. & de consilio mortis in vno casu fit pugna, scilicet, quando mulier di-
7 citur consiliata de morte mariti †, vt in Lombard. de consilio mortis. l. fi. & de opprobrio conturbationis, vt eo. libr. de coniunctis. l. 1. & de homicidio facto in treugam, vel prius da-
8 tum † pacis osculum, vt eo libr. de homicid. l. 1. & qua pœna puniatur homicida, vide text. & ibi gloss. capitalem. in cap. vnic. §. si quis hominem de pace tenenda, & eius violato. Item & de morte † furtiua fit pug-
9 na, vt in dict. titu. de homicid. l. fin. & de parricidio facto propter cupidi-
10 tatem rerum †, fit pugna, vt eod. lib. Longobar. titu. de parricid. l. fin. & de improper. formicario. aduersus liberam mulierem quæ in alterius incendio, alias vituperio est, vt eo libr. de iniur. mulie. l. 2. & de furto facto à ier-
11 uo in fuga † constituto fit pugna contra dominum, si velit negare furtum fecisse seruum, vt eod. lib. tit. de furt. §. si seruus in fuga. & de fornicatione
12 facta † cum vxore alterius, vt eod. lib. de adulter. l. 3. & de re incertiata inter emptorem & vẽditorem fit pugna, vt eod. lib. titu. de re incerti. l. si res incertiata, & de malo ordine quinquennalis possessionis, vt eo lib. titu. qualit. quis se defend. dolo, & inter contrarios testes, vt eod. lib. de testi. l. si quis cum altero, & de periurio scienter facto, vt eod. lib. tit. quali. quis se defend. l. de furto, & de charta prædiorum appellata falsa, vt eod. lib. titu. de præd. l. 2. & de inuestitura prædij, vt eod. titu. l. si de inuestitura, & de deposito negato sicut viginti solidorum, vt eod. titu. l. si quis per ipsum, & de furto & de malo hostalato, si est vltra sex solidos, vt eod. titu. l. de furto, & de instrumento prædiorum per vim facto, vt eod. tit. l. si quis dixerit, & de libertate petita à seruo fit pugna si placeat domino, vt eodem titu. l. si seruus propter appetitum, & de incendio, vt eod. titul. si quis hostr. & de infidelitate fit pugna militaribus armis, vt in. l. eius dict. titu. & de rebus emphyteoticis, vt eod. titu. l. fin. quos casus lege Longobardorum, qua quidem est permissum duellum, congessi ex libro quodam antiquo, vt eorum memoria haberetur, & omnia hæc, vt in. l. fin. infrà isto titu. & lib. dicemus, in desuetudinem abierunt, veruntamen, quia lex nostra meminit de duellis omnes hos casus hic congessi, & posthæc succincte hos retulisse casus vid. Alciat. de singular. certam. c. 42. & in l. 8 infi à eodem ponuntur, & adhuc in istis casibus debet cõcurrere quod qui delictum aduersario imputat nõ habeat aliam probationem, & ad ve-
13 ritatem † manifestandam id fiat, secundum Maria. Socin. consil. 82. num. 14. volum. 3.

Ibi, *Que la haga hazer.* Non id necessitati Regis submittitur, sed eius voluntati subijcitur, ita vt si ipse voluerit possit iubere emendam fieri, non vero alias, vt inquit gloss. *Que las reciba*, indict. l. 4 titulo tertio, part. 7. & ex ijs & sequentibus verbis probatur.

Ibi, *Fasta nueue dias.* Prolongatur hic terminus. l. 4. titu. 3. part. 7. vt ibi notat gloss. *Tres dias.* Referens legem nostram.

Ibi, *Dende en adelante que se pueda hazer la accusacion del riepto.* Idem disponitur in dict. l. 4. tit. 3. part. 7. vbi disponitur forma reptandi, & disponitur quòd quoties reptans dixerit reprato fecisse proditionem, vel aliquam, debet ei respondere † Mentiris,
14 & ibi gloss. *Que miente*, ad hoc allegat l. quæ omnia, versi. sed si aduersarius. ff. de procurato. vbi & Bart. notat, quòd

quòd ei qui dicit se commisisse ali-
16 quod crimen, poteris dicere licitè † tu mentiris, Angel. etiam ibi notat, quod diffamatus potest dicere diffa-
17 manti †, quod mentitur, & impunè, quia licitum est vnicuique suum honorem defendere, & parcitur verecundiæ. l. si patronum. 1. Respon. ff. de donatio. l. penult. ff. de furt. l. Quintus Murius, in fin. 1. Respon. ff. manda. Crudelis enim est, qui negligit famam suam: & iste est casus specialis vbi coram Rege licitum est alicui dicere, tu mentiris.

Ibi, *La qual es que se desdiga.* Sed an tenebitur dicere se mentitum, vel sufficiet dicere verba æquipollentia,
18 † & Didac. Perez. l. 2. titu. 9. lib. 4. Ordinam. in glo. 1. versi. Sed est dubium, col. 1489. inquit sufficere dicere verba æquipollentia, nam & per ea quis remanet infamatus ac si se mẽtitum diceret, ex text. in. l. 25. titul. 18. pa. 2. vbi glo. Ita tenet, & infrà, in. l. 6. verbo, *Que mintio.* infrà eod. dicemus.

SVMMARIA.

Dignitatum nostri temporis numerus. numero. 1.

Accusator à limine iudicij repellitur si sua non interest. num. 2. fallit in singulari certamine, vt num. 3. vel nisi vt nu. 4.

Casus de facto in duello obtento pro defensione cuiusdam matronæ. num. 5.

Filius ante proditionem patris natus an puniatur. nu. 6.

Pronocato ad pugnam licitum est detrectare si pronocans eum ab alio sit ante pronocatus. num. 7. & more militari id potius quam legibus fit. num. 8.

Treugam seruari an erit necesse si offendaris ab aduersario. num. 9. vsque ad numerum 16. prosequitur de veritate.

Offendentẽ me ex noua causa & noua rixa possum offendere & non dicor rumpere pacem. nu. 10. & num. 12. quòd præsumitur ex noua causa fieri, nisi vt nu. 15.

Treuga est temporalis pax perpetua. n. 11.

Lex Tertia.

Summarium.

Quomodo, & per quem, & cui sit reptatio facienda, & coram quo, & quomodo sit vindicanda.

IBI, *Que en esta manera se puedan hazer los rieptos.* Quomodo sit facienda reptatio, disponit etiam dict. l. 4. tit. 3 part. 7. & vide etiam Alciat. de singular. certam. cap. 10. & 12.

Ibi, *Otro hijo dalgo.* Reptare enim nemo potest, nisi nobilis alium nobilem, neque nobilis nisi à nobili diffidari in modum repti, vt & probat text. in. l. 3. titu. 3. part. 7. de quo per Alciat. de singu. certam. cap. 30. cum sequentibus aliquibus, vbi cap. 30. po
mit dignitatum nostri temporis numerum †.
1

Ibi, *El padre por el hijo.* Idem disponit. l. 2. titul. 3. part. 7. nam & si de iure vbi alicui sua non interest, quauis iustam causam fouere videatur, à prouocatione repellatur: videmus enim passim iure ciuili, pecuniariæ causæ actorem, & capitalis criminis accusatorem, à limine iudicij repelli, si sua † non interesse reus præscripserit. Tamen in singulari certamine, hoc à maioribus obseruatum fuit, vt pro sui defensione, cæterorumque agnatorum familiarium-
2 que † suorum certare liceret, pro eo verò, qui penitus extraneus esset, non liceret. l. sed tunc. ff. de lib. caus. Pro amicis tamen & comitibus viæ, clientibus deditisque, nõ est dubium certare nos posse, cum nisi eos in tutelam nos receperimus, ex Romanorũ instituto, vehemens ignauiæ suspicio in nos oriatur, & existimatio nostra apud graues viros minuatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex. l. item. §. comitem. ff. de iniur: Pro extraneo quoq; arma capesserè tunc demum fecerit, cum is propter imbecillitatem Longobarda lege optionem, quem campionem vulgo dicunt, substituere potest: vt si furiosus infans vè sit, vel lacris initiatus, vel
4 mulier † adulterij rea, aut quam aduersarius strigem, seu lamiam, maleficam vè dixerit, ex l. begninius. ff. de
5 lib. caus. Extat † in annalibus cum in Francia à duobus Matrona quædam accusatoribus correpta esset, venisse militem Brachianonensem vna cum comite, & pro eius honore vtrumque delatorem prouocasse, cumque in ipso statio se infugam comes dedisset, nihilominus animi constantia, & virtute solum illum duobus congressum victoriam extorsisse, incognitumque, & dissimulato vti venerat habitu in patriam reuortsum, quoties igitur, aliquo prouocato, alius se pro eo pugnaturum profitetur, nisi prouocatus in ea causa sit, vè per procuratorem certare possit, liberum prouocatori erit eum reijcere; & illud à iure cõsultis acceptum Prouerbium referre; quantum ad te pertinet liberas ædes habeo, l. loci. ff. si seru. vend. ex lege tamen nostra habes iam determinatum, qui pro iniuriato prouocatores admittantur eo mortuo, nam eo viuo non admittuntur, ex legibus nostris, maximè ex hac nostra, ibi, *Y si fuere muerto*, & ibi, *Mas por ome que fuesse biuo*, & ex l. 2. titulo. 3. partita. 7.

Ibi. *No puede ser recebido personero.* Similis lex. 2. titulo. 3. partita septima, vbi glos. *Personero*, inquit pro hoc facere. l. penultimâ § ad crimen ff. de public iud. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurat. & quia reptum ordinatur ad pugnam, & principales personæ debent per se pugnam facere, vt tradit glos. allegans leges Longobardas, in. § si rusticus de pace tenend. super verbo. aut diuino, fallit tamen in casibus positis hic in versiculo, sequente, & in dict. l. 2. quid autem si esset minor. 18. Annorum, glos. in dict. l. secunda, se remittit ad glos. mag. in fin. in principio de pace iurament. firma. vbi Bald. versiculo demum glos. colligit.

Ibi. *Ni su hijo que, ouo despues que hizo la trayçion.* Per argumentum à contrario sensu videtur, hic esse textum probantem filium ante proditionem natum à patre commissam,
6 non puniri † pœnis legalibus de quo dixi in. l. prima, titulo primo, libro secundo, supra, in. 5. Regula, & in l. prima, titulo primo, libro sexto, supra, numero. 81. cum sequentibus.

Ibi *Ni aquel que hizo cosa porque valga menos.* Idem probat text. in. l. 2. tit. 3 par. 7.

Ibi. *Aquel que fue reptado antes que sea quito de el Reyno.* Con. l. 2. titul. 3. partita septima, licitum enim est prouocato ad pugnam, illam detrectare, si prouocans eum † ab alio pro-
7 uocatus sit ante, quoniam, donec priori controuersiæ impositus sit finis nouam incipere non decet. Si enim cum posteriore succubuissem, isque iure belli me manu captum haberet, posset qui prius prouocatus est me vendicare, & quodam quasi euictionis iure mihi manum injecere, & vt secum qui antiquius ius habet, decertarem compellere, victumque in leges suas cogere, quo casu alterius victoria cassa, & inutilis efficeretur. Constatque præiudicij exceptionem, non solum tunc obseruandam cum de eo constet, sed etiam si quo casu constare possit. Ex. l. fundum de excep-

tio,

ptio. & hæc quidem more militari
8 magis introducta † credere par est, quàm vt legibus illis probari possit, cum in pignoribus solum id constitutum sit, vt qui tempore prior est, idẽ de iure potior habeatur: in actionibus vero personalibus is præferatur, qui manum prius iniecit, dominiumque acquisiuit, etsi alius ante contraxerit. l. quoties. C. de rei uendic.

Ibi, *Saluo si durando la treuga.* Hic videtur esse text. probantem quòd si durante treuga aliquis offenderit ex
9 treugam facientibus alium cum quo facta est, quòd potest hic vti iure suo † & treugam nõ seruare, quod videtur esse contra id quod dicunt Ange. in. l. qui seruum. ff. de verborum obliga. & ibi Ias. num. 2. &. 3. & alij plures relati per Hippolyt. in practic. §. aggredior. numer. 87. scilicet quòd facta treuga etiam si me offendas non possum te offendere, & hæc est communis opinio secundum Deci. cap. constitutus, el primero. post num. 2. de appell. refert Clarus in. §. fin. quæst. 47. num. 8. & Didac. Perez, in. l. 1. titu. 8. libr. 4. Ordinam. colum. 1481. in fin. cum sequentib. quòd se cus est in pace, nam ea facta si me offendas ex noua causa & noua rixa
10 possum te offendere †, & non dicor rumpere pacem, vt per Bart. in. l. aut facta. §. causa ff. de pœn. & Hippolyt. vbi suprà. num. 5. & Tiberius Decia. respon. 4. num. 22. volum. 3. communis secundum Clar. vbi suprà. numer. 9. & probatur ex text. vbi glos. in. l. 4. in fin. titu. 12. part. 7. etiam si noua causa esset iniusta, vt per Deci. vbi suprà. Et hoc quia treuga est tem
11 poralis †, & transacto tempore potest se vendicare, pax vero est perpetua, vt inquit Didac. Perez. l. 1. titu. 8. libr. 4. Ordinament. col. 1482. in princip. & semper in dubio præsumitur ex noua causa id fieri non ex
12 veteri † secundum dictos Doctores. De quibus latè agit Mascard. de probatio. 3. tom. conclusione. 1157. Hic tamen videtur esse text. contra hanc differentiam, dum in treuga loquitur, & nihilominus dicit, quòd si ea durante pars vna commiserit contra aliam aliquid ob quòd reptari possit, habeat locum reptatio, igitur hic est text. contra supradicta, & sic hanc opinionem quòd idem sit in
13 treuga †, quòd in pace tenuerunt aliqui ex Doctoribus & Cornecus in locis relatis per Hippolyt. vbi supra, dict. num. 87. inquit quòd iura loquẽtia in frangente pacem habent locum in frangente treugam, & hoc de iure verius esse credit Iulius Clarus, dict. quæst. 47. numer. 8. & quòd vbique ita seruatur, præterquam in
14 Hispania, sed vt communem † opinionem defendas & nostræ Hispaniæ consuetudinẽ dicere potes non permittere legem nostram offendere rumpentem treugam offensione personali & reali, sed tantum per viam repti, & sic hoc solummodo & forma, non verò per offensam, & modus hic specialis non tollit generalem regulam & communem opinionem in contrarium, & nisi sic intelligas esset hic text. fortis contra dictam communem opinionem & Hispanam consuetudinem eam sequentem, itaque & adhuc hodie
15 durabit dicta † differentia treugæ & pacis, licet inquit Mascard. dicta conclusione. 1157 numero. 76. quòd communior est quòd idem sit in treuga, quòd in pace, & ꝙ vbique ita practicatur præterquam in nostra Hispania, & sic consuetudo erit attendenda, quæ si deficeret communior opinio seruaretur, præterquam in Hispania vbi adest dicta consuetudo & ius, ex. l. pen. tit. u. p. 3. vbi hoc limitatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ quidem communior opinio erit declaranda, vt procederet nisi causa illa esset procurata per offendētem. nam tūc nihil prodesset, vt per Clar. vbi suprà, num. 9. & Mascard. vbi suprà, qui alijs modis declarat & ampliat, per eum videre poteris ne transcribamus eius dicta, quæ præ manibus habentur, item dicta lex penult. erit declaranda, vt procedat quoties treuga rumpitur quantum ad res aduersarij, secus si quo ad personam, nā tunc secus, secundum glos. *Nuera.* in fin. in l. 3. tit. 12. part. 7. & glo. Omnes, in ead. l. pen. nam si persona lædatur, læsus non tūc rumpet pacem & treu
16 gam † si se defendendo offendat ruptorem, nō enim tenetur expectare se percuti, item talis fractor ex noua causa non punietur, vt fractor secundum glo. *Nuera.* in dict. l. 3.

Ibi, *Sino ante el Rey.* Vide quæ diximus in l. præcedente in glo. 1.

Lex Quarta.

Summarium.

Debent in pace remanere & esse durante repto reptās & reptatus & eorum consanguinei.

IBI, *Que estien en treuga.* Vide quæ dixi in l. 1. gl. fin. suprà isto tit. & lib. & in l. præcedente.

Lex Quinta.

Summarium.

Reptato non veniēte in termino quid agi poterit: pro reptato tamen tunc temporis poterunt respondere personæ hic contentæ.

IBi, *No viniendo el reptado.* Similis l. 5. titu. 3. part. 7. & quomodo tunc procedendum sit cōtra reptatū non comparentem ad terminum, declarat. l. 7. infrà isto tit. & lib. & tradit per Alciat. de singul. certam. c. 15. per tot.

Ibi, *A los plazos.* Et qui termini sint ij, declarat. l. 2. suprà eod. vbi diximus.

Ibi, *Padre, o hijo.* Plura enim speratur sanguinis coniunctio, vt apparet ex relatis per Didac. Per. hic sub. l. 5. titu. 9. libr. 4. Ordin. col. 1497. cum sequentibus.

SVMMARIA.

PLures casus excusandi se à repto. numero. 1.

Receptare non potest ille, cuius non interest num. 2.

Reptās falsum reptato tenetur palinodiam recantare. num. 3.

Famam alterius falsè tollens tenetur eam restituere. num. 4.

Per verbum, se mentitum, in casu nostræ legis dicendum est. num. 5.

Lex Sexta.

Summarium.

Reptatus quomodo possit reptum detrectare, & excludere: & de pœna reptatoris nō probantis, & reptati conuicti, & condemnati.

1 IBI, *Por razon.* Plures causas & casus excusandi se reptatum à repto tradit Alciat. de sing. certam. c. 16 cū tribus sequentibus. & cap. 26. cum tribus sequentibus.

Ibi, *No le puede otro dende en adelante reptar.* Non enim admittitur ad reptā
2 dum ille † cuius non interest, vt per Alciat. vbi suprà, cap. 8.

Ibi, *Deue se desdezir ante el Rey por Corte.* Nam si reptans falsum reptato
3 imposuerit †, tenetur Palinodiam recantare, dicendo se mentitum in eo, quod imposuit reptato, vt apparet ex verbis

verbis sequentibus, *Diziendo que mintio en el mal que dixo al reptado,* & ex. l. 6. & 8. titul. 3. partit. 7. colligitur etiam,
4 quando enim quis tollit famam alterius dicendo falsum, & iniustū † tunc tenetur restituere famam, confitendo se falsum dixisse, secundum Tho. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. & Soto, lib. 4. de iusti. & iur. arti. 3. pag. 443. col. 1. versi. nec dissimile est, vbi optimè intelligit, & Sanct. Tho. sequitur glos. l. 15. titu. 18. p. 2.

Ibi. *Que mintio.* Sed an sufficiet dicere verba æquipollentia, & quoad hoc quod remaneat desmentitus, vt gros se loquamur, sufficient verba æquipollentia, vt ex text. ibi notat glos. l. 25. titu 18. par. 2. verb. *Como desmentirse,* vbi applicat ad l. 2. titu. 10. *De las injurias,* infra isto libr. Sed quo ad hoc vt
5 satisfiat verbis † illius legis, & nostræ per verbum, se mentitum esse, debet dicere, quia id pro forma substantiali requirit lex nostra & illa, & sic debet in forma specifica adimpleri, vt alij eius deterreātur exemplo, licet glos. illa & eum referens, Dida. Perez in l. 1. titul. 9. libr. 4. Ordina. glos. 1. in fin. aliud velint, quasi sufficiat quid ex æquipollentibus fieri, licet in casu illius l. 2. crederem verba æquipollentia sufficere, quia non requirit in forma dicise mentitum, sed tantum, *Que se desdiga,* & sic sufficient verba æquipollentia, de quibus per glos. illam, dict. l. 25. Sed in terminis legis nostræ requirentis dicere se mentitum, omnino ita est dicendum, ne deinceps absque veritate quis alium corā Rege repetet.

De lege. 7. sequente vide. l. 9. titul. 3. par. 7.

De lege vero 8. Ponente casus reprandi posui eos. in l. 2. glos. sobre. supra, eodem.

Lex Nona.

Summarium.

Quod nullo modo fiant requestæ, & diffidationes absque eo quod præcedant repta inter nobiles.

IBI. *En los casos.* De quibus in lege præcedēte, & ibi nos remisimus.

Ibi. *A otro hidalgo.* Reptum enim vt dictū est in hoc titulo inter nobiles fit non vero inter ignobiles.

SVMMARIA.

Iure etiam nostro prohibitum est duellum ita vt omittere prohibeatur. numero. 1. & 2.

Actus ille damnatus est per quem innocens condemnatur. nu. 3.

Pugna Danid cum Goliad, secundum aliquos instinctu diuino fuit. numero. 4. & num. 5.

Duella ob bonum publicum aliquando permissa. nu. 6.

Scaramuccæ nō minus iniquæ sunt quam sit ipsum bellum. numero. 7. & numero. 8. & numer. 9. quando fiunt cum peccato, vel non.

Institia Torquati Romanorum ducis de filio suo nu. 10.

Duellum etiam iure gentium prohibetur, nume. 11. & num. 12. iure cano. & nu. 13. & 14. iure ciuili, & regio, & nu. 15. ex Concilio Tridentino.

Peccant mortaliter duellum ineuntes. num. 16. & numer. 17. ad quam restitutionem tenentur.

Duellum acceptare reptatus, vel diffidatus non tenentur. numero. 18. & nume. 19. quod non valet si tantum, aut consuetudo in contrarium.

Duellum recusantem nullus potest hodie infamem reputare. n. 20.

Duelli formam seruari an sit necesse, vt pœnæ incurrantur. nu. 21. & nu. 22.

Diffidans alium qua pœna teneatur. numero. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Decima.

Summarium.

Pœna imponenda diffidantibus alios, declarat lex nostra, quæ quidem augmentat pœnas legis præcedentis, & corrigit primas leges huius nostri tituli, vt affirmat Recopilator in subscriptione marginali nostri text.

BI. *Y porque esto es cosa reprobada.* Ex ijs verbis, & ex hac lege colliges etiã iure nostro esse prohibitum duel
1 lum, † ita vt omni iure prohibitum
2 esse † iure optimo asseri possit, primo iure diuino, ex cap. Deuteronom. 5. & ex cap. 20. Exod. & Matth. 5. vbi prohibetur, nè quis quemquam occidat & cum id isto iure prohibeatur etiã videtur omne id, per quod peruenitur ad illud, ca. cum quid de reg. iur. in. 6. l. Oratio. ff. de sponsal. sed dicto iure diuino prohibetur homicidium, & per duellum peruenitur ad illud, ergo iure diuino duellum est prohibitum. Item quia ille actus est prohibitus à iure diuino, qui est alienus à fonte charitatis, nam charitas est fundamentum omnium virtutum, & exclusiua vitiorum, de pœnit. distincti. 2. charitas, & alienum à charitate sapit peccatum, & sic inhibitum iure diuino, sed hoc genus duellandi est huiusmodi, quia duellans tendit vt deuincat proximum, & sic non diligit ergo iure diuino est inhibitum, & per consequens non est admittendum. Secundo ex Deuteronom. ca. 6. non tentabis Dominum Deum tuum, & habetur in cap. quæritur. 22. quæsti. 2. Sed in duello tentatur Deus, vt habetur in cap. Monomachiam. 2. quæsti. 5. & in cap. fin. de purg. vulg. cum simil. ergo iure diuino prohibetur, ité quia per duellũ quęritur illud, quod natura non est producibile, nisi miraculo ipsius Dei, vt propriè est in duello purgationis, nam naturale est quod fortior & ingeniosior vincat minus fortẽ. & minus ingeniosum, nec è contra fieri potest ordine naturali, sed aliquando minus fortis, & minus ingeniosus fouet iustitiã, & per duellum succũbit, quauis duellum subierit, vt victoriã obtineat, & ipsius iustitia declaretur. Sic ergo Deus tentatur, vt miraculum faciat. Item ille
3 actus est prohibitus, per quem innocens † damnatur, nam Deus nõ vult damnari innocentem. 22. quæstio. 2. quæritur, sed hoc duellum est huiusmodi, vt in ca. significãtibus de purg. vulg. ergo. Neque obstabit dicere, quod Goliat, & Dauid simul pugnauerunt, quia secundum gloss. in dict. cap. Monomachiam, quam sequitur, Alphons. Guerrer. in speculo princi-
4 cap. 46. fuit id instinctu diuino, † & sic potuit fieri & non peccauit Dauid sed vt aduertit Mincha controu. Illustr. cap. 49. num. 15. &. 16. sentit gloss. illa & Guerrer. quod aliter peccasset, quod ipse Mincha. & bene non
5 esse verum † asserit, cum Dauid ob bonum publicum pugnarit cum Goliat, ob quod bonũ publicum inquit
6 ibi Mincha. duella esse permissa, † vt maiora euitentur damna infortunia & neces, & populorum strages, si duo Reges cum campis suis, in certamen deuenirent, nam tunc solet ex Regũ ipsorum consensu, in duobus aut tribus, aut plurib⁹ hominibus committi, vt qui ex eis vicerint alios vincãt, & Regem eorum, & victoria pro vincentibus remaneat, & hoc cum authoritate illorum, qui possunt eam præbere fieri debet, & cum hac causa magna, sic etiam errat ipse Guerrer. secundum Mincha. vbi supra. nãque tunc dicit peccare ineũtes duellum, deni

deni forte, aut quini, aut viceni tempore bellorum, quia inquit quod per huiusmodi prælia non imponitur finis bello, fiuntque ostentationis gratia, quod verum non est, nam aliter fieret, vt in omni bello præliãtes peccarent, quia nemini nisi Deo notum est, an post prælia finis bellorum sequetur. Et etiã ex talib⁹ singularibus certaminibus in bello habitis bonũ publicum sępè sequitur, quia incutitur timor exercitib⁹, eo quod victus sit quis ex parte sua, & crescit alacritas exercitus illius partis, cuius miles victor in singulari certamine euasit,
7 & consequẽter scaramucæ nõ minus iustæ sunt, quam sit ipsum † bellum, aut prælium quantumlibet ingens, & atrox, sicque aut fiunt ostentationis gratia tantum, aut ad bonum pu-
8 blicum, aut dubitatur. Primo casu, † peccatum, reliquis non, vt tenet Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 95. articul. 8. in princip. & in fin. itidemque non statim iudicare debemus mortalis criminis damnosos esse iudices belli, mi-
9 lites vè, † qui vt victoria potiantur, se maximo committunt prælij, & cõflictus periculo, ex quo certior est, mors quam eius euasio, nam & ij nequaquam actum exercent ad primã eorum occisionem ordinatum, sed eo directum, vt hostes vincantur, quauis omnino periculosum, cum morti sat certo imminenti seipsos exponant, secundum Couarruu. libr. 1. Variar. cap. 2. num. 10. versi. nono subinde, vbi exemplificat de Eleazari facto insigni. Et ob id multoties quasi res summi ponderis à ducibus prohibetur, vt. ff. de re milit. l. desertoré, §. in bello etiam sub pœna capitis vt
10 ibi, adeò vt Torquatus Romanorum dux, † cum singularia certamina inter suos milites, & hostes interdixisset sub pœna mortis, & ipsius filius patris iussa transgressus cum hoste sin-
11 gulari certamine pugnasset, victorq; euasisset, à patre præmij loco capite dãnatus fuit, de quo meminit Titus Liuius. Et Claudianus de. 4. Honori. August. consul. sic cecinit.

Triste, rigor nimius, Torquati despice mores.

Eodem etiam Themate retento cessant & aliæ authoritates sacræ Scripturæ relatæ per Barba. consi. 62. column. antepenult. & per Calcane. consil. 2. colum. 9. vbi videtur permissum esse homicidium, nam & id instinctu diuino fuit permissum, vel per modum iusti belli, perpetrari cõcessum, vt sic dictæ authoritates nostræ huic, & duelli prohibitioni non obstent. Secundo prohibetur duellũ de iure gentium, † eo quod ille actus
12 prohibitus est iure gẽtiũ qui repugnat naturali æquitati, sed duellum purgationis est huiusmodi, nam æquitas iure gentium dictat delinquentes puniri, & innocẽtes absolui, & in hoc duello quandoque cõtingit contrarium, ergo. Tertiò prohibetur iure canonico, † ex toto titu. de clericis pugnan-
13 tibus in duello, & per totũ de purgatio. vulg. Quarto † iure ciuili, vt habetur in. l. negantes. C. de actio. & obliga. & in. l. vni. C. de gladiator. lib.
14 11. iure etiam nostro Regio, † ex lege nostra prohibetur duellum: & sic sequitur quod omni iure prohibitum est, & sic tenet gloss. in dict. l. vni. C. de gladiator. lib. 11. & gloss. in. l. filius familias. §. fin. de leg. 2. & gloss. fin. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. aquil. reprobata gloss. cõtraria in. §. per contrarium institu. de hæredit. quæ ab intest. defer. & ex Doctoribus iuris ciuilis ita tenent Specul. in titu. de accusat. §. sequitur versicul. sed quid si, & versic. sequitur Faber in dict. §. per contrarium, & hanc testatur communem Alberi. de Rosat. in dict. §. si quis in colluctatione,

& Cagno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Cagnolus in.l. fauorabiliores, nu. 17.ff.de reg.iur.& sequũtur plures relati per Mincha.dict.cap.49.num.20. & per Maria Socin.in consil. 2. num. 3. posito inter tractatus Doctorum ad fin.titu.de singulari certamine Andreæ Alciati,tom. 12.tractat diuersorum,& tenet Barba.consi.62. volum. 1.& latissimè omnium, & melius per Ias.consi.164. in. 2. dubio volu. 2. qui ad saturitatem hoc disputat, & ego decreuerã disputare, sed viso eo perfuti,& de iure canonico tenent Hostiens.in sum titul. de cleri. pugnant. in duell.& Abb.in ca.1,de purg.vulg. & alij plures relati per Ias. vbi supra, versic.ex istis apparet.Cum sequentibus. & Bern. Diaz, & eius additio in practic.cano.ca.100.& Maria. Socin. in cap.2.de cleri.pug.& Paris de Put. de re milit.& Bellin.de re milit.2.pa. cap.15.& Iodoc.in praxi.crimin.cap. 41.nume.5.Cephalus consil. 57.Malleus Maleficarum.3.parte, partis fin. quæst.17.Montal.l.1.tit.21.lib.4.for. Benedictus,in ca. Rainuntius fol. 83. part.2.num.28.& 29.& itidem tenẽt Theologi,vt per Ias.vbi supra,ex Sancto Thom.2.2.quæst.25.Summa Syluestri,verbo.duellum,& sic iure optimo inquit Gregor.Lopez,in.l.1.titu. 3.part.3.Quod ista materia hodie nõ est in vsu, neque in repto, neque in duello,erat enim diabolica suggestione inuentum, vt inquiunt Doctores ex quo Spiritus sancti instinctu in sacro œcumenicoque Concilio Tridẽtino,in Sessione.25.ca.19.de reform.
15 † duellum & pugnæ dictæ reprobatę sunt,ita vt iam nulla dubitandi occasio relicta sit,contra Caleane.consi.2. aliud fundantẽ, & cõtra Lõbardos & Italos, aliud custodiẽtes Imperatoresq; & Reges, & alios magnates, qui in terris suis inter Christianos duella cõcesserint, eo ipso excommunicatos esse disponit dictum decretum. 19. & dominio ciuitatis, Castri, aut loci in quo duellum fieri permiserint si ab Ecclesia obtinent priuati sunt, si vero loca fœudalia,sint directis Dominis acquiruntur,& cõtra ipsos per duelles, & patrinos, & alios ibidem aliæ apponuntur pœnæ: ex quo clarius est vnos,& alios peccare mortaliter,† vt tenent omnes Doctores,& nouissimè Michael Salon, de iusti.& iur.in.2.2.Diui Thom.quæst.64. controuersia.3.per totum, qui in quæsti. 62. controuersia. 2.examinat ad quã restitutionẽ teneantur tales, † adeò vt neque acceptare duellum reptatus,& diffidatus teneatur, †imò & acceptatum teneatur respuere in iustitia,& in conscientia,neque valeat lex, statutum aut consuetudo in contrarium, † secundum dictos Doctores,Maximè Ias.dict.consil.164. volu. 2. Neque Rex Hispaniæ, neque Angliæ cõcedere possunt esse licita duella.Secundum eundem Ias.in. l. ex facto,num.63.ff.de iust.& iur.& communem testatur Emanuel Xuarez, in suis communibus opinio. verbo. duellum, quod iustè recusari potest duellum. Et sic hodie nullus miles, nullus capitaneus potest iudicare infamem neque hominem vilem, aut pigrum recusantem duellum. †

Ibi. *Aunque trance y pelea no vengaen effecto.* Hoc quoad pœnam bonorum procedit,vt ex text.hic colligitur, nõ vero quoad pœnas corporales, nam quoad eas non punietur, vt voluit Anton.Gomez.tomo. 3. capitulo. 3. in fin. secundum meam impressionem.

Ibi. *Y si el requestado quedare biuo, sea desterrado.* Ita tenebat Anton.Gomez, dict.cap.3.num.12.tom. 3. in meo libro licet in alijs id non dicat,& ibi legem nostram allegat. & per hoc totus iste titulus finitur,solũ vnum notando,scilicet, quod ad incurrendas pœnas,

pœnas, sed diffidantium contra decretum dict.m dicti concilij, est ne-
21 cesse,q; duelli † forma seruetur, nẽpe loci destinatio,armorũ prefixio patrinorũ,& spectatorũ cõstitutio, & alia quæ in his impijs spectaculis à charitate Christiana alienis adhiberi consuetum est, & sic minimè esse locum pœnis dictis ex quibuscunque singularibus certaminibus pugnis vel inito etiam consilio factis, etiam si per cussio,vel mors cõtigerit, vt optime aduertit.Anto.Gom.tom.3.c.3.n.12. secundum meam impresionem.Sed
22 per Motum proprium Gregor. 13. 82. in ordine, ad omne † duellum etiam priuatum, & sine vlla solemnitate patrinorũ ostẽsum est, vt aduertit Nauar.consi.1.&.2.de purg. vulg. Dum tamen duellum sit reale nõ verbo mentale tantum,&qua pœna † puniatur alium diffidans, vide Antoni. Gom.tom.3.ca.3.num.12.versi. quintus casus.
23

TITVLO. IX. DE LAS Treugas, y asseguranças.

Cum orta lite & discordia soleat inter discordes, siue ex iudicis mãdato volentis rempublicam placare, siue ex interuentu bonorum hominum, vel ex ipsorum discordantium conuentione treugas,& securitates iniri,ideo post præcedentem Rubricam hæc nostra cõsecutiuè apposita est, vt colligitur ex proœmio titu.12.par.7.& quia in.l.1.diffinitio eius apponitur,ideo in Rubrica omittitur.

SVMMARIA.

Treuga quid sit,& quomodo differt à pace.num.1.& 2.& nu.3.quid sit propriè treuga,& quibus etiam verbis nominetur.nu.4.

Gerentes bellum nomine alieno non possunt facere treugam.nu.5.

Iudex an possit compellere litigantes ad concordiam. nu.6.

Officium iudicis an possit implorare timens ab alio offendi.nu.7.

Treugam præparata guerra si duo Reges faciunt per certum tempus an illo tempore elapso erit necessaria diffidatio. numero.8.

Partialitates & factiones vandi appellantur.nu.9.

Treugam etiam debent obseruare viuentes cum treugam facientibus,etiam si nihil de eis dictum sit.numer.10.& numer.11. ampliatur,& num. 12.declaratur in hoc quædam lex partitæ.7.l.2.tit.12.& nu. 13.prosequitur, & nu.14.

Compelli possunt partes etiam in causis ciuilibus ad concordiam. numero. 15. & numer. 18.

Magna in dissensionibus incommoda oriuntur.nu.16.

Iudex interdicere vni vandositatæ nè ante portam alterius accedat.nu.17.

Iuris esse naturæ fidem seruare.numero. 19. &.20.

Fides etiam hosti seruanda est. numero. 21. 22. 23. 24. & numero. 26. vsque ad.30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad. 30.
Reuelans arcana dicitur fidem non seruare, numero. 25.
Pace facta de vulnere etiam morte secuta seruanda est fides. num. 26. & nu. 28. declaratur.
Iudex etiam tenetur seruare fidē promissam, num. 29.
Pace & fide rupta ab vna parte ex alia etiā frangi potest. nu. 30.
Tregam vel securitatem facere per scripturam, vel testes sufficit. nu. 31.
Declaratur lex nostra. nu. 32.
Pacem frangenti imponitur pœna bonorum, si curiam Regis intrauerit. nume. 33. vbi declaratur.
Abrogatur pœna. 600. Morapetinorum in lite antiqua nostræ legis posita, numero. 34.

Lex Prima.

Summarium.

Quid sit treuga, & quotuplex, & quomodo seruanda declarat lex nostra.

BI. *La treuga es.* Est enim treuga † securitas præstita rebus, & personis discordātibus discordia nōdum finita, vt & inquit gloss. in cap. 1. de treug. & pac. & ex l. 1. titu. 12. part. 7. colligitur, & ibi glos. 1 2 ita colligit, & differt treuga † à pace, quiā per treugam nō cessat guerra in totum, sed per tēpus treuguæ, per pacem autem finitur discordia, & pax in totum, quia pax est finis discordiæ, quæ debet haberi in voluntate, guerra in necessitate, vnde bellamus vt pacem habeamus. 23. quæst. 1. nisi bella, & cap. noli æstimare, & l. 4. titul. 12. partit. 7. Item notabis quod treuga propriè est illa quę datur inter generosos, inter alios autem non di-

3 citur propriè treuga, sed securitas, † & ideo in nostra Rubrica dicitur, *De las treugas y seguranças*, licet aliquando Doctores vtroque verbo promiscuè vtantur, siue inter nobiles, siue inter plebeios, secundum gloss. 2. in dict. l. 1. titulo. 12. partit. 7. colligitur, & lex quandoque vocat fœdus, vel indu-
4 cias, † vt in cap. ius gentium. 1. distinctione. l. postliminium. §. induciæ ff. de capt. & postlimit. reuer. ex quibus solent nobiles se exacerbare, cum iudices inter eos, & alios qui nobiles non sunt, treugas ponunt. Item notabis, quod gerentes bellum nomine
5 alieno nō possunt † facere treugam, neque sufferre etiam, neque rebellibus crimina per eos commissa remittere, secundum gloss. mag. l. 2. titu. 32. part. 7. sed an iudex possit compelle-
6 re litigantes ad concordiam † tradit Feli. late in Rubrica de treug. & pace nu. 1. Cum sequentibus pluribus vbi nu. 10. cum sequentibus, an possit timens offendi ab aliquo officium iudicis implorare, vt ipsum cōpellat ad
7 præstandam cautionem † de non offendendo, de quo & alibi nos plura diximus.

Ibi. *El Rey Don Alonso Onzeno.* & probatur etiam in. l. 2. titulo. 12. partita. 7.

Ibi. *Que se da vn Rey a otro.* Idem disponit dict. l. 2. titu. 12. part. 7. vbi gloss. *A otro*, quærit, quid si nondum mota guerra, sed præparata à duo reges treu-
8 gas faciunt † per certum tempus, an illo tempore elapso erit necessaria, diffidatio ad hoc, vt ille, qui aggreditur territorium alterius, non dicatur latrunculator, & in hoc concludit in effectu, quod non esset licita absque diffidatione aggressio talis, nisi guerra præcessisset, expirato tempore guerræ.

Ibi. *De vn vando a otro*, qui vandi partialitates vocantur, & factiones etiam

9 etiam appellantur, † vt per Tyberi. Decia. in tracta. de delictis. lib. 7. cap. 7. num. 10. & 11. & quid sit partialitas dixi. l. 1. titul. 7. libr. 1. Recopil. huius nume. 1. & sequentibus vbi plura de ijs partialitatib⁹ retuli, & in. l. 11. tit. 3. li. 3. sup. n. 1. prout sunt in Italia Guelphi, & Gebelini, in Cantabria, *Oñez y Gamboa*, & in alijs pluribus partibus regni, ita vt vbilibet partialitas datur.

Ibi. *Y por otros hombres que biuen con ellos*, Idem in dict. l. 2. titu. 12. par. 7. vbi gloss. *Con ellos*, inquit quod adhuc viuentes cum ijs debent treugam ob-
10 seruare, vt & ad id teneantur, etiam si in treuga mentio de eis non fiat, † & includentur etiam alij sibi adhærentes, etiam si verba treuguæ concepta sint in personam, si pacisceti nō possent esse pax sine cohærentibus, ex. l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verb. oblig. à leo vt & illi qui post
11 treugam cōcessam fuerint homines istius, † tenentur eam seruare, secundum Ioann. Andr. ad Specul. in Rubrica de treug. & pac. Paul. de Castr. Salicet. & alij relati per gloss. *Con ellos*, in dict. l. 2. Sed videtur contra hæc esse text. in præsenti, dum infra dicit, *Sepā ciertamente aquellos que los tomaren*, &c. Et idem dicitur in dict. l. 2. column. 2. versic. *E deuen ser dadas*, titul. 12. part. 7. vbi videtur determinari homines cō-
12 prehendēdos in treuga esse significādos, † & signandos, sed dicendum est quod verba ista non obstant, nam ex eis non disponitur, quod sint omnino omnes nominandi in treuga, sed sufficere generaliter dici, quod treuga fit inter Petrū, & Ioannē & oēs eius adhærentes, & familiares, & consanguineos vsque ad talem gradum,
13 neque requiritur quod nomina omnium istorum † exprimantur, & hoc est, quod in dictis verbis significatur, prout voluit gloss. *Ciertamente*, in dict. l. 2. & hoc cum in personam verba treuguæ cōcepta sunt, nam si in rem concipiuntur pax facta cum principali intelligitur etiam cum adhæren-
14 tibus, † & in ea intelliguntur intro clusi virtute adhærentiæ. l. qui religiosis, & ibi Angel. ff. de reiuend. facit. l. 1. §. tribus. ff. de Cloacis. l. Arber. §. de vestibulo. ff. comm. uni diuidū. l. hæc verba. ff. de aduiter. l. 1. §. deiecisse, & ibi gloss. ff. de vi, & vi arma. & sic verba dicta declaranda sunt.

Ibi. *Puedan ser apremiados por nos y por nuestros merinos, y officiales.* Idē disponit d. l. titu. 12. p. 7. vbi gloss. *apremiar*, hoc dicit notandum, & addēdum ad tex. & ibi Bartol. in Authen. de man. prin. & ad alia quæ ibi allegat, ob bonum enim publicum, & ad scanda la sedanda etiam in causis ciuilibus debent
15 partes ad concordiam cōpelli, † puta in lite ciuili orta inter personas nobiles ac principales à longo tempore si timetur in Republica scandalum, & hoc maximè in discordijs iam ortis, ex quibus maiores timētur, & spectantur, vt probatur ex text. in capit. placuit. 90. distinctio. vbi ex Concilio Agathensi dicitur, quicunque odio, aut lōginqua inter se lite dissenserint & ad pacem reuocare diuturna obstinatione nequiuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciosa intētione noluerint de Ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur, quem ad hoc singularizat Roma. consil. 126. & Abb. in Rubri. de treug. & pace, & ibi Felin. late, num. 1. & sequentibus idem Abb. in capit. nouit, 02
rium. 9. de iudi. nam vt Iulius Celsus de gestis Alexandri libr. 7. scribit ma-
16 gna † in dissensionibus incommoda oriri solent, & sic potest iudex si duæ vandositates inter se discordant præ
17 cipere eis ne vnus ante portam † alterius accedat, neque pertranseat, vt hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc & alia diximus in.l.1.titul.2.glo. *Mandamos*, per totam.lib.6.supra, & in
18 expresso quod ad concordiam † possint reduci, tenet Paris de Puteo, & Deci.& Afflict.& alij relati, & secuti, per Dida.Perez, hic sub.l.1.titu.8.col. 1483.cum seq.lib.4.Ordinam. & optime per Socin.in. l. quidam existimauerunt, numer. 6.ff.si cert.petatur, & Octauia.vel Pellu. in tracta.& treug. & pac.quæst.3.per totam, vbi id etiã quoad pacem asserit esse verum, & multo fortius quoad treugam, vt ibi per eum, nume.13.& sic iuste lex nostra, iubet compellendos esse ad treugas faciendas per Regem,& eius officiales,& ministros, prout quotidie fieri solet.

Ibi. *Mandamos que todos guarden la treuga*. Nihilenim tam naturale, quã vt pacta seruẽtur,& pax custodiatur, vt in ca.1.de pact.& dicitur iuris esse
19 naturæ † fidem seruare vt ibi,& in.l. 2.vbi Bal.ff.de seruit.fideique præstatio parit naturalem obligationem. c. 1.de summ.Trini.& fides dicitur fundamentum iustitiæ, vt per Lucam de Penna, in.l. quoties.C. de pond. aur. libr.11.& est fides alia species religionis (non loquor de fide Catholica) cuius sunt effectus adeo illustres, vt enumerari nequeant, secundum eundem Lucam de Pen.in.l. probatorias C.de diuersi.offi.lib.12. Sed de illa loquor quæ ad naturam pertinet, & ab ea vniuersalis hominis status dependet, & ad illam conseruandam natura ipsa perstringimur. Bald. in dict. l. 2.C.de seruit. & valde proxima est in
20 ramento † eiusque sapit naturam, vt per Afflict. deci. 389. Aymon consil. 241.num.11.Bertrand.consi.2.numer. 50.lib.1. pertinetque ad ius gentium, & summo pere est colẽda.l.si id quod ff.de cond. indeb.cap.ius naturale distinctione.1.Paul.Castr.consi.317.lib. 1.Oldra.consil.69.consuetit. quos allegat Nicolaus Moron in tracta.de fide treug.& pace, quæstio.102.in princ. 3.part.tomi.11.tracta. Doctor. & nihil est quod inter Principes magis præfulgeat quam recta fides, Epistola, inter claras. C.de summ.Trinit.adeo vt hosti etiam seruanda sit. Ex cap. nolli. 23. quæstio.1. quod tractat B. Thom, 2.2. quæst.40.sic & Cicero, ius, ait, hoc esse bellicum,& fidem ius iurandumque hosti seruandum, † at si prædoni
21 bus, inquit, pactum pro capite aurum non attuleris nulla fraus est, nec si iuratus quidem id feceris. Nam Pirata nõ est ex perduelliũ numero diffinitus, sed communis hostis omnium, vnde & passim in historia taxantur Pœni perfidiæ, contraque iustitiæ, & fidei laudatur Fabritius, qui oblatum graui hosti venenum repudiauit. Reprehenditur & Ladislaus Imperator qui cum pacem fecisset cum Amurato Turca, male persuasus, quod fidem, quam inconsulto Papa dederat seruare non teneretur, pacem violauit, quod tamẽ ei male cessit, acie etiam victus interijt, insidijs vero quæ nihil habeant perfidiæ, vti, fas est, & decet, quæ vocantur stratagemata, huc tendit Leonidæ dictum, cum nõ prodesset pellis Leonina induere se vulpinam, Vergilianumque illud.

Dolus an virtus, quis in hoste requirat!

De quo est etiam text.in cap.Dominus.24.quæsti.2. & pleni sunt Annales his stratagematibus,& commẽdatissimi sunt ac laudatissimi, qui eis vti nouerunt in tempore, quanuis ea referre nihil ad hanc rem nostram conferat. Ingenio igitur, atque armis pugnetur cum hoste, dolis etiam, si nihil habeant fraudis, neque perfidiæ, cum in his nihil possit esse virturis, & gloriæ, sed neque veneno vtetur quis aduersus hostem, si sit etiam acerri-
22 mus, & periculosus, † etiã si per fugam id offe-

id offerat aut proditor, vt iam dixi comprobatum in Fabricio: quãto igitur minus procurandum aut emendum, non desunt tamen quibus hodie hæc videatur ad victoriam compendiosior atque commodior via, sed male & pessime, grauè enim est fidem frangere. l.1.de consti.pecun. cap.1. de dol.& adeo hæc vera sunt,
23 quod & fides à lege præstita † seruanda est, ne nascatur iniuriarum occasio: vnde iura nascuntur, Lucas de Pen. in.l.1.C.de pond.aur.libr. vndecimo, columna prima, in fin. imo & fides ab homine præstita legis authoritate.l.conuentionum, de pact. qui actus legi ordinanti, non vero exequenti attribuitur, & magis dicitur facere qui ordinatur, quam qui exequitur, Bald.in capit. ex literis de rescript. Bannitoque etiam volenti de
24 sua innocentia docere † seruanda est fides, & non offendendus, quia interim pœna non tollitur, sed differtur donec de crimine liqueat ideo pendente crimine nihil innouandũ, Felin. capit. quæ in Ecclesiarum columna.2.de constit.præsertim si cum tali Bannito est inita pax, secundum Bartol.l.qui seruum.ff.de verb.oblig. Bald.l.1.cap. quando lic.sine iudi. sevind.Gozadin.consilio.61.item adeo
25 fides seruanda, vt reuelans arcana † dicatur fidem non seruare. l. qui tabulas. ff.ad leg.aquil. & reuelans pœna falsi tenetur.l.sed si quis. §. viri de pœn.l. 1. §. si cui de fals. Hippolyt. consilio primo, numero octauo, & sequ.& secreta principis reuelans punitur pœna.l. si quod de pœn.& hoc modo procedit. l. prima. C. de man. princi.declarat Oldral. consilio.254. columna penultim. imo & pace facta de vulnere,& morte secuta † ad
26 huc fides, & pax seruanda est, secundum Bald. in. l. secunda. ff. de lib.& cor.lib. Bald. ad speculum in titu. de accusat. columna prima, verbo. pax facta, & sic videtur, quod pax iniri possit ante mortem.l.diuus. ff.ad Senat.cõsul. Syll.Hippol. sing.46. & hæ-
27 redes seruare tenentur, † Alexand. consilio.134.columna.2.libr.5.& hoc procedit vbi quis vulneratus fuit à
28 principio mortifere, † nam tunc pax de vulnere intelligitur, etiam de morte sequuta, quia quando principium habet necessariam consequẽtiam ad finem, idem iudicamus de principio quod de fine.l damni §. Sabinus.ff.de damno.infect.vbi Bartol. declaratur à Gome. in Regula. 8. in fine, de impe. ben. vac. per obi. & procedit, secundum Fulgos. consilio. 216. & Rot. decision. quadragesimaseptima, de concess. præbin potentia, & necessitate præcisa, & quoniam finis principio subalternatur, imo & quod plus est, quod ipse
29 iudex tenetur fidem † delinquenti daram seruare, vt diximus in. l. tertia, titulo secundo, libro primo, supra numero decimotertio, cum. 3. sequẽtibus. Quoquidem assumpto de fide seruanda, sic ampliato, limitatur primo si fides ex omni parte seruatur, secundum Bald. in capitul. sicut. columna secunda, de iur. iuran. secus si ab vna parte frangatur, nam tunc al-
30 tera pars poterit, † sine pœna frangere, vt dictum est in titu. præceden te, nam frangenti fidem, fides frangatur eidem, vt est iuris Regula, & brocardicum, omnesque actus intelliguntur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanẽtibus. De qua quidem limitatione latissimè tractat Nicolaus Meron, in dict. tractat. quæstione.112.cum.17. quæstio. sequentibus. vbi ampliat, & limitat latissimè, & declarat hanc quæstionem, & limitationem, quando offensus possit ex sua parte rumpere pacem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi. *Que sepan ciertamente aquellos que las tomarē, o las pusieren.* Not. verba hęc ad sciendum quod illi, qui treugas faciunt debent expresse nominari, ita vt sciatur certissimè, qui sint isti, alios vero sufficit nominare generaliter, vt diximus in gloss. *Y por otros hombres*, supra eod.

Ibi. *Ante testigos o por carta.* Nota disiunctiuam illam. O. ita vt hoc attento sufficiat treugam,+ & securitatem facere per scripturam, vel coram testibus, prout & iure partitarum dispositum erat. Cui iuri noster legislator se conformauit reiecta litera antiqua huius legis, ex qua vtrumque requirebatur, & sic quod per scripturam erat omnino treuga facienda, vt per Dida. Perez hic sub. l. 1. titul. 8. libr. 4. Ordin. colum. 1484.

31

Ibi. *Señaladamente en los hijos dalgo.* Hic habes text. probantem inter nobiles treugas fieri, vt diximus in gloss. 1. istius legis, sed aliquando & per nō nobiles datur, & sic treuga vt ibi dixi & probant verba sequentia nostræ legis.

Ibi. *Si fuere otorgada la tregua o assegurança por las partes, o puesta por el Rey o por nuestro mandado.* Notanda sunt verba hæc, quibus quidem parificatur treuga, & securitas per partes facta illi treuguę, & securitati per Regē & eius mandatum factæ, quoad impositionem pœnæ frangenti eā, quæ pœna in legibus sequentibus declaratur, vt ex ijs colligas, male meo videri legem nostram intelligere, gloss. *Muera*. l. 3. tit. 12. part. 7. & gloss. *Muera* in l. 1. titu. 8. lib. 4. Ordin. colum. 1485. Dum dicunt quod quando treuga apponitur, & securitas per partes discordantes tunc fractor puniatur pœna illius. l. 3. titul. 12. partita. 7. si vero per Regem pœna mortis aleuosæ, & insuper alijs à lege nostra decisis, differentiando vnum casum ab alio, quæ est nimia suppletio, ad legē nostram

32 + parificantem treugam factam à partibus, illi, quæ fit à Rege vel eius mādato; nam cum lex nostra ita expresse parificet hos duos casus nullam specialitatis rationem licet in vno, quam in alio constituere, & consequenter lex nostra quoad hos duos casus addit pœnam contra fractorem treuguæ, & securitatis illi pœnæ ab illa. l. 3. constitutæ, sed si treuga, & securitas apponitur per Iudices inferiores, fractor eius si occidat punitur pœna mortis, & in hoc concordat cum dict. l. penul. tit. tit. 12. part. 7. & cum. l. 7. titul. 23. infra lib. isto. 8. Dum ibi pœnam amissionis medietatis bonorum imponit frangenti pacem, si intrauerit Curiam Regis, nā

33 cū hęc lex vt pœna medietatis bonorum imponeretur requirit ingressum curiæ, necessario intelligēda est quoties treuga, & securitas erat posita ab inferioribus iudicibus; in quo casu fiā gens treugam occidendo aduersarium suum tantum pœna mortis puniebatur, secus cum à partibus, vel à Rege est pœna imposita, nam cum tunc si occidat aduersariū vltra mortis pœnam punitur in amissione medietatis bonorum, nō est necesse vt dispositione dict. l. 7. etiam si curiam ingrediatur, quia iam ei per legem nostram est imposita pœna amissionis medietatis bonorum, & sic non est vlterius imponēda ob ingressum curiæ dicta pœna amissionis, & consequenter dictæ leges sic intelligendæ sunt, quicquid dixerint dicti glossatores volentes specialem casum in lege nostra constituere, cum generaliter loquatur, & quid si adsit causa rumpendi treugam, vide in dict. l. 3. gloss. *Salus*, tit. præcedenti.

Ibi. *Y si fuere puesta por los merinos.* Hic constituitur alius casus, scilicet, cum treuga apponitur per merinos, & officiales

ciales iustitiæ, vt tunc si vnus ex discordantibus, quibus treuga fuit imposita occidat alium punitur tantum pœna mortis, & in hoc concordat cū l. 3. titu. 12. part. 7. & declaratur per. l. 7. artic. 23. infra isto libr. vt scilicet si talis ingrediatur curiam Regis vltra mortis pœnā punitur etiam in amissione medietatis bonorum.

Ibi, *Y si prendiere fuā condenado en diez años de seruir en galeras, o en frontera.* Antea minor pœna imponebatur per. l. 1. tit. 8. lib. 4. Ordina. quæ erat nostra, & sic per literam nostram augetur eius pœna, & minuitur pœna. l. 3. tit. 12. part. 7. quæ etiam pro tali carceratione pœnam mortis imponebat, vt iam non hæc imponatur, sed pœna triremium legis nostræ, & versiculus hic & sequens respiciunt vtrumque casum legis nostræ præcēdentem, scilicet, cum treuga facta est à partibus vel à Rege, seu eius mandato, vel à merinis, & iudicibus in suis locis, in ijs enim casibus, si tantū incarceratio intercedat imponetur in quolibet horum pœna nostri text. in hoc versi. designata, sed si non adsit carceratio, sed iniuria aliqua, tunc ex versi. sequēte imponetur pœna ad arbitriū Regis, vel iudicum, vbi hoc acciderit, & sic legis nostrę dispositio seruāda est, litera eius antiqua imponens pœnā sexcētum marapetinorum remanet

34 abrogata. † Sed quid si non adsit carceratio, neque iniuria in personā, sed in rebus, & patrimonio, tunc credere seruandam pœnam quadrupli, à dicta lege. 3. titul. 12. partit. 7. imposita, quæ circa hoc in sua viridi adest obseruantia.

Ibi. *Y si deshonrare.* Idem disponit. l. 3. titul. 12. par. 7. & vide quæ diximus in gloss. præcedente.

Azeuedo super. 8.

SVMMARIA.

VAssallus potest Dominum in ius sine venia vocare, & potest petere saluaguardiam. numer. 1. & 2. hodie tamen regis licentia petita debent eos vocare, quod iudices curiæ, vulgo, Alcaides de Corte, non possunt concedere. nu. 3. & nu. 4. prosequitur.

Saluaguardia hoc est Carta de seguro, nō solet concedi generaliter, sed specialiter tā tum. nu. 5.

Iudex quilibet adiri potest sine libello, vt alium tueatur in possessione. numero. 6.

Rex si nollet saluaguardiam, & chartam securitatis vassallo concedere posset tunc vassallus Dominum conuenire in iudicio sine venia. numero. 7. concessa tamen saluaguardia debet Domino notificari. numero. 8.

Rumpens & nō seruans saluaguardiam quā liter punitur. nu. 9.

Saluaguardia si alio modo, quam per mortē, vel iniuriam impetratoris, non obseruetur à Domino tota causa deuoluitur ad Regem. nu. 10.

Literæ nè fiat nouitas, vel nè fiat malum intelliguntur de facto. nu. 11.

Iudici iuridice procedenti nihil obstat saluaguardia. nu. 12.

Saluaguardia non infringitur per verba, sed per factum. nu. 13.

Lex Secunda.

Summarium.

Charta generalis de securitate non est danda inter Dominum, & vassallos eius, specialis vero datur si regi visum fuerit expediri dari.

IBI, *Se ponga tregua, o seguro general, entre el señor y sus vassallos.* Licet enim vassallus possit Dominum in ius sine venia vocare. cap. 1. & ibi gloss. de milite vassallo, qui contu. est & concludit per iura optima Boheri. decisione

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

171. tamen licet non possit petere à Rege securitatem & treugam generalem, ne à Domino ob hoc molestetur ex lege nostra, specialiter tamen, bene potest à Rege vassallus petere saluam guardiam †, cum dominũ pro re aliqua vel iniuria conuenit, & id sine venia poterat anteà petere, & nunc posset, si lex. 6. titu. 2. lib. 3. Ordinam. non esset inserta in nostra Recopilatione, quæ omnino prohibebat vassallis dominos conuenire sine Regis mandato, & quòd iudices curiæ, vulgo Alcaldes de corte nominati, non possent dare literas citatorias ad petitionem vassallorum † contra dominos eorum absque speciali Regis mandato, & hoc, quia naturali ratione debetur obedientia à subditis & vassallis domino, vt apparet ex l. 6. titu. 25. part. 4. nec leuiter sunt vocandi ab eis in iudicio, Argum. §. pœnales. & quæ ibi habentur Institu. de actio. quam. l. 6. titul. 2. lib. 3. Ordina. antiqui vsque nunc nondum inueni, (licet quæsiuerim eam) in nostra inscripta Recopilatione, & ea non transcripta ius dictum antiquum seruari poterit, dominum cõueniendi in ius sine venia †, licet vassalli id nõ faciũt aliquando, nisi salua guardia à Rege petita, vt quia dominũ vassallus vult super tali re cõuenire in iudicio, detur ei à Rege salua guardia, ne ob hoc à domino, neque à suis molestetur, & solet plerumque cõcedi, vt per Auenda. cap. 11. præt. libr. 1. num. 3. & hæc salua guardia & carta de seguro, non solet concedi generalis, sed tantum specialis ad causam motam vel mouendam †, vt ex lege nostra probatur: & hoc nimirum, secundum eundem Auendã. ibidem; nam si quilibet iudex potest à liti sine libello, vt tueatur quis in possessione †, secundum Paul. & Docto. in. l. si pacto quo pœna. n. C. de pact. & in. l. si seruus. C. quod cum eo: multo iustius dicendũ est id posse Regem concedẽdo hãc saluã guardiã, prout in Francia quotidie cõceditur, secundũ Benedict. in. c. Raynutius de testam. in parte successio ab intesta. n. 951. & in nostra Hispania quotidie per Regem conceditur vassallis volentibus litigare cum dominis suis, imo & vidi cõcessam fuisse cuidam homini pauperi litiganti cum nobili quodam, & timẽti se ab eo offendi, sed si Rex nollet hanc saluam guardiam, & chartam securitatis concedere, absq; vlla pœna posset vassallus † dominum in iudicio conuenire sine venia petitione, vt ex d. amplius non peti. si rem rat. hab. not. Auend. dict. nu. 3. in fin. Concessa tamen hæc salua guardia † debet notificari illis, contra quos datur, & præconizari, vt ex l. si. titu. 16. part. 2. notat ibi glos. *Fazẽt saber.* cum sequentib. & tunc si notificatione facta violetur occidendo eius impetratorem, punitur violator & ruptor eius pœna mortis † ex illa lege Partitæ, & ex præcedente alijs etiam pœnis (vt vidistis iam) puniendus est, vt ibi diximus. Si vero alio modo quàm per mortem, vel muriam impetratoris non obseruetur à domino salua guardia, tota causa deuoluitur ad Regem †, secundum Cassane. in consuetu. Burg. Rubr. 1. in princ. versic. Secundus est. fol. 21. relatum per Auen. vbi suprà. n. 4. versic. concessa, & hoc secundum eum ibi, quoties frangitur à domino de facto, secus si de iure, quia similes literæ, ne fiat nouitas, nè vt fiat malum, intelligantur de facto †, secundum Bald. in. l. si clericus. columna. 4. C. de Episcopa. audient. Sed si iudices rectè procedant iuris ordine seruato, iuris executio caret iniuria, & nihil obstat † salua guardia, ex dictis per Feli. in. c. olim, in fi. de accusatio. & Auend. vbi suprà, numer. 4. versic. frangi. cum sequen. item nota quod per verba, non infringitur saluaguardia, sed per factum † secundum Iodocum, in prax. crim. cap. 107. de publicæ fidei saluaguard.

SVMMARIA.

Portagia & iura Regi, & Dominis in terris suis datur, vt tuta sint itinerantibus itinera. nu. 1.
Causa requiritur in impositione portagij siue pedagij. nu. 2.
Reges in campis, & terris eremis hospitia vulgo Ventas, debẽt facere. nu. 3.
Mercatoribus & eorum rebus secura debent esse itinera. n. 4.
Rex & Dominus tenentur de robaria facta in suis territorijs. nume. 5. & num. 6. ampliatur.
Villa & populus vbi tenetur de robaria in suo territorio facta aqualiter inter vicinos distribuatur. nu. 7.
Quando Rex, Dominus, vel villa tenentur de Robaria facta in suo territorio quomodo hoc intelligatur & procedat. nu. 8. & nu. 12. & 13. & 14.
Vniuersitas dicitur scire delictum quando factum est palam. nu. 9. & 10.
Domini tenentur insidias ponere in suo territorio pro custodia. nu. 10.
Domini & barones tenentur cartas suas vbi colligunt Pedagia tenere securas à latronibus alias tenentur. nu. 11.
Reprobatur intellectus Olani ad quandam legem partitarum. nu. 15.
Iuramento derobati, an probetur damnum, nu. 16. & 17.
Damnum factum in confinio duarum ciuitatum à qua soluendum. numero. 18. vbi numero. 19. an debeat præcedere monitio.
Gubernator villæ temporalis, vel perpetuus tenetur etiam derobaria facta in suo territorio. nu. 20.
Custodes terrarum an teneãtur, & torqueri possint super robaria facta in suo districtu, num. 21.

Azeuedo super. 8.

Lex fi.

Summarium.

Itinera feriæ & mercata, secura debent esse.

TIT. *Que sean guardados y amparados.* Ob hoc enim vt itinera custodiantur portagia regibus in regno, & Dominis † in Dominijs suis, vbi habent id ex priuilegio à transeuntibus soluuntur, vt colligitur ex. l. 5. titul. 7. p. 5. vbi gloss. *Seguros*, ex hoc inquit cũ Rayn. relato ab Hostiense in summa, titul. de censib. §. ex quibus caus. vers. sed nunquid sine causa, quod in concessione, & impositione pedagij seu portagij † causa requiritur, veluti pro defensione stratæ publicæ cõtra Prædones in terra, vel piratas in aqua, vel pro defensione fidei, & patriæ contra paganos, vel hæreticos, vel alia simili causa iusta, in quibus casibus, si is qui recepit facit hoc, propter quod fuit constitutũ, licite, & sine scrupulo conscientiæ, illud recipit, vt ibi latius per Hostiens. & ob hanc causam custodiendi itinera inquit text. in. l. 11. titu. 11. part. 2. quod reges in cãpis, & terris eremis hospitia, vulgo *ventas*, † debent facere, in quibus itinerantes confugiant, vbi gloss. *A todos*, inquit quod cum ex hoc commodum publicum resultet, possent compelli clerici, & priuilegiatæ personæ, ad contributionem faciendi talia hospitia, si necessaria fuerit eorum contributio, & ibi se remittit ad dict. in. l. 51. &. 54. titul. 6. partit. 1. & alibi nos diximus. Ex quibus & disponitur in. l. 4. titu. 7. p. 5. quod quia terræ vbi mercatores vadunt cum suis mercantijs, ex hoc ditiores, & honorabiliores efficiũtur, omnes ij securi † venire

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent, & ſecura debent eſſe itinera eis, & ſuis rebus, & quod nullus eis damnum faciat, & ſic maxima cuſtodia totius regni ad regem pertinet, tanquam ad caput regni, cuius cauſa ſunt ei data tributa, vt dictum eſt, & patet etiam ex l. 11. titu. 28. part. 3. quam ad hoc corrupte allegat Auenda. ca. 1. præt. numero. 11. verſicu. aut enim quæritur, lib. 1. & probat Ripa. in l. quo minus colu. 4. ff. de flumin. & Lucas de Penna, in l. annonas. C. de erog. nul. an. libr. 11. & non ſolum rex, verum quilibet Dominus, territorij tenetur cuſtodire territorium, † & de robaria in eo commiſſa tenetur, ſecundum Bartol. & eius additio. in l. nequid. ff. de incen. rui. nauſr. Cepola de ſeruit. viæ, capi. 50. & elegantiſsime Grammati. deciſ. Neapoli. 47. & hanc communem teſtatur Abb. in capit. licet numer. 8. de reſtit. Spol. imo & commune populi, vel villæ in
6 cuius † territorio, hoc eſt factum tenetur ad hanc emendam, ex dicta lege, nequid, per quam ita tenet Gandinus, de Malefic. titul. de aliquibus quæſtionibus ſub. §. nunc eſt videndum, nume. 8. pagin. mihi. 256. in paruis, vbi etiam dicit quod tunc homines dictæ villæ tenebuntur in capita,
7 & non per modum patrimonij, † & hoc præmaxime concilio competit, & Domino territorij illius vbi robaria facta eſt, ſi neſcitur de malefactore, vel non habet vnde damnum ſoluat, ſecundum text. optimũ fin. in. d. l. 4. titu. 7. part. 5. quæ ſingularis eſt in hoc, nam vt ibi dicit gloſſ. penul. non eſt lex de iure communi, ita expreſſa eo quod dicta l. ne quid, non ita clare dicit, & text. in Authentica, vt nulli Iudicum. §. quoniam. collatione. 9. vult cõtrarium probare. Sed lex hæc partitarum ſeruanda eſt in noſtro Regno, quam tamen intelligit illa gloſſ penultim. ibidem, ex Bartol. & Angel. ibidem in. d. l. nequid. procede re quoties villa, vel Caſtrũ, vel Dñs
8 poterat prohibere robariam, † & nõ prohibuit, & tradit Did. Perez in. l. 1. titul. 16. libr. octauo, Ordinam. gloſſ. *Los defendiere*, in principio, & commu nem teſtatur Sylueſter in ſumma verbo. Rapina numero. 2. & Boſsius, in practic. crimin. titul. de damno dat. numer. 6. vbi inquit ex Bartol. & alijs quod vniuerſitas dicitur ſcire delic-
9 tum, quando factum † eſt palam, & ſic requiritur quod ſciat, & prohibere valeat, & ſatis ſecundum Angelum, intelligitur potuiſſe prohibe ri, ſi in locis ſuſpectis potuit tenere
10 cuſtodes, & noluit retinere, † nam ciuitates & Domini obuiare debent inſidijs retinendo cuſtodes in inſidiatis locis, in quibus maleficia ſolent perpetrari, per. l. 1. C. de delito. & itin. cuſto. libr. 12. & idem vult Bald. in capitul. 1. in parte Marchio. colu. 2. de ijs qui feu. dar. poſ. dicens quod
11 Comites, & barones † tenentur curtes ſuas in quibus colligunt pedagia tenere ſecuras à latronibus, alias tenentur emendare damna deprædatis.

Secundo intelligitur, & limitatur niſi illi, qui fecerunt violentiam
12 † eſſent fortiores, ſecundum Bald. in l. ſi ideo. C. de ijs quib. vt indig. per text. capitu. fin. de pœn. in. 6. &. l. ſed & de damno vbi idem Bald. ff. locat. & ſatis hoc comprehenditur in præcedente limitatione, ſi bene conſideretur, & eadem ratione idem erit dicendum ſi maleficium eſt commiſſum in confinibus villæ, & in continenti deprædator ſe tranſtu-
13 lit † ad aliud territorium, vel ſi de nocte fuit commiſſum maleficium, ita quod in notitiam Domini, vel hominum villæ, vel maioris partis
14 eorum non venit, † ſecundum Bartol. in l. prima. §. occiſorum. ff. ad Syla-

Syllania. & in dict. l. nequit. & in. l. in delictis in principio. ff. de Noxa. lib. inquit tamen illa gloſſ. penultima, dictæ. l. quartæ, tenendum menti dictum Angeli, quatenus dicit, teneri ad cuſtodiam, & quod certe quando Dominus, vel villa habet iura Pedagij, quæ colligit à tranſeuntibus, vt dixit Bald. in dict. §. Marchio. ſatis bene procedit dictum Angeli, ſi vero nõn perciperet, forte non teneretur ad cuſtodiam confinium, & ſi neſcitur, vel prohibere non valuit, non tenetur ad emendationem dãmni, & ex dictis diſplicet mihi intellec-
15 tus Olani, in concord. antinom. litera. F. numero. 130. 4 legem illam partitæ volentis intelligere, vt procedat, quoties furtum fit à vicinis terræ Domini illius, ſecus ſi ab extraneis, nam eſt diuinatiuus intellectus, & nulla ratione fundatus. Quomodo autem probabitur damnum 20
16 per derobatum, an ſufficiet eius iuramentum † dicendum eſt, quod non, quo ad probandum delictum, ſed quoad probandam extimationem rerum derobatarum, bene ſufficiet eius iuramentum præſtitum, ſecundum tenorem dictæ. l. 4. titulo. 7. partit. quinta, &. l. ſi quando. C. vnde vi, &. l. 3. titul. 3. parti. quinta, &. l. vndecimo, titulo, nono, &. l. 9. titulo decimo, partit. ſeptima. Quod eſt verum quantum ad ipſum derobatorem, ſed quoad villam, vel Domi-

Azcuedo ſuper. 8.

num damnum ſatisfacientes, non
17 ſufficeret iuramentum, † ſed probandum erit, ſecundum Bartol. in dict. l. nequid. late Bald. in. §. conuenticulas columna ſecunda, de pace iuram. firm. in vſu feud. Et ſi damnum paſſus eſt de illa ciuitate, ipſe etiam contribuit pro ſolutione, ſecundum Nicola. de Neapol. l. amiciſsimos. §. 1. ff. de excuſat. tut. & ſi damnum fa-
18 ctum eſt in confinio † duarum villarum, quælibet villa tenetur in ſolidum, & vna ſoluente, alia liberatur, ſecundum Bald. in. l. ſi plures. colum. 5. C. de condit. inſert. & an requira-
19 tur quod monitio præcedat † de cuſtodiendo, vide Lucam de Penn. in. l. 2. C. de naufra. libr. vndecimo, tenetur etiam ad hanc dãni emẽdationẽ tam Dñs agri, quã villæſi prohibere potuit & nõ prohibuit, imo & gubernator eius perpetuus, vel tẽporalis, †
21 ſecundum gloſſ. fin. in dict. l. 4. titu. 7. part. 5. cuius dictæ tranſcripſi, quia optime loquitur, & vt in præſenti, & ordinario loco congeſta habeãtur hæc. Et an hi, quibus cuſtodia credita erat poſsint torqueri † vide optimè per Cœpolam conſil. 18. columna. 6. qui tenet poſſe, quem ſequitur Boſius vbi ſupra.

Ibi. *Por derecho y leyes*. De quibus in gloſſ. præcedente dictum eſt, & præſertim ex dict. l. 4. titulo. 7. partita quinta, & hæc pro hoc titulo ſufficiant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO. X. DE LAS Injurias, y Denuestos.

Summaria, Titul. X. in Rubricam

INiuria est nomen generale, & significat omne delictum ex animo, & à volente factum. numero. 1. & numero. 14. prosequitur.

Ius & iniuria in vicem se aduersantur. numero. 2.

Iniustum non est omne quod est iniuria. nu. 3. &. 4.

Consentienti non fit iniuria neque dolus. numer. 5.

Iniuria quando non fiat volenti. numero. 6.

Maleficium distinguunt voluntas, & propositum. nu. 7.

Damnum eo ipso quod est datum non præsumitur iure datum nisi contrarium probetur. nu. 8.

Iniurians si dicat se per iocum fecisse id probare tenetur. nu. 9.

Iniuria omnis animo iniuriandi facta præsumitur, nisi cotrarium probetur. num. 11.

Animus talis præsumitur qualia sunt verba vel facta. nu. 10.

Libellus iniuriæ non corruit quamuis non dicatur animo iniuriandi factum. numero. 12.

Clausula antiquorum ponentiũ in libello accusationis iniuriæ, quod accusans renocauit in animo suo iniuriam abolenit, numer. 13.

Iniuria specialius loquendo contumelia dicitur. nu. 15.

Iniuriæ materiam multum attinet ad materiam damnorum. nu. 16.

Iniuria etiam sumitur pro iniquitate, & iniustitia sententiæ. nu. 17.

Iniuria etiam quandoque appellatur vsucapio, & præscriptio. nu. 18.

Iniuria quotuplex sit. numero. 19. & numero. 20.

Species iniuriæ verbalis sunt contumelia, cõuitium, & alia vt. nu. 21.

Iniuria realiter, & sic facto quando fiat. nu. 22. &. 24. &. 26.

Iniuria grauissima est alapa aperta manu in facie data. nu. 23.

Elenans manum cum palo, grauiter iniuriat & qualiter punitur. nu. 25.

Iniuria quælibet personalis regulariter dicitur crimẽ graue. num. 27.

Iniuria sit verbis si quis alteri minatus fuerit. nu. 28. vsque ad. 51.

In Francia pro verbis iniuriosis non agitur iniuriarum. nu. 52.

Iniuriæ sine de facto, siue verbis suos habent gradus. 53.

Vilissimi qui dicantur. nu. 54.

Iniuriæ factæ Magistratui dum est in officio, vel syndicatura ratione officij grauis est, & quæ puniri potest pœna mortis. nu. 55. & nu. 56. idem si Doctori, vel Rectori ratione dignitatis.

Iniuria verbalis etiam est grauis si fit de verbis. l. 2. infra, eodem, vel ex qualitate inferiorum contumelis dicitur. nu. 57. 58. & 59. de facta patri.

Iniuria grauissima est si fieret Deo & eius matri & sanctis. nu. 60.

Iniuria descendens est parua minor & minima. nu. 61.

Iniuriatur & iniuriam si sint viles, & vilia mecum habet curatus. nu. 62.

Iniuria verbalis sine aliunde potest esse minor, vel maior ratione aliquarum qualitatum concurrentium. nu. 63.

Pœna iniuriæ regulariter est arbitraria. numero. 64.

Arbitrium an ad mortem vsque possit extẽdi. nu. 65.

Iniuria à quibus, & quibus fiat. numer. 66. & an fiat collegio, vel alijs de familia & socio itineris. nu. 67.

Iniuriarum actio quomodo intentanda. numero. 68.

CVM

CVM in excesibus & varijs delictis, de quibus dictum est in superioribus titulis iniuriæ inferãtur, & damna, ideo consequẽter hæc subijcitur Rubrica. Pro cuius Rubricæ introductione aliqua sunt breuiter dicenda. Primò, quid sit iniuria. Secũdò, quotuplex. Tertiò, quo modo intentetur & qualiter. Et quo ad primum dico, quod iniuria est nomen generale, & significat omne delictũ ex animo, & à volẽte factum, & sic demum omne quod non iure fit, vt. l. 1. ff. de iniur. & instit. de iniur. in princ. & l. 1. tit. 9. part. 7. Ius enim & iniuria aduersantur, indo & iniuriam facere bruta negãtur, quod nec quidquam iure faciant. l. 1. §. 1. ff. si qua. l. pauperiẽdi. ex quibus iniuria videtur idem quod non iure factum, licet Aristot. Ethicor. 5. cap. 7. maxime differre inquit, nam iniuria est antequam fiat omne, scilicet, quod à lege vel cõstitutione prohibetur ãtquam iniustum, at postquam est facta non dicetur iniuria, sed iniuste factum, & Vlpia. in. l. sed & si quemcunque. §. 1. ff. ad leg. aquil. inquit, iniuriam autẽ hic accipere oportet, non (quemadmodum circa iniuriarum actionem) contumeliam quandam, scil. quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit, & Iustini. in §. transit. ad leg. aquil. iniuria autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Licet nõ omne quod est iniustum est iniuria, differunt nãque reuera, quia iniustum reperitur, vt inquit Michael Salõ, in disputatione de iustitia, supra. 2. 2. D. Tho. quæst. 59. artic. 2. colum. 161. cum sequentibus in rebus ipsis, vel actionibus simpliciter, & à parte rei, quotiescunque enim deficit æqualitas, siue intendatur ab agente siue non, est iniustum, si intendatur formaliter, & nõ materialiter tantũ, iniuria verò quandoque sit in rebus quoque, vel actionibus quia per illas fit, pendet tamen, ab intentione, & animo agentis, & ab illo sumenda est, quo fit, vt qui sciens & volens facit iniustum, hic faciat quoque iniuriam, qui vero ignorans facit quidem iniustum, non tamen iniuriam, 4 vt qui inuentum Regem in nemore mutato habitu ex ignorãtia nõ afficit illũ honore Regio, facit quidẽ iniustũ materialiter, nõ tamen iniuriam, & eodem modo qui reluctans, & nolens patitur aliquod iniustum, patitur etiam iniuriam, qui vero sciens, & volens, patietur quidem aliquid iniustum materialiter, non tamen iniuriam, verbi gratia, debes mihi. 100. remitto tibi libere & sponte. 50. ita vt soluas alia. 50. in hac solutione adest quidem iniustum materialiter, quia non est ista solutio æqualis debito, nulla tamen fit mihi iniuria quia volui partem illam remittere quod liberè potui, inde ortum habet Regula alla. 27. de reg. iur. in. 6. scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus, non iniuria, quia vult, & consentit, nec dolus quia scit, cui simile habetur in. l. nemo. ff. de reg. iur. nemo videtur eos frandare qui sciũt, & cõsentiunt, & quando iniuria nõ 6 fiat volenti, vide per Tyberi. Decis. Respons. 65. num. 6. volum. 2. & Respons. 14 num. 10. volum. 1. quare vt ex iniusto aliquo iniuria nascatur probari debet quod iniurians fecerit, vel dixerit tale animo iniuriandi secus verò alias, vt. ff. de iniur. l. illud. §. quare, & l. obligationũ subsiã. ff. de actio. & obligatio. cum ibi notatis in fin. iunctis ijs quæ notantur. l. dolo. ff. de seruo corr. & l. si ex plagis. §. fin. ad leg. aquil. & probatur in. l. 1. titu. 9. part. 7. ibi, *Que es fecha o dicha a otro a tuerto o a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

despreciamiẽto de el. Nam voluntas & propositum distingunt maleficia l. l. qui iniuriæ. ff. de furt. l. 1. C. ad l. Cor. de Sicar. & ideo iniuriatus habet hoc probare. l. iniuriarum actio. §. si quod decreto. ff. de iniur. iuncta. l. si quis graui. §. 1. ff. ad Syllania. quòd probat ex facto & personarum qualitate, iuxta notata. l. 1. §. Diuus. ff. de Sicar. & l. si non conuitij. C. de iniur. & sic intelliguntur iura dicentia quod eo ipso, quod est damnum datum non pręsumitur iure datum †, nisi cõtrarium probetur, nam præsumitur maleficiũ quia factum sic se habet cum iniuria, sicut id quod fit contra ius, iuxta notata. l. illud. ff. de iniur. &. l. item apud Labeonem. §. si communem. ff. ad l. Aquil. & si quemcunque super verbis, hoc est, &. l. si quis in furno. ff. eodem titulo. &. l. fluminum circa principium. gloss. ff. de damno infecto. & ex pluribus alijs iuribus relatis per Iacob. de Bellouis. in sua practica criminali. libr. 1. super versic. Animo iniuriandi. pagin. 13. in paruis. num. 4. vbi num. 5. infert quod si iniurians dicat se per iocum fecisse †, hoc probare tenetur, quia si facti & personarum qualitas aliter se habent præsumitur animo iniuriandi dixisse vel fecisse, quia verba seu facta sic se habent, & animus talis præsumitur, qualia sunt verba vel facta †, vt. l. Labeo. ff. de supellect. leg. & l. scire. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. reprehendenda. ff. de institut. & substitutio. sub cond. fact. Bald. l. si non conuitij. C. de iniur. & in dubio omnis iniuria animo iniuriandi facta præsumitur, nisi contrarium † probetur, vt communem dicit Clarus. libr. 5. sententiarum. §. iniuria. num. 12. Ex quibus in libellis iniuriarum solet dici contra iniuriantem, quod dixit vel fecit animo iniuriandi, sed quamuis non ponatur nõ corruet † libellus, si ex dictis vel factis iniuriosum quid resultat, vel exprobatione apparet animo iniuriandi fuisse dictũ vel factum, prout quotidie articulatur, secus si hoc non apparet vno vel alio modo, nam tunc ponẽdum est in libello, quod animo iniuriandi fuit factum secũdum Bellouis. vbi supra. nu. 8. nõ tamen erit ineptus, vel inualidus libellus licet nõ ponatur, secũdum Angelũ secutum per Ias. in principio, Institu. de actio. n. 50. August. in additio. ad Angel. de male. in parte, verba iniuriosa, numer. 3. Dabitur tamen pro libero si ex dicti vel facti qualitate non appareat quid iuriosum, vel nõ probetur esse tale, similiter neque erit necesse in libello iniuriæ apponi illud, quod solent aliquando aduocati antiqui ponere quòd accusans reuocauit † statim in suo animo iniuriam illã, & quòd eo inuito fuit ei facta, vt post hæc vidi tenere Cagnolũ in. l. nemo fraudare. num. 9 ff. de Regul. iur. nam cum de ea accuset iam constat De tali animo, & sic non est necesse hæc verba apponere. Et vt ad instituta redeamus iniuria generaliter sumpta est omne illud quod est iniustum †, vel quod non iure fit, probandum est id animo iniuriandi fuisse factum, nisi aliud constet ex factis, & dictis & personarũ qualitate, & ex tempore & loco & materia, super qua disceptabatur? Aliquando tamẽ, vt specialius ad iniuriæ diffinitionẽ deueniamus appellatur cõtumelia †, à continendo dicta, & dolus, & culpa, vt in lege aquilia damnũ culpa datũ iniuria dicitur, vt in. l. 1. ff. si quadru. paup. fe. di. & sic quãdoq; synonyme accipitur pro damno dato, vt. l. 5. §. iniuriam. ff. ad leg. aquil. ideo dicimus damnum iniuria dare. l. si ex causa. §. nunc videamus. ff. de minorib. & pariter dicimus damnum iniuria pati. l. licet, in principio. ff. Naut. Caup. stabul. & dicitur etiam damni iniuria actio, l. 1. ff. de publica. & in. d. l. licet. §. 1. & in. l. argentarijs. §. fin. ff. de edend. & in. l. pupillum. ff. de reg. iur. & sic materia iniuriæ multum attinet ad materiam † damnorum datorum, ita vt Bart. in. l. prætor edixit. §. 1. in fin. ff. de iniur. dubitauerit an esset differentia inter actionem legis Aquiliç, & actionem iniuriarum. Rursus iniuria sumitur pro iniquitate & iniustitia sententiæ †, vt restatur Vlpia. in. l. 1. §. 1. ff. de iniur. Dum inquit, nam cum quis iniquè vel iniuste sententiam dixit, ex eo iniuriandi causa, quòd iure & iustitia careat, quasi non iuriam. idem probatur in. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurator. & in. l. eo tempore. in princi. ff. de pecul. & in. l. si per imprudẽtiam. ff. de euictio. & quãdoq; etiã, vsucapio & præscriptio † iniuria appellatur, vt l. 1. ff. denego. gest. &; hæc pro primo quæsitò. Quo ad secundũ quotuplex sit iniuria †, glo. *Ignorantia.* in. c. fi. de iniur. Dicit duplicem esse, verbalẽ, scilicet & realẽ, & probatur ex. l. 1. §. 1. ff. de iniur. & ex. l. 1. tit. 9. p. 7. & ita tenet Clar. lib. 5. sent. §. iniuria in princ. Sed Hostiẽs. in summa, isto tit. & cõiter Docto. teste Maria. Soci. in Rubr. extra de iniur. n. 3. dicũt quòd iniuria est triplex, & tripliciter fit, scilicet, re, verbis, & literis, vel vt alij dicunt, facto. verbis, & scriptura, & hãc sequitur Anto. Gom. Tom. 3. Vari. Tom. 3. Vari. c. 6. de iniur. n. 1. Iodocus vero in pract. crim. c. 135. de iniur. n. 1. dicit q̃ quadrupliciter fit iniuria, verbis, re, & facto, scriptis & gestibus, ex. l. 1. §. iniuriam autem. ff. de iniur. &. §. iniuria Inst. eod. Ego tñ teneo solũ dupliciter modo fieri iniuriam † cum prima opinione & cum dicta l. Partitæ, verbis, scilicet, vel facto, vel promiscuè ex vtroque: & sub istis duabus formis aliæ duæ, scilicet per scripturam, vel per gestus cõprehenduntur, hæc enim duæ sub iniuria de facto, vel de verbo comprehenduntur, nam qui scribit, vel gestum facit factum agit, vel saltim sub illa de verbis comprehenditur, quæ fit per scripturam secũdum Cephalum consil. 341. nume. 42. &. 44. libro. 3. & sic inquit optimè illa lex. 1. titul. 9. parti. 7. quod licet iniuriarum multæ sint radices, omnes tamen ab iniuria, verbis vel facto descẽdunt: nam vt inquit Maria. Socin. vbi supra numer. 4. species iniuriæ verbalis sunt, † cõtumelia seu cõuitiũ, criminatio, improperatio, diffamatio, seu infamatio, detractio, susurratio, derisio, seu elusio, maledictio, seu blasphemia, & sub ijs illa quę scriptis, aut gestibus fit cõprehenditur, sub illo verbo diffamatio, & sub illis derisio seu elusio, & quanuis dictæ species quandoque synonymè sumantur, differũtur tamen, vt ex dictis ibi per Socin. apparet, quæ quia non sunt præsentis speculationis omitto ea per ipsum vidẽda. Re autem & sic facto fit iniuria, † quoties manus infertur, Puta si quis alium alapa percusserit, vt in casu Grammat. decisio. 14. & hæc est de grauissimis iniurijs si aperta manu † alapa in facie aliquis ferierit alium, vt & ex. l. 20. titulo. 9. partit. 7. notat ibi glos. *A bilta damente*, sed si pugno & sic manu clausa alium percutiat vel verberet, non est ita grauis iniuria in hominum reputatione, & abusiuè, verberasse dicitur, qui alium pugno percutit ex. l. item apud Labeonem. §. Verberasse. ff. de iniur. vel itidem facto iniuriat, qui alium † cubito percutit, vt in casu Parisij consil. 165. lib. 4. vel cum manu sub mento, vt in casu Guid. Papæ consil. 224. vel baculo vt in casu Gramma. voto. 15. &. 28. & consi. 2. & in decis. Neapol. 16. &. 17. & Bertrand. consil. 161. lib. 6. & consi. 142. eodem volumi. & consil. 164. lib. 7. &

Nata

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nata consil.254.& hæc est de grauissimis iniurijs, vt apparet ex dict. l. itẽ apud Labeonem §.1.ff. eodem tradit Angel.de malefi. in parte & admænauit, Anton.Gomez,tom.3.cap.6. nu. 6.& optima.l.6. versic. *Otrosi dezimos*, titu.9.part.7.vbi ampliat etiam si cũ palo illo iniuriatus non percutiatur, si eleuauit quis manum cum palo cõtra alium, † & qualiter puniatur, declarat Gramma.decis.dicta.17.& hæc est maior iniuria,secundum duelli librum, quam illa, quæ fit dando alapã in facie,quia cum palo vindicatur alapa,& non econtra, item fit iniuria facto,si quis alium † vulnerauerit,vt in casu Ioan.de Amic.consil.77.&.85.& Mantuæ consil.41.lib.1.Gramma.voto 11.&.22.& consil.56.62.68.&.69.& decis.16.&.94.& Hippoly. consil.26. &.34.& Boeri.323.& Nata.consil.44. & regulariter quælibet iniuria personalis † dicitur crimen graue secundũ gloss. *Disonrasse*.l.5.titu.15.part.7. & tradit Bartol.in.l.non solum.§. mandato colum.3.in princip. ff. de iniur. & vide.l.2.titul.31.partit.7.verbis autem fit iniuria si quis alteri minatus † fuerit.vt in casu Bald.consil.164.lib. 2.& Crauetæ.13.& consil.53.vel si appellaueris aliquem falsarium † vt in casu Roma consil 96.vel vsurarium, vt in casu Cauetæ consil.145.vel proditorem, † vt in casu Bald.consil.361. lib.4.& Butr.consil.44. vel infamem † vt in casu Bertrandi consil.131.libr.5. vel bastardum, † vt in casu Bertrã consil.179.lib.6.vel si dixeris alicui, tu es bonus homo, † quia censeris eum cornutum appellare, vt communiter intelligitur, vt in casu Socin. in quodam consil. de quo meminit Carauita, super ritu. 31. magnæ curiæ, numero.22. vel alicui dixeris quod † produxit falsam chartam, vt in casu Riminald.consil.49.vel quod vendebat, † potestarias, vt in casu Socin.cõsil.140.lib.1.& Corne.consil.80.libr.3. vel aliquem diffamauerit de aliqua re † ex qua eius opinio lederetur, vt in casu Roma.96.disputat, quia dixit falso mulieri,ego te desponsaui, † vt in casu Bald.consil.230.libr.3. vbi tractat an propter discordiam mariti puniatur iniurians, vel quod falso gloriauerit † se illam cognouisse, vt per Cassane. in consuetud.Bur.tit. de iustices.Rubr.1.n. 42.fol 16.vel si illã appellaueris † Sozza idola, malfatta,incẽdiosa Putana,vt in casu Bar.cõs.108. & Natæ consi.60.vel dixeris alicui,tu mẽtiris,† vt in casu Bal. consi.45.lib. 1.& Socin.Iun consi.82.lib.3. licet in Italia non cõmittitur iniuria, si quis alicui dixerit,tu mentiris, † secundũ Bosi. in pract.crimi. titu.de iniur.numer.7.fit etiam iniuria verbis,si dicatur alicui fecisse Monetam † falsam, vt in casu Socin.consil.118.lib.1. vel si accusaueris aliquem de aliquo crimine,& succubueris,† vt in casu Angeli, consil.95.Socin.consil.118 libr. 1.vel si fecerit aliquem † indebite carcerari,vt in casu Bald.consil.212.libr.3.& Guido Papæ, decis. 324. vel opposuerit alicui crimẽ de quo habebat † gratiam, vt in casu Crauetæ,consili.168. vel si quis aliquẽ falso vitauerit vt excõmunicatũ,† vt in casu Roma.consi. 387. vel si prædicator concionando maledixerit de aliquo vicino † suo, & si illum non nominauerit,vt in casu Alexand.de Neuo consi.82.sic etiã si quis de alio cantauit carmẽ famosum † vel prauam cantilenam secundum Cephal.consil.341.num.7.volu. 3.item & contra illum,qui alium impedit vti re sua † datur actio iniuriarum,secundum eund.Cephal.consil. 429.nume.60.eodem lib.3.vel si quis ingrediatur domum alterius eo inuito,vel ex ea † aliquid abducat, vt per eundem dict.consil.429.num.33.vel qui honestum præceptũ † testatoris non

non seruat,vt per eundem cõsil.356. numer.12. volum.3.in Francia tamen non agitur iniuriarum proverbis iniuriosis † secundum Rebuf.de priuil. Scholar.in Authent.habita in gloss. vilissimus in fin.C.ne filius pro patre, & de ijs iniurijs verborum, & de facto, literis & gestibus plurii dixit locus in practica.crimin.capitul.136. cum 4. sequẽtibus,& Placa.de delict. cap.6.tractat.de iniuria de facto, notter quem titulus tantum de iniuria verborum loquitur, & tractat. hasce iniurias tam de facto, quam de verbis, suos habent gradus ascendẽtes, † & descendentes, nam si habemus maximum Imperium,maius,magnũ parium,minus, minimum, sic etiam habebimus iniuriam, maximam, maiorem,magnam,paruam,minorem, & minimam, quas bonus iudex arbitrabitur, dum lis pendet, quæ nam ex ijs sit,ex qualitate iniuriantis,& iniuriati,& ex tempore,loco, & dignitate,& officio, maxima enim dici potest illa,quæ fit à vilissimis hominibus alicui homini honorato, & vilissimi dicuntur Spanuldi, siue Ribaldi carentes arte, † vt inquit gloss.in Authẽtica de test. §. Sancimus. verb. artifices ignobiles collatio.7. præsertim si est iniuria corporalis, vel si fieret maximis puta Papæ, Imperatori, Regi,principi,vel alicui magnati ,baroni,& similibus personis vt in §. atrox instituti.de iniur.& optima.l.20.titul. 9.partita.7.quæ singularis est in hoc, item iniuria facta magistratui dum est in officio, † vel in syndicatu ratione officij,quæ & pœna mortis puniri potest, si dicatur ei quod erat tyrannus, vel iustitiam venalem habebat, si non probatur saltim semiplene, secundum Bosi.in practic.titu.de iniur. nu.38. vel Rectori, vel Doctori, † ratione dignitatis, vel si corã magistratu facta sit, vel in foro, vel cum in fauore quis vulneratus est, vt per Menochi.de arbitr.iud.casu.263.per totum & iniuria verbalis alicuius † verbi in l.2.huius tituli contenti, est de grauissimis,secundum Auenda.in tracta.de iniur.num.27.Item ex qualitate inferẽtis dicitur maxima, † Puta si seruus Domino,filius patri, † ex. l.sed si hæc §. prætor in fin. ff. de iniur vocandi. Areti. consil. 34. Doctores in dict. §. atrox.& in.l.prætor.§.fin. ff.de iniur. quia dum seruitium,&obsequium debeat seruus Domino.l.1.& per totum ff.de obseq.à seru.patro.præst.pro seruitio iniuriam præbet,& filius patri debet pietatẽ,& obedientiam.l. pen. ff.de obseq.l.1.&.l. offic.C.de negot. gest.glos.in.l.hoc colore.ff. de inoffi. testam.& in Regula non est sine culpa.de reg.iur.in.6. & in extrauaga. 1. Ioan.22.de senten.excommu. & in.l. veluti. ff.de iust.& iur.& pro solatio, cum iniuria afficit, & dici poterit illud Malachi.1.filius honorat patrem & seruus Dominum suum, si ergo pater sum,vbi est honor meus? & si dominus ego sum,vbi est timor meus? Idẽ &à fortiori dicetur grauissima iniuria † si fieret Deo,& eius Beatissimæ Virgini, & Sanctis, Puta blasphemando, cum sit Rex Regum, & Dominus dominantium: maior vero iniuria est minor, quàm maxima, & dicitur maior respectu illius, quæ magna est, vt cum dicitur alicui alia verbalis iniuria, quæ non sit de illis quinq; expressis in. l.2. infra eodem. Habita dicta consideratione personarum & loci & temporis: è contrario verò datur iniuria, † descendens, parua scilicet minor & minima, parua illa quæ fit inter homines mediocres, minor quę inter minores, minima inter vilissimos,& hæc minima nõ considerator,nã si iniuriatus & iniurians † sint viles personæ & infames, vilis & infamis non possunt vlterius infamari,

Universidad de Deusto
Biblioteca

famari, vt est text. cum glos. notabili. l. 2. C. vt intra cert. iunctis ijs quæ notantur in cap. ita quorundam, de Iudæis, in fine glossæ, & quia tales viles personæ, quas ratione vilitatis vitæ dignas legum obseruatione prætor non credidit, nunquam debent iuris laqueis innodari, nec defendi, vt. C. de adulter. l. quæ adulterium, in fi. & l. senatoris. ff. de rit. nupt. cum ibi notatis super verb. scripto. & l. cæteræ. ff. famil. herciscund. & de aleatorib. l. 1. & l. si mulier, quod met. caus. quas allegat ad hoc Bellouis. in sua pract. cum tit. 1. de iniur. num. 76. pag. 37. in paruis. Omnia tñ hæc de atroci & minori, & parua & minima & alijs gradibus dictis ex arbitrio iudicis pendẽt, sicut & pœna, nã ratione dictarũ qualitatũ potest pœna esse minor, vel maior, siue iniuria sit in facto, vel in verbis † vt constat ex. § in summa Instit. de iniur. & ex. l. 21. tit. 9. p. 7. notat Anto. Gomez, tom. 3. cap. 6. numer. 7. & licet Auendan. in dict. tractat. de iniur. numer. 13. dicat hodie pœnam iniuriæ verbalis non esse arbitrariam, ego credo, quod regulariter est arbitraria † vt per Olan. in concord. antinomia. litera l. numer. 12. & 13. & nisi in casibus à iure expressis, prout sunt illi de quibus in l. 1. & 3. infra eodem, & in similibus vbi pœna expressa reperiretur, & tenet Iuli. Clar. §. iniuria, numer. 7. & Dida. Perez in Rubric. titul. 9. lib. 8 Ordinamen. pag. 217. vbi & late examinat an ad mortem vsque † possit arbitrium extẽdi, & duas communes contrarias refert, & tandem inquit quod non nisi in grauioribus delictis, vt ibi exemplificat, & Anto. Gom. Tom. 3. cap. 6. nume. 8. & gloss. fin. l. 21. titu. 9. partit. 7. Latè Maranta in practic. 4. part. distin. 1. numer. 43. cum sequentibus pagi. 931. iniuriaque à quibus, & quibus fiat † vide optimas. ll. 8. & 9. titu. 9. partit. 7. & Anto. Gomez, vbi supra, nume. 5. & an si fiat vni de familia omnibs facta dicatur, vel vni de collegio vel socio itineris † dixi in Tract. de decurio. Curiæ Pisanæ, lib. 8. cap. 4 & quomodo sit intentanda † actio iniuriæ, dic quod ciuiliter vel criminaliter, & electa vna via non potest ad aliam redire, ex. §. in summa, Instit. de iniur. iuncta. l. Prætor edixit. §. 1. & l. quod Senatusconsultum. ff. eodem. & l. 21. tit. 9. part. 7. & ciuiliter intentatur, dicendo quod nollet illam iniuriam pati pro tanto, in quo eam existimat salua iudiciali taxatione, & tunc debet existimationem & querelam probare, & ea probata iudex ex iuramento accusantis id moderatur & taxat ex iuribus dictis, & hoc erit tutius quamuis Socin. relatus per glo. *Alquerellofos.* in dict. l. 21. velit iudicem debere sequi æstimationem probatam, sed secundum glo. istam tutius erit sequi formam illius legis, & ibi glo. *Pudere.* Ponit dictam formam libellandi cum ciuiliter pro iniuria agitur. Sed si criminaliter agitur, tunc petitur vt condemnetur iniurians in pœnis statutis à iure foro vel consuetudine post enarratum factum & iniuriæ modus, signãdo locum, mensem, diem & annum, vt & in hoc titulo forsassis latius dicemus. Potest tamen, & cum criminaliter agitur in eodem libello incidenter peti etiam condemnari iniuriãtem in medicinis, dictis & damno ex tali iniuria secutis, si vulnus in ea intercesit, vel ex post facto agetur lege Aquilia ad damnum, vt inquit gl. *Semelle.* in dict. l. 21. Sed melius in eodem libello per dictam viam incidentiæ ex officio iudicis ad hoc implorato petes tale damnum, & hæc est tutior & melior practica quam & sequitur Couar. lib. 2. Variar. cap. 10. nume. 7. versic. sic iniuriam passus, & Anto. Gom. dict. c. 6. num 9. & 10. vbi & quanto

& quanto tempore durabit ista actio agendi ad damna & expensas, & nu. 11. quid si remanet claudus, vel perpetuo debilitatus, & per hæc Rubric. satis remanet declarata.

SVMMARIA.

HOnorandus est pater, vt filius eius viuat super terram ex Dei præcepto. num. 1.

Ingratissimus est filius parenti non obediens. num. 2.

Filius patrem aut matrem iniurias punitur. num. 3. siue iudicialiter, vt ibi, vel extraiudicialiter, vt nu. 4. vos diffamet. & n. 5.

Filius an tenebitur manifestare patrem hæreticum. nn. 6.

Iniuriatur quis in absentia sicut in præsentia. num. 7.

Defunctus iniuriatur & hæredi eius datur actio iniuriarum. num. 8. nisi esset consuetudo in contrarium, vt num. 9. non tamẽ sufficeret consuetudo vbi fieret per scripturam, vt ibi, punitur tamen mitius ea quæ fit defuncto, quam viuenti. n. 10.

Casus hic vbi in alternativis creditoris est electio. nu. 11. & 12. quid in pœnis.

Lex Prima.

Summarium.

Filij iniuriãtes & dehonestantes patrẽ, aut matrem puniuntur Pœnis, de quibus hic.

IBI, *Son desobedientes a sus padres.* Contra Dei præceptũ Exod. 20. dicens: Honora patrẽ & matrem † tuam, vt sis longæuus super terram quam Dominus Deus dabit tibi, qui autem maledixerit patri suo vel matri, morte morietur, & iterum Exod. 21. & Eccles. 3. Qui honorat patrem suum vitã vinet longiore, & qui obedit patri refrigerabit matrem. & ad Ephes. 6. Filij obedite parentibus vestris in Domino, & sic dicitur Prouerb. 15. Filius lætificat patrem, filius vero stultus mæstitia est matri suæ: quod si aliter fecerint, tãquam inobedientes & ingrati parentibus qui eos nutrierunt debent grauissimè puniri, sicut in Deuteronom. cap. 21. fiebat disponendo, Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicẽtque ad eos, filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contẽnit comensationibus vacat, & luxurię, atque conuiuijs, lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malũ de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, quibus alludit illud Vlpia. Iurisconsul. in l. 1. ff. de obseq. à lib. præs. dicentis, quare si filius miles in patrem aliqua cõmisit pro modo delicti puniendus est. Et ibi in. §. 1. dicitur, Si filius patrem & matrem (quos venerari oportet) contumelijs afficit, vel impias manus eis infert, Præfectus vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo eius vindicat, indignus militia iudicandus est, qui patrẽ & matrem, à quibus se educatum dixerit, Maleficos appellauerit, & in l. vnic. C. de ingrat. libe. habetur, Filios & filias cæterosque liberos contumaces, qui parentes vel acerbitate conuitij, vel cuiuscunque atrocis iniuriæ pulsassent, leges emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ mulctari voluerunt, &. l. si. nu. 18. part. 4. dixi in l. 2. tit. 1. lib. 1. supra, & facit. l. 5. titu. 16. ead. part. 4. ingratissimus enim filius iudicatur parenti non obediẽs, † quæ quidem inobediẽtia in dehonestando eos etiam consistit quantũcumque

Universidad de Deusto
Biblioteca

eumque verbis iniurientur à filijs, vt apparet ex text.hic.& in glo.sequenti videbimus,& sic acrius punitur iniuria facta patri quam extraneo,secũdum l.8.tit.31.par.7.

Ibi, *Y demas de las otras penas contenidas en las leyes de las siete Partidas.* Sed quæ sint hæ leges Partitarum? videtur nullas esse,quæ particulariter pœnam imponant ijs filijs,patres suos iniuriantes,nam l.20 tit.9. part.7. licet hanc quam facit iniuriam filius patri aut matri,atrocem dicat, non imponit pœnam,&l.21.eod.tit. &.p.arbitrio iudicis eam reliquit. Sed adhuc dico ex istis legibus pœnas declaratas cum per mediam iudicis personã eas declarandas statuatur,attẽta qualitate iniuriæ.Item ex l.4.tit.7.p.6. punitur filius patrem aut matrem iniu-
3 rians †, nam ob hoc exhęredari potest,prout de iure antea erat, ex text. in Authen.vt cum de appell.cog. collat.8.glo.in.§.fi.Instit. de inoffi. testa. glo.in capit.Quintauallis de iure iur. & hoc non solum procedit in diffamatione iudiciali à filio facta de patre aut matre in iudicio de delicto aliquo, ob quod veniret pœna magna puniendus,accusando eũ, ex dict.l.4. Verum &si extraiudicialiter eum
4 diffamauerit filius† ex eadem.l.4.vbi glo. *9 si infamasse*, Dubitat de hoc, cum lex ibi expressa sit, imò & non solũ exhæredari potest filius manus violẽtas in patẽtes imponẽs,verũ etsi tantũ iniuria verbali, graui tamen,
5 eos † vel aliquem eorum afficiat, poterit talis filius per patrem sic iniuriatum,aut matrem iniuriatam exhæredari,prout& de iure erat antea cõmunis opinio, vt attestatur Curtius Iun.consil.47.nu.1.relatus per Clarũ. lib.5.sententt.§.testamẽtum.q.41.n.3: Grauis enim iniuria verbalis æquiparatur verberibus, præcipuè illata patri,cui de iure diuino& humano summus honor summaque reuerẽtia debetur. Sed an filius tenebitur patris delictum in causa hæresis manifestare Inquisitoribus†,tradit latissime Didac.Per.in præsenti,subil.1.tit.9.libr.
6 8.Ordinam.pag.220. cum sequentib. vsque in finem.& Syman.de Institut. Catho.tit.29.nu.35. cum sequentib. vbi perdifficilem quæstionem hanc esse asserit.

Ibi, *O en ausencia.* Ita enim iniuriatur quis in absentia, sicut in præsen-
7 tia,† vt & probatur in.l.apud Labeonem.§.conuitium. ff. de iniur. &.l.1. titu.9.p.7.grauius enim quis afficitur iniuria dum absens est,quã dum præsens, cum suum posset honorem præfens defendere,sitque de iure qui suũ purgat pudorem ferendus, ex. l. quæ omnia.§.sed si aduersarius. ff. de procurat.solemnis secundum Iaſ.in.l. vt vim. ff. de Iust.& iur. & confirmatur per tex.& ibi Abb.c.1,de maled.l.vnic.C.si quis impo.maled.l.vnic.C.de famos.libel.l.3 titu.9.p.7. Vnde defunctus etiam iniuria afficitur hæredi;
8 actio iniuriarum † competit.l.1.§.si forte.ff.de iniur.Barto.l.4.§.Cato.numero.31.ff.de verborum oblig. Pala. Rub.in Rubric.de donatio.§.fin. colum penult. num.4. probatur̃que ex l.11.&.12.titu.9.part.7. & ita resoluit hæc Didac.Per.in.l.fi.col.57.tit.1.lib. 2.Ordin Anto.Gom.tom.3.c.6.nu.2. in princ.& nu.5.& Auend.in Tract. de iniur.nu.7.&.8.& Parlador.libr.1. re.coti.l.17.nu.14. Vbi tenet & tunc Palinodiæ locus esse si ex iniurijs, vbi Palinodia cantãda est,dicatur aliqua etiam in absentem,etiam si cum vociferatione non dicatur, contra Parlador.ibi, vociferationem requirẽtem, & quod absenti etiam fiat iniuria tenet Benedict. in cap.Raimutius, vers. & vxorem.numer.429.de testam. vbi limitat, nisi consuetudo esset † in
9 contrarium, dum tamen, non sit per

scripturam facta iniuria, nã circa hãc consuetudo nihil efficeret, mitius tamẽ punitur iniuria facta defuncto,
10 quam viuenti, † secundum Dueñas Regul.12.limi.3.

Ibi. *Seyscientos marauedis de los buenos,que son seys mil marauedis de esta moneda.* Verba hæc, *Que son seys mil marauedis de esta moneda*, non erãt in antiquo exemplari, sed ordinatione Recopilãtium leges Ordimenti fuerunt apposita ad declarãdum valorem illius morapetini boni, quorum vnus decem hodiernorum efficiebat, sicut in morapetinis aureis, vt vtrumque testatur Couarruui. de numis. capitulo.5. numero.4.& libro. 1. Variar. cap.11.

Ibi. *Qual el padre,o la madre mas quisiere.* Intellige de duabus supra dictis, scilicet, *De veynte dias de carcel publica, con prision, o estos seys mil maranedis*, nam aliæ pœnæ à legibus impositæ iudex imponet eas neque remanent in electione parentum,& habes hic casum vbi in alternatiuis est electio creditoris,† licet regulariter sit debitoris,vt
11 in capit.in alternatiuis de reg.iur.in 6.l.39.titu.14.part.5.& quid in pœ-
12 nis,† vide per Cepolam in.l.si fugitiui, numero quinquagesimooctauo, &.64.C. de seru. fugit. Roman. sing.133. Angel.de malesi.in verboquas si non soluerit,numero quinto, l.aut damnum.§ proinde. ff. de pœnis.

SVMMARIA.

Iniuria verbalis ab antiquo punibilis erat, num.1.

Dicho, Qualquier, *vniuersalis est. numero.2.*

Masculinum comprehendit fœmininum, si non repugnat menti legis.nu.3.

Iniuriam facere possunt omnes illi, qui possunt pati.nu.4.nisi vt num.5.

Etas masculi & fœminæ videtur quoad iniuriam faciendam adæquata ex.l.8.titu. 9.parti.7.vt numero.6.& 7.vbi declaratur.

Iniuria fit siue fœminæ, siue masculo. numero.8.

Iniuriari aliquem per alium sufficit constare per probationem etiam si verbis,non exprimatur.nu.9.

Referens se audiuisse ab alio iniuriam, an teneatur.nu.10.&.11.

Collegium etiam iniuriari potest.num.12.

Iniuria fit licet verbis non exprimatur, sed vestibus quis vtatur in alterius iniuriã, num.13.

Verbum,denostare, denotat iniuriam alteri inferre.nu.14.

Iniuria non fit Doctori arguenti si dicatur ei, falsum est quod dicis.nu.15.vbi num. 16. idem dicitur si in iudicio allegetur aliquid contra testem.

Iniuriam si quis per iocum alicui dixit, non agit iniuriarum.nu.17.

Magister non iniuriat discipulum causa correctionis iniurians.nu.18.

Volenti se ordinare si dicatur,quod est Spurius aut aliud vitium,non potest agi actione iniuriarum.nu.19.

Animus iniuriandi quomodo probabitur, num.20.vsque ad.23.

Iniuriarum agat ille,cui dicitur,tu Spurius es vel incestuosus, vel pauper es.nu.22. &.23.

Iniuriam per alium alicui inferens an teneatur legis pœna.24.

Leprosus dicitur latine,qui Hispane,Gafo, nuncupatur. nu.25.

Leprosum quem esse quomodo cognoscetur, nu.26.&.n.27.quid moraliter loquẽdo.

Leprosus ponendus est extra ciuitatem nè inficiat alios.nu.28 &.29.vbi hac de causa dicitur, quod domus Sancti Lazari sunt extra ciuitatem.

Vocans alium,Buboso,non incurrit nostræ legis pœnam.nu.30.

Vocans alium malum vicinum iniuriat eũ, num.31.

Crimen Sodomiæ grauius aliis,præter hæresim.nu.32.&.33. vbi quid in Francia.

Proditor quis dicatur, & aleuosus, & in quo differant.nu.34.&.35.

Vocanti alium, Aleuoso,*an imponatur pœna,* De desdezir.*nu.36.&.38.*

Perduellionis delictum quod dicatur, numero.37.

iuriam faciendam adæquata ex.l.8.titu. 9.parti.7.vt numero.6.& 7.vbi declaratur.

Iniuria fit siue fœminæ, siue masculo. numero.8.

Iniuriari aliquem per alium sufficit constare per probationem etiam si verbis,non exprimatur.nu.9.

Referens se audiuisse ab alio iniuriam, an teneatur.nu.10.&.11.

Collegium etiam iniuriari potest.num.12.

Iniuria fit licet verbis non exprimatur, sed vestibus quis vtatur in alterius iniuriã, num.13.

Verbum,denostare, denotat iniuriam alteri inferre.nu.14.

Iniuria non fit Doctori arguenti si dicatur ei, falsum est quod dicis.nu.15.vbi num. 16. idem dicitur si in iudicio allegetur aliquid contra testem.

Iniuriam si quis per iocum alicui dixit, non agit iniuriarum.nu.17.

Magister non iniuriat discipulum causa correctionis iniurians.nu.18.

Volenti se ordinare si dicatur,quod est Spurius aut aliud vitium,non potest agi actione iniuriarum.nu.19.

Animus iniuriandi quomodo probabitur, num.20.vsque ad.23.

Iniuriarum agat ille,cui dicitur,tu Spurius es vel incestuosus, vel pauper es.nu.22. &.23.

Iniuriam per alium alicui inferens an teneatur legis pœna.24.

Leprosus dicitur latine,qui Hispane,Gafo, nuncupatur. nu.25.

Leprosum quem esse quomodo cognoscetur, nu.26.&.n.27.quid moraliter loquẽdo.

Leprosus ponendus est extra ciuitatem nè inficiat alios.nu.28 &.29.vbi hac de causa dicitur, quod domus Sancti Lazari sunt extra ciuitatem.

Vocans alium,Buboso,non incurrit nostræ legis pœnam.nu.30.

Vocans alium malum vicinum iniuriat eũ, num.31.

Crimen Sodomiæ grauius aliis,præter hæresim.nu.32.&.33. vbi quid in Francia.

Proditor quis dicatur, & aleuosus, & in quo differant.nu.34.&.35.

Vocanti alium, Aleuoso,*an imponatur pœna,* De desdezir.*nu.36.&.38.*

Perduellionis delictum quod dicatur, numero.37.

Azeuedo super.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proditorem alium vocans, & probans esse verum an excusetur etiam si indulgentia Principis sit crimen remissum. numero. 39.
Dicenti tibi, tu fuisti proditor, an imponetur pœna. nu. 40.
Facta restitutione non est amplius quis proditor. nu. 41.
Vocãs alium Indæum aut Maurũ an teneatur legis nostræ pœna. numero. 42. & numero. 87.
Vidua si vocetur puta, non imponitur pœna nostræ legis. nu. 43.
Sponsa de præsenti an comprehendetur in nostra lege. nu. 44.
Vocãs aliquam vxoratam meretricem, quæ tempore connubij erat bona si velit probare fuisse peccatricem, an audietur. nu. 45. & 46.
Actio iniuriarum quibus personis competat vxori vxoratæ dicta. num. 47.
Maritus si remittit iniuriam suæ vxori factam, an possit hodie vxor hæc agere iniuriarum. nume. 48. & 49.
Iniurias multas in simul alicui inferens, an puniatur multis pœnis. nu. 50. & 51. & 52. & 53.
Dicens alicui proditorem, & latronem, an suppleatur verbum, et. nu. 54.
Si vocatissime proditorem, & ego te, an possimus ambo accusare. nu. 55.
Accusatus de crimine quãdo possit reaccusare accusatorem. numer. 56. vsque ad. 73.
Constitutus in peccato accusare non potest. num. 61. vbi declaratur.
Numen rei quando dicetur receptum inter eos. nu. 73.
Dicto, Ocio si, est repetitiua similium. numero. 74.
Similia quæ dicantur. nu. 75.
Iniuria ita fit ex verbis subdolosis, & indirectis, sicut ex directis. numero. 76. & numer. 86.
Vocans alium bonum virum vocat eum cornutum. nu. 77.
Curandum non est de nomine cum de substantia res apparet. 78.
Iniuria etiam solo nutu fit. nu. 79.
Cucumum vel cucurbitam alium vocans, idẽ est quod cornutũ vocare. nu. 80.
Cornua apponens ante domum vxorati cornuti denotat. nu. 81.
Vocans mulierem coniugatam bonam mulierem, vel pellicem, vulgo Pellejõ censetur eam meretricem appellare. nu. 82.
Vocans aliquem Galalonem censetur proditorem appellare. nu. 83.
Vocans aliquem, & ei dicens, tute lepus es, & pulpamentum quæris censetur Sodomitam appellare. nu. 84.
Dicens alicui rixando, ego non sum latro, vel alia iniuriosa verba censetur eodem nomine illum vocare. nu. 85.
Condemnatus ad se cõtradicendum an teneatur dicere se mentitum, vel sufficiens alia verba contradictoria. nu. 88.
Graviora sunt verba, mentitus sum, quam alia velata idem importantia. numero. 89.
Desdicere se vel contradicere, an videatur accusatus de iniuria, si dicat contraria testibus in summaria examinatis. numero. 90.
Pronocatio excusat à pœna contradictionis, numer. 91. etiam si ex iracundia, & odio respondeat. numero. 92. & numero. 98. & 99.
Pronocatus verbis, etiam si gladio offendat, excusatur. nu. 93.
Insultatus cum armis licet non percussus si occidat excusatur. num. 94. saltim à pœna ordinaria, vt nu. 95.
Iniurianti licitum est dicere, tu mentiris. numero. 96. & numero. 97. idem si iurpem notam quis alicui imponat.
Nobilis non tenetur se desdicere. numero. 100.
Nobilis non est condemnandus pœna ignominiosa. nu. 101.
Nobilis alicuius vxor non tenetur se contradicere, etiam si vidua sit. numero. 102. & 103.
Mulier nobilis etiam si ignobili nubat non tenetur se contradicere. numero. 104.
Mulier nobilis nubens ignobili tributat etiã pro suis. nu. 105.
Doctor an gaudeat priuilegio, nẽ se desdicere. numero. 106. & numero. 118. & num. 119.
Nobilis in sententia æquiparatur nobili generis. nu. 107.
Doctoratus est dignitas. nume. 108.
Doctor nobilior est nobili sanguinis. numero. 109.
Doctor torqueri non potest, licet non legat neque adnocet. 110.
Doctores admittuntur ad prærogatiuas. numer. 111. & sic non tenẽtur hospites recipere neque ad custodiam portarum neque ad alia onera personalia nec realia. nume ro. 112.
Doctor pro debito ciuili incarcerari non potest. nu. 113.
Vxor & filij Doctorum eorum prærogatiuis gaudent. nu. 114. & 115.
Licẽtiati an teneãtur se desdicere, & vxor, & filij eorum. numero. 115. & 116. & nume. 117. quid in Bacalaureis, si adnocent, &. 118. & 119.
Declaratio quarundam legum regiarum licentiatos priuilegiãtium. nu. 120.
Reconciliatio facta cum iniuriato excusat à contradictione. n. 121.
Iniuria quibus modis remissa censeatur. nu. 122. & sequentibus aliquibus.
Remissione iniuriæ facta an index procedat num. 123. & 124.
Remitti iniuria non potest per iniuriatum alteri subiectum. nu. 125. & nu. 126. declaratur.
Religiosus quoad se remisit iniuriam, an possit agere nomine monasterij. numero, 127.
Nemo probatus paciscí potest de iniuria facta recip. nu. 128.
Filius fam. non potest iniuriam remittere, sed pater. nu. 129.
Pater potest remittere iniuriam factam filio fam. suo. nu. 130. nisi vt numer. 132. & 133. 134. &. 135.
Meliorẽ amicum nemo habet, quam patrẽ, nu. 131.
Pupillus habens tutorem, aut curatorem, an possit remittere iniuriam sibi factam, & an cum tutore ipso etiam de morte patris possit transigere, & quomodo, numero, 136. vsque ad. 145. vbi declarantur.
Procurator cum libera, an remittat iniuriã Domini. nu. 145.
Filij an possint patri remissionem facere de morte matris suæ. nu. 146.
Dominus an possit demittere iniuriam factã seruo, vel vassallo. nu. 147.
Maritus an remittat iniuriam vxoris, & quid proderit. nu. 148.
Filius velatus sine consensu patris, an remittat suam iniuriam. nu. 149.
Remittẽs iniuriam pro pecunia infamis est, nisi fiat authoritate iudicis. numer. 150.
Priores, & Anciani, an possint remittere iniuriam factam ciuitati. numero. 151. & numero. 152.
Prælatus an remittat iniuriam factam suæ Ecclesiæ, vel clerico. numero. 153. & numero. 154.
Iniuria remissa, an videatur remissum ius accusandi. nu. 155. & ibi num. 156. quid si in animæ indicio eam remiserit, nisi vt ibi, & nu. 158.
Habens duo remedia remittẽdo vnum aliud retinet. num. 157. nisi adesset plena remissio, vt nume. 158.
Remissio facta per mortifere vulneratum in articulo mortis nihil præiudicat iuri accusandi vulnerantem. nu. 159.
Remissio facta etiam quoad forũ exterius, potest adhuc agi quoad damna, & expensas. num. 160. & nume. 161. ampliatur, & num. 162. limitatur.
Remittere iniuriam, an quis teneatur. num. 163. & 164.
Mortale crimen accusator committit, si ob solam proximi læsionem accusat. numero. 166.
Accusatio & vindicatio authoritate publica actus virtutis. n. 167.
Christiano an liceat alium accusare, & in quibus casibus. num. 168.
Homo an sit Dominus sui honoris, & famæ, nu. 169.
Remittitur etiam iniuria salutatione. numero. 170. vsque ad. 188. plura adducuntur in propositum, & limitãtur ac declarantur, vbi num. 18. cum. 3. sequentibus, an prosit pœnitentia iniuriati, & nume. 195. cum seq.
Remittitur etiam iniuria per lapsum anni tacendo, nume. 189. vsque ad. 196. vbi an annus debeat esse continuus, & an ignorantia currat, & an etiam quoad damna, & expensas id procedat.
Palinodiæ recantatio deficit, vbi iniuriatus est vilis, & iniurians non. numero. 197. & 198.
Palinodiæ recantatio cessat etiam quoties quis referendo alijs eam dixit, quia referens non iniuriat. numero. 199. & numero. 200.
Referens verba instrumenti, vel partis contrariæ non censetur approbare. nu. 201.
Referẽs audiuisse peccata aliena, an peccet, nu. 202. & 203. & 204. declaratur.
Palinodia recãtatio, an deficiat si probetur vera esse dicta per accusatũ. nu. 205. vsq; ad nu. 218. vbi nu. 219. & 220. & 221. limitãtur ibi dicta, vt non procedant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iniurians alium cum honore, puta, mentiris salua honore tuo, an puniatur, vel excusetur. nu. 222. & 223.

Pœnitens statim iniuriæ ab eo dictæ, an excusetur. nu. 224.

Pœna de desdezirse, est infamatoria, & ideo non relaxatur sub fideiussoribus iniuriator, numero. 225. & 226. & est corporis afflictiua, & sic per aliũ non potest impleri. nu. 227.

Infamis an efficitur condemnatus pro iniuria atroci. numero. 228. & numero, 229.

Nobilis alium iniurians non recantat Palinodiam. numero. 230. & 238. vsque ad 252.

Condemnatus, A desdezirse, si nolit, quid fiet. numero. 231. vsque ad numerum. 237.

Causa omnis tangens famam dicitur grauis, num. 234.

Abdicare à se volens actionem, vel ius quid faciet iudex. numero. 236. & numer. 237.

Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum quando vtatur, vel non priuilegio suo. numer. 241. vsque ad. 245.

Ecclesia hæres instituta an possit detrahere falcidiam de legato alteri Ecclesiæ facto, nu. 246.

Filius fam. potest vti Macedoniano, etiam contra alium filium. nu. 247.

Nobilis, & mulier pro debito ciuili non incarceratur, etiam si sint debitores alterius nobilis, vel mulieris. nu. 248.

Vxori agenti contra maritum pro dote non potest obijci per maritum exceptio paupertatis, si ipsa etiam est pauper. numero. 249.

Ordinarius iudex potest incidenter de nobilitate cognoscere obiecta, & opposita per nobilem executioni sententiæ cõtradictionis. nu. 250. & 251.

Clericus in sacris an teneatur Palidoniam recãtare. numero. 252. & 253.

Vocans alium, Marrano, o tornadizo, *quomodo puniatur, & quibus verba hæc adaptentur. numero. 254. & numero. 255.*

Lex Secunda,

Quotidie in iudicijs habita.

Summarium.

Quælibet persona alium afficiens aliquo ex verbis in lege nostra expressis, vel similibus punitur eius pœna.

IN cuius legis declarationem quasi omnia, & singula verba declarabim' quæstiones peculiares, & concernẽtes eius materiã inferendo. Et antequam ad hæc deueniamus, sciẽdum est ab antiquo iniuriam verbalem puniri, † nam à Rothario Rege in legibus Longobardorum, & in lege Salica, atque à Theodorico Rege Gothorum pœnam statutam inuenimus atque impositam pro iniuria verbali, vt latè traditur per Greg. in Syntagma iuris vniuersi, lib. 38. capit. 5. à numer. decimo, vsque ad. 12. Hermogenes quoque in. l. fin. titul. de iniur. & in. §. in summa. instit. eod. Iustinianus Imperator eam ponit, item & Demosthenes tradit, verberantem Magistratum, vel prætorem, vel contumelijs afficientem, iniuriæ publicæ veluti ciuitatis reum esse, si priuatim priuato agente priuatę, & in alijs pluribus locis, sic reperies punitam esse iniuriam. 1

Ibi. *Qualquier*. Siue masculus, siue fœmina, dictio enim hæc, *Qualquier*, vniuersalis est, & sic vniuersaliter est † intelligeuda, & omnia includit, & nihil excludit vt diximus in. l. 7. titulo. 3. numero primo, & l. secunda, titulo sexto, numero primo, & in. l. 2. titul. vndecimo, numero. 1. & 2. & in l. 1. titulo octauo, num. quinquagesimo septimo, libr. quinto, supra, & masculinum regulariter comprehendit fœminum, nisi aliud menti legislatoris 2

latoris repugnet, † vt diximus in. l. 1. numero. 3. & 4. titul. 13. libro. 4. supra, & sic mulierem in hoc comprehendi probat. l. 8. titul. nono, partita septima, dum tamen vt ibi dicitur, sint decem annorum, & dimidij, mulieres, vel masculi iniuriantes: nam & omnes illi possunt facere iniuriam, † qui possunt pati, & è conuerso, secundum Azo. relat. per gloss. 1. in eadem. l. 8. nisi sint furiosi & impuberes, † qui non sunt doli capaces, secundum gloss. ibi quia isti possunt pati iniuriam, & non facere, cum enim iniuria ex affectu facientis consistat consequens est, hos siue pulsent, siue conuitium dicant, iniuriam fecisse non videri, quæ verba, Azo desumpsit à. l. illud. ff. de iniur. sed considerandum summè est, quod dicta, l. 8. quoad iniuriam faciendam ętatẽ † mulieris, & masculi æquat decem annorum & dimidij, cum vt inquit gloss. maior. l. 9. titulo primo, partita septima, distinguat ius ætatem mulieris ab ætate masculi quoad delictum cõmittendum, dicens quod masculus delinquit ab anno decimo & dimidio non antea, mulier vero ab anno nono, & dimidio, & cum in delicto sic distinxerit itidem in iniuria, quæ delictum etiam est, idem distinguere debebat circa ætatem, & est hæc mea, noua consideratio, & miror quod Gregor. Lopez, in dict. l. 8. hæc non considerauerit, licet in illa. l. 9. in dict. verbo. maior. considerauerit hoc, & alias leges partitæ ad hoc allegauerit, & cum se videret perplexum dixit, quod leges hæ partitarum, secundum ius commune intelligi debeant, scilicet, vt in fœmina sint nouem anni, & dimidij, & in masculo decem, & dimidij, sed lex nostra male patitur hanc declarationem cum in fœmina, & in masculo loquatur, sed vt euitemus 3 4 5 6

Azeuedo super. 8.

correctionem sic, vt dixit Gregor. at tento iure ciuili, videtur intelligendũ, cum fœmina priusquã masculus pubescat, & sic prius dicendum est, esse doli capacem, sed & adhuc obstat. l. 10. titul. decimo, partita. 7. quatuor decim annos requirens, sed intellige eam vt dixi in. l. 1. titul. 13. numero. 11. lib. 4. supra, sed si mulier, vel masculus essent minores infantia, vel proximi infantię † etiam si essent doli capaces non punirentur quantumuis alium puerum occiderent, secundum Anton. Gomez, Tom. 3. ca. 1. nume. 57. qui ex hoc quẽdam in facto liberasse asserit. 7

Ibi, *Que a otro*. Siue fœminæ siue masculo, vterque enim iniuria affici potest † per alium ex dictis in gloss. precedente, & probat. l. 9. titu. 7. parti. 7. vbi inquit cuiuscunque ętatis sint, siue intelligẽtes, siue non, siue furiosi, vel mente capti, & facit. l. illud. ff. de iniuri. item no. verbum hoc, *A otro*, quasi certa persona requiratur, aliter enim iniuria non fit, incertæ personæ secundum Dida. Per. l. 2. titulo. 9. libr. 4. Ordinam. colum. 1490. licet secundum eum sufficit quod certificetur persona per probationem quanuis eam non expresserit † iniurians per verba expressa, non enim curandum est in quo quis loquatur, sed in quẽ intentio dirigatur, vt. l. cum pater. §. donationis, de leg. 2. & sic etiam si in absentem dicatur, dicens punietur legis nostræ pœna, si animus iniuriandi colligatur, nam vt lege præcedente diximus absenti fit iniuria sicut præsenti, & tenet si bene inspicia tur Plaça de delict. c. 1. n. 2. versi. & vt ad rẽ, dum ibi teneri dicit, nisi verum dicat, & reip. interfit patefieri, sed si animus deficeret iniuriandi, vt quia in cõuersatione retulit se audiuisse † hoc vel illud de Titio de quo tractabatur non tenetur tunc, quia deficit 8 9 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

animus, tum quia referens non iniuriat, vt in hac lege dicemus in gloſ. *Deſdigalo*, ſufficit etiam dicere cum
11 rixatur cum aliquo, latro † aut latrones, ſi intelligatur pro illo cum quo rixatur dixiſſe, licet non dicat, tu es latro, ſometicus, &c. ita Auenda. de iniur. numero decimo, in fin. vbi & in verſiculo, item eſt aduertendũ quod debet eſſe perſona ille in quem profertur iniuria, ita deſumens ex hoc verbo, *Otro*, quod eſt ſimilium repetitiuum, & ſic fiat iuriſdictioni alicuius, nam tunc non imponetur pœna, noſtri text. *De deſdezir*, ſed minor cuius intentum ego in hoc non percipio, nam & perſonis collegij, & ciuitatis fieri poteſt, & habebit locum noſtri text. pœna. Puta ſi dica-
12 tur collegium eſſe proditorem, † Sodomitam, & ſimilia, nam tunc de ipſis perſonis dicitur, & conſequenter legis noſtræ pœna locum habebit.

Ibi. *Denoſtare, y le dixere.* Nota copulatiuam illam. Y. quæ denotat, quod non ſufficit dicere, niſi animo iniuriandi dicatur, eſſet tamen iniuria licet verbis non exprimatur id
13 quod in iniuriam alicuius fieret. †, Puta ſi veſtibus quis vteretur in alicuius iniuriam, ſecundum Angel. l. item apud Labeonem. §. generaliter, ff. de iniur. & in. l. veſtem. eodem titul. Plaza de delict. capitul. 5. nam & tunc de iniuria puniri poteſt, vt ibi per eum, licet verbis non exprimatur, quia vt dixi in gloſſ. Præcedenti non eſt curandum, in quo quis loquatur, ſed in quem verba dirigantur, & ſufficit quid ex æquipollentibus fieri, & ſic verbum illud, dixere, ita ſignificatur, & verificatur facto, ſicut verbis, ſi ex quolibet horum intentio iniuriandi præſumatur, aliter enim ſi intentio hæc deficiat, ceſſat iniuria, vt in Rubrica, huius titul. diximus, hoc enim denotat verbum illud, denoſtare, qua-
14 ſi iniuriam alteri inferre, † & male ei dicere, denueſto chim, vt inquit text. in procemio titulo vigeſimooctauo, partita ſeptima, *Es coſa que dizen los hombres vnos a otros con deſpecho, queriẽdo luego tomar vẽgança por palabra*, & ſic † lex noſtra non ſine myſterio loquuta eſt per verbum denoſtare, & copulatiue loquendo, *Y dixere*, non vero diſiunctiue, vt in contextura antequa, & male dicebatur, quaſi non ſufficiat dicere, niſi ex dicto, vel facto animus iniuriandi alterum, colligatur, ex quo infertur primo quod ſi in publica diſputatione Doctor dicat alteri ſuſtinenti, vel arguenti falſum eſt quod dicis, aut aſſeris, non poterit contra eum agi actione iniu-
15 riarum, † & idem quando pars in
16 iudicio allegat contra teſtem † falſum dixiſſe, ſecundum Salice. verum que affirmantem in. l. de tutela. C. de in integr. reſti. min. per text. ibi in verbo. falſo. & Alexandr. in additio. ad Bartol. in. l. quid ſit falſum. ff. ad leg. Corn. de fal. Paul. & Iaſ. in. l. fin. ff. quod quis, iur. & Iodoc. in prax. crim. capitul. 136. numero ſecundo, cò quod talia verba non fuerunt dicta animo iniuriandi, dum tamen probetur, id quod dicitur, vt alibi de taxante teſtem diximus ſate, in titu. *De las tachas de teſtigos*, libr. quarto, ſuprà, & per Iaſ. & Deci. poſt alios in dict. l. fin. declaratur, & additio, Capellæ Toloſanæ. 409. & Boſi. de iniur. num. 21.

Secundò infero, quod ſi quis alteri per iocum iniuriam dixerit non poteſt conueniri de iniuria, † ex
17 rex in. l. illud. §. ſanè verſiculo, quare ff. de iniur.

Tertio infero, quod ſi Magiſter cauſa correctionis diſcipulo iniu-
18 riam dixerit, † non tenetur iniu-

riarum, quia cenſetur tanquam Magiſtrum dixiſſe, ex mente Barto. conſilio. 104. & ſcribentium per text. ibi in. l. ſed & ſi quẽcunque. §. ſi Magiſter ff. ad leg. aquiliam.

Quartò infero, quod ſi volenti ſe
19 ordinare dicatur, quod eſt Spurius, † aut quod habet aliud vitiũ impediẽs ordines recipere non poteſt agere actione iniuriarum, cum hoc caſu conſtet de animo non iniuriandi, & per conſequens ceſſare debeat iniuriarum actio, vel ſi filium clerici aliũ eſſe dicas, vel incapacem, & indignum, & probaueris, ne legitimi, vel fiſcus defraudentur, ſecundum Didac. Perez, hic gloſſ. 1. & idem in patre, vel Domino, vel Abbate, corrigentibus filium, famulum, aut Do-
20 minum: Quomodo autem probabitur animus iniuriandi, † Iacobus de Bellouiſo melius quam alius in pract. crimi. cap. 3. libr. 1. numero 3. 6. & 7. id declarat, dicens quod probatur ex facto, & perſonarum qualitate, iuxta nota. l. 1. §. diuus ff. de Sicar. & in. l. ſi non conuitij. de iniur. C. poteſt tamen ex quatuor regulis deprehendi † quibus cognoſcemus per
21 quæ verba alicui iniuria inferatur, quarum prima eſt, quãdo verba, quæ contra aliquem dicuntur denotant aut obijciunt maleficium, & delictũ ab eo commiſſum contra quem proferũtur, nam per talia verba infertur iniuria, ex text. Notab. in. l. fin. in fin. ff. de obſeq. à lib. præſt. quæ intellige non ſolum ſi certam ſpeciem contineant: verum etiam ſi ſint prolata in genere, putà fur, homicida non condeſcendo ad ſpeciem furti, vel homicidij ex mente Bartol. & Doctorum, in. l. 3. ff. de lib. & Poſth. Secũda vero Regula eſt, quando verba denotãt iniuriam in eum, contra quem proferũtur, vel in ſuos illatam, vt puta ſi dicatur alicui, quod eſt cornut', vel quod pater eius aut frater fuit flagellatus publicè, ſecundũ Bart, in. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. per text. cum gloſſ. in. l. ſi inimicitiæ, ff. de ijs quib. vt indig. Tertia Regula eſt, quando verba important, aut inducunt infamiam iuris, vel facti per text. in dict. l. item apud Labeonem. §. generaliter: ex quo deducitur quod ſi alicui dicatur, tu es Spu-
22 rius, vel inceſtuoſus, † poteſt agere actione iniuriarum, quia iſta verba ſunt infamatoria, vt eſt gloſſ. notab. quam ibi ſequuntur omnes in. l. turpia legata. ff. de leg. 1. Quarta, & finalis Regula eſt, quando verba ſunt prolata in contemptum alicuius, licet non denotent delictum, neque detegant iniuriam, neque inducant infamiam, quia tamen in contemptum fuerunt dicta, propter illa poteſt agi actione iniuriarum, vt eſt text. expreſſus, & ibi Abbas & omnes in capitul. cum. T. à. B. de re iud. ex quo infertur, quod contra appellan-
23 tem alium pauperem † poteſt agi actione iniuriarum, ſecundum Lucam de Penna, in. l. ſecunda, columna. 5. & 6. C. quando & qui. quarta pars, deb. quem ſequitur Caſſanc. in conſuetu. Bur. Rubrica 1. §. 4. numero. 54. foli. 37. quibus quidem regulis facillime cognoſces quę verba dicantur iniuriola ſeu ex quibus verbis agi poſsit actione iniuriarum. Sed an ſi quis non perſe, ſed per alium ver-
24 ba iniuriosa † de quibus hic, dixerit punietur noſtræ legis pœna, & non puniri, ſed tantum extraordinaria tenet Plaça de delict. capitul. primo, numero octauo, qui à numero ſeptimo, incepit verſicul. quanto ad hanc ſatis futilibus fundamentis, quæ quidem fundamẽta loquuntur in ſtatutis requirentibus in perſonam ipſam iniuriam fieri, & ſic de facto iniuriã factam, nos vero loquimur in legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dispositione, & non cum in persona fit, sed tantum cum personæ iniuria fit, & hæc verbalis est, & per alium sicut per semetipsum iniuriatur, & cõsequenter pœna legis nostrę tenetur iniurians, ex l. non ideo minus. C. de accusatio, & l. certe. §. 1. ff. de precar. & in. l. vlt. ff. si mensi. fal. mo. dix. & ex alijs plurib⁹ quæ iongum esset referre, & ita tenet Auenda. tractat. de iniur. numer. 8 versic. quarto infero cum sequentibus, vbi idem in consulente vsque ad numerum. 10. vbi in fin. numer. 9. hoc declarat vno modo.

25 Ibi, *Gafo*. Qui latinè † leprosus dicitur, vt patet ex titul. de coniug. leprosi & ex l. 7. titul. 2. part. 4. quæ per hæc verba Gafo, loquuta est, iuncta gloss. ibi, verbo. *Porque*, & quomodo
26 cognoscitur quem † esse leprosum, licet ex iudicio medicorum id intelligi debeat, & an ex conuersatione eius immineat conuersanti periculũ mortis, vt inquit gloss. verbo. *Sudendo* in dict. l. 7. tamen ex sacris Scripturis decerpitur quomodo lepra cognoscitur Leuit. enim. 13 dicitur homo in cuius cute, & carne ortus fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucens quipiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron Sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem leprę humiliorem cute, & carne reliqua, plaga leprę est, & ad arbitrium eis separabitur, vbi & alia prosequuntur, & tradit gloss. in verbo. vt lepra in capitul. voluissent. §. ex his itaque de pœnit. distinctione. 1. vbi declarat quot sint genera leprę, & ibi Archidi. moralem interpretationẽ assumẽs dicit, quod tunc lepra dicitur in cute, quando
27 peccatum apparet † ex opere exteriori, in carne vero quando peccatum est in conscientia, siue in anima & quia leprosus est ponendus extra
28 ciuitatem † nè inficiat alios, secundum Plate. in. l. supra virentes. C. de re milit. libro vndecimo, & Anton. Gomez, Tom. 3. capit. 6. columna fin. & Auenda capit. 6. præto. numero. 6. libr. secundo, vbi dicit quod hac de causa, *Las casas de Sant Lazaro, estan fuera de la ciudad*, † & notat idem gloss.
29 *Porque*, in dict. l. 7. titul. 2 part. 4. vbi inquit quod hac de causa neque debẽt sepeliri in cœmeterio aliorum secundum Abb. in capit. sacris de sepult. & cum hæc ita sint merito lex nostra iniuriam atrocem reputauit alium vocare gafum, cum si ita esset à ciuitate esset expellendus, & in hoc solo crederem legem nostram intelligẽdam ad imponendam eius pœnam, non
30 vero si alium vocaret quis, *Buboso*, † quia talis non puniretur pœna legis nostræ sed alia mitiori, maxime ijsce temporibus, in quibus nullus est, qui in contemeliam recipiat Gallicum morbum habuisse, tanta est enim horum multitudo, & ita tenet Gutierrez, in consilio vigesimoquarto, numer. 23. quem post hæc vidi, sic & siquis alium vocaret rixãdo quod erat
31 malus vicinus, iniuriam ei faceret, † vt pote quia vicinus malus expellendus est à vicinia, & sic meretrices, &
32 inhonestæ † mulieres, secundum Anton. Gomez, vbi supra, & Auenda vbi supra, numer. 3. 4. &. 5. & Peguer. in quæstio. crim. in quæstione. 12. vbi inquit quod de hoc adsunt leges Cathaloniæ, vt viles, & inhonestæ mulieres à vicinia honestarum expellantur, etiam si domos proprias habeant ad habitandũ, & ex hoc Lupanaria, & publicę meretrices extra ciuitates, & populos solent esse.

Ibi, *Sodomitico*. Quibus verbis maxima ac grauissima iniuria quis afficitur, ob grauitatem criminis obiecti, & culpæ ac infamiæ, ex eo resultantium, & pœnæ aduersus tales delinquentes statutæ, vt infrà, in titu. 21. istius lib. videbimus de eius grauitate, abominatione & pœna & grauius
32 crimen est † cæteris præter hæresim, cap. adulterij. 35. quæst. 2. ibi, Sed omnium horum est pessimum quod cõtra naturam fit, & in cap. flagitia. eadcausa & quæstione. & ideo nimirum si illud falso alicui obijciens Palinodiam recantare teneatur & se dedicere.

Ibi, *Cornudo*. Id est, nudus corde ex parte vxoris adulterantis, quæ cum cor ad amasium habeat, quod marito tribuere debebat, vxoris cornudum dici potest ab amore mariti, vel quia si maritus id scit & patitur sine corde esse dici potest, & est hoc verbum in Hispania maximũ ac grauissimum conuitium, licet in Francia ni
33 hil sit † momenti, vbi de verbis iniuriosis non curatur, vt in hoc titulo diximus, & vbi itidem materia adulterij non practicatur, vt videri poterit ex scriptoribus Frãcigenis, sed faciũt contra dictum Salomonis Prouerb. 18. qui expellit mulierem bonam expellit bonum, qui autem tenet adulteram cum scit, stultus est & insipiens, & in progressu huius legis alia dicemus.

Ibi, *O traydor*, qui Latine proditor vocatur, & proditor est qui crimen læsæ maiestatis commisit † &
34 sic verbum, *Traydor*, proprie ad Regis personam refertur, *Aleuoso*, vero
35 ad particulares † secundum text. in l. 1. in fi. tit. 2. part. 7. quam ad hoc considerauit in. l. 3. titul. 2. num. 9. in medio lib. 1. supra & ex l. 8. titul. 3. part. 7. idem colligitur in finalibus versiculis iuncta gloss. *Por traydor*, in l. 9. eod. tit. 3. & ead. part. 7. quod proditionis crimen est grauissimum, & cum tale sit lex nostra in eo grauissimam pœnam

imposuit illi, qui alicui illud imposuerit, & proditorem vocauerit, & cum lex nostra sit pœnalis, & in potiori significato intelligenda, crederem & eius contradictionis pœna non impo
36 neretur vocanti alium † *Aleuoso*, cũ id ad particulares referatur personas, nec sit ita graue crimẽ sicut si contra Regem & personam regiam, vel diceretur Aleuosum fuisse contra suam rempublicam, quòd perduellionis delictum vocatur, † & æquiparatur pro
37 ditioni, Dida. tamen Per. infra allegãdus idem vult in vocante alium Aleuosum, sicut in vocante proditorem, ego tamen teneo nõ esse idem nisi dixisset aliquis Titio, tu es aleuosus aut
38 fuisti personę Regiæ, † nam tũc idem esset ac si proditorem vocasset, non vero si simpliciter aleuosum eum vocaret. Sed an si vocans alium proditorem probauerit id esse verũ, ob quod pœna ordinaria non est puniendus, vt infrà dicemus, id etiam procedet etiam si probet indulgentia principis fuisse ei remissum crimẽ proditionis.
39 Mouet nouissimè quæstionem hanc Didac. Per. hic sub. l. 2. titu. 9. lib. 8. Ordin. pag. 229. colu. 1. in medio cum sequentib. & deteret miniat talem iniuriantem hunc restitutum proditionis vitio puniendum pœna legis nostræ, cum pœna sit imponenda attento statu temporis commissi delicti, quo tempore non erat proditor nec aleuosus, argum. text. in cap. eam te, de rescrip. cap. ferrum. 50. distin. item restitutio tollit omnem maculam, vt voluit Andr. de Isern. in cap. 1. §. Præterea, colu. 5. quæ fuit prin. cau. ben. amit. & in cap. 1. de vass. l. decrep. æra, & Afflictan. dict. cap. præterea secundum quos si talis iniurians dixerit, tu fuisti proditor, actione iniuriarũ minime tenebitur †, quia refertur ad tẽpus in quo fuit, non vero ad præsens
40 tempus, & consequenter si quis sic restitutum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi ut rei publicæ auerit ob proditionem illam ad duellum iniuste eum prouocat, quia facta restitutione amplius non est prodito †, secundum Iacob. de Castillo, in Tract. de duello, lib. 4 cap. 7. & Gueuar. in Tract. crimi. læsæ Maiest. de proditor. quæst. 7. a l finem. Ex quibus etiam assero non esse locum pœnis nostri text. contra vocantem alium falsarium, contra Parlado. libr. 1. capite decimoseptimo. num. 7.

Ibi, *O hereje.* quod est crimen læsæ Maiestatis diuinæ cõmisisse, & est itidem grauissima iniuria, cum ex qualitate hæresis si commissa fuisset, qualificetur etiam iniuria, hæreticum alium vocando sub quo quidem nomine quo ad Palinodiæ recantationem idem crederem, si vocaret quis Christianum aliquem Iudæum, aut Maurum †, nam qui Christianus est si Iudaei mores, aut Mauri insequitur à fide deuiat, & sic sub verbo, *Hereje*, comprehenditur, & consequenter Pœna legis nostræ locum habet, vt infra dicemus latius. ✠ 87 —

Ibi, *O a muger que tenga marido, puta.* Not. qualitatem illatam, *que tẽga marido*, Nam ex hoc illa, quæ vidua est †, si vocatur, *puta*, non habet locum nostræ legis pœna, cum tunc careat marito, & qualitas adiuncta verbo debet intelligi secũdum tempus verbi l. in delictis. §. an noxalibus. ff. de noxal. actio. & in hoc neminem dubitare & bene asserit Parlador. libr. 1. rer. quotid. cap. 17. in fin. verbis, qui licet nos non allegauerit, cum posset, non desinam vllum allegare ex ijs quos viderim, etiam si ipsi aliud faciant. Sed an in ijs verbis cõprehendetur sponsa de præsenti †, dubitabile est, nam lex nostra loquitur per verbum hoc, *Que tenga marido*. Maritus autem dicitur respectu vxoris, & in communi vsu loquendi sponsa nõ solet spõsum maritum vocare, sed illa quæ cum eo desponsata & velata est, sed nihilominus contrariũ est dicendum, imo ꝙ & sponsa maritata dicitur, & vxor vere vocatur, ex ijs quæ late diximus in l. 1. titu. 1. lib. 5. suprà, & in ijs terminis tenet Didac. Perez, hic, pag. 230. & Plaça de delict. cap. 1. num. 20. in fi. & sponsati iure Hispano dicuntur, *Casados*. secundum Auenda. Respons. 10. numer. 4. quod est intelligendum de sponsa de præsenti desponsata seruatis solemnitatibus Concilij Tridentini. Vlterius etiam cum tempus verbi sit spectandum dico, cum Didac. Per. hic pag. 229. colum. 2. in fin. quod vocans mulierem aliquam meretricem, quæ tempore conuitij erat bona †, quamuis velit ostendere ante fuisse peccatricem, non est audiendus, nam post pœnitentiam non est amplius de præterito vitio vituperanda, quia correcta & bona laudanda est, cum ergo tempore obiecti conuitij quod inspicitur in delictis. l. 1. ff. de pœn. est nupta & non meretrix neque adultera, merito debet ei obijciens tale crimen puniri Pœnis nostri text. quamuis in hoc dubius existat Grego. in glo. mag. ad fin. in d. l. 1. titu. 9. part. 7. & quamuis contra teneat Lucas de Pen. in l. errat. q. 7. C. de Castrens. pecul. lib. 12. Sed ego aliam rationem considero ad tenendam hanc opinionem, scilicet, quòd nullo modo est aliquis admittendus ad probãdum tale meretricium obiectũ mulieri maritatæ, quia inuito marito non potest aliquis de defectu vxoris tractare, ex. l. forti. de qua in tit. *De los adulterios*, infra dicemus, nisi maritus esset conscius & consentiret vxorem adulterare, nam tunc posset † iniurians admitti ad probandum hoc, secundum Didac. Per. in præsenti dict. 229. in glos. *Marido*, in princ. Vtrumque dictum bene affirmando,

mando, vel quia vt inquit additio Cap. Tolos. decis. 127. non expedit reipub. scire adulterium respectu mariti, quia ipse magis dolet quàm alius: & ideò nullo modo admittetur in hoc conuitio volens probare suam iniuriam tali vxori & mulieri maritatæ obiectam esse veram, licet in alijs esset alias admittendus, nisi probaretur maritum scire & consentire, vt dictum est. Et notandum est itidem quòd ex tali iniuria huic vxoratæ mulieri illata ipsi & eius marito, & patri
47 mulieris competit actio iniuriarum † ex. l. 1. ff. de iniur. & similiter nam non solum potest alteri fieri iniuria referendo maleficium, ab ipso commissum contra quem iniuria profertur, sed etiam si ab alio sit commissum, dummodo redũdet in offensam illius, contra quem profertur ex gloss. per text. ibi in. l. si inimicitiæ. ff. de ijs quib. vt indig. & Barto. in l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. prout hic, nã ex vocatione facta contra nuptam nascitur actio iniuriæ ipsi, & marito & patri, & quilibet potest accusare, sic & ex vocatione facta contra virũ vocando cum cornutum, ipsi & vxori nascitur actio, ita vt etiam si mari-
48 tus remittat iniuriam hanc † possit vxor prosequi eam ex sua parte, ita vtrãque affirmat Didac. Per. hic, pag. 228. versic. ex quibus. Verumtamen, cum hodie vxor hìc per velationem exeat à patris potestate, ob quam potestatem patri eius competebat dicta actio iniuriarum, non poterit pater agere iam ista actione, sed tantum maritus & vxor, vt dixi in l. 8. titu. 1. lib. 5. par. n. 31. vbi &c. n. 32. asseruimus hodie remissa iniuria per maritum
49 amplius non dari vxori regressum †, si maritus pro se & vxore accusabat cum cautione de rato, vt ibidem dixi. Sed quid si omnes has iniurias insimul quis alicui dixerit? Punietur nè
50 vna an vero pluribus pœnis †? est singularis quæstio, in qua quoties verbis iniuria fit, de quo est noster sermo †, dicendum est quòd etsi plura conuitia (vno tamen cõtextu) dicantur non plures, sed vnica tantum pœna imponenda est, & omnes illæ iniuriæ pro vna reputantur secũdum Alberic. in 2. p. statut. quæst. 39. cuius opinionẽ plusquã veritimam testatur August. in additio ad Ang. de maleff. in parte, verba, *Injuriosa*. num. 6. Barto. per text. ibi in. l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. gloss. & Bart. in l. si quando. C. de bon. vacan. lib. 11. & ibi Plate. & Luc. de Pen. Coniect. in singu. verb. statutum. versi. statutum cauetur. Boher. consil. 4. nu. 7. & Didac. Per. in l. 9. titu. 1 lib. 1. Ordi. col. 56. sunt quippe vna oratio significatiua. l. 1 §. verbis. ff. eod. quã opinionem intelligũt aliqui procedere quoties illæ iniuriæ sunt eiusdem speciei, veluti si quis ter appellet cornutum, vel ter proditorem, nam tũc vna pœna erit afficiendus, secundum Barto. l. nunquam plura. ff. de priu. delict. & Soci. in l. si familia. nu. 8. & 9. ff. de iurisd. omn. iud. & Maria Socin. in cap. 2. nu. 69. extrà de pœn. ex glos. singul. in l. si conuenerit. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Secus vero si sint diuersæ speciei, nam tunc pro qualibet punitur, etiam si vno contextu dicantur, vt puta si quis te vocauerit proditorẽ, cornutum, gafum, eo quòd reputantur plures iniuriæ, secundum glos. & Bart. dict. l. nunquam plura, & Socin. vbi suprà, & Plaça de delict. cap. 1. nu. 17. vbi reprobat Couar. aliud in hoc vltimo casu sentiẽtem, scilicet, quod etiam si sint diuersæ speciei si vno cõtextu dicantur vnica pœna afficitur, tamet si grauius puniatur, propter iterationem, & ibi inquit Plaça, hãc opinionem vt equitati magis consonam esse in praxi seruandam, & quotidie

serua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruatur, nam etiam si quis appellet alium vno contextu, latronem, prodicorē, cornutum, gafum, & sodometicū, vnica pœna retractationis punitur, & vnica pœna pecuniaria nostri rex. & insuper pro reiteratione ei gratiatur pœna imponendo ei exilium, vel aliā etiam pœnam pecuniariam, & semper vbi duæ iniuriæ proferuntur habetur consideratio ad grauiorem, vt pro illa iniuria principaliter puniatur? Inquit tamen Plaça vbi su-
52 pra, id esse verum nisi lex diceret † vt pro qualibet iniuria quis puniatur in tāto; nam tunc si dicuntur plures iniuriæ diuersę speciei pro qualibet puniretur, vt ibi per eum, num. 18. Sed si ex interuallo fiant iniurię, tunc vtiq; pro qualibet punietur, si de prima erat iam punitus, quoad tamen interesse & dānum partis offensæ ei resultans etiam punietur vltra iniuriam seōs quoad vindictam publicam, si nunquam de prima nec secunda iniu-
53 ria fuit iniurians punitus, † vt ibi per Plaçam, num. 20. scilicet, tūc grauius puniatur ob reiterationem, & ibi plura alia infert ipse Plaça, & in titul. *De las blasfemias*, Nos alia diximus supra isto libro. Quid tamen si quis dixe-
54 rit alicui, proditorem, latronem, ? an supplendum sit, es, dic quod sic, secundum Menes. l. verbum, Volo nu. 5. C. de fideicom. & Auend. de iniur. num. 10. in fin. cum sequent. & an si vocasti me, proditorem & ego te, pos-
55 simus ambo accusare, † Tangit decis. Capel. Tolo. additio. 127. & Montal. l. 2. titul. 3. lib. 4. for. in gloss. *O hereje*, in principio, illa tamen additio dict. decis. 127. distinguit cum Sicul. in cap. cum tu, colum. 9. de re iud. quòd aut ego tibi dixi iniuriam animo purgandi me ab iniuria, quam mihi inferebas, & nō teneor actione iniuriarum, vt si diceres quòd ego commisi aliquod crimen, & dico, tu mentiris, nam mihi licet innocētiam meā defendere, secundum Bar. in. l. quæ omnia. ff. de procurat. aut cōuitium meum concernit aliud factum, ita q̄ non venit ad innocentiam meam defendendam, & tunc quilibet potest agere de iniuria sua, argumento optimo in cap. veniens. de iur. iurand. vbi alternatim conuitia in feudo, putauit idem Siculus, quòd is qui prouocatus iniuriam intulit est mitius puniēdus, de quo infra latius dicemus. Sed contra secundum membrum distinctionis videtur facere regula illa. l. is qui reus. ff. de pub. iud. & l. neganda, C. qui accus. non pos. & 3. quæst. 11. c. neganda, & l. 4. titu. 10, part. 3. & l. 4. titul. 1. part. 7. probans quòd accusatus
56 de crimine non potest accusatorem de alio crimine reaccusare, † vsq; quo prima accusatio sit finita sententia absolutoria, lapsa in rem iudicatam, nā si appellatum esset, vel sententia esset condemnatoria, nullo etiam modo reaccusare posset, secundum glo. *Acabado*, in dict. l. 4. tit. 1. partit. 7. & ista est materia quę quotidie habetur in practica, ideo pro eius declaratione distinguēdi sunt casus, nam Greg. in dict. l. 4. tit. 1. part. 7. glos. 3. plurimū se inuoluit, & nihil concludit, sed potius relinquit cogitandum. Et erit primus casus, quādo reus conuentus in iudicio ciuili, eo pendente vult accu-
57 sare actorem suum + criminaliter tam ex causa penitus separata, quā etiam ex causa oriente ex eodem iudicio, prout cotidie fit, quando reus accusat de falso testes actoris, & ipsum actorem, qui eos produxit: & equidem potest in vtroque casu actorem accusare, & eo casu suspenditur iudicium ciuile, donec sit super iudicio criminali pronuntiatum, & ita concludūt omnes Doctores communiter teste Sigismundo, in consi. feuda. 6. nu. 6. & hoc propter preęminentiam & maioritatem

ritatem iudicij criminalis, quod tamen intelligit Iul. Clar. in lib. 5. pract. crim. quæst. 2. num. 4 vt suspendatur iudicium ciuile, quoad hoc tantum, ne possit super eo ferri sententia, non autē quoad hoc vt impediatur, quo minus in ipso iudicio ciuili possit procedi vsque ad conclusionem in causa & ita decisum fuisse in consilio Neapolitan. testatur Capiti. decis. 25. vbi
58 multum eleganter tractat hunc articulū, & dixi ego aliqua in. l. 1. in princip. titu. 8. lib. 4. supra, aut vero è conuerso pendēte iudicio criminali vult reus conuenire suum accusatorem † ciuiliter ex alia causa & penitus separata, & tunc non poterit, vt colligitur ex. l. fin. C. de or. iu. cogen. secundum communem intellectum, vt inquit Claud. in dict. l. edita, nume. 68. C. de edend. & ita omnes concludere testatur Curtius Iun. ibidem num. 182. in fin. & hoc ne propter talem litem ciuilem distrahatur accusator à prosecutione iudicij Criminalis in quo vertitur publicum interesse, nè delicta remaneant impunita, secundum Clar. vbi suprà, nu. 5. licet in criminalibus, vbi iā proceditur veritate inspecta forte si de ijs nō curabitur, sed super vtroq; procedetur, & bene, aut vero, vt ad nostram materiam deueniamus, accusatus criminaliter
59 vult etiam accusare criminaliter †, & tunc aut vult accusare extraneum alium, aut suum accusatorē, & quoad primum, scilicet, quoad extraneum, conclusio sit, criminosus de crimine, de quo nondum est diffamatus nec
60 accusatus + de iure Canonico repellitur ab accusando, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, & hoc de iure canonico tenetur pro certo, secundum Cardi. in cap. prohibētur. 2. quæstio. 1. imo & iure canonico nō solum criminosus, verum etiam constitutus in peccato mortali, de quo pœnitentiam non egerit repellitur
61 ab accusando †, vt communem testatur Beroius. cap. 1. num. 55. de accusatio. vbi tamen inquit multum interesse inter criminosum & peccatorem, nam si peccatores non admitterentur ad accusandum, nullus reperiretur qui posset accusare, de iure autē ciuili propter crimen quis ab accusatione non repellitur, nisi ex ea factus
62 sit infamis, † vt in sequenti conclusione, criminosus nondum accusatus de crimine, de ipso tamen diffamatus, si crimen est tale, ex quo non resultat infamia bene potest accusare, quia de huiusmodi diffamatione non est curandum, si vero incurritur infamia iuris prorsus ab accusatione
63 † repellitur, tā de iure ciuili quam canonico cap. *Infames*, 6. quæstio. 1. l. qui accusare. C. qui accus. non pos. & hæc est communis & indubitata conclusio. vt dicit Hieron. post Aug. de malefi. versi. & ad querelam post num. 23. Sed si sit infamis infamia facti, de iure canonico repellitur, de iure ciuili admittitur, vt tenent omnes communiter secundum Hieron. vbi suprà, & Beroi. dict. cap. 1. nume. 44. & Clar. vbi suprà, quęstio. 14. num. 11. & probat tex. iuncta glos. *Dado*, in. l. 2. titu. 1. part. 7. nisi suam aut suorum iniuriam prosequatur, vt ibi probatur in versic, *Pero si alguno*, & in. l. hi tamen omnes. ff. de accusatio, sed si agitur de criminoso iam accusato, an
64 & possit extraneum siue + suum accusatorem reaccusare, hic pendent difficultates, in quibus Greg. in dict. l. 4. titu. 10. part. 3. & in. l. 4. titu. 1. part. 7. non est ausus determinare, Clarus tamen dict. quæstio. 14. num. 12. distinctiuè procedit, cuius dicta prosequar, & in prosecutione excludo duos casus indubitabiles meo videri, primus est cum ambæ partes eo tempore & in simul concurrunt ad iudi-

cem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem pro querelis, & in hoc casu ambo sunt admittendi. Et super hoc debet iudex procedere si aliud non obstat propter temporis paritatem secundum Angel. in l. 1. conclusione. 1. C. qui accusa. non possl. secutum per glossl. in dict. l. 4. titu. 1. partita. 7. Secũdus casus est quoties reus reaccusans prosequitur suam vel suorum iniuriam, nam tunc siue accuset ex interuallo, siue de maiori, æquali, aut minori crimine admittendus est indistinctè quocunque tempore, ex dictis iuribus, & maximè ex dict. l. 4 titu. 10. part. 3. & ex dict. l. 4. titu. 1. part. 7. vbi glos. *A el mismo.* communem dicit non esse tunc supersedendum in accusatione prima, sed super vtraque est procedendum, vt & tenet Bald. in l. 1. post num. 21. ver siculo, Dicunt ergo. C. qui accus. non possl. & quando dicetur prosequi suã
65 vel suorum iniuriam †, & in hoc Anto. Gomez, tomo. 3. Variarum, cap. 1. numero. 34. Ponit quatuor opiniones, & in resolutione inquit, veram communem opinionem esse illam, scilicet, quòd ille dicitur prosequi suam vel suorum iniuriam, qui inuitus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, ex text. in l. 2. ff. de accusat. & l. 4. ff. de testi. iuncta l. Iurisconsultus. §. quinto gradu, & §. sexto gradu. ff. de grad. vbi probatur quod vsque ad sextum gradum, sed iure nostro regio ex. l. 11. titu. 16. part. 3. vsque ad quartum gradum hoc intelligitur, quod inuiti non cogantur, & sic vsque ad istum gradum censetur quis suam vel suorum iniuriam prosequi posse, & probatur clarius ex. l. 2. titu. 1. part. 7. & l. 26. eodem titu. & part. Vbi & declarantur aliæ personæ pro quibus id fieri potest, & secundum hoc approbatur tertia opinio ibidem per Anto. Gomez. dict. nume. 34. relata quæ vsque ad quartum gradum hanc prosecutionem suorum extendebat. Sed si talis reus accusatus velit reaccusare accusatorem suum de crimine non tangente suam vel suorum iniu-
66 riam, sed publicam † vindictam tangente, tunc si nomen ipsius accusati non est receptum inter reos, poterit ipsum suum accusatorem, & extraneum quemlibet accusare de maiori crimine, non vero de æquali, aut minori, secundum Azonem, cuius opinionem testatur communem Imola, in. l. is qui reus. numer. 21. ff. de publi. iudi. & Marian. in cap. 1. numero. 67. de mutuis petitio. & glossl. *Accusar.* in dict. l. 4. titu. 1. part. 7. Licet interdum admittatur ad accusandum de pari crimine, putà in odium committentis lenocinii, quo etiam casu admittitur excipiendo, & exceptio habet effectum nedum repulsiuum, sed etiam punitiuum, vt in. l. 2. §. si publica. ff. de adulter. Imol. vbi suprà. Secutus etiam per glossl. illam, *Accusar.* dict. l. 4. vbi inquit Angel. in dict. l. is qui reus. & in. l. 1. C. qui accusare non possl. indistincte tenere quod possit de quocumque crimine. Prout tenuit Odofredus relatus per Clar. di cta quæst. 14. num. 12. vbi ex Gãdino, de Malefic. titu. qui accusl. non possl. num. 41. & August. in additio Angel. de malefi. in dict. ver. & ad querelam, post num. 63. inquit hanc Odofredi opinionem per totam Italiæ cõsuetudinem seruari, sed in nostra Hispania non seruabitur stante dict. l. 4. titu. 1. part. 7. Quæ vt ibi inquit glossl. *Accusar.* procedit nedum ante nomen accusati receptum inter reos, sed etiam post, Si vero nomen accusati est iam receptum inter reos potest accusatus alium quam accusatorẽ de maiori crimine accusare, & hãc partem sequuntur communiter Doctores, vt inquit Imol. in dict. l. is qui reus.

reus. num. 17. teste Claro. d. num. 12. & tenet glo. *Menor.* in dict. l. 4. tit. 1. par. 7. vbi inquit quod ex illa non est sumendum argumentum à contrario sensu, vt per eandem maiori crimine possit alium accusare, cum sit tale argumentum sumeretur per propositionem maioris criminis resultaret exceptio dilatoria. l. 1. per minorem. ff. de iudi. l. 1. C. qui accusl. non possl. l. fin. C. de ord. iud. & dilatoria non potest proponi post nomen rei receptũ inter reos. l. si maritus. §. præscriptiones, cum concordan. ibi positis. ff. de adulter. & procedit hoc etiam si maius illud crimen, de quo tali casu accusatur, esset præiudiciale ad primũ, nec obstabit dict. l. 1. C. qui accusl. nõ possl. quia debet intelligi secundum glossl. ibi, quod non erat receptum nomen rei inter reos, quam ibi approbant Salicet. colum. 5. & Bal. colu. 2. & Imol. in dict. l. is qui reus. colum. 7. & glos. *Menor.* in dict. l. 4 tit. 1. part. 7. contra Bald. & Ange. in dict. l. 1. Sed de æquali aut minori crimine nullo modo licet accusato accusatorẽ suũ vel extraneum reaccusare, siue sit ante, siue post nomen rei receptum inter reos, ex dictis iuribus, maxime ex dict. l. 4. titulo. 1. part. 7. quæ vt dictum est, & dixit glo. ibi, procedit tam ante quam post nomen rei receptum inter reos, licet Angel. in. l. qui prior. numer. versic. quandoque vtraque. ff. de iudi. & mil. quoniam, post num. 1. C. de adulter. dixerit quod licet ordo naturalis cansarũ postularet, quod prius super prima, deinde super secunda accusatione procederetur, nihilominus gratia minuendarum litium
67 poterit super vtraque cognosci †, & ponit exemplum: Accuso te de vulnere mihi illato: tu accusas me de falso, & quod falsam accusationem institui, certè dicit ipse ista crimina inuicem se coniungunt, & potest dici quod vnum nõ sit mains alio, & ideo ait consuetudine obtentum quod super vtroque procedatur, & quod ex probationibus hinc inde factis ferat sententia super vtroque, iustitia mediante, & hoc dictum Angeli dicit sibi videri multum cõmendabile, & quod est bonum verbum, Asflict. & Ana. relati per Clar. dict. quæst. 14. num. 12. vbi ipse inquit, quod si accusator & accusatus sunt præsentes (aliter enim absens non admittitur ad accusandum) semper admittitur querela contra querelam, siue de maiori, siue de æquali aut minori crimine † agatur, quando crimina se in-
68 uicem contingunt & ex eodem fonte nascuntur, vt in exemplo Angeli, vel quando in eadem rixa tu me vocasti latronem & ego te latronem aut proditorem, aut quid aliud, nam tunc solent admitti ambæ querelæ, & insimul in eis procedi, & ita vidi pluries factum & bene, & Clarus vbi supra, ex Gram. sic per cõsilium Neapolitanum dicit fuisse iudicatum, præsertim cum accusatus in vim prouocationis opponit de iniuria sibi facta prius, & petit etiam super ea pronuntiari, nisi constaret calumniosam esse reaccusationem, nam tunc super ea esset † supersedendum & super prima pronunciandum. Cæterum vbi crimina se non contingerent, seruãdus erit opinio communis, vt non admittatur accusatus ad reaccusandum secundum quod remanet dictum. Benetamen verum est, vt inquit Clarus vbi suprà, quòd si iudex vt. lerit quod accusatus reaccusauerit suum accusatorem, vt illum à prosequenda sua accusatione diuerteret, solet quandoque accipere fideiussionem ab accusatore de se constituendo quoties cũque ipsi iudici videbitur, & super prima accusatione procedere. Imo & ego semper hanc fideiussionem requirerem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quirerem ab accusatore, nisi vbi constaret malitiose reaccusationem fuisse constitutam ab accusato. Et hæc omnia procedunt antequam accusatus sit sententiatus super accusatione contra eum proposita, sed eo iam sententiato, si per sententiam condemnatus est ad mortem, vel in exilium perpetuum ab inde non posset accu-
70 sare alium †, nisi super iniuria & crimine suam, vel suorum iniuriam tangente: vel si sententia illa non esset mortis, neque exilij perpetui, sed ad
71 tempus †, nam tunc posset vtique accusare, ita disponit. d. l. 4. titu. 1. part. 7. vel quando vult prosequi accusationem iam ante propositam, secũdum gloss. *Accusar a otro.* in eadem, l. 4. & Clar. dict. quæst. 14. num. 15. in fi. Sed si ex condemnatione remanet infamis, tunc vtique extraneum accusa-
72 re † non posset, nisi suam aut suorum prosequeretur iniuriã, accusatorem vero suum sic, etiam si suam aut suorum non prosequatur. Secundum gl. *De muerte.* in dict. l. 4. & secundum Iulium Clarum. d. quæst. 14. num. 15. in princ. Si vero sit absolutus tunc nulli dubium, quin accusare quemlibet possit, vt per Iulium Clarum. dict. q. 14. nu. 14. &. 15. Sed scio te lectorem dum hæc legebas instare, quando dicetur nomẽ rei receptum inter reos
73 † & in hoc cõmunis est opinio, quod accusatore, & accusato præsentibus dicitur post litem contestatam, ita q statim quod iudex interrogat reum an commiserit ipsum delictum, de quo imputatur, reo ipso confitente vel negante dicitur eius nomen receptum & hanc magis communem testatur Clar. dict. quæst. 14. num. 13. & succincte glo. *Menor.* in dict. l. 4. tit. 1. part. 7. nam per talem iudicis interrogationem, & accusati responsionem inducitur litis contestatio, vt per eundem Clarum in eod. lib. 5. quæst. 45. in princ. si vero reus non est præsens in iudicio, sed absens, & contra talem proceditur iuxta formam iuris, tunc statim in primo termino cõtumaciæ, in quo habetur pro confesso ex. l. 3. titu. 10. libro. 4. suprà dicitur nomen rei receptum, sed si ex parte absentis allegetur iusta causa absentiæ, & quòd ob hoc non comparet, tunc statim quòd iudex super hoc pronuntiat, vel super declinatoria & eas reijcit, tunc statim dicitur rei nomen receptum, secundum Bart. & alios relatos per Clarum, vbi suprà, dict. quæst. 14. num. 13.

Ibi, *O otros desonestos semejantes.* Si verba hæc consideres prout ego considerãda esse iudico, reperies esse geminatoria, & consequenter geminationem certum quid inducere amplius quam fortassis simplicia inducerent verba, & considero geminationem consistere in verbis illis, *Otros.* & in illis, *semejantes.* Idem enim importãt, nam dictio illa, *Otros.* est repetitiua similium †, ex capit. sedes, de rescript. glo. in. l. si fugitiuum. C. de seru. fugit. Bald. in. l. conuenticulam. C. de Episc. & cleri. & cum geminauerit expresse *semejantes*, manifestè colligitur, intentionem legislatoris in præsenti fuisse, vt similitudo hæc ita in præsenti sit capienda, vt licet alia verba non sint eiusdem termini, & eisdem verbis, sed diuersis prolata, si tamen, in qualitate sunt eadem, pœna contradictionis & solidorum nostri text. locũ habeat, nam secundum Bald. in. l. neque. ff. de legibus. illa dicuntur similia †, quorũ sunt diuersi termini, vna
75 vero ratio vel qualitas, non vero intelligantur hæc verba, *Otros desonestos semejantes*, de alijs verbalibus iniurijs in qualitate & substantia, sicut in terminis dissimilia, licet essent maiores, nam lex hæc in ijs sex hic expressis procedit quo ad cõtradictionis & solidorum

lidorum pœnam, & in alijs eadem iniurias significantibus, non vero in dissimilibus iniuriosis † verbis, licet grauiora essent, vt aduertit hic Didac. Perez, sub. l. 3. titu. 9 libr. 8. Ordinamen. pag. 231. colum. 1. ad finem. etiam si Plaça, de delict. cap. 1. num. 16. in fin. aliud velit philosophare & male à num. 15. non perpẽdens exemplum quod ibi ponit, de vocante alium Iudæum, non esse dissimile verbo, *Hereje*, nostri text. cum sit in qualitate idem, & sic in eo lex nostra locum habet, vt infrà dicemus. Et sic inquit optimè Auenda. in Tract. de iniuria, numer. fin. quod ex
76 verbis † subdolosis & indirectis ita fit iniuria, sicut ex directis, vt inquit Didac. Perez, in præsenti sub l. 2. titu. 9. libro. 8. Ordinamenti, pagina. 227. colum. 2. vbi exemplificat,
77 si alicui dicatur, Tu es bonus † vir vel bonus homo, per quæ verba communiter intelligitur, quod est cornutus, vel, bonus an sis, vel de bonis gentibus Deus scit, vel mater vestra, vel parens est bona mulier, vel ego non sum proditor, latro, aut homicida, nam & per verba ista indirecta & dissimilia iniuriatur quis, nam sub illis vis dicere, quod ego sum talis, attenta conditione vtriusque, vt probatur ex text. cum glos. in. l. 1. ibi, cum dicitur ne quid amplius. ff. ad Macedonian. & in Authentica, quibus modis nat. eff. sui. §. sed aliud super verb. hoc tantum. collatione. 6. &. l. si quis sit fugitiuus. §. 1. versic. Qui ea mente. &. l. qui tamen. §. ei qui seruum, cum ibi notatis super verbo, Amplius. ff. de ædili. edict. &. C. de postuland. l. quisquis circa medium, videtur expressum in. l. quòd Senatus. ff. de iniur. quæ iura ad hoc allegat Iacob. de Bello Viso, in practica criminali, capitu. 3.

Azeuedo super. 8.

super verbo, Animo iniuriandi. numero. 31. quia non est curandum de nomine, cum alias de substantia rei
78 apparet † & de eius effectu, vt. C. de constitut. pecu. l. 2. vbi nume. 34. inquit quod etiam solo nutu fit iniuria † & sic in verbo, Tu es bonus homo,
79 quod cornutus appelletur per hoc tenet Cardina. in capitu. ex literis, de consuetudin. & Neuizanis, in sua Silua Nuptia. libr. 4. numero. 76. & Boeri. consilio quarto, numero septimo. alios referens Didacus Perez, hic sub lege secunda, titulo nono, libro octauo Ordinamenti, columna. 227. versiculo, Et non solum. & consequenter idem erit si cuculum, vel cucurbitam quis
80 hominem † coniugatum appellauerit, nam & tunc ex communi hominem extimatione cornutus vocatur, secundum Parlador. libr. 1. rerum cotidia. cap. 17. num. 1. &. 2. vel si quis ad portam domus hominis coniugati apposuerit † cornua, vt ex. l. 6. ad fi.
81 tit. 9. par. 6. notatur. Eodem etiã themate retento, si quis mulierem coniugatam bonam mulierem appellauerit cẽsetur etiã eam † meretricem
82 appellare, vt & tenẽt dicti Doctores, & Soci. consil. 6. volu. 1. quam ad hoc remissiue refert Iul. Clar. in praxi crimi. §. iniuria. num. 1. idemque est si cõ iugatam appellaueris, *Pellejam*, vt tenet Didac. Perez. in. l. 44. titu. 19. libr. 8. Ordin. pag. 393. in fi. dicẽs ita vidisse practicari idem erit, si proditorem
83 † Galalonem appellem, vel, vt Sodomitam & Cynedum appelles aliquẽ vtaris verbo illo, quo Traso ille Terentianus Rhodium adolescentem
84 notauit, nempè, *Tute lepus es*, † *Et pulpamentum quæris*, vel si hyenam voces eum, vt inquit Parladorius, vbi suprà, numero. 5. vel (vt ad alia redeamus) si dixeris rixando

Y cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum aliquo, ego non sum proditor,
85 vel bonus † homo & similia vel non sunt de genere talium, vel, in genere meo non sunt sodomitæ, nam ex communi omnium intelligentia censetur alium talem vocare, secundum dictos & Didac. Perez, vbi suprà, pagin. 228. columna. 2. & Parladori. dict. num. 5. quia verba secundum communem hominum intelligentiam sunt intelligenda. ca. ex literis. 1. de sponsalib. quam dicit communem Euerard. & alij relati per Didac. Perez, dict. pagin. 227. colum. 2. & Cantera in suis quæstionib. crimin. sub titu. de homicidio, num. 57. & sic alios iniuriantes verbis ijs sub dolosis & indirectis eadem pœna pu
86 niendos esse, † sicut qui verbis claris & directis eadem verba protulisset, de quibus in nostra lege, tenet expresse Auendan. de iniur. numer. fin. contra Anton. Gom. tom. 3. Variar. capit. 6. nume. 3. nulla pœna talem afficiendum asserentem, quem reprobat Parlador. dict. cap. 17. nu. 5. & ita etiam videtur tenere idem Didac. Perez, in. l. 2. titul. 9. lib. 4. Ordin. column. 1490. allegando alios, vbi in column. 1491. idem dicit, si dixeris alicui me tædet de tali comdemnatoria contra te lata, & omnia hæc deducuntur ex verbis istis, quæ commentamus, *O otros denuestos semejantes*, Scilicet, quòd licet non sint eædem in verbis, in qualitate tamen & substantia idem sunt, & significant, & sic in eis, si sunt de substantia verborum sex nostri text. punietur ea, dicens, pœna contradictionis & solidorum nostri text. Ex quibus inferunt doctores, quòd vocans alium Iudæum
87 vel Maurum † punietur dicta pœna contradictionis & solidorum, nam vocans Christianum Iudæũ vel Maurum, vocat eum hominem non seruantem fidem Catholicam, sed Christianus eam non seruans hæreticus est, & consequenter verba hæc, *Iudio, o moro*, sub illo verbo, *Hereje*, nostri text. continentur, & sic teneri hunc sic alium conuitiantem palinodiam recantare & solidos nostri textus, soluere tenet Couarruu. libr. 1. Variar. capit. 11. num. 2. & Didac. Perez, in. l. 9. libr. 1. Ordinam. column. 53. in fin. cum sequenti. nam licet ibi videatur loqui de verbo, *Marranos* & *Tornadizos*, non est intelligendum loqui de ijs, sed de vocante alium, *Iudio, o Moro*, tum quia ipse allegat Couarru. vbi suprà, pro sua opinione, & sic intelligitur loqui secundum Cotam quam allegat, tum etiã quia vocans alium, *Marrano*, vel, *Tornadizo*, non tenetur Palinodiam cantare, vt est sine dubio, cum ex lege nostra non hæc cantandi Palinodiam, sed alia differens imponatur pœna, & ideo omnino dicendum est Didac. Perez. Ibidem locutum de verbo, *Iudio, o Moro*, vt ea proferens teneatur se desdicere, cum Couarr. vbi suprà & ita clarius ipsemet Didac. Perez, tenuit in. l. 2. titu. 9. libr. 8. Ordinam. pagin. 227. colum. 1. & Plaça de delict. cap. 1. num. 14. & late ac nouissimè sic in praxi cum Couar. esse receptum asserens tenet Humada in. l. 25. titul. 18. part. 2. in gloss. 1. num. 5. cum sequentib. vbi reprobat Parladori. & Salazar, modernos nostri temporis aliud tenentes, & inquit ibi Humada, quod communis vsus & praxis sic receptam habet opinionem de Couar. & semel iam vidi eius opinionem sententia iudiciali admissam, & sic fuisse decisum in consilio Cathaloniæ testatur Peguera in Quæstio. suis crimin. cap. 13. per to. maxime num. fin.

Ibi, *Desdigalo ante el Alcalde, y ante hombres*

hombres buenos. Cum in lege hac neq; in tota eius serie apponatur, *Ydiga que mintio en ello*, clare colligitur quod non tenetur dicere se mentitum, sed sufficit dicere verba aliqua per quæ
88 appareat † se contradicere, puta dicendo, quod ille de quo talia verba dixit est honoratus carens illa infamia, vel quod falsum de eo dixit, sufficiunt hæc & similia verba, vt se desdicere videatur, secundum text. in. l. 25. titul. 18. part. 2. & ibi gloss. ira tenet, & quod vbi lex expresse non requirit dici verba illa, *Que mintio en ello*, non teneatur se mentitum, sed alia verba per quæ contradicere se videatur, voluit etiam gloss. in. l. 8. titu. 3. partit. 7. & Humada in dict. l. 25. titul. 18. partita secunda, gloss. 1. vbi optime considerat quod lex nostra non dixit illa verba, *Que mintio en ello*, & cum non dicat, ne-
89 que nos dicere debemus, Sunt enim illa verba, *Que mintio*, grauiora quam si alijs verbis velatis se desdicat quis, vt puta, falsum dixi, nam possum dicere falsum, & putare dicere verum, sed vbi dicit quis mentitus sum, cessat hæc velatio, & consequenter est grauius, vt inquit Menesius, in. l. quamuis. C. de iur. & fact. ignoran. numero. 9. in medio, quem refert Humada, vbi suprà, nume. 2. Item quod non teneatur dicere se mentitum tenet Didac. Perez. à me relatus in. l. 6. titul. 8. suprà eodem libr. in gloss. fin. sed est quæstio de qua disputatum vidi iam inter aliquos & inuicem discrepantes, quid si quis accusatus est quod dixit aliquod verbum ex sex nostri tex. alicui personæ & per testes probatum est dixisse, ipse tamen in confessione negat se dixisse verba illa, & quod testes se ipsos fallunt, & falluntur, & quod non poterat illud dicere de il-

Azeuedo super. 8.

lo, quia est homo honoratus, & in quo illa iniuria non cadit, & tandem ante sententiam remissa est iniuria hoc pacto inter partes quod ista met verba coram testibus dicat pro-
90 ut dixit, an videatur istum † se desdixisse; & quibusdam visum est quod sic, cum id testibus probatum sit, & contra eorum dicta deponat. Alijs vero & forte melius contradicentibus quod non videtur se desdicere, nam cum ille non confiteatur, sed neget potius illa verba dixisse, non seipsum contradixit, nec Palinodiam recantat cum ipse cantasse neget, & propriè mihi ipsi contradico quoties dico contraria illis, quæ antea locutus sum, non vero alias & dicta testium mihi non faciunt contradictionem ad hunc casum, neque ego dico, Contradico me, de ijs quæ de me testes testificant, sed tantum: Contradico mihi ipsi, quoties contraria confessum sum, sed si eadem quæ dixi in confessione dico & nunc, vel non apparet antea me dixisse contraria ex ore meo ad ea, de quibus accuser: ergo non sum mihi ipsi contradictus per dicta verba, & si bene memini ita audiui per sententiam in quadam causa declaratum, & hoc ante sententiam procedere credo, post sententiam vero, in qua declaratum est reum verba illa dixisse, vel actorem id probasse, & ideo condemnatur ad contradicendum, tunc vtique se desdicere videretur per dicta verba: Vos latius suo tempore iudicabitis. Sed vt ad verba nostri text. redeamus, & eius principaliorem conclusionem in ijs verbis constitutam, scilicet, quod dicens aliquod ex verbis sex nostri textus, vel eis æquipollentibus teneatur Palinodiam recantare deueniendo, limitanda est pluribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

modis: & primo limitatur, vt non procedat quotiescumque iste accusatus prouocatus fuit ab accusatore
91 †, ita vt ex prouocatione eius motus fuerit accusator ea verba proferre, nam tunc non poterit condemnari ad contradictionem. Sed ad solidorum pœnam & exilium attenta qualitate personarum, nam vt inquit text. in l. qui cum natu maior. versic. Ignoscendum. ff. de bon. liber. ignoscendum est ei, qui prouocatus vleisci se voluit, nam quando quis prætendit vindictam ex iniuria sibi facta, ira, vel odio, videtur magis parcendum
92 †, quia vix potest quis dolorem proprium temperare, vt inquit Anto. Gomez. Tom. 3. capit. 3. num. 10. & facit text. in l. 1. §. cum aristes. ff. si quadr. Pau. fe. di. in quorum propositum multa dicunt Hippolyt. in, l. 1. in princi. num. 77. ff. de Sicar. & consil. 25. num. 48. volum. 1. & consilio. 105. num. 34. cum quatuor sequentibus. volumine. 2. & in pract. §. quoniam, num. 62. cum 3 sequentib. vltra doctores in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in alijs pluribus locis, adeò vt etiam si quis fuerit prouocatus verbis ipse vero prouocantem gladio offendat
93 † excusabitur, secundum Angel. in l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adulter. & Hippolyt. alios referentem dicto num. 77. & in consil. 73. num. 60. volum. 1. & consil. 80. num. 60. volum. 2. & prouocatus solo insultu cum armis etiam nõ percussus si occidit in continenti prouocantem non tenetur de homicidio
94 †, secundum Alexand. in additio. ad Bart. in l. non solum. §. sciendum. ff. de nou. oper. nuntia. & plures alios relatos per Hippolyt. consil. 25. num. 27. & consil. 68. num. 11. volu. 1. & in materia prouocationis vide aliud singulare verbum per eundem Hippol. singul. 455. Est tamen verum quod prouocato est parcendum, non tamen ad hoc, vt ex toto à pœna excusetur, sed tantum ad excusandum
95 cum à pœna † ordinaria imposita extraordinaria, secundum Abbi in cap. dilecti filij, de exceptio. Hippolyt. in pract. §. quoniam. num. 62. & eundem in dict. consi. 25. num. 22. volu. 1. & consi. 137. num. 8. volum. 2. & additio. Capellæ Tolosanæ, decis. 127. & per Iul. Clar. lib. 5. pract. crimin. §. finquæst. 60. versic. nunc quæro. qui in §. iniuria. num. 14. inquit quod iniu-
96 rianti licitum est † dicere, tu mentiris, vt & per Bosi. in pract. crimi. titu. de iniur. num. 6. & sic inquit Marian. Socin. cap. 1. num. 28. de iniur. quod si vnus aduocatus dixit alteri aduocato falsitatem, vel aliam turpem notam imponat, quod secure po-
97 test respondere †, tu mentiris, etiam sine protestatione, tutius tamen erit protestare, quod non est animo iniuriandi, & quod cum debita iudicis reuerentia hoc facit pro sui honoris conseruatione, & sic in propositũ nostri text. non tenebitur talis prouocatus, dicens aliquam ex sex iniurijs nostri textus Palino-
98 diam recantare † secundum Plaç. de delict. capit. 1. num. 21. & volunt Parlador. dict. capit. 17. num. 13. & hac de causa in accusationibus propositis contra taliter iniuriantem solet dici, *Sin le hazer in dezir cosa, por don de mal in daño le pudiesse venir.* Et consequenter hic prouocatus condemnabitur tantum in solidis nostri text. applicatis ijs, quibus per eum applicantur, & in exilio, & in alijs attenta
99 † qualitate iniuriati & iniuriantis, & temporis & loci, & hæc sufficiant pro hac prima limitatione. Secũdo limitatur, vt nõ procedat neq; habeat locũ hæc cõtradictiõis pœna in nobili alium

alium iniuriante, nobilis enim non tenetur se desdicere in casu in quo ignobilis teneretur, nam cum in-
100 famia sit se desdicere † & condemnatus in hoc infamia notetur ex. l. 1. ff. de his qui not. infam. l. qui cum vno. §. ad tempus. ff. de re milita. notat Plaça de delict. capit. 1. nume. 22. in princip. & Parladori. libr. 1. Cogid. cap. 17. num. 16. nobilis nõ est condemnandus pœna ignominio
101 sa † secund. Fulgos. consil. 167. cuius meminit Couarru. lib. 2. Var. capit. 9. num. 4. & Plaç. vbi suprà, num. 23. vbi alia allegat in propositum, & licet antea vt ex eo ibidem apparet hæc in opinione doctorum consisterent, iam ex lege nostra remanent expedita expresse disponente, non teneri nobilem se desdicere, ita vt in nostro regno nihil hoc dubitationis habeat, prout tenent ibi Plaça, & ab eo relati, & Didac. Perez, hic & addicio Bernar. Diaz, in pract. Cano. cap. 66. in addit. se mentitum, & Humada in l. 23. titu. 18. partit. 2. gloss. 2. nu. 4. & Menes. d. l. 1. nu. 9. C. de iur. & fact. ignon. adeo vt vxor nobilis nõ teneatur ad cõtradictionis pœnã
102 † gaudet enim nobilitate viri, imo & vidua, si nobilis fuit suus maritus, gaudet etiam quo adhoc ipsa vidua nobi
103 litate mariti, vt per Plaçã vbi sup. dicto capit. 1. numer. 23. versic. hinc ex eodem fonte, adeo vt etiã si mulier nobilis nubat viro ignobili gaudet sua nobilitate, quam quoad hoc ne
104 incurrat infamiã, non perdidit † vt dixi in l. 9. titu. 11. num. 7. libr. 2. supra, & tenet Plaça, dict. cap. 1. numer. 26. quicquid in hoc voluerit & male tenere Parladori. vbi supra, num. 10. & Salazar de vsu, & consue. capit. 1. numero. 85. cum sequentibus, & Anto. Pichardus in quadam sua disputatione, ad. l. 3. &. 7. C. de murileg. libr. 11. nume. 46. vbi nos allegat sequens

Azeuedo super. 8.

& male Parladori. & Salazar. Et consequenter etiam male asserit Lucas de Penna, in l. mulieres. C. de dignit. libr. 12. existimans viduam ignobilem nubentem viro nobili ad tri-
105 buta teneri pro rebus † suis, nam est falsum ex dictis, & ex text. in dict. l. 9. titu. 11. libr. 2. suprà, sed an doctor gaudebit hoc priuilegio ne teneatur
106 se desdicere †, & teneo indubitanter quòd gaudebit, etiam si non graduatus sit in aliqua ex vniuersitatibus relatis à l. 8. &. 9. titu. lib. 1. suprà. Sed in alia qualibet vniuersitate approbata tamen sufficiet, vt hac prærogatiua gaudeat, imo etiam si non legant neque aduocent, nam vltra quòd scientia nobilissimum facit, & est vna de causis, & formis, quibus nobilitas acquiritur & per. l. 3. titulo 10. partit. 2. æquiparantur nobiles
107 † scientia nobilibus genere, prout diximus in. l. 1. titu. 16. libro. 2. suprà, & in rubrica titulo secundo, libro sexto, suprà, doctoratus est di-
108 gnitas † textus, in capitulo quanto de magistr. late Montolonsius referens prærogatiuas doctorum in suo Promptuario iuris, verbo, Doctor. litera. L. & hanc communem opinionem testatur, Bonus de Curtili, in tractat. de nobilitat. 3 parte, nu. 100. volumine. 16. Tractatuũ doctorum, & sic ob dignitatem inquit Cassanc. in consuetu. Burg. tit. de stroict. rub. 4. §. 19. *Entre gens nobles*, num. 1. ex Cyno in. l. prouidendum. C. de postuland. & Alexand. consil. 94. volumine. 1. quod doctor dicitur magis nobilis
109 quam nobilis sanguine † & sic etiam quanuis actu non legant, neque ad
110 uocent torqueri † non possunt, vt dixi in dict. l. prima, titul. decimosexto, libro secundo, supra, & late per Auiles in proœmio prætorum. n. 21. ante & post. & admittũtur
111 ad prærogatiuas † & officia nobiliũ vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

& per Ioann. Garsi. de nobilit. glo. 35. num. 4. cum sequentib. & sic non tenentur hospites recipere, neque ad
112 custodiam † publicarum portarum, neque ad alia onera personalia neq; realia, de iure vt ibi per ipsum Ioann. Garsi. neque torqueri possunt, neque
113 † incarcerari pro debito ciuili, non descendente ex delicto secundum dictos Doctores, maximè Auiles, & cũ has & alias prærogatiuas nobilium
114 consequantur imo & vxores eorum † & filij eis gaudeant, vt per dictos Doctores, & per nos in dict. l. 8. titu. 7. libro primo, suprà nimirum si neque se desdicere teneantur tales Doctores, etiam si actu non legant, neque
115 aduocent, neque vxores eorum † nec filij, prout voluit tenere Auiles dict. procœmio prætorum. num. 21. dum ibi æquiparat doctorem nobili sanguinis se non desdicenti, & quia ibi numero. 27. expresse in Licentiatis inquit eos, neque vxores eorum non teneri se desdicere, & Plaça de delict. dict. cap 1. numer. 23. versicu. hinc etiam, quòd intelligo si aduo-
116 cent vel legant: quia licentiatura † non est dignitas sicut Doctoratus, imo & Bachalaureus si aduocet eadem
117 prærogatiua gaudebit †, quia nobilis est ex scientia & aduocatione, vt ex dictis per Garsiã dict. glos. 35. num. 10. & sequentibus colligitur & fundatur, & à nobis dictis in dict. l. 1. titu. 16. libr. 2. suprà, & Garsia in dict. glo. 35. num. 31. cum sequentibus de Bachalaureo tantum discreparat, & vult, quod si aduocat idem est, secus vero aliàs, & sic teneo, (alijs quantum vis mordentibus) Doctorem in qualibet Vniuersitate approbata doctoratum, etiam si non legat neque aduocet, non teneri se desdicere, & gaudere prærogatiuis
118 omnibus, quibus nobiles † sanguine gaudent, item & eius vxores & filios, itidem gaudere, Licentiatos veros & Bachalaureos & vxores eorum
119 tantummodo † si aduocent, vel legant, non vero alias, neque obstant illæ leges. 8. 9. titu. 7. libro. 1. suprà, quia vt ibi dixi, leges illæ, solum loquuntur quo ad exemptionẽ tributo
120 tum † Regiorum, quo ad hanc enim non gaudent Doctores & Licentiati alibi, quam in vna ex Vniuersitatibus ibi declaratis graduati, licet leges illæ non excludant, an idem sit si aduocent vel legant, ideo nimirum si aduocati sint teneri possit etiam quo ad exemptionẽ tributorum dictorum quod sint exempti videlicet graduati in Vniuersitate approbata, quia cũ leges illæ de officio aduocationis non meminerint, neque illud excluserint, nimirum videtur quod id quod lex non dicit, neque nos dicere debeamus, maximè in Doctoribus aduocantibus, vel legentibus, in quibus ita voluit Auenda. cap. 14. præto. num. 29. libr. 2. & Garsia dict. glos. 35. num. 4. 5. & 6. & examinat noster Gutierrez in libr. 1. Practic. quæstio. quæstio. 23. per totam, & licèt id tentari posset, tamẽ, vt dixi in eadem lege. 8. titu. 7. lib. 1. suprà, & ibi Gutierrez, dict. quæst. 23. difficulter quoad tributorum exemptionem obtinebitur in alijs, quam in graduatis in aliqua ex dictis Vniuersitatibus ibidem declaratis, sed licet quoad commoda hæc non gauderent, non est ex hoc dicendum, quoad opprobriosa & injuriosa, prout est desdicere, non gaudere, gaudebunt enim sicut in vidua nobili, ignobili nubenti diximus suprà, in. l. 9. titu. 11. libro. 2. suprà: & sic hæc sufficient pro secunda hac limitatione nostræ legis. Tertio limitatur lex nostra, vt non procedat quoties iniuriatus se cum iniuriante præstita iam querela & causa introducta reconciliauerit †, nam ante præ-
121 stitam

stitam querelam iudex ex officio procedere non poterit, vt apparet ex. l. 4. infra eodem, vbi dicemus, ex qua lege sumitur vnus modus remissionis, scilicet, si iniuriatus non querelat, tunc enim iudex non potest procedere ad condemnationem con
122 tradictionis †, imo neque ad informationem, secundo fit remissio, si pars iniuriata abstineat se ab iniuria
123 & eius accusatione † & indulgẽtiam iniurianti concedat, nam si per pactum, transactionem, aut iuramentum fuerit remissa & extincta iniuria, non potest amplius per remittentem agi, vt. ff. de iniur. l. non solum. §. 1. versi. proinde. iunctis quæ notantur. ff. de pact. l. si tibi. circa principium, & hoc verum si pactum fuerit factum post iniuriam cõmissam. Secus si ante, quia tunc non va
124 let † tanquam super delicto futuro factum, vt. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pact. & l. si vnus. §. illud. & §. pacta. ff. eodem titu. & in. l. pacta. C. eodem titul. hæc tamen vera sunt & procedunt quoties ille, qui facit tale pactum remissionis iniuriæ est persona, quæ id facere potest, sine alterius licentia aut consensu, secus ve-
125 to si est persona alicui subiecta † puta monachus, seu prælatus, quia tales nullo tempore possunt remittere, vt notatur. 24. quæstione. 4. cap. is qui. & extra de sentent. excommunic. cap. parrochianos, quod intelligo quo ad iniuriam acquisitam, seu
126 natam ipsi monasterio, secus tamen quoad suam personam † ex. l. 1. §. vsque adeo, cum ibi notatis. ff. de iniur. & facit. l. 10. titulo nono, partita septima. Anto. Gomez, tomo tertio, capit. 6. numero. 6. & sic intelliguntur iura dicentia, quod quis non potest venire contra factum suum, & quod quis potest renuntiare iuri sibi acquisito ex. l. post mortem cum ibi notatis circa principium super verbo, Factum. &. l. per fundum. ff. de seru. rust. præd. &. l. si creditoribus, C. de seru. pigno. dat. manumis. & l. 1. C. ne fisc. rem quam vend. libro decimo. &. l. pactum, in fine. ff. de pact. &. l. penultim. C. de pact. Sed an religiosus, qui iniuriam quo ad se remisit, possit agere nomine
127 monasterij † contra iniuriantem dicendum est quòd sic, ex gloss. l. si tibi. C. de euictio. &. l. si procurator. ff. de dol. exceptio. &. l. iubemus, *La grande*. §. sane, in quæstione Sabbatina. C. de sacrosanct. Eccles. &. l. vnica. §. & cũ lex Iulia. C. de rei vxo. actione. & de iure dotium. l. si prædium. & gloss. in capit. nosti, extra de electio. circa medium glossæ. & in alijs iuribus allegatis per Iacob. de Bellouis. in pract. crimin. libro primo, super verbo, Animo iniuriandi. numero sexagesimosexto, pagina trigesimaquarta, in paruis: vbi idem dicit de iniuria facta reipublicæ, quia
128 nemo priuatus † potest de ea paciscí, neque quoad hoc vt delictum remaneat impunitum, vt ibi numero 67. &. 68. &. 69. cum duobus sequentibus. Sic & si iniuriatus est filius familias constitutus in patris potestate, nõ potest iniuriam sibi factam remittere, sed pater ipse † est qui illam re-
129 mittere potest, vt est tex. in. l. in persona. ff. de pact. & Instit. de iniur. §. patitur, nam non potest filius regulariter esse in iudicio, vt. l. fin. C. de bon. quæ lib. l. 9. titu. 9 p. 7. & melior lex in remissione loquẽs, in. l. sed & si vnius. §. ait prætor. ff. de iniur. quam alias ad hoc allegat Anto. Gom. dict. cap. 6. n. 6. & cõmunem testatur Pinel. in. l. 1. C. de bon. mater. 3 part. nu. 105. etiam † inuito filio, vt per Hippol. singul. 573. & Pinel. vbi suprà. & Didac. Perez, in. l. 1. tit. 11. libr. 1. Ordinam. col. 296. in fine, etiam si Azo. & Hostiens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

relati & secuti per Pinel. vbi suprà, & ipse cum eis teneant contra hanc cõmunem, dicens eam esse iniquam, & contra communem est verior opinio, sed meo videri cõis est tenẽda & sequẽda, & cotidie practicatur, neque obstat fundamentum ipsius Pineli in quo vult fundare iniquitatem dictæ communis opinionis, scilicet, quòd æstimatio pecuniaria iniuriæ filio adquirenda est, & consequenter in detrimentum filij esset remissio patris, cuius potestas ad vtilia restringitur, nam cessat hoc fundamentum ex præsumptione iuris communis disponentis, meliorem amicum neminem habere, quam patrem, in quo circa vtilia filio, & ei honorabilia nihil mali suspicandum est †, nisi quod vtilius & honorabilius fuerit filio faciet, sed nonnc aliquando & quasi semper etiam quo ad mundi vanitates rectius est iniurias in publico iudicio non versari, sed componi potius & remitti, hoc autem quis melius faciet, quam pater, certe nullus, ergo si pater remisit credendum est meliora prouidisse filio, & sic cessat dictum fundamentum contra cõmunem, & vera est communis, imò & facilius filius remitteret in detrimentum suum quam pater, imo & nummis id faceret, quod ignominiosum est, vt infrà dicemus, & consequenter melius est id de remissione iudicio patris relinquere. Limitatur tamen hæc communis, vt non procedat quoties iniuria fieret à coniuncta persona: quia tunc pater non potest eam remittere † secundum Bar to. & omnes per text. ibi in. l. latius. ff. soluto matrim. Roma. singul. 92. & Hippolyt. dict. singul. 573. & Dida. Perez, vbi supra, colum. 297. in princ. & communem testatur Pinelus, vbi supra, dict. num. 105. versic. Qui omnes. & in versic. Retenta. vbi tamen ipse tenet etiam contra hanc communem limitationem, sed communis est sequenda, & procedit non tamen vt tacite non possit pater remittere iniuriam factam filio suo familias per coniunctam personam, verum neq; expresè †, vt per Pinel. vbi supra, in fin. & bene. Aliter enim limitatio inepte fieret. Secundo limitatur dicta communis, vt non procedat si pater esset vilis & abiecta persona, nam tunc remittere † non posset iniuriam factam filio suo familias. vt ex dict. l. sed si vnius. §. filiofamilias, de iniur. notat glo. in dict. l. in personam. ff. de pact. quam sequuntur ibi omnes, & Maranta in pract. 6. part. num. 61. fol. 308. & Anto. Gom. dict. capit. 6. Tertio limitatur, nisi ex tali iniuria publi cum crimen resultaret †, ita vt respublica offenderetur, nam tunc etiam si pater remittat poterit filius tanquã vnus de populo accusare, si ætatem legitimam habeat, quia quod attinet ad ius publicum nihil inter patrem & filium, neque de patria potestate curatur. Speculator in titu. de iniur. in princip. num. 12. Vlterius etiam & pupillus tutorem vel curatorem habens, absque eorum authoritate iniuriam † remittere non poterit, vt receptum tradit Alcia. in. l. pactum, nu. 16. C. de pact. teste Pinelo, in dict. num. 105. in princ. Imo neque de morte patris transigere poterit minor, sine tutore † vel curatore, cum ea tamen poterit secũdum Speculat. tit. de homicid. §. illud autem, quã communem testãtur plures relati per Menes. in. l. transigere, nu. 64. C. de transactio. vbi ampliat quod tunc ipsi pupillo maiori facto nõ liceret venire contra talem † transactionem & quòd in hac specie non procedent dicta Guido. de Suza. & Alberici. dicentium id esse verum, quoties liquido non constaret de offensa patris pupilli vel minoris, secus verò si constaret, nam id non est verum, † & communiter reprobatur, secundum Iul. Clar. libr. 5. practi. crim. quæstione. 58. nu. 27. & Anto. Gom. Tom. 3. ca. 3. num. 66. Sed indistincte potius poterit fieri dicta remissio † de morte patris per tutorem, vel curatorem minoris filij talis patris, adeo quod si tutor est absens ita quod non speratur reuersio, possunt adiri cõsanguinei minoris huius, & facere transactionẽ, secundum Suarez, in tit. *De las dendas*, 7. limitatione in princip. folio. 49. ita vt neque decretum iudicis † in hoc requiratur, vt communem testatur Clarus dict. num. 27. vbi hæc intelligit dum tamen non sit dedecus pupillo concordiam † illam fieri per tutorem, vel curatorem suum, secus vero aliàs, prout, & tenet Dida. Per. vbi supra, colum. 297. lib. 1. Ordinam. Item hæc intellige in tutore, vel curatore generalibus, qui fide iubent, & inuentarium conficiunt, & alia de iure necessaria, secus in particularibus, † vt in curatoribus ad vnũ actũ vel ad lites, secũdum Clar. vbi supra, sed adhuc omnibus consulo † tutoribus, & curatoribus, vt cõcordias has faciant, cum authoritate iudicis, & habita vtilitatis informatione, quam tunc facere poterunt, post autẽ rem potiũ labẽtibus, & in tẽpore, in quo calculationes debent reddere, facere non poterit, & obligabitur ad damnum, si id vtile non fuit minori; & sic vt consulant sibi tutores, & curatores id faciant, & sic semper consulo, quod minor consentiat si maior est, 14. annorum, & iuret, & ita adhibita causæ cognitione, & decreto iudicis etiam curatores ad lites id poterunt facere prout pluries fieri vidi in hac nostra ciuitate. Sed an procurator cum liber ad id poterit † tradit Clarus vbi supra numero. 28. & inquit quod

non, sed quod speciale ad hoc requiritur mandatum, vbi num. 31. quærit quid si maritus occidit vxorem, an si lij poterunt patri remissionem facere, † vide ibi, vt ad alia nostræ materiæ deueniamus. Quid autem de iniuria facta seruo, vel vassallo an possit Dominus remittere † eam vide optimam. l. 9. & 10. tit. 9. part. 7. Quid autẽ in iniuria facta vxori, an remissio competat marito, & si maritus remiserit, † vxor excludatur, dixi in l. 8. titu. 1. nu. 32. libr. 5. supra vbi num. 33. & 34. quid in filio velato si iniurietur, an poterit † ipse remittere sine patris consensu, & dixi quod sic. Vnũ tamen est notandum, quod remittẽs iniuriam pro pecunia infamis est nisi fiat authoritate iudicis, † secundum gloss. capit. si ille. 23. quæst. 4. & additio, mag. ad fin. decision. 127. Capellę Tolosanæ.

Sed an priores, & anciani possint remittere iniuriam factam † ciuitati, dicendum est quod non, secundum Bal. in. ca 1. §. iniur. de pace iur. fir. in vsib. feud. per. l. prohibere. §. plane, ff. q. vi aut clam. nisi totũ conciliũ cõgregatũ remittat, † nã tunc posset vt inquit Marian. Socin. ca. olim nume. 44. de iniur. Quid autem erit in Episcopo, † vel prælato, an possit remittere iniuriam factam Ecclesiæ suæ, vel clerico sibi subiecto, & gloss. in. c. si is qui. 24. quæst. 3. arguit pro, & contra, & remanet cum opinione negatiua, scilicet, quod nõ possit, eò quòd meliorem, & non deteriorem potest facere prælatus conditionem Ecclesię, quia est procurator, & non Dominus, idem tenet gloss. in cap. contingit in gloss. 1. in princip. de senten. excommunica. vbi Innocenti. & communiter Doctores ita tenent, teste Marian. Socin. vbi supra, num. 34. quę cum sit communis tenẽda est etiam si ipse ibidem aliud velit distinguere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum licentia tamen superioris id fieri posset, præstita vtilitatis informa-
154 tione Ecclesiæ ex remissione † proue-
nientis. Sed an remissa iniuria vi-
155 deatur remissum † ius accusandi, &
pœna, dicendum est, quod non est re
missum ius accusandi, & iniuriam de
ferēdi ad exteriorem iudicem ex eo 161
156 quod iniuriam passus in animæ † iu-
dicio eam dimiserit, & condonauerit, si quidem ea remissio ad odium, & rancorem pertinet, non verò ad ius accusandi, Bartol. in l. non solum, §. 1. ff. de iniur. & in. l. si tibi. §. 1. ff. de pact. vbi Alexand. testatur hanc esse communem opinionem teste Coua. libr. 2. Varia. cap. 10. nume. 7. versicul. Tertium constat, & Villalpando in l. 22. titu. 1. parti. 7. part. 3. quæst. 3. fol. 162
164. nisi plena remissio fiat, nam ille, qui habet duo remedia, remittendo
157 vnum † retinet aliud, text. in. l. si domus. ff. de seruit. vrb. quem, & alios allegat Villalpand. in eadem. 3. parte, quæst. 1. in princip. nisi secundum eũ ibi quæst. 3. num. fin. fol. 164. adesset
158 plena † remissio, ex quibus ipsemet Villalpando ibidem in fol. 147. num. 17. inquit, quod remissio facta per
159 mortifere † vulneratum in articulo mortis nihil præiudicat iuri accusandi vulnerantẽ, quia censetur ob mortis periculũ, & ob conscientiæ fauo- 163
rem id fecisse, & Iulius Clar. in pract. crim. lib. 5. §. fi. q. 58. vers. quęro pone, vbi inquit semper senatum censere huiusmodi remissiones per vulneratos factas in mortis articulo non valere, & sic vidi eis nõ obstantibus hæredes talis vulnerati eo mortuo procedere, & sententiari ac si nulla remissio facta fuisset, imo & quanuis quis quoad forum exterius, & exteriorem accusationem remiserit iniuriam posse adhuc iniuriam passum
160 agere quo ad damna, † & expensas, 164
quæ sibi intulit lęsio, quąque ipse ministrauit causa illati vulneris, hæc enim distincta sunt ab ipsamet iniuria, secundum Ancha. & Abb. in cap. 1. de iniuri. Speculator de accusatore §. primo, versicul. quid si vulneratus, numero octauo, quo in loco scribit id procedere etiam si accepta pecunia † remissio iniuriæ facta fuerit, ex glos. in capitul. si canonici, de offic. Ordina. in. 6. & Bald. & alijs relatis, & secutis per Couarruu. vbi supra, dict. numero. 7. versiculo, quarto eodem iure, vbi id latius declarare conatur, & exprimere, & Iuli. Clar. libro 5. pract. crim. quæstione. 58. numero 38. & 39. Plaça, de delict. capitul. 6. numer. 40. cum sequentibus, & glos. 11. in l. 4. titul. 18. part. 2. quod tamen intelligo, nisi remissio † plena sit. Putà remitto omnem actionem criminalem, & ciuilem, nam tunc & damna, & expensas remisisse censetur, & Villalpando in dict. foli. 147. numero, 19. & 20. & Plaça, in dict. numero. 40. & sic quotidie practicatur, dũ tamen non fiat vt dixi, gratis & in articulo mortis, nam tunc nihil valent tales remissiones, & sic resumuntur dicta in hac materia per Marian. Socin. in dict. capit. olim nu. 45. cum sequentibus de iniuri. sed vt nil omittatur, sciendum est etiam, nunquid quis teneatur remittere iniuriam, † & in hoc cõmunis conclusio est quod rancorem, & odium tenetur quis remittere. 80. distinctione. cap. si quis constitutus, glos. satisfactionem. in capi. ad Apostolicæ de re iudi. in. 6. glo. in cap. 2. de homici. in. 6. & alia quæ allegat Maria. Soci. in ca. 1. de maledi. qui in dict. cap. olim numer. 29. de iniuri. hanc communem testatur, non tamen tenetur remittere damna, & expensas, & emendam damni, & iniuriæ, & sic neque ius accusandi apud
iudicem, † & authoritate publica vindicandi propriam iniuriam, vt ex-
dictis

dictis iuribus, & glosis probatur, & tenet Socin. dict. num. 45. & Couarr. lib. 2. Variar. dict. capit. 10. numer. 7. in princip. vnde fit secundum Couarr. ibidem, vt etsi accusatio iusta sit, si tamen præcipua accusantis intentio
165 non tendat ad vindictam publicam, nec ad iniuriæ punitionem, & satisfactionem, sed ad proximi lęsionem in eius odium, mortale crimen † accusa
166 tor committat, vt docet D. Thom. 2. 2. quæstio. 108. artic. 1. & ideo si principalis intentio recta sit, licet humana fragilitate animus in affectum aliquẽ aduersus reum labatur, non statim
167 est culpæ mortalis † arguendus, ex mente eiusdem Thomæ, & Syluest. verbo. accusatio. §. 5. & Couar. vbi supra, qui priorem partem probat ex. c. accusasti, de accusatio, prout ibi Innocent. Abb. & communiter Doctores tenere asserit, secundam vero partem probari ratione testatur, scilicet quia vindicatio authoritate publica, & accusatio, actus est iustitiæ, ideſt
168 virtutis, † qui prohibitus non est, sicuti in hac specie probat Tho. vbi supra, artic. 1. & 2. & Caieta. ibi, Soto & Nauarr. & alij relati per Couar. vbi suprà, in dict. numer. 7. in princi. quæ notanda sunt, quia quotidie per contraueris de ijs, & num liceat Christiano alium accusare, † & in quibus casi
169 bus vide Tyberi. Decia in tract. de delict. Tom. 1. lib. 3. cap. 4. per totum, & an homo sit Dominus † sui honoris & famæ, vide late per Michael Saló, in disputatione de iustit. super Tho. 2. 2. quæst. 3. de dominio, artic. 3. pag. 365. cum sequen. Quarto modo, re-
170 mittitur iniuria si iniuriatus allocutus est iniuriantem, † & saluratus est eum, præsumitur enim se cum eo reconciliasse, secundum Bald. in. l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. per text. optimum in cap. omnis. 24. quæstio. 1. quem ad hoc allegat glos. in cap. Adrianus. 63. dist. & Alexand. ponens istum casum in additio, ad Bar. in l. non solum §. iniuriarum. ff. de iniur. vnde si iniuriatus post iniuriam
171 caput aperiat iniurianti non potest agere † actione iniuriarum contra cum, ex mente omniũ præcipuè Bal. in l. in ipsius. C. famil. hercis. cuius ratio est, quia apertio capitis est genus
172 salutationis, † & per consequens debet censeri remissa iniuria, per prædicta, idẽ & à fortiori si cõuersatus est
173 cum iniuriante † remittitur iniuria, quia quando inimici inuicem cõuersantur vt amici, † præsumitur facta
174 concordia inter eos, secundum Bal. in dict. l. in ipsius, nume. 2. quę sequitur glos. 3. in l. 22. titu. 9. part. 7. communicatio enim, & conuersatio parit amicitiam, † Argumento tex. cum
175 glos. in cap. innotuit de electio. & in isto casu potest etiã verificari, quod inquit text. in. §. fi. inst. de iniur. quod dissimulatione tollitur actio iniuriæ, qua quidem ratione, & per contractum celebratum inter ipsos iniuriãtem, & iniuriatum crederem actionẽ iniuriæ tolli, † ex mente eiusd. Bald.
176 dict. nume. 2. quia celebratio contractus est quædam amicorum conuersatio, & multo fortius dicendum si iniuriatus se associauit cum iniuriante,
177 † ex text. in dict. l. 22. titu. 9. parti. 7. & idẽ si risit, vel lusit cũ illo, † secũdum
178 glo. & cõmunẽ in dict. §. fi. quã sequitur glos. d. l. 22. in glos. fin. & idem est si iniurians gratum seruitium iniuriato fecit, † secundum Bald. per tex.
179 ibi in dict. l. in ipsius, & glos. dict. l. 22. glos. 3. & idem est quando iniurians antequam recederet ab illo loco dixit iniuriato, quod id quod dixit contra cum est falsum, † & quod pœnitet
180 eum illud dixisse, nam renocatio verborum iniuriæ, siue ex iracundia, siue ex proposito dictorum, facit cessare actionem iniuriarũ, secũdum Angel. in. l. si

Universidad de Deusto
Biblioteca

in. l. si non conuitij. C. de iniuri. quem referens plures alios idem tenẽtes sequitur Thom. Ferratius. Cautela. 39 sed iste casus non satisfacit & in practica non obtinebitur, & con-
181 traria est † communis, vt attestatur Clarus lib. 5. sentent. § iniuria, & iterum ibidem quæstione 16. nume. 5. & quæst. 60. num. 21. nam in nullo deli-
182 cto eo cõmisso prodest pœnitentia, † nisi in crimine hæresis, vt inquit Clarus dict. num. 21. vbi addit quod licet hæretico pœnitenti parcatur, si quis tamen alium falsò accusauerit de hæ-
183 resi, nõ potest iste pœnitere, † ad hoc vt euitet pœnam, sed omnino puniẽdus est, vbi inquit ita vidisse iudicari & fuisse iudicatum, est tamẽ verum, quod si dum iniurians protulit verba pœnitentiæ, iniuriatus respondit
184 se non habere † pro iniuriato, neque velle id prosequi remissa est iniuria, ex. l. 22. titu. 9. partit. 7. Similiter etiã si iniuriatus cum iniuriante in vna
185 met mensa comederũt, † & biberũt censetur remisisse iniuriam, secundum gloss. in dict. §. fin. insti. de iniur. notat Sal. in l. 1. ff. de pact. & est text. in dict. l. 22. titul. 9. partit. 7. isthæc tamen omnia, & remissionem iniuriæ per conuersationem, locutionem, comestionem, salutationem, lusum ac risum, contractum, & similia procedunt regulariter nisi id iniuriatus fe-
186 cerit ex necessitate † vrbanitatis, vel honestatis, veluti si ambo fuissent in uitati, vel positi ad vnam mẽsam, vel simul receperunt pacem in Ecclesia, quia tunc non censetur remissa iniuria, secundum Fab. & Ang. ita exemplificantes in dict. §. fin. inst. de iniur. & Anto. Gom. Tom. 3. cap. 6. num. 15. in fin. & gloss. *Comiesse*, in dict. l. 22. & Plaça de delict. cap. 6. num. 43. & addi tio. Capellæ Tolosa. decisione. 233. Sic neque erit remissa iniuria si procurata sit per iniuriantem † conuer-
187 satio hæc & eius salutatio, & communicatio, vt iniuriatus perderet actionem, nam tunc non perdet, cum de iure vt alibi diximus remedia procurata obsunt potius quam prosunt, ex l. 2. §. fi. ff. si quis cautio. notat Tyraq. de vtroque retract. titu. 1. §. 35. gloss. 4. num. 29. Item & tertio non censetur per has tacitas remissiones iniuria remissa quoties ante quam conuersaretur comederet, salutare, biberet aut rideret, siue contraheret iniuriatus cum iniuriante, iam iniuriatus
188 accusauerat iniuriantem coram iudice, † & lis super hoc erat iam proposita, & citari fecerat iniuriãtem: nam tunc non censetur remissa iniuria neque eius actio, secundum additio. decisi. 127. Capellæ Tolosanæ, & iterum decisio eiusdẽ Capellæ Tolosa. 233. & ibi addit. & Marian. Socin. dict. colim num. 45. extra de iniur. vlterius etiam, & quarto iniuria censetur remissa si iniuriatus per annum tacue-
189 rit, quod nihil perierit † contra iniuriantem, vt probat text. singula. in. l. si non conuitij, in fin. C. de iniur. l. 22. titul. 9. parti. 7. siue actio iniuriarũ descendat de iure ciuili in tribus casibus, † scilicet, quando quis pulsatus
190 vel verberatus est ab alio, vel domus eius per vim introita, quos ponit text. in. l. lex Cornel. ff. de iniur. siue de iure prætorio, secundum gloss. 2. in. §. sed & lex Cornelia. ff. de iniur. insti. & aliàs allegatus per Anto. Gom. ita tenentem in dict. cap. 6. nume. 5. & Plaçam dict. cap. 6. nume. 43. hanc communem dicentes, & magis communem restatur gloss. per tex. ibi in dict. l. 22. in gloss. 1. & annus iste intelligi-
191 tur continuus, † secundum gloss. in dict. l, si non conuitij, & gloss. 1. d. l. 22. pro quo est gloss. communiter recepta, in Rubrica. ff. de diuers. & temporalibus præscrip. dicẽs quod tẽpus
192 prolatũ à lege cẽsetur esse cõtinuũ, † & non vtile, de quo per Cano. post gloss. ibi verbo. continuum, in Clem. vni. de in integ. restit. & tenet Clarus
193 in dict. verbo. iniuria. nume. 9. imo & currit annus iste ignoranti etiam, † secundum addition. Capellæ Tolosa. 127. & Bald. & alij relati per Tyraqu. vbi suprà, numer. 18. 19. & 20. contra Bartol. & alios ibidem per eum relatos in num. 6. & Bosius in pract. crim. titu. de iniur. num. 23. adeo vt neque
194 minor restituatur aduersus lapsum huius anni, † secundum Anto. Gom. Tom. 3. cap. 1. numer. 7. vbi & inquit,
195 quod & officium iudicis tunc cessabit. † Omnia tamen dicta intelliges, quod per salutationem, comestionẽ, risum, conuersationem, vel anni lapsum cesset actio iniuriarum, est ve-
196 rum quoad vindictã non tamen quo ad damna, † & expensas, vt in remissione expressa remanet dictum, & tenet expresse Anto. Gom. dict. Tom. 3. cap. 6. num. 15. in fin. & Plaça dict. cap. 6. num. 43. quibus satis habet expedictum hunc casum in quo pœna contradictionis cessat, ob aliquot ex verbis nostri text. Vlterius & cessabit Palinodiæ recãtatio quoties iniuriatus est vilis persona, & iniurians persona altior plus perdens in cantando Palinodiam, quam vilis iniuriatus ex in-
197 iuria, † & quod in chancellaria regia inspecta persona, & qualitate commutabitur pœna *De desdezir*, in relega-
198 tionem † tenuit Alcocer, relatus, & secutus per Auiles. in proœmio cap. præt. num. 20. ad fin. vbi pro hoc considerat. l. 2. titu. 9. lib. 4. Ordinam. sed ista lex mihi hoc nõ probat, quæ est lex. 2. titul. 8. suprà isto lib. licet dictũ non mihi displiceat, de qualitate tamen iniuriati, & iniuriantis iudex arbitrabitur, cessat hæc etiam contradictionis pœna, & palinodiæ recantatio quoties quis nõ per modum iniu-
199 riæ, sed referendo † alijs ea quæ audi-

uit, aliquot ex verbis nostri text. retulit an diuisse, cò quòd referens non in-
200 fert iniuriam, † secundum gloss. in. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. quam in hoc sequitur Sylua nuptialis in proœmio, num. 5. & Deci. in cap. iurauit num. 1. extra de probatio. & sic referens verba instrumenti, vel partis contrariæ non censetur
201 ea approbare, † secundum Paul. num. 4. & Sal. num. 6. in dict. § idem credendum, imo neque peccat referẽs audiisse peccata † aliena, secundum Na-
202 uar. in Manual. ca. 18 num. 47. de quo per Michaelem Salon, in disputatio. de iust. in. 2. 2. Sanct. Thom. quæstio. 62. artic. 2. controuersia 22. pagi 702. & in quæst. 72. ar. 2. cõtrouersia 11. pag. 1731. quæ tamen intelligo nisi talis
203 referens dolo malo id faciat, † nam tunc non excusabitur, vt inquit Symanc. de insti. Cathol. titu. 17. nu. 18. & sic tenebitur probare si accusetur
204 † se amicum illius, & quod casu, & in conuersatione id retulit, non animo conuitiandi, vel quod à tali illud audiuit, aliter enim suspectus erit, nã ex dictis animus hic decerpitur, vel non. Vlterius deficit & non habet locum Palinodiæ recantatio quoties ille, qui protulit aliquot ex verbis nostri text. dixit verum, † nam tunc nõ
205 contradicet sibi, nam cum verum dixerit, non est cogendus per sententiã mentiri, neque dicere aduersus veritatem, prout deducitur clare, & probatur ex. l. 1. titu. 9. parti. 7. & in. l. fin. titu. 6. eadem partita, per quas ita videtur tenere Plaça de delictis, capit. 1. n. 6. vbi à num. 3. incepit. & cum videtur attribuere Couarr. lib. 1. Variacap. 11. num. 6. & eum sequens Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 17. nume. 11. & Olanus in antinomia iuris litera I. numero. 4. cum sequent. vbi tenent, quod nulla pœna puniatur, siue expediat reipublicæ, siue non, scili talem defe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

206 defectum, † & hanc de iure commu
ni testabatur communé Curti. Iun.
in.l.fin.nu.3.ff.ꝙ quisque iur. relatus
per Iul.Clar.in practic.§. iniuria. nu-
mer.16. Sed Auiles in proœmio capi.
præt.num.20. indistinctè dixit excu-
207 sari *De la pena del desdezir*, † qui verum
dixit,ex doctrina Sancti Thomæ, ibi
per eum allegati in.2. 2.quæstion.62.
articul. . Peguera tamen in quæstio-
nib.suis crimina.cap.13.num. fin.indi
stinctè tenet puniẽdum esse talem
208 iniuriantem † pœna ordinaria etiam
si verum dicat,animo tamen iniuriã-
di, tum quia defectus alienos detege
re non licet,tum quia animo iniuriã 212
di detegit,& punitur detegens,ex. c.
detegentes.15. quæstio.5.& quatuor 213
209 opiniones in his retulit † Romanus,
consil.96.Sed vt veritati approxime-
mus Bartoli distinctio in.l. cum qui 214
ff.de iniur.distinguẽtis an interfit rei
210 publicæ † delictum sciri, puta quod
sit homicida, latro, sodomita hæreti
cus,proditor,iudaizans,aut leprosus
& verum id sit,& non tenebitur, aut
211 id non expedit reipub.sciri, † Puta 215
quod quis sit adulter, vel adultera,
vel spurius, vel ebrius, aut pauper,si-
ue claudus, & tunc puniendus sit
etiam si verum dicat, & hanc distin-
ctionem esse communem testatur
Alexand.in.l.3.in princip.nume. 6.ff.
de lib. & posth. & relati per Clar. in 216
dict.§.iniuria.num.15.& additio Ca-
pellæ Tolosanæ.127.& secundũ hanc
communem distinctionem Bartol.
sunt intelligendæ dictæ.ll.partitarũ
& Doctores indistinctè aliud dicen-
tes,& sic has.ll. partitarum voluit in
telligere Couarruu.vbi supra, si bene
inspiciatur,& Gregor.in dict.l.1.tit.
9.parti.7.& ante eum Montal. ibi, &
Anto.Gom.dict.Tom.3.cap. 6.num.
2.versic.dubium tamen est,& Villalo
bos in AErario, com.opi.litera.A. nu
mer.27.&.28.& Didac.Per.in Rubri- 217
ca,titul.9.lib.8. Ordinam.pagi.215.in
fin.cum duo.sequentibus,& Salazar.
de vsu,& consu. cap.1. nume. 101.& si
bene consideretur dict.l.1.titu.9.par
tit.7. ita videtur denotare ibi, *Porque
los fazedores de mal se recelen de lo fazer.*
Et sic loquitur in iniuria proueniẽti
ex maleficio, vt cõsiderat Villalobos,
vbi supra, numer.28.vel quia cum le-
ges partitarum possunt commode se
cundum traditiones cõmunes inter
pretari, interpretandæ sunt.Ex qui-
bus in practic,& legis nostræ propos
tum dicendum est, quod si iniuria il
lata est falsè proposita, pœna ordina-
ria est imponenda, † si vero vera est,
tunc si non expedit reipubli. patefie-
ri,pœna etiam ordinaria, † punietur,
sed si expediat reipub. publicari,tunc
etiam dicendum est,& distinguendũ
† scilicet, quod siue in iudicio, siue
extra dicatur, siue animo iniuriandi,
vt reipubl. vel iudici informetur de
defectu alicuius ne promoueatur,
vel ne testis sit,vel ad aliam instã cau
sam tunc in nihilo tenetur nec puni
tur hæc dicens,& manifestans, † sed
si absque causa dicatur animo solum
iniuriandi tunc quanuis verum dica-
tur, & expediat reipubli. id patefieri,
licet tunc pœna ordinaria non sit pu
niendus,& sic in pœna *De desdezir*,nõ
veniat condemnandus, extraordina
ria tamen pœna puniri, † potest, nè
maleficia impunita remaneant,& ne
defectus alieni detegantur, & vt dis-
sensiones euitentur si omnino ve-
niret absoluendus, & pro hoc actio
iniuriarum intentari potest, & hoc
est,quod dixit Couarruu.dict.libr.1.
Varia.cap.11.num.6.maximè in versi
culo,octauo mihi probabile videtur,
& Salazar,in dict.ca.1.num.101.versi-
cul.forsan dices, & Montaluus.l.1.ti
tul.3.lib.4.for.in glosl.1.& ita in praxi
quotidie receptum videmus, † nam
etiam si quis verum dicat,& reipub.

conue-

conueniens manifestare,aut propul-
set iniuriam, si animo iniuriandi id fe
cit, licet pœna ordinaria non sit pu-
niendus, extraordinaria tamen pu-
nietur,& secundum hæc intelligen-
da sunt dicta per Humada in.l.25.tit.
18.parti.2.in glosl.1.nume.10.licet ali 223
quãtulum intricate loquatur, & per
additio.Bern.Diaz,in pract.cano. ca.
66.in additione tenetur,& per Dida.
Perez,hic pag.226.verb.denotare in 224
princip. Sed cum alleget Couarruu.
& Plaç.ita tenentes sic est intelligen
dum loqui ipsum Humadam, vbi in-
quit ita praxi,& consuetudine esse re
ceptum,& interpretatum, & secun- 225
dum hæc etiam possunt concordari 226
opiniones suprà, in hoc recitatæ, ꝙ
si iniuria sit facta per modum libelli
218 famosi, † tunc etiam si verum dica-
tur,& reipubl.expediat sciri, nihil re- 227
leuat,sed ordinaria pœna puniendus
est,& idem si filius vel nepos, vel alij
similes suos ascendentes iniuriassent
vt apparet ex.l.2.&. 3.titul.9.p.7. vel
si aliquem iam accusatum, & condẽ-
natum de crimine illummet de illo 228
219 met † delicto impetierit,vel si restitu
220 tũ à Principe de illo delicto pro quo
restitutus est conuitiauerit, nam &
in ijs casibus punietur pœna ordina-
ria,etiam si verum dicat, secundum
glosl.*Que es verdad*,in dict.l.1.tit.9.p.7.
quæ notabis, quia non sic digesta 229
reperies, item etiam notabis, quod 230
de iure canonico nõ procedit distin-
ctio dicta Bartol.& communis, nam
221 indistinctè puniturali um iniurians †
vt communem testatur Clarus in.d.
§.iniuria.numer.15.in fin.& eo rela-
to additio.Bern.Diaz,vbi suprà, ver-
sicul. illud equidem quod dicit notã 231
dũ in tribunalibus Ecclesiasticis. Sed
an si quis alium iniuriauerit cum ho-
222 nore,Putà,tu mentiris saluo honore
tuo, † vel cum tua reuerentia excusa
bitur,dicendũ est,quod non ex Bart.
in.l.si quis extraneus in princi. num.
3.& sequent.ff.de acquirend.hæred.
Clar.in dict.§ iniuria. numer. 13. vbi
hoc bene intelligit quoties adesset
animus iniuriandi vere,vel præsum-
ptiuè,† secus si deficeret talis animus
& hanc ibi communem intelligen-
tiam esse dicit,de quo & per Plaçam
dict.cap.1.num. 11.& Dida.Perez co
lum.57.&.58.libr.1.Ordin.& quid si
pœniteat † statim an excusabitur, vi-
de eundem Clar.vbi supra, quæstio.
60.num.21.& supra diximus. Notan
dum etiam est quod hæc cõtradictio
nis pœna est infamatoria, & infamis
est se desdicens, † & ideo sub fideius-
soribus relaxandus non est, † secun-
dum Auenda.in titul. *De las injurias.*
nume.17.quia secundum eum ibi nu
mer.15.&.26. est corporis afflictiua,
neque per alium impleri potest, † &
idem tenet Auiles dict. proœmio ca.
præt.num.20.& Plaça.de delict. dict.
cap.1.numer.22.& Parlador.dict. ca.
17.numer.fin.imò & damnatus actio
ne iniuriarum pro iniuria attroci in-
famis † efficitur,pro leui vero non se
cũdum plaçam vbi suprà,& Clarum
in dict.§.iniuria.numer.8. ex consue-
tudine tamen, vbi non adest pœna
contradictionis,vel alia corporis af-
flictiua, non habetur pro infami con
demnatus, neque vt talis reputatur.
† Vlterius cessat contradictionis pœ
na in nobili alium iniuriante,† vt in-
fra dicemus in glosl. *Y si fuere hijo
dalgo.*

Ibi. *Al plazo que el Alcalde le pusiere.*
Quid tamen si neque tunc vult iste
talis in contradictionis pœna condẽ
natus Palinodiam recãtare quid fiet,
† & in hoc Auenda. dict.tract. de in-
iur.numer.19.inquit quod si postquã
est condemnatus, & condemnatio
lapsa in rem iudicatam fuerit per ali-
quod tempus incarcere detentus, &
noluerit cantare Palinodiam iudex

ad pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad petitionem accusatoris poterit istum reum aliter punire pœnam alterando, ex doctrina Bartol. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. dicentis quod vbicunque pœna à lege imposita non potest in aliquo cadere, tunc illa pœna venit per iudicem alteranda, † & sicut condemnatus vt soluat bonis, si non habet vnde, luit in corpus, vt. l. pen. ff. de in ius voc. & in l. si id quod. ff. de iurisd. om. iudicis condemnatus, vt soluat verbis, si non habet, vel non vult soluere verbis, quibus possit famæ alterius satisfieri, debet aliter luere, quia delictum est causa, vt pœna alteretur, ne aliàs remaneant impunita delicta vt. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. capitul. vt famæ. de sentent. excommunica. & constando in actis de monitione, & comminatione imponendi alteram pœnam, si noluerit verbis Palinodiam cantare, per terminos competentes cum conuincẽdo, tunc poterit pœna contradictionis commutari in aliam condignam
232 tamen ipsi delicto, † satisfactoriam famæ iniuriati, quia cum ponatur in loco contradictionis, debet eius naturam sapere, vt. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & quod subrogatur loco solutionis debet eosdem effectus operari sicut vera solutio argumento glossæ in capitu. sicut dignum, de homici. & in capitu. peccatum, de regul. iur. in. 6. vbi cessio bonorum, quæ subrogatur loco solutionis habet eundem effectum ac si esset vera solutio. Et sic in isto casu ipse Auenda. dict. numero. 19. inquit se putare quod reus hic nolens se cõtradicere, & adimplere tenorem sententiæ in loco huius pœnæ ponere
233 ipsum ad verecundiam † in aliquo loco, & ibi voce præconis manifestari facere, qualiter punitur quia noluit dicere quod mentitus fuit, vel falsum dixit contra Titium in tali iniuria contra eum prolata, nam per hunc modum restituitur fama iniuriati, & ille remanet infamis tam de iure, quam de facto, nec debet pœna alterari in pecunia, vt idẽ Auenda. numero vigesimo, & vigesimoprimo, testatur, nam cum pœna contradictionis sit grauis, & infamatoria, illa, quæ in contumaciam condemnati imponitur, non debet esse pecuniaria, sed infamatoria. & condigna pro famę restitutione, cum honor, & vita æquiparentur, vt. l. iusta causa. ff. de man. vind. & omnis causa tangens famam dicitur grauis, †
234 l. si inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. sed quia istud remedium non semper posset habere locum, considerata personarum qualitate, aliud
235 & nouum, & facilius remedium † in præsenti casu ego assigno, & in propositum similis pœnæ contradictionis, & fere idem, nam cum per contradictionem faciendam duo potissime nanciscantur, & prætendantur, scilicet, mendacium istius condemnati, & quod constet se desdicere iniuriæ contra Titium per ipsum illatæ, & sic infamiam incurrere, & insuper quod iniuriatus remaneat satisfactus, isthæc adimplebuntur, si post monitiones, & commi-
nationes factas reo nolente se desdicere, iudex per sententiam aliam pronuntiet, quod attenta ipsius rei contumacia, & rebellione nolentis verbis explicare Palinodiæ recantationem, & ne sententia, & eius effectus illudatur, & iniuriatus remaneat non satisfactus, & delictum impunitum, declarat ex nunc in antea & in perpetuum, quod reus ipse habetur pro contradicto, & sic, *Desdicho*, ac si verbis se mentitum esse dixisset, in ipsa iniuria, & verbis prolatis contra Titium, & falsum protu-

lisse, & quod per hæc habeatur pro
237 infami, sicut erat, si verbis expresse se mentitum proferret, & quod in dicto, Titio verba illa non concurrunt, & falsè ei à dicto reo fuerunt dicta, & quod hæc declaratio, & condemnatio ab inde operetur eosdem, & omnes effectus, quos verbalis ac realis ipsius condemnati contradictio sortiretur, & quod de hoc detur vnum, vel plura exempla ipsi Titio iniuriato cum sententia, & condemnatione ac comminationibus in fidem ac testimonium contradictionis dicti rei condemnati, & in satisfactionem honoris, & famæ ipsius Titij iniuriati, & suorum idque fundatur ex text. in l. Sancimus §. cum autem. C. ad Trebell. vbi est expressum, cum qui hæreditatem à se abdicare, & alteri restituere habet, mandato legis, vel testatoris, & hoc facere recusat monitus, haberi legis interpretatione pro restituente ac perinde procedit ac si restituta foret, ad idem est text. notabilis, secundum Lecturam glossatoris, & omnium in. l. in omnibus. 2. ff. de prætor. stipulatio. & in l. damni prima. §. fin. ff. de damno infect. & in. l. prima, in fin. & l. secunda. ff. de Institut. in quibus est expressum, procuratorem, qui actionem pro Domino celebratam, vel ex re Domini quæsitam à se abdicare, & per viam cessionis in Dominum transferre habet, vt cedat monitum, & recusantem, iuris inter-
236 pretatione † reputari cedentem, quæ iura ad hoc allegat, & considerat Roman. consilio. 523. numero decimoseptimo, ex ijs generaliter inferens, quod qui tenetur ex debito ad abdicandum à se ius aliquod, quod est penes eum, si monitus abdicare non vult, habetur pro abdicante, & perinde procedi-

tur, ac si abdicasset, † quod ego pluries notaui pro habentibus renunciare officium Decurionatus in Titium, & nolentibus id facere, nam eis compulsis per carcerationem, & contumaciter recusantibus, pronunciari potest per iudicem, quod habentur pro renunciantibus in fauorem illius Titij, & quod pro renuntiatione detur sibi hoc mandatum, vt virtute eius officium illud transferatur in Titium, per Regem ac Dominum nostrum, & ab inde titulus illius cõtumacis abrasus & incisus, & nullus remaneat, & huius virtute datur illi Titio titulus regius Decurionatus illius, & virtute eius capitur possessio, & sic in facti contingentia feci, & fuit factum, & consequenter in nostro casu, & materia nostri text. potest iudex vti isto remedio contra reum nolentem se contradicere, & Palinodiam recantare, aliud remedium in reptato nolente se desdicere ponit. l. octaua, titulo. 3. partita septima, versicul. *E si desdezir*.

Ibi. *Y peche trezientos sueldos, y por ellos mil y duzientos marauedis*. Decidit hic dubium antea inter iudices ventilatum, quamne summam ac quantitatem ij solidi efficerent, de quo late agebatur, per Couarruui. de monetis, & latius per Plaçam, de delict. capitulo. 2. per totum.

Ibi. *Y si fuere hijo dalgo el que dixere los dichos denuestos, no sea condenado a que se desdiga*. Nobilibus multa concedun tur, quæ ignobilibus denegantur, de quibus plura reperies per nos in libro sexto, supra eodem, sub titulo primo, & secundo, sed nunc hoc specialiter decisum in hac lege reperimus, cum antea non esset, & dubitandi occasio scriptoribus nostris dabatur, an nobilis teneretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

se desdicere iniurians alium aliquo ex conuitijs nostri text. Nam cum lex antiqua non distingueret in hoc nobilem ab ignobili, neque ipsi distinguere volebant, licet asserebant ex praxi communi receptum
238 † fuisse quod nobilis non condemnabatur, ad se contradicendum, vt licet videre ex Plaça de delict. capitulo primo, numero vigesimosecundo, cum sequenti. & ex additione Bernard. Diaz, in capitulo sexagesimosexto, maledici, in addition. sementitum, & ex Salazar de vsu, & consuetud. capitulo primo, numero, 103. & Auiles in proœmio capitulo præt. numero decimonono, & Menes. in. l. prima, numero. C. de iur. & fact. igno. & Didac. Perez, hic 242 columna. 230. & Garciam. Regula, 433. & Parlador. dict. capitulo decimoseptimo. numero nono. Sed iam ex. l. nostra, id decisum videmus ita vt dubitationi iam non sit locus, & sic iam nobilis non tenetur se desdicere: idque adeo primo verum est, vt procedat etiam si artem, & offi-
239 cium vile exerceat, † nam non ex hoc perditur sanguinis nobilitas, vt diximus in. l. tertia, titulo primo, numero vndecimo, & duodecimo, libr. sexto, supra. Item & secundo procedit etiam si contra alium nobilem
240 proferatur iniuria talis, † adhuc enim tunc nobilis eam proferens non te- 243 netur Palinodiam recantare, vt expresse tenet Parlador. dict. capitulo decimoseptimo, numero nono, pro quo, & vltra eũ facit, nam priuilegia-
241 tus contra pariter priuilegiatum † vtitur priuilegio suo, secundum gloss. in verbo in ciuitate, §. rursus. instituta de actio. quam ibi tenet Angel. super eam, & Ias. nume. quinquagesimosexto, & Gome. vigesimotertio, & gloss. fin in. l. fin. ff. ex quib. caus. maior. per text. in. l. verum. §. fin. respõ. 2. ff. de minor. quem dicit meliorem iuris Iason. dict. numero quinquagesimosexto, & est etiam text. in capitu. auditis in fin. extra de in integr. restit. & text. in capitul. cum pro causa de sentent. excommunica. & ibi Felin. etiam si Auiles, in proœmio capi. prætorum, numer. 20. in nouis aliud velit, nec obstant iura in contrarium per eum allegata, & probantia contrarium, scilicet, text. in. l. sed & milites in principio, versiculo coæqualitas. ff. de excusatio. tut. & text. in Authentica de sanctissimis Episcopis. §. sed & hoc præsenti, nam hæc iura contrarium probantia, procedunt regulariter, nisi in casu, in quo vnus est priuilegiatus in genere, alter vero in specie, † vt hic, ita Bartol. in. l. fin. ff. ex quib. cau. maior. & in Authentic. quas actiones, numero, tertio. C. de sacro sanct. Ecclesijs, & ibi Iaso. numero decimosexto, idem Ias. in dict. §. rursus numero. 56. Barba. consilio. 38 columna septima, volumine tertio, Abb. in dict. capitulo, auditis, numero octauo, communis, vt sentit Deci. in capit. in præsentia, numero. 51. de probatio. Vel secundo dic quod quando priuilegiatus, qui agit, est priuilegiatus in actu, & ille, cõtra quem agitur est priuilegiatus in habitu, & potentia, tunc priuilegiatus in actu contra alium in habitu, vtitur priuilegio suo, † ita Gometi. in dict. §. rursus, numero vigesimoseptimo, per text. in dict. l. fin. ff. ex quib. cau. maior. & argumento, capituli, si pro te. de rescript. in. 6. vel tertio dici potest, quod quando priuilegiatus agit de damno vitando 244 † contra alium priuilegiatum agentem de lucro captando, tunc vtitur priuilegio suo, secundum Bartol. in dict. Authen. quas actiones, & Angel. in dict. §. rursus, numero secundo, & ibi Ias. numero quinquagesimo

gesimosexto, & Gomet. numero vigesimoseptimo, in principio, & ante finem dicens quod hæc sibi videtur verior, & minus periculosa responsio, & Decius consilio. 167. volumine primo, Hippolyt. sing. 99. & Paul. consilio trigesimoseptimo, volumine secundo, argumento. l. fin. C. de Codicil. vbi non par ratio est lucra non capere, vel quæsita amittere, & sic respondet Parlador. dict. numero nono, mihi tamen quoad nostrum propositum magis placet prima, & secunda Responsio, nam nobilis hic iniurians alium nobilem est priuilegiatus in specie, scilicet, quod non se contradicat, & sic in actu, alius vero nobilis iniuriatus non est priuilegiatus in præsenti in specie, sed in genere, & habitu, & sic priuilegium in specie debet præferri. Vel vt melius intelligas dic quod nobilis hic iniurians est priuilegiatus in specie ne se contradicat, alius vero nobilis iniuriatus non habet priuilegium in contrarium, scilicet, quod nobilis eum iniurians debeat se contradicere, ergo negari potest, Regulam hanc quod priuilegiatus, non vtatur cõtra priuilegiatũ suo pri- 247 uilegio, non militare in hoc casu, tũc enim militat quoties ille contra quẽ
245 vtitur priuilegio † suo est æquè priuilegiatus in eadem specie, tũc enim non vtitur contrarius priuilegio suo, 248 Pura si quis habet priuilegium conueniendi alium per casum curiæ in prima instantia, in curia, vel chancellaria vellet conuenire hoc modo aliquem minorem vigintiquinque, annorum, non posset, quia minor hic in hac specie reperitur de 249 iure priuilegiatus ne extra patriam suam possit in prima instantia conuenti, vt diximus iterum alibi, & hic est verus modus declarandi supradictas declarationes, & intelli-

non

gendi dictam Regulam, sicut, & exemplificari potest in decisione illius dubitatissimæ quæstionis, scilicet, an Ecclesia hæres instituta possit detrahere falcidiam de legato alteri Ecclesiæ, vel causæ piæ
246 relicto, † & videtur quod non, quoniam Ecclesia, vel pia causa, sunt specialiter priuilegiatæ, quod de suis legatis non detrahatur falcidia, Ecclesia vero hæres instituta non reperitur priuilegiata in specie de detrahendo illam, etiam delegatis pijs, ergo vera est opinio, quod eam non detrahet, de quo tamen videndus est Tyraquellus, qui omnia congerit, de priuilegijs causæ piæ, priuilegio vigesimosexto, numero quarto, cum duobus sequentibus, & Deci. in capitulo in præsentia, numero quinquagesimo secundo, de probation. ponens in hoc communem sententiam, sic & mulier fide iubens potest vti priuilegio Veleiani, contra aliam mulierem in cuius † fauorem fuit facta fideiussio. text. in. l. si fine. C. ad Veleian. & ibi Bald. & omnes. filius etiam familias potest vti Macedoniano † contra alium filium famili. text. l. si filius. ff. ad Macedoni. & ibi Doctores, sic nobilis vel mulier qui non possunt pro debito incarcerari, si sint debitores alterius nobilis aut † mulieris non poterunt incarcerari, sic etiam si vxor agat pro dote contra maritum deuenientem ad paupertatem, & maritus dicat se non teneri vltra quam facere potest, si vxor obijciat ipsam esse etiam pauperem obtine-
249 bit, † secundum Guilielm. de Cugno. in. l. si quis. ff. de pactio. & ibi Alberic. Paul. & Bald. Felinus capitulo de dilecti filij, numero, quinto, de exceptio. Hippolyt. singul. 99. ad declarationem. l. ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritum. ff. solut. matrimon. &. l. sunt personæ. ff. de re iudi. & hoc quia tra ctant de damno vitando, contrarij vero de lucro captando, & quia sunt in specie priuilegiati, & in actu, alij vero in genere, & in habitu, & consequenter in nostra materia nobilis alium nobilem iniurians non tenetur Palinodiam recantare, adeò vt quanuis nobilis accusatus ante condemnationem contra eum factam de se contradicendo non opposuerit de nobilitate in executione sen-
250 tentiæ opponens de nobilitate † audiendus sit, neque exequenda condemnatio talis contra eum, vt expresse tenet Plaça, de delict. capitulo primero, numero trigesimotertio, in fin. argumento text. in. l. item veniunt. §. idem recte. ff. de petitio. hæreditat. &. l. miles. §. decem. ff. de re iudic. potestque iudex ordinarius in tali casu de nobilitate cognos-
251 cere, quia incidenter † venit hæc cognitio, neque per eam iuri Regis præiudicatur, neque tunc requiritur, ita arcta nobilitatis probatio. Sed an clericus in sacris gaudebit hoc beneficio ne teneatur Palino-
252 diam † recantare, & quanuis Bernard. Diaz in practic. Canoni. capitulo sexagesimosexto, maledici, tenuerit quod sic, recepta, & communis est quod non, vt ibi inquit eius additio. sub litera. C. gaudet enim
153 miles † cælestis priuilegijs militis secularis, secundum gloss. & communem in. l. miles. ff. de re iudic. Et an Doctores, & licentiati, & vxores eorum ac filij gaudeant hac eadem prærogatiua sub hac gloss. dictum remanet. Neque supradictis de nobilibus, non se retractandis obstabit, l. secunda, titulo *De los rieptos y desafios*, supra eodem lib. &. l. octaua, titulo tertio, partita septima, vbi retractari probatur, quia speciales sunt in riepto, & diffidatione coram Rege facta, vt ibi videbis clare, & sic ad alios casus non sunt trahendæ, &. l. secunda, titulo quinto, partita septima, eodem modo vt ibi patet, ex gloss. *Por cortes*, quæ allegat dict. l. octauã, titulo tertio, partita septima, & per consequens illa. l. secunda, titulo quinto, partita septima, intelligenda est in casu, in quo de iure reperitur expressum, nobilem debere se desdicere, non vero alias.

Ibi. *De mas de esto el juez le ponga*, Nota verbum illud le, quod refertur ad nobilem se non retractantem, prout non debet retractare se, nam iste vltra pœnam quingentorum solidorum poterit, & alia pœna puniri, Puta relegationis arbitrio iudicis attenta qualitate iniuriati, & alijs circunstantijs attentis.

Ibi. *Y si hombre de otra ley*. Hic incipit alia dispositio circa alia verba quam in principio huius legis dictæ dispositiones, in quibus non habeat locum pœna retractationis, sed tantum pœna pecuniaria decem millemarapetinorum, scilicet, cum aliquem Christianum conuersum à Iudæorum, vel Maurorum grogenie
254 illum, † *Marrano, o tornadizo*, quis vocauerit, vel alium infidelem factum Christianum etiam si non sit ijs, verbum enim illud *tornadizo*, generalius est complectens omnem illum conuersum Christianum, siue sit de Mauris, aut Iudæis, vel Paganis, verbum vero illud *Marrano*, in communi vsu loquendi ad descendentes ex Iudæorum progenie proprius adaptatur, licet ad descendentes ex Mauris adaptari possit, † vt inquit Humada,
255 l. vigesimaquinta, titulo decimooctauo, partita secunda, gloss. prima, numero quinto, vbi iure optimo reprobat Didac. Perez in. l. nona, titulo primo, lib. 1. Ordinam. column. 53. in fin.

in fin. cum sequent. dicentem, vocantem alium, *Tornadizo, o marrano*, teneri se desdicere, & in hoc condemnari posse, fallitur enim Didac. Perez, quia lex nostra hoc non probat, neque est lex id probans, neque practica hoc receptum habet in ijs verbis, sed tantum in vocante alium, *Indio, o Moro*, cũ hæc vt in hac lege diximus sub verbo, *Herege*, legis nostræ comprehendantur, non vero verba illa *Tornadizo, o marrano*, & hæc pro hac lege sufficiant.

SVMMARIA.

VOcans alium spurium ebrium, aut furiosum, cæcum, vel asinum iniuriat eum, & punitur. nu. 1.

Lex Tertia.

Summarium.

Qui verbis minoribus quã in lege præcedente expressis alium iniuriauerit legis nostræ pœna puniendus est.

IBI. *Menor de las contenidas en la ley precedente*. Putà, si te spurium, ebrium, † aut furiosum vocauero, vel asinum, vel cæcum, secundum Afflict. in consti. Sicil. libr. 3. Rubri. 32. de iniur. curialibus. §. varietates, numero, 11. foli. 130. in his & similibus pœna ducentorum marapetinorum imponenda est applicandorum cameræ Regiæ, & itidem arbitrari poterit iudex vltra hoc secundum qualitatẽ iniuriantis, & iniuriati iniuriæque obiectæ.

Azeuedo super. 8.

SVMMARIA.

INiuria leuis, & leuia verba, quæ dicantur arbitrio iudicis relinquitur. numero. 1.

Cõsuetudo aggrauat, vel minuit iniuriam, & personarum qualitas. num. 2.

Incarceratus sub fideiussoribus relaxatus si annus transierit non est vlterius incarcerandus pro eodem actore non petente, num. 3.

Iniuriatus potest se propria authoritate vindicare si in derisum veniret iniuria proposita in iudicio. num. 4.

Omnis iniuria illata in corpus atrox dicitur numero. 5. Puta si manu vacua feriatur quis in facie, vel cum palo in corpore. numer. 6.

Inquirit iudex etiam de leui iniuria coram se facta. num. 7. efficitur enim atrox tũc, vel si fiat ipsi iudici. num. 8. vel Doctori, vt nu. 9.

Lex. 20. tit. 9. parti. 7. corrigitur per nostrã, num. 10.

Præclusa via parti accusandi, & iudici inquirendi præclusa est. num. 11.

Quoad iniurias leues iudex ex officio non procedit si verbales sunt, numero. 12. nisi fiant scholaribus vt ibi. numero, 13.

Parte desistente ab accusatione verbi alicuius in lege præcedente expressi, an iudex possit eius pœnam imponere. numero, 14.

Lex Quarta.

Summarium.

Super leuibus iniurijs verbalibus, & vbi arma non interfuerunt, neque sanguinis effusio, iudex ex officio procedere non potest, etiam parte iniuriata querelante, ab accusatione tamen, & querela desistente: idemque seruandum est, in quinque verbis iniurijs. l. secundæ, supra eodem, parte non querelante, secus si querelam proposuerit, nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc etiam parte desistente procedere iudex poterit, & est lex salutifera, & fortasis scandalorum obuiatrix, si iudices eam seruarent, neq; informationē de verbis iniuriosis facerent: nam informatione facta multoties, nō est locus transactioni, & remissioni, quæ (si nihil esset scriptum) locum haberet.

IBI, *Sobre palabras liuianas*. Et quæ sint hæc ex Regula, text. in. l. 20. versicul, fin. titul. nono, partita septima, decerpes,

1 licet hoc multum consistat † in iudicis arbitrio, neque certa de eis dari potest doctrina, nam & consuetudo

2 † aggrauat, vel minuit iniuriā, item personarum qualitas, inter rusticas enim multoties ex verbis aliquibus, & pugnis, & palo, non consideratur iniuria, & ex alijs verbis leuibus atroce iniuriam constituunt, nam si vnum ex eis ebrium vocaueris, reputant hanc atrocissimam iniuriam, & sic consuetudo etiam attēdenda est, & multoties eam inter istos articulauit, & profuit. Et quare ex leuibus lex ista, non esse procedendum, iubet, est quia respubl. ex verbis iniuriosis non læditur, secundum Felin. in cap. dilecti filij numer. 16. de exceptio. & sic si in leui iniuria, & causa reus est à carcere relaxatus sub fideiussoribus, & transierint sexaginta dies, nulla data sententia diffinitiua parte post non querelante non pote

3 rit † amplius incarcerari, secundum text. l. 18. titul. 9. suprà, libro. 3. vbi in gloss. 1. concordo nostram legem cum illa, inquit tamen sub timore Auiles. in capitu. 1. præt. numero. 33. in fin. cum sequent. foli. 31. quod ne de negligētia iudices arguantur, semper inquirant etiam in leuibus. Item nota vnum singulare verbum assertum per Thom. Gramm. in decisione Neapol. 23. numero. 1. cum sequentibus, & decisio. 14. numero. 1. quod si iniuria alicui illata poneretur iniustitia, & redundaret in derisum iniuriati, potest iniuriatus se propria

4 authoritate † vindicare, & quod nō punietur si fecerit pœna ordinaria, sed mitiori, & ibi hanc vnam de causis minorandi pœnam asserit esse.

Ibi. *Si no intervinieron armas, ni effusion de sangre.* Ponderanda est dictio illa. ni. latine neque, quæ quidem copulatiua negatiua est, ad denotandū quod non sufficit arma interuenire nisi adsit etiam sanguinis effusio, hoc enim importat copulatiua, vt vtriusque copulati consensum requiratur, ex late dictis per gloss. & Doctores in. l. prima. ff. de iusti. & iur. & alibi, idque sic esse colligitur clarius ex. l. 20. titul. nono, partita septima, ibi *De manera que de la ferida salga sangre, o finque lisiado de algun miembro*, & sic in proposito nostræ legis, non procedet dictum Bartol. in. l. non solum. §. si mādato. ff. de iniur. dicentis, quod om-

5 nis iniuria illata in corpus † atrox dicitur, nam id nō procedet quoad nostrā legē, nisi adsit sanguinis effusio, quod tamen ego sublimito nisi secundum communem opinionem vulgi, & eius consuetudinem de se reputetur atrox iniuria, nam tunc & si sanguis non exeat, non procedet nostra lex, Putā, si quis manu vacua in facie feriatur, vel cum palo in corpo

6 re, † cum hæc de iure ex dict. l. 20. & ex vulgi opinione grauissimæ reputentur, vt optimè considerat glos. *Abiltadamente*, eiusdem. l. 20. item non procedit lex nostra quoties verbalis iniuria facta est, coram iudice, nam

7 tunc † etsi leuis sit potest iudex inquirere, secundum Marant. in practica. sexta parte, titulo de Inquisitione

sitione, numer. 204 pag. mihi. 345. tūc enim ob iudicis præsentiam atrox, &

13 non leuis reputatur, vt & per Menochi. de arbitr. casu. 263. numer. 23. vbi num. 5. inquit idem esse si fiat ipsi magistratui, † & numer. 17. inquit idem

8 9 esse si fiat † Doctori, & ideo doctissimè legislator in illa. l. 20. versicul. penult. dixit quod leues iniuriæ dicuntur omnes illæ, quæ ob factum non sunt ita graues, sicut ibidem signatæ, vel ratione loci, vel personatūqualitatibus, quæ bonus arbitrabitur iu-

10 dex, lex tamen illa. 20. per nostram † corrigitur in finalib' eius verbis proleui iniuria permittens partem iniuriantem puniri, nisi eam intelligas in aliquo ex dictis casibus, aliter enim procedere non posset, stante nostra lege, & miror quod gloss. ibi nihil de ijs aduerterit.

Ibi. *No se entremetan a hazer pesquisa sobre ello de su officio.* Nam vbi præclu-

11 sa est, † via parti, ibi etiam censetur præclusa, & iudici text. & ibi Bartol. in. l. non solum. §. quanquam. ff. de iniur. communis, secundum Roman. consilio. 213. numero. 4. & sic quoad legem nostram nō procedit dictum Putei, de syndicatu in parte inquisitio in capi. incipienti dicit constitutio regni versicul. an si iniuria, relati per Auenda. titu. *De las iniurias*, num. 22. scilicet, quod ex capite, quia reipublic. fit offensa per delictum, vt. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publ. & vectig. licet pars remittat iniuriam, iudex debet ex officio punire delictū & tenebitur si id non fecerit, nam id non procedit quoad iniurias leues

12 † verbales nostri text. vt ex ijs verbis patet clarissime, iudicem expellentem ex officio procedere, siue pars, non querelet, siue querelādo à querela desistat, id tamen quoad scholares inquit non procedere Rebuf. de priuileg. schol. priuil. 105. quoad Azeuedo super. 8. quos inquit iudicem ex officio aduer-

13 sus eos iniuriantes † procedere posse, sed cum hi priuilegiati sint, casus speciales limitabunt dispositionem generalem nostri text. de quibus, & alios in gloss. præcedente inseruimus.

Ibi. *Que nuestras justicias hagā justicia.* Intellige verba hæc in casu secundo nostræ legis, quoties verba iniuriosa sunt de quinque in lege præcedente prolatis, in eis enim si pars querelauerit, & post à querela destiterit, tūc iudex ex officio procedere poterit, iustitiam ministrando, sed an tunc imponere poterit pœnam ordinariā,

14 † examinabat late Auenda in dict. tracta. de iniur. numero. 22. cum aliquib. sequentibus, sed ex. l. 22. titu. 1. partit. 7. omnino impeditur pœnam imponere ordinariam, sed extraordinariam imponet, quæ solet esse mo dieras solidorum à lege. 2. præcedente impositorum, & aliqua relegatio si visum fuerit iudici id conuenire, & hæc pro hac lege.

SVMMARIA.

VErba inhonesta nō sunt dicenda etiā si nō iniuriam alicuius non dicantur, nam si dicerentur puniretur ad partis querelā, num. 1. siue de die, siue de nocte dicantur, nume. 2.

Resp. gubernationi conuenit ne libri obcœni cudantur. nu. 3.

Lex Quinta, quæ

finalis est.

Summarium.

Obcœna, & impudica verba, nullus dicere aut canere debet, sub pœna nostri text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BI. *Ningunas palabras desho-nestas.* Et hoc etiam si non sint in alicuius iniuriã pro lata, nam si essent tunc pos 1 set iniuriatus querelare, vt apparet ex. l. lex cornelia. §. fin. ff.eo. vbi Angel.dicit, caueant igitur illi qui cãtilenas componunt, Hostien. etiam in summa, de iniur. §. quot modis, & Azo eodem titu. versi. literis, & text. itidem in.l. apud Labeonem. §. & generaliter ff. eodem. l. 3. titu. 9. parti. 7. versic. *Otro si desendieron*, lex tamen nostra hoc amplius disponit vt, etiam si in alicuius iniuriam verba non proferantur si sunt obscœna, & impudica, & in publicum, & sic *Por las calles*, prolata, siue de die, siue de nocte punien 2 dus est † legis nostræ pœna, & est iusta ac sancta dispositio, & reipub. conueniens, nam vt inquit Aristot. lib. 7. Poli. cap. 17. vt cætera mala, sic debet legum lator sermonis turpitudinem è ciuitate pellere, nam facile turpia loquendo, efficitur, vt homines his proxima faciant, quod maximè prouidendum est in adolescentibus, ne quid tale vel dicant, vel audiant.

Si quis autem dicere, vel agere vetitorum quicquam visus fuerit, hunc oportebit castigari, & verberibus punire, cum autem nequis talia loquatur, prohibetur, satis intelligitur vetari, ne turpes, vel picturas, vel fabulas spectet, ad officiũ igitur Magistratuũ pertinet curare, vt nihil, vel fictum, vel pictum sit, quod turpes actiones imiretur, hæc Aristotel. & Plato. lib. 10. de Republi, si voluptuosam musam in cãticis, & carminibus acceptaueris, voluptas ac dolor in ciuitate pro lege, & ratione dominabũtur, imò & in Republica prouidendũ esset, ne libri obscœni, & impudici typis cuderentur, nec legerentur, vt ipsemet Aristot. lib. 8. Polytic. cap. 7. scriptum reliquit, nam ad rectam reipu. gubernationem pertinet, diligenter 3 cauere † ne libri obscœni excudãtur, aut legantur, hi enim corrumpunt hominum otiosorum mores, quod autem bonos mores corrumpit, id etiam rempub. vehementer lædit, & Plato. libro. 7. de legibus, inquit, ne poeta præter ciuitatis leges, & iusta, vel honesta, vel bona fingere quicquam audeat, nec liceat, quæ composuerit, vlli priuatorum ostendere, antequam constituti hac de re iudices, legumque custodes, & viderint, & approbauerint, prout lege regia in titulo *De los estudios*, libro. 1. dispositum habemus, & sic miror, quod libros obscœnos, & impudicos aliquando permissum est cudi, & typis mandari, cum deberent explodi, & comburi, prout & alia in propositum adducit Hermas, lib. 3. de instaurand religio. cap. 5. & sic iuste lex nostra disposuit obscœna, & impudica verba, nec dici, nec cantari, & iustissimè disponeretur, si hoc ad histriones, *Comediantes*, vocatos tenderetur, vt à rebus publicis exploderẽtur similes homines, qui in tragœdijs, & comœdijs, obscœna, & impudica repræsentant. Et hęc pro toto hoc titul. sufficiat dixisse, vt ad alia progrediamur.

TITV-

TITVLO. XI. DE LOS Ladrones y Rufianes, y Vagabundos, y Egypcianos.

Cum superiori titulo dictum sit de iniurijs, & per fures & lenones, Vagabundos & Ægyptianos, tam verbis quam facto in personis & rebus aliorum injuriæ & damna fiant, ideò subsequitur titulus noster post præcedentem, & quia in declaratione legum & earum contextura declarauimus nomina huius Rubricæ, ideo declarare hic omitto.

SVMMARIA.

Otium sine literis mors est, & vini hominis sepultura. num. 1.
Otiosus & malus ciuis idem est. nu. 2.
Vagabũdus quis dicatur. num. 3. & nu. 14. declaratur.
Crimina vbi clarnerint ibi sunt punienda. num. 4.
Vagabundus verè non est audiendus etiam si præstet cautionem de se præsentando in tali loco. num. 5.
Remittendus an sit vagabundus ad locum delicti. num. 6. & 7. & 8.
Vagabundus in ciuilibus citari potest per libellum lectum & affixum domi, vel per præconem, vel edictum, vel in loco vbi frequentatur. num. 9.
Vxor non tenetur sequi virum vagabũdum num. 10. & 11.
Vagabundus an possit dici bannitus de omnibus terris sui Principis. num. 12.
Eleemosyna non est facienda istis vagabundis, qui dicũtur mẽdicantes validi. n. 13.
Vagabundi sunt, qui vagando nolunt laborare, sed ostiatim mendicant. nu. 15.
Læsi corpore aut ætate ostiatim mendicantes sustinendi sunt. nu. 16.

Lex Prima.

Summarium.

Quilibet potest propria authoritate capere vagabundos ad seruitium suum per tempus vnius mensis absque soldatæ solutione, sed tantum pro esu, quod si nullus id fecerit iudices puniant tales vagabundos, pœnis nostri text.

BI, *Grande daño.* Dãnosum est enim de se otium, ac vituperabile, vnde Seneca Epistola. 86. inquit otium sine literis 1 mors est, & viui hominis † sepultura, otiositasque & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. c. nisi cũ pridem. §. verum de renunti. vbi gloss. & Hostiens. allegant illud Adagium metricum, Otia si tollas periere cupidinis arcus. Et Ecclesiast. cap. 33. Multam enim malitiam docuit otiositas: nam vt legitur Ezechie. c. 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius, vnde Patritius, lib. 1. de Instit. Reipub. inquit, Otiosi & ignaui homines venenum sunt ciuitatis, proni ad libidinem fiunt, bonis inuident, aliena appetunt, deniq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

seditiosi & turbulenti euadunt, vt non omnino male draconis lege, capite puniebantur, & Euripides inquit, idem est ocioſus & malus ciuis, † &
2 Cato. nihil agẽdo homines male agere discunt, Ouidius, Ignauum corrũpunt otia corpus, & Catullus, Otium reges prius & beatas perdidit vrbes, prout ex historia noua regis Hispani Roderici Gothorũ descendẽtis constat ex otio eius prouenisse generalem Hispaniæ destructionem: nam vt inquit Plato lib. 8. de repub. otiosi fucis aculeatis similes sunt, & in quacunque fuerint ciuitate, eam turbãt, quemadmodũ pituitia aut bilis corpus, quos oportet bonum medicum & fundatorem legum non minus quam solertem apum cultorem, eminus præcauere, primum quidem ne oriantur in ciuitate; quòd si oriuntur, vt cum ipsis fauis protinus excidantur, permulta nanque & absurda, vt inquit Xenophon, libr. de repub. Lacedæmo. ab otiosis patrari solent. Et sic Deus optimus maximus postquam formauit Adã delimo terræ posuit illum in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, vt Genesis, capit. 2. & sic ex illis verbis vt operaretur, patet, otium iam ex tũc homini reprobatum fuisse: ac proinde fugiendum, & otiosi sunt à republica expellendi, vt & alibi dixi in Epistola ad lectorem in principio, lib. 6. suprà, & vereor, cum in Hispania multi iam otiosi reperiantur, ne aliquid mali ex otiositate su cessat, ꝙ Deus optimus maximus auertat. & plura alia refert Dida. Perez. l. 1. titu. 14. lib. 8. Ordina. colum. 272. cum sequentibus.

Ibi, *Vagabundos y holgazanes*, Quiquidem nullam certam habent sedem, vagabundus enim est, † qui per
3 mundum vagatur; secundum Bart. in l. 4. § prætor ait. ff. de damn. infect. & hanc communem testatur Maria. Soci. in cap. fin. n. 57. de for. com. quẽ refert Iul. Clar. lib. 5. pract. crim §. finquæstio. 39. numer. 8. vbi ipse inquit, & bene supplẽdum esse, neque habet alicubi certũ domicilium, in quo habitet, & dixit, in quo habiter, nam in hoc proposito non consideratur, an habeat certum domicilium originis, vel non, quia (eo, non attento) dum modo non habeat certum domicilii habitationis, potest vbique conueniri, & puniri tanquam vagabundus, vt communiter tenetur teste Imola, in cap. dilectus. nu. 10. de rescript. & in cap. fi. num. 15. de eo, qui mitt. in pos. ex. l. 1. & ibi glos. reperiuntur, in fi. C. vbi de crim. agi. op. quam Doctores frequentissimo consensu sequũtur teste Peguera, in quæst. crimi. cap. 3. nu. 20. Crimina enim vbi claruerint ibi
4 sunt † punienda vt in capit. ecce. 24. quæst. 3. & in cap. si quid. 86. distinct. & communem etiam testatur Tybe. Decia. in primo tom. de delict. libr. 4. cap. 13. de forensi. num. 5. vbi num. 6. inquit istum talem non audiri, si vere esset vagabundus cautionem præ
5 stando † de se præsentando in tali loco, & sic limitabis dicta per Salonem, in de Iust. & iur. quæst. 67. arti. 1. an licet iudici iudicare sibi non subditũ. Adeo vt sit qui sidicant, quod etiam si iudex loci, vbi cõmissum est delictum requirat, vt sibi remittatur, non
6 est † remittendus, vt per Iodo. in practic. crimi. cap. 33. nu. 9. cum sequen. aliquibus, licet communis sit in con-
7 trarium † vt apparet ex Decia. vbi supra. n. 7. vbi num. 8. hoc intelligit quoties criminaliter agitur, non vero si
8 ciuiliter †, & licet aliqui velint, quòd vt quis dicatur vagabundus, requiritur, quod non habeat neque etiam domicilium originis: tamen illa opinio communiter reprobatur, vt inquit Maria. vbi suprà, & Clar. vbi supl

Aliter

aliter enim sequeretur, quòd necesse esset, ciuitatẽ, in qua ille natus esset, funditus esse euersam, & destructam, quòd esset ridiculum, sic & vagabundus in ciuilibus citari potest, per libel
9 lum lectum † & affixum in æde, vel per præconem & edictum, vel ad locum in quo frequẽtius conuersari solet, vt per Decia. vbi suprà, nume. 9. & Clar. in dict. §. fin. quæstio. 31. num. 21. in odium ipsius vagabundi, contra quem etiam statutum reperimus, ꝙ licet de iure vxor subdita sit marito,
10 teneaturque † illum sequi, quocunque loco vir migrare voluerit si Domicilium mutare velit, vt in capit. vnaquæque, 13. quæst. 2. Abb. in cap. de illis de sponsi. tamen vbi maritus te
11 merarie † vagare voluerit, nullaque iusta ratione illud faciat, non tenetur vxor illum sequi, nisi ab initio contractus sciret illum esse vagabundum, ei que vitio deditum, secundum gloss. in cap. siquis. 34. quæstio. 2. & in dict. cap. vnaquæque, & est cõmunis opinio Abb. & aliorum in dict. cap. de illis, teste Peguera, vbi suprà, num. 11. Hæc enim operatur vaga aliquorum conditio, qui nullam habent certam sedem, aut habitationem, sed per mũdum vagantur, modo in hanc modo in illam ciuitatem, vt inquit, gloss. in l. eius qui. §. celsus, versi. domicilij. ff. ad municip. quam sic alia allegando intelligit Decia. vbi suprà, num. 1. vbi num. 2. quærit de bannito de omnibus terris & locis sui principis an pos-
12 sit dici vagabundus, † & inquit quòd non, quia potest habere domicilium in alijs ciuitatibus, & hanc communem testatur Albericus relatus per Clar. in dict. quæst. 39. num. 9. nisi secundum eum ibi nullibi haberet certam sedem, sed per mũdum vagaret, nam tunc vagabundus dici posset. Et istis vagabundis, qui dicuntur mendi
13 cantes validi non est facienda † elee-
mosyna, qui enim manibus proprijs in sudore proprio cibum quærere potest, vt debet, Genes. 3. non debet petere eleemosynam, nec est ei danda. capi. 1. cum glo. 82. dict. l. 40. vbi glos. *Tirar.* tit. 5. part. 1. l. vnic. C. de mendi. vali. lib. 11. l. 4. titu. 20. part. 2. & intellige cũ Soto, in deliberatio. pro defensio. pau. cap. 3. in princ. quod vagabundus est, qui per mundum ambulat, & nullam certam sedem habet, dum tamen nulla alia necessitate vagetur, secus si causa mercantiarum, nam tunc
14 non erit † vagabũdus, & de istis mendicantibus validis tractat etiam Peguera in dictis quæst. crimi. cap. 4.

Ibi, *Y no quisiere trabajar por sus manos, ni viuir con señor*, Ij enim veri vagabundi sunt, qui cum possent labore se sustentare nolunt † laborare, sed vagan-
15 do otiosos esse, ostiatim quærentes eleemosynã, vel furantes, qui omnimodo ejciendi sunt à populis & hominũ cõmercio, ne sumãt panẽ filiorum pauperibus veris dãdum & elargiendum, quos satius feceris, si correxeris, quam si eis dederis, vt inquit, text. cum gloss. in l. vnic. C. de mendi. valid. lib. 10. de quibus Soto in dicta sua deliber. in causa paup. capit. 3. differit & fundat omni iure hos esse prohibendos & ejicièdos ac puniendos, vbi in fine illius capituli ipse Soto, legis nostræ meminit & Peguera in suis quæstio. crimin. cap. 4. num. 5. cum sequentibus.

Ibi, *Si no fuessen tan viejos y de tal disposicion o tocados de tales dolencias*, Nam vt inquit Consultus in Auth. de quæsto re versi. læsos autem, lęsos autem aut læsas corpore, aut canitie graues hos
16 sine molestia † esse iubemus in hac nostra ciuitate, aut pie agere volentibus adscribẽdos, quem text. ad hoc notat Soto, in causa pauperum, cap. 4. notans ex eo hos admittendos, vt pauperes, nullo prorsus inter indige-

nas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas aduenasque facto discrimine legemque nostram huic proposito esse accõmodatam, nam postquam præcipit vagabundos ejci, eximit inde, nisi fuerint senio graues, aut debiles, aut valitudinarij, adeo vt de facie cõijcere liceat non posse corporali se opere & labore sustentare, hos nãq; absque vllo discrimine siue ciues sint siue aduenæ, impunè lex nostra mendicare permittit. Quare inquit ibi ipse Soto se non intelligere quomodo ex huiusmodi legibus communibus aut regni elici possit, vt mendicantibus fines & lineæ præscribãtur, extra quas non sit eis liberum mendicare, vt ibi late prosequitur ipse Soto per conclusiones. Sed ex pragmatica noua Madritij facta est iam prouisum ejciendos pauperes, vt redeãt in prouincias suas, & ne ab eis exeant, & hoc fortasis, quia datus est ordo eos in prouincijs suis sustentandos, quod iustificat pragmaticam hanc sanctionem, si ita fieret, sed vereor prouisionem hanc fieri, & in cap. 5. ipse Soto respondet obiectionibus, & per capitula sequentia multa optima prosequitur, quæ non est necesse referre, sed potius pauperũ misereri, & amare eos prout Deus summopere amauit, Deuteron. c. 15. & non omnino mendicus, & indigẽs non erit inter vos, & alijs pluribus authoritatibus exornat Peguera, in dictis suis quæstio. crimi. cap. 4. per totum, paupertati, infirmitati, ac senectuti plura sunt priuilegia in iure concessa, quæ nos alibi retulimus remissiue.

Ibi, *Sesenta açotes.* Lex sequẽs quinquaginta flagella dãda esse disponit, sed hæc parum differunt, ideo non consideranda, & quia per. l. 6. infra eod. alteratur, & per. l. 11. infra eod. augetur pœna, & alia in lege sequenti contra hos vagos & pigros dicemus.

SVMMARIA.

AMasis legem constituit vt singulis annis quilibet demonstraret, vnde vt ueret. num. 1.

Lex Secunda.

Summarium.

Potetens laborare compellendi sunt, aliter puniendi.

IBI, *Sean apremiados.* Nam vt Aristot. inquit, libr. 7. politi. Respub. in otium partitur & negotium, namque homines ingenio præstantes (quos liberos vocat) in otio esse præcipit, quod est à mæchanicis artibus, alijsque id genus corporeis laboribus exẽptos, qui partim ad gubernacula Reipublicæ sedeant, partim rei militari præficiantur. Alij literarum contemplationi incumbant, alij denique diuino cultui mancipentur. Eis vero, qui corporis potius robore, quam ingenio valent, seruili vulgo, nullum inquit, otium dandum est, sed in opere semper & negotio teneantur oportet. Herodotusque dicit lib. 2. Amasis legem hanc apud AEgyptios condidisse †, vt singulis annis vnusquisque apud prouinciarum præsides demonstraret, vnde viueret, & qui hoc non faceret aut non demonstraret se legitime viuere, is morte afficeretur. quã legẽ Solon ab AEgyptijs mutuatus, Athenien sibus tulit: quam illi, quod sit castissima assidue vsurpant, & in hunc etiam modum Diodorus Siculus, lib. 2. inquit, cogebantur AEgyptij omnes scripta sua nomina ad præsides regionũ, & simul quo exercitio viuerẽt. Referre: qua in re siquis mẽtiretur, aut si iniuste viueret quæstu, in mortis pœnam incidebat, dicitur hanc eandem legem à Solone, cum ad AEgyptios penetrasset, ad Athenieñ ses traductam, quam lex nostra sequi vult, & proprius verba Auth. de quæstore in versic. volumus autem, dum dicit ibi consultus, volumus autem cingulum habentes hoc, respicientes ad Deum, nostrumque timorem, & legem, requirere ad magnam hanc ciuitatem venientes ex quacũque prouincia sint, viros siue mulieres, aut clericos, seu monachos, vel monachas, siue externarum ciuitatum aduocatos, aut alterius cuiuscunq; fortunæ, vel dignitatis existant, & perscrutari, qui sint, aut vnde venerint, & qua occasione, &c. Et iterum ibi, si vero vitæ occasione aliqui aut lites non habentes in hac sunt nostra ciuitate, vt propter victum, aut eo quod adeorum desideria non sufficiat, iam etiam peccent, corporum eorum statum, qualis quis est inspicere, & siquidem valent eis corpora, potentes autem, sufficere ad laborem, sunt, siquidem seruilia fuerunt, cognoscere quorum sunt, & hos etiam inuitus possessoribus transmittere, si vero liberi fortuna, & ex aliquibus ciuitatibus aut prouincijs orti: hos transmittere ad prouincias ex quibus orti sunt. Vt & inquit lex nostra & præcedens, dum dicunt, *Y los echen fuera de los lugares.*

Ibi, *Y no les consientan que esten baldios,* vt & inquit consultus, in dict. Auth. de quæstore versic. lęsos autem, ibi & aliorum, singulos interrogare qua venerint gratia, & inquisitis, quæ digna sunt super eis agere, vt non pigri hic sedeant, sed competentia agentes ad proprias reuertantur prouincias, & in hoc propositum multa singularia tradit Cassanæus in Cathalogo gloriæ mundi, 11. parte. 1. consid.

Ibi, *Y si despues del pregõ los hallarẽ baldios, les dẽ cinquẽta açotes.* Vt disponitur in. d. Authen. de Quæstore. §. si vero ibi. Simul autẽ, post probationes interminatas secundum nostras leges exigere pœnas: & præconiũ hoc etiã per pragmaticam nouam *de los vagabundos,* nũc nouiter reddita iubetur præconizari, & publicata est ac præconizata ac deberet exequi contra istos vagabundos sanos & robustos ad laborandum, & contra histriones & mimos, qui vere vagabundi sunt, & nullius effectus eorum vita & officium: & pœna ista flagellorum altera tur per. l. 6. infra cod.

Ibi, *Saluo si fueren hombres enfermos.* Vide quæ diximus in lege præceden te in gloss. *Si no fuessen tan viejos.*

In. l. 3. sequente disponitur solum quod vagabundi arceantur à curia Regis, & quod ibi non intrent sub eius pœna.

SVMMARIA.

LEnones qui dicantur & qui tales nominentur, num. 1. & num. 2. in propositum nostræ legis, qui tales sint.
Nefarium scelus indicatur lucrum habitum ex meretricijs, scortationibus, & fornicationibus, num. 3.
Testes an lenones homicidæ & alij numerati, num. 4. possint esse.
Pater & Dominus peccendi necessitatem filijs & ancillis dantes potestate eorum priuantur, num. 5.
Tria debent concurrere in lenocinio, vt pœna mortis imponatur, num. 6.

Lex 4. & 5.

Summarium.

Leno nullus sit, & pœnæ eius, qui fuerit.

IBI, *Por los rufianes,* Qui latine lenones nuncupantur, de quibus & qui tales † nominentur habemus. l. 1. tit. 22. part. 7. & sunt ita odiosi in iure vt Iurisl

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iurisconsultus in Authen. de lenonibus, in princ. inquit, & antiquis legibus, & dudũ imperantibus satis odibile visum est, esse lenonum causam & nomen, in tantum vt etiam plurimæ contra talia delinquentes scriberentur leges. Et lenones, de quibus in præsenti, vt ex contextura legum nostrarum patet, sunt ij, qui in mere-
2 tricijs publicis† habent mulieres quibuscum vel amore, vel blanditijs, vel metu ibidem positis per eos, lucrantur ipsi nummos & alia, quibus sustentantur, & vagantur, & isti pœnis harum legum puniuntur, de maritis vero suas vxores consentibus adulterare, in *titulo de los amancebados*, adest lex vbi dicemus: Et de istis lenonibus & lenocinijs vltra Doctores in dictis locis & in l. crimen. & in l. ita cordi pudor. C. de adulter. & gloss. in dict. l. 1. & 2. titulo. 22. part. 7. & in illa l. 2. ponuntur quinque modi lenocinij, & ex quolibet eorum graue crimen committitur, vocaturq; generalius adulterio crimẽ, est enim nefariũ illud scel⁹, quo quis
3 ex publicis † scortationibus, ex adulterijs, ex defloratione, aut ex fornicationibus sibi quæstum facit, non quidẽ proprio corpore, sed virgines, mulieres, matronas, aliorumve vxores, aut meretrices, huius quæstus gratia ad actum venereum aut publicè, aut occulte pellicens, vel etiã adhoc priuatim domi alens, & ex eo meretricio meritorioque quæstu viuens, quod quidem peccatum lenocinij non est scelere inferius peccato meritorio, hoc est eo, quo quis proprio corpore quæstum facit, teste Vlpiano. l. palam. §. lenociniũ. ff. de ritu nuptia. & in l. athletas. §. 1. ff. de his qui notãt infa. ex quibus crimen hoc lenocinij grauissimè punitur, & infamia notantur illud committentes, & sic isti, nec homicidæ, malefici, sacrilegi, periuri, concubinarij manifesti, & incestuosi atque huiusmodi produci testes non
4 possunt, nec in testimonium † admitti debent, cap. ex parte. & cap. super eo. extra de testibus, l. non potest. ff. de furt. capi. consanguineorum. 3. quæst. 4. capit. constituimus. 3. quæst. 5. præterea qui lenocinium commiserit, hoc est, qui publice exscelerata & meretricia vita mulierũ, aut propriarum vxorum, aut filiarũ, aut aliarum etiam quarumcũque turpem quæstum faciunt, & exinde viuunt, ij puniendi sunt vltimo supplicio, aut crucis suspendio, atque in patre vel domino additur quod si filijs vel ancillis peccãdi necessitatem im-
5 posuerunt ex solo præcepto† vel suasione priuantur earum potestate. l. si lenones. C. de Episcop. aud. & l. lenones. C. de spectaculis. libr. 11. & l. 2. titul. 22. part. 7. l. 4. titu. 22. part. 4. & plures prout fuit Solon, & Euthimacus & Cleomenes, Tyranni, hos morte condemnarunt, prout de eis & alijs refert Peguera in Quæstio. crimin. cap. 15. numer. 10. & ex. l. 7. titu. 10. libr. 4. fori, itidem puniebantur lenones, & ex l. 2. supra dict. titu. 22. part. 7. alijs etiam pœnis afficiebantur, vt & inquit Iulius Clarus, in libro quinto, practic. crimin. §. fin. quæst. 68. num. 23. Sed ex legibus nostris in præsenti apponũtur pœnæ seruandæ contra hos lenones mulieres ad quæstum tenẽtes: contra maritos vero hoc permittentes in titulo, *De los amancebados*, infra eod. Deo volẽte dicemus. Et tres modi cõcurrere de-
6 bẽt in lenocinio, vt pœna mortis† imponeretur quos refert Peguera vbi supra. n. 11. quos desumpsit à Iodoco in pract. crim. c. 91. n. 5 quẽ ibi allegat. Primo, vt mulierem ad hunc meretricium actum persuasionibus, aut pœnis; aut precibus produxerint, & hoc ex con-

ex consuetudine saltem per binum actum id facere sint soliti. Secundo, vt ex ipsius vita nefaria & auaritia sibi quæstum fecerint, & pecuniam acceperint. Tertio, vt eam sibi ad dictũ actum subiectam fecerint, & morigeram, aut promissis, aut pecunijs, aut alijs quibusuis modis, & hæc etiã pro banda erunt ad nostri text. pœnam imponendam, & ad probandum esse lenonem & lenocinium committere.

In l. 5. ibi, *Seys años*. Hæc pœna augetur per l. 10. infra eod. vsque ad decem annos.

In l. 6. ibi, *Mayor de veynte años*. Si est minor in. l. sequenti. 7. in ordine declaratur, & ibi quid in seruis & pœna huius legis augetur per l. 11. infra eodem, & laudandam hanc legem dicit Salazar, de vsu & consuetu. cap. 5. nu. 24. in fin.

SVMMARIA.

FVr vocatur à ferendo, & furtum à fure. *num. 1.*

Furtum omni iure prohibitum est, num. 2. & 11. 12. 13. & 14.

Pœnæ furum tam intiquitus, quam post. nu. 3. 4. vsque ad 10.

Furtum peccatũ est mortale, n. 15. & n. 19.

Furtum etiam in re modica est. num. 16. & num. 17. limitatur, & num. 18.

Furtum quid sit, num. 20. & 21. & 22.

Contrectatio ponitur pro omni abductione. num. 23.

Bar. reprobatur opinio. l. si Dominium. ff. de fur. num. 24. & 25.

Sola furandi voluntas vel scriptura aut contractus non faciunt furtum, num. 26. nisi quoad Deum, num. 27.

Credens rem esse suam vel eam posse accipere non committit furtum. nu. 28.

Furtum non committitur rei propriæ, num. 29. & 30. quid si habet rem communem cum alio.

Furtum in re immobili non committitur, numero. 31.

Incorporalia auferri non possunt, sicut nec tradi vel possideri, num. 32.

Vtens re deposita commodata vel pignorata an furtum committat, num. 33. & 34. & 35.

Furtum committit, qui vult in re ipsa vsum & possessionem lucrari. nu. 36.

Furtum non est, quando sit domino permittente, etiam si furripiens putet eam ablationem fieri inuito domino. numer. 37. & 38. infertur ex hoc, & nu. 39.

Innitus dominus dicitur etiam si videat rem auferri, quamuis non contradicat. numero. 40.

In dependentibus à mera conscientia & intentione alicuius statur soli suæ assertioni. num. 41. & num. 43. declaratur.

Casus vbi statur iuramento alicuius, remissiuè. num. 42.

Furtum committit accipiens rem alienam, vel inueniẽs & non præconizans. nu. 44. & quid tunc fiet si dominus non appareat. num. 45.

Fur præsumitur ille apud quem reperitur res furata si est malæ famæ. num. 46. & nu. 47. an hoc sufficiat ad condemnationem.

Fur non excusatur, etiam si dominus rei dicat sua voluntate factum. nu. 48. nisi vt num. 49.

Emens rem furatam tenetur ad eius restitutionem. num. 50. & 51.

Domino rei furatæ an liceat eam perquirere in domibus aliorum. nu. 52. & 53.

Rapiens ancillam causa libidinis non committit furtum. num. 54.

Furtum quotuplex sit. nu. 55. 56. & 57.

Furtum qualificatum est cum scalæ apponuntur ad intrandum domum. nu. 58. & nu. 59. idem si ascendat per parietem. & numero. 65.

Declaratio ad l. Styli punientis ingredientem per scalas. numero. 60. & 61. 62. 63. & 64.

Furtum simplex, compositum committit etiã ille, qui pecora ex pascuis vel armentis furatur, qui abigeus dicitur. nu. 66. & 67. dum tamen adsit consuetudo, vt pœna mortis imponatur. num. 68.

Furum quidam sunt manifesti alij vero non. num. 69. & qui sint ij, vsque ad numerum. 74.

Furum aliqui sunt improbi & simplices, alij improbiores, & alij improbissimi, & alij plusquam improbissimi. nu. 74. 75. & 76.

Iudices plura debent attendere in imponenda furibus pœna. nu. 77.

Fre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frequentia delicta aggrauant & iteratio criminis indiget maiori supplicio. numero. 78.
Circa furti frequentiam puniendam etiam arbitratur iudex. num. 79.
Fures in quibus casibus suspenduntur, remissiue, num. 80.
Fur simplex an possit ad pœnam mortis condemnari, num. 81.
Nemrot fuit primus fur & latro post diluuium, num. 82.
Fures qui sint qui flagellorum pœna sunt cõdemnandi, num. 83.
Furum pœnæ pro varietate temporum, sunt variatæ, num. 84. & 88.
Pœna mortis an pro furto imponi possit, numero. 85.
Intellectus. §. siquis quinque solidorum, numero. 86.
Reges aliqui breui vita functi sunt ob mortẽ aliquorum, num. 88.
Non reperitur dispositum quòd quis pro primo furto vltra pœnam pecuniariam, corporaliter puniatur, num. 89. & 90. differitur, & num. 91. & nu. 97. & 98. quid hodie.
Fur pro primo furto poterat ante fideiussoribus relaxari, num. 92. hodie non, quia punitur corporaliter, vt num. 98.
Fur pro secundo furto qualiter puniatur, nume. 93. & 94. & 99.
Fur pro tertio furto qualiter punitur, num. 95. & 96.
Practica obseruanda cum fure puniendo, num. 100. & num. 101. quòd est iam arbitraria neque abscindi membrum debet, num. 102.
Fur etiam pro magno furto suspẽdi non posse, num, 103. & num. 104. quod sit magnum.
Fur pro tribus furtis suspenditur, num. 105. etiamsi prima duo in vno commisisset loco, & tertium in alio, num. 106. & num. 107. ampliatur & nn. 108. declaratur.
Fur famosus an pro primo furto pœna mortis puniatur, num. 109. & 110. & 111.
Furta tria vt dicantur debent esse distincta re, & tempore, num. 112.
Fur etiam si confiteatur maria & montes nõ dum puniri nisi liquidentur, num. 113.
Furans à debitore suo rem æquiualentem debito an puniatur, num. 114.
Mulieres & serui cuiuscunque ætatis sint non condemnantur ad triremes, nu. 115.

Lex Septima.

Summarium.

Pœnæ corporales furibus imponendæ commutandæ sunt ad triremes secũdum legis nostræ dispositionem. Vagabundi minores viginti annorũ, & mulieres aut serui vagabundi non sunt condemnandi ob vagationem ad triremes, sed in pœnis à legibus Regijs descriptis & impositis.

HEBI, *Que los ladrones.* Qui simplices fures vocantur, de quibus lex nostra loquitur, vsque ad versiculum, *Y en los hurtos qualificados.* cum lege sequente, & vocatur fur, à ferendo, &
1 furtum † à fure, & cognito quid sit furtum, cognosces quid sit & dicatur fur, & cum omnis diffinitio sit in iure periculosa, ideo & furti definitio multipliciter à Theologis & Iuristis datur. Et antequam hanc diffinitionem inseramus, sciendum est furtum
2 omnit iure esse prohibitum, est enim crimen adeò generalissimum, quod vbique gentium tam est familiare, vt vix vllum inter mortales reperiatur, aut frequentius, aut nociuius, eoque non minus ad societatem humanam tuendam pernicioſum, & detestabile, ex quo magna fuit inter antiquos legumlatores de furum condemnatione dissensio, puniendi an essent,
3 vel nõ. Apud Athenienses enim † ex legibus Draconis, capitis supplicio puniebantur, quas quidem leges vt seueras nimis, temperauit Solon, & dupli pœna furtum vindicandum existima-
4 uit. Apud Lacedęmonios † impune furari licebat, vt homines solertes redderẽtur, vt fusius à Gellio, lib. 11. Noctium Atticarum, c. fi. explicatur, qui & de pœnis iure nostro aduersus fures indictis scribit, AEgyptij autem, nec

5 necnon Germani † furta inulta relin-
6 quunt, sic apud Persas nullus erat, † rapinis modus, vt est author Alexan. ab Alex. lib. 6. Dier. Genia. c. 10. qui de Indis, Licijs, ac Scythis multa memoriæ prodit, scribit etiam Plutarchus in problemate. 168. Samijs furari li-
7 cuisse, † cum Mercurio Charidotæ sacrificabatur. Apud Bactrianos, qui parua furabantur sputis dehonestari
8 atq; irrideri † solebãt, apud Athrios vero, qui minima furto subtrahebãt,
9 lapidibus † obruebãtur, author est Petr. Crinitus lib. 3. de honest. discip. c. 13. qui & alia nonnulla ex relatis recenset. & Cælius Rodiginus libr. 10. antiq. lec. cap. 6. ex quibus apud vnos puniebatur, apud alios non: nullus tamen eorum asseruit furta esse regula riter licita, nec asserere poterat, cum ab ipso iure naturali id prohibitum
10 reperiamus, † vt constat ex. l. 1. ad fin. ff. de furt. & in. §. furtum insti. de obli. quæ ex delict. nasc. ius enim naturale dictat, vt quod tibi fieri non vis alteri ne feceris, hinc est quod Scythæ, qui iure scripto carent, nullum deli-
11 ctum † grauius puniunt quam furtum, vt apud Iustinum, itidem & iu-
12 re diuino prohibitum est furtum, † si cuti in Decalogo aperte demonstratur, non furtum facies. Præterea iure canonico ex titulo de furtis. ciuili
13 quoque, † vt. ff. & C. de furt. iure quoque nostro Regio ex legibus fori, & ex legibus partitarum titul. 13. &. 14. partit. 7. & ex legibus nostræ Recopilatio. in præsenti titulo, & sequente,
14 itidem & iure consuetudinario, † & municipali, adsunt enim statuta punientia furantes in vineis, & alijs par tibus: ex quibus dubitari minime
15 licet, quin furtum sit peccatum † mortale, vt ex Diuo Thom. & alijs examinat Marian. Socin. in Rubric. extra de furt. numer. 10. cum sequentibus, & omnes sũmiste presertim Syl

uester in verbo. furtum, numero. 4. & Michael Solõ de iust. q. 66. art. 5. pag. 1291. & arti. 6. pag. 1320. vbi id etiam, in re modica procedere asserunt, vt 14. q. 4. c. 6. instituta de rer. diuis. §. Gallinarum vbi gloss. dicit etiam in ouo,
16 † quam omnes sequi testatur Tyraq. in tract. de iudi. in rebus exigu. num. 114. quòd quantum ad mortale incurrendum in re modica limito, si adest
17 voluntas subtrahendi maiora † si posset, vel quando ex ablatione paruæ rei, Domin⁹ intelligitur grauari, quia scilicet, parua illa res est illi multum clara, vt patet ex Sanct. Thom. in. 2.
18 2. q. 66. alias surripere minima, † non erit mortale, vt ibi dicit, & late de ijs minimis agit Salon, vbi supra artic. 7. in alijs autem quam minimis, nulli dubium regulariter mortale crimen
19 committi, nisi in casibus † à iure expressis, vbi licet furari, de quibus infra eod. dicemus. Quibus sic scitis deueniendo ad furis, & furti diffinitionem, secundum S. Tho. vbi supra, fur
20 tum est acceptio occulta rei alienę: quæ quidem diffinitio ab aliquibus improbatur, eo quod ea attenta omnes iniquę acceptiones, prout est iniqua emptio, & venditio, vsura, cambium iniquum, furta dicerentur, & tamen nullus eas vocat furta, sed pertinẽt ad alias species iniqui cõtractus, ideo Medina de rest. q. 4. inquit quod
21 furtũ est, † acceptio rei alienæ inuito Dño, & hanc cõmuniter in scholis approbatam testatur Salõ, vbi supra. q. 66. art. 3. col. 1285. qui ibidẽ defendere vult diffinitionẽ S. Tho. nos tamẽ defendimus diffinitionem nostri iuris consulti, in. l. 1. §. fin. ff. de furt. & in §. furtũ instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. & in. l. 1. titul 14. partit. 7. scilicet, quod furtum est contrectatio fraudulosa † rei alienæ mobilis corpora-
22 lis, vel etiam vsus eius, possessionis ve, inuito Domino lucrifaciẽdi causa:

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur autem, contrectatio, non ex rigore grammatico, pro quouis contractu rei alienę, quæ nullum obligat vllo crimine, sed contrectationem iurisperiti omnes hic intelligunt actualem rei ablationem, & sic contrectatio ponitur pro omni† abductione, baiulatione, vel delatione. l. siquis vxori. § siquis asinum. ff. de furt. & sic pluries cõtrectans eãdem rẽ nõ dicitur diuersa furta committere, secundum gloss. in cap. imitare. 6. quæst. 1. & est text. in. l. ei qui. ff. de furt. Ex quo falsa est & non sequenda opinio Bart. sæpius in practica disputata†, in. l. si dominium nu. 1. ff. de furt. dicentis quòd si quis furatus est aliquam rem Placentiæ, & postea transtulit se cum re furtiua in Salmanticam, ratione contrectationis & sic noui furti poterit condemnari per iudicem Salmanticæ, neque remittendus est iudici ciuitatis Placentiæ, quæ quidem Bar. opinio communiter & magis communiter reprobata est, cum ex contractione nõ nouum furtum committatur, neq; contrectatio hic importat aliud quàm abductionem baiulationem, vel delationem, & sic contra Bartol. esse magis communem testantur relati per Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæstione. 38. num. 16. quòd verum dicit Olanus, in Antinomia iuris, litera. F. nume. 125. quoties remissio petitur à parte vel iudice, vt remittatur ad locum delicti, secus alias† & sic concordat opiniones, & vsu receptum dicit. Diximus etiam in diffinitione cõtrectatio fraudulosa, nam sine contrectatione fraudulosa furtum fieri nequit, factum enim requiritur neque voluntas & animus ferendi sufficit, etiam si id ipsum scriptis vel conceptis verbis illud minatus fuerit, sola enim & nuda cogitatio & furandi voluntas aut scriptura aut contractus furtum facere non possunt† nisi actualis sequatur rei ablatio, ex. l. 1. ff. de furt. & hoc quoad forum exterius, quoad Deum tamen sola voluntas† sufficit, secundum text. in capit. vulgaris, 7. quæstione. 1. & c. si propterea. 14. quæstione fin. quia est contra illud præceptum Decalogi, non concupisces, & dictum fuit fraudulosa contrectatio, etiam quia animus deprauatus in contrectatione requiritur, Secus si deficiat animus, putà si credebat rem esse suam†, vel posse aceipere ab eo, qui habebat ibi ius: nam non committit furtum licet teneatur & condemnari possit ad rei restitutionem & æstimationẽ illius, ex eo quod ius sibi facere voluit, imo & perdebat ius si quod habebat ex rigore iuris. l. si quis in tantam. C. vnde vi. &. §. quia tamen. Instit. de vi bon. rap. licet hoc de amittendo iure in profanis ab vsu recessit, vt in suo loco late diximus in libr. 4. suprà diximus etiam in diffinitione rei alienæ, quia rei propriæ furtũ nemo committere potest† nisi alius haberet in eius aliquod, puta quia erat cõmodata vel impignorata, aut huiusmodi, vt. l. cum res pignori. ff. de furt. & l. si is qui rem, là primera. ff. eod. titu. Vel si eandem rem forsan haberet cum alio communem, tunc enim non tam suarum rerum, quam alienarum† fur habendus esset. l. si socius. ff. de furt. deberet tamen tunc probari quod malo animo fecit, aliter enim præsumitur fecisse ratione partis suæ secundum Bosi. in pract. crimin. titu. de furt. num. 7. Dictum etiã fuit, mobilis, quia in immobilibus†, vt est ager, propter suam summam granitatem, & onus, moueri & contrectari, vel auferri non possunt. §. quod autem. Instit. de vsucap. Si tamen quis cretam ex fundo abstulerit alieno, furtum committit, non quod cretã effoderit, sed quod eam, scilicet,

scilicet mobilem effectam abstulerit l. si cretæ. ff. de furt. & l. verum la. 1. ff. eod. Diximus etiam corporalis, quia incorporales sicuti nec tradi† nec possideri possunt, ita contrectari nec auferri. l. Seruus. §. incorporales. ff. de acquirend. rer. dom. dictum etiam fuit, vsus eius possessionis ve, quia si creditor vtitur pignore debitoris, vel cõmodatarius vel si depositarius vtitur re deposita, † vterq; furtum committit. l. si pignor. ff. de furt. §. furtum instit. de oblig. quæ ex delict. nas. & intelligit Coua. lib. 3. Var. c. 15. nu. 8. quoties quis vtitur re ad aliũ, quam destinatum vsum. Vel si vtitur ea ad vsum destinatũ, & dereriorauit eam secus si ad vsum destinatum & sine deterioratione† ea vtatur, nam tunc non cõmittitur furtum, quia creditur Dominũ permissurum, vt & per Hipol. consi. 53. nu. 13. cũ duobus sequẽt. volu. 1. & per Menoch. de arbit. casu. 298. imo si cõmodatarius & depositarius vel pignus habens est homo nobilis vel bonæ opinionis nõ condemnatur de furto, † neque cõdemnatio eum infamat, vt per Coua. vbi sup. Itẽ quia is furtum committit qui vult in re ipsa† vsum & possessionẽ lucrari, vt per Sylues. dict. verb. furtum. n. 2. in fin. Dictum etiam fuit in diffinitione inuito domino, quia quando fuit domino permittente, etiã si furripiẽs puter eam ablationem inuito domino fieri furtum†, nõ est. §. placuit cum sequent. Instit. de oblig. quæ ex delict. nas. licet quoad eũ aliud esset, vt per Sylues. verb. furtum, num. 1. in principio. Et sic si propria authoritate accepit rem alterius pro aliquo vsu vel necessitate credens Dominum permissurum, † & concurrit aliqua iusta causa ad hoc credendum vel præsumendum, putà quia hoc dixit, & protestatus est coram aliquibus, vel erat coniunctus, vel valde amicus, vel res erat parua, vel Dominus erat consuetus talia concedere, non tenebitur furti, ita probat text. in. l. in rem omnes. §. recte. ff. de furtis. in hæc verba. recte dictum est, qui putaret se domini voluntate rem attingere, non esse furem, quid enim dolo fecit, qui putauit Dominum concessurum fuisse, siue falso, siue vere putetur? Ergo solus fur est qui contrectauit, quòd inuito Domino se facere sciuit, & ibi notant gloss. & omnes, text. etiam in. l. qui re sibi commodata. ff. eodem, text. in. §. placuit. Instit. de obligationi. quæ ex delict. nas. & diximus hanc rem alienam intrantem credentem dominum permissurum id cum aliqua† causa debere iustificari, quoniã in dubio semper præsumitur contra furẽ, quod inuito domino animo furãdi faciat, ex rex. in. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. vetare autẽ dñm accipimus etiã eum qui ignoret, hoc est, eum qui nõ cõsensit, & ibi gl. & Docto. Abb. in. c. dudum, el. 2. nu. 18. de elect. & in. c. 1. de præsumptio. n. 3. & dicitur dominus inuitus etiam si videat rem† auferri, quanuis non cõtradicat, scilicet ex timore vel verecundia, vt. l. pen. ff. de furt. aliter enim non contradicendo cum possit, videtur cõsentire, argum. cap. error. & cap. consentire. 83. dist. quod tamẽ fallit in casu. l. si quis seruo. C. de furt. vbi persuadẽs seruo, vt tollat rem à domino, & seruus tollit eam domino permittente, cui prius denuntiauit, tenetur furti & serui corrupti, si autem putauit inuito domino, & tamen dominus vult, furtum quidem facit quantum ad suam intẽrionem, sed restituere non tenetur nec dominus potest repetere obstante sibi sua voluntate ex. l. inter omnes. §. penult. ff. de furt. notat Silues. in dict. verb. furtum. numero. 2. Et supra dictis non obstat

Universidad de Deusto
Biblioteca

glosſ ſingul.& ordinaria,in.§.ſed iſtæ quidem.Inſtit. de actio.in glo. magn. in medio.vbi habetur quod independentibus à mera conſcientia & intentione alicuius ſtatur ſoli ſuæ aſſertioni †,& ibi Iaſ. & Gome. ſimilis glosſ. vſus.in.l.1.ff.de itin. actuque priu. & glo.1.in fin. in.l.2. C. de ſeru.& aqua. &.37.caſus,vbi ſtatur iuramẽto alicuius refert Caſſanæ.† in conſuet. Burgund.tit. *Des juſtices.* Rubr.1.§.5.nu. 173.cum ſequentibus plur.fol.59.colum.4.non inquam hæc obſtant,quoniam procedunt & debent intelligi quando præſumptio aliqua non militat † contra eum, ſecus alias, vt in noſtro caſu per prædicta,& in terminis tenet & declarat Barto. in dict. §.rectè, & moderni in dict.§. ſed iſte quidem præcipuè Iaſ. num. 88. Anto. Gom.tom.3.cap. 3. nu. 26. & eodem tom.cap.5.num.1. Infert etiam ex dictis cum Anto. Gom. ibi nu. 2. quod ſiquis accipiat rem cuius dominum ignorat, vel inueniat deperditam rẽ, quam ſibi retinet non demonſtrando vel præconizando † tenetur furti, ex.l.falſus.§.qui alienum. ff.de furt.& ibi Doctores, probat etiam text.cum ratione in.l.ſi.verſic.omnes. C. vnde vi.ſed ſi facta competenti diligentia non inueniatur dominus, tunc inuẽtor tenetur vendere & pretium dare & reſtituere pauperibus pro anima† veri domini, Argum.text.in Authen. omnes peregrini.C.communi,de ſucceſſ.per quem ita tenet Barto. & relati per Anto.Gom.d.nu. 2. vbi tamen ipſe inquit ex.l.1.titu.12.lib.6. Ordin. inſerta pro.l.7.titu.13.lib.6. Recopil. quod hodie in noſtro regno,quod domino noſtrẽ corum illius loci debet dari, vt ipſe faciat diligentias de quibus ibi ,vel vbi in loco illo non adeſt qui illud recipiat nec altera conſuetudo inueterata, dantur iam ſimiles res in aliquibus locis quæſtorib⁹ quæ rẽtibus eleemoſynas pro Redemptione captiuorum nominatis ab ordine & regula religioſorũ ſanctiſsimæ Trinitatis quod ſi dominus ille moſtrencorum nullam diligẽtiam fecerit furti tenebitur,ex dicta.l. nã & ille apud quem reperitur res furata,ſi eſt perſona malæ famæ † præſumitur fur,ſecus ſi bonæ famæ & conditionis, vt communiter Doct.tenere teſtantur Auguſt.in additio.ad Ange. de maleſ. in verſ.& veſtẽ cæleſtẽ,poſt.n.19.& Hipoly.cõſi.92.n.17.& Soci. in Rubr.n. 3.extra de furt.& Clar.in pract.crim. §.furtum.n.5.vbi inquit hoc non ſufficere ad condemnationem† benetamẽ ad torturã,& hæc adeo vera ſunt & procedunt, ꝙ etiam ſi facto furto cõpareat dñs rei & dicat id ſua voluntate fuiſſe factũ & eo permittẽte † nõ excuſatur fur,quia in dubio præſumitur ꝙ eo inuito fuit factũ, niſi concurrat aliqua † præſumptio & cõiectura ex qua poſsit id veriſimiliter credi, ſecundum Barto.in.l.omnes.§.recte.ff. de furt.& alij relati per Anto. Go,vbi ſup.n.2.in fi.& Clarũ in.d.§.furtũ. n. 21.Imo & quod fortius eſt, ꝙ emens rem furtiuam† tenetur ad eius reſtitutionẽ,ex text.in.l. inciuilem. C.de furt.adeo,vt ſi bona fide eã emerit tenetur eã reſtituere,ſi extat, ſed ſi bona fide conſumpta eſt tenetur ſolum quatenus eſt factus locupletior, † & hanc frequẽtiſsimo Theologorũ conſenſu dicit approbatam Coua. in reg. peccatũ,prout cũ refert Iul.Clar. vbi ſup.nu.26. Sed an liceat domino rei perquirere rem furatam in domibus aliorũ,dicẽdum eſt quod ſic †, ſi cum authoritate iudicis fiat,vt cõmunem & in practica receptã teſtatur opinionem contra alteram cõmunem Clarus,vbi ſuprà,num. 3. Vbi tamen optime inquit quod iudices non debent permittere † hanc inquiſitionem fieri per dominos rei furatæ, ne forte deue-

deueniant ſcandala,ſed per executores ſuos & miniſtros iuſtitiæ,& ita fit & fieri debet. Diximus etiam & vltimo indiſtinctione lucrifaciendi cauſa,quia ſi aliquis aliquam rapuerit an illam non cauſa lucri, ſed libidinis † furtum non committit. l. verum.2. aliàs incipit certum. ff.de furt. Quibus ſic diſcuſsis oportet & ſcire quotuplex ſit furtum †, & dicendum eſt quod eſt duplex,alterumſimplex,alterumnon ſimplex, ſimplex furtum & non compoſitum †,id eſt, ſine aliqua alterius criminis compoſitione, eſt, cui nullum aliud crimen aggrauans vnà coniunctũ eſt. Huiuſmodi furtis ſubeſt aliud furti genus, quod burſicopiam vocare poſſemus,id eſt, burſarum abſciſsionem,quorum dextriſsimi aliqui ſunt, furtum vero non ſimplex, id eſt, compoſitum cum alio crimine eſt, quod aliquo additamento †, vel circunſtantia aliqua grauante, conduplicatum, aut aggrauatum eſt, veluti ſacrilegium, quod furtum eſt non ſimplex, ſed qualificatum,duplex vel compoſitum,præter enim rerum violentiam ablationem, adiunctam quoque habet, vel loci ſacri violationem,vel rei ſacræ illicitam contrectationem, ideo is ablator non vt ſimplex fur puniendus eſt, ſed acrius, & enormius: quod is fur non ſimplex habeatur, ſed fur cũ adiuncto, nempè fur ſacrilegus, de quo vide Peguer. in quæſtio. crimin. cap.24.per totum. Sic etiam qui quidpiam furatur adhibita violentia publica, vel priuata, effringendo ſeras, aut alia repagula, vel obices, is (quia non ſimpliciter furtũ admiſit, ſed furtum alio præterea ſcelere auxit) non ſimpliciter etiam puniendus eſſet, ſed lege Iulia de vi publica, vel priuata, vel quia furando occidit, vel vulnerauit, & tenetur lege Cornelia de Sicarijs, vel lege Aquilia de vulnerato. Itidem ſiquis furandi cauſa aperuit oſtium domus clauſum, & ingreſſus eſt,vel apoſuit ſcalas ad ingrediendum per feneſtras, hoc enim furtum † eſt qualificatum, & cõpoſitum qualitate illa aggrauante, & debet mori pro illo,ſecundum text.in.l.6.tit.5.lib.4.fori.Vbi idem in intrante Eccleſiã ad furandum eſſe diſponitur, prout prius erat diſpoſitũ per.l.decimaoctaua, titul. decimoquarto,part. ſeptima.De qua dixi in.l.2.nu.3.tit.2.lib. 1. ſuprà. Sed in alijs locis extra Eccleſiam, habemus dictam legem fori,cuius diſpoſitionem ampliat.l. 74.Styli, vt idem ſit † ſi aſcendat per parietem, vel feneſtram, aut tectum, vel aperiat oſtium clauſum, vel arcam clauſam vi aperuit , vel ſi intrauit per portam apertam, & repertus eſt in latebris domus abſconditus, & cum hæc Styli lex ſit declaratoria dictæ legis fori, in caſu legis fori eſt intelligenda ſcilicet cum quis ad furandum ingreſſus eſt domum †, quia referens intelligi debet in terminis relati , neque poteſt eſſe maior vis in termino referente , quam eſt in eo, ad quem fit relatio, vt ex.l.ſi prior maritus: ff. ſoluto matrimonio.notat Iaſ. in.l. qui ſic ſtipulatur.58.ff.de verborum obligationib. & ſic omnis qualitas quæ ineſt in relato, ineſt in referente, ex.l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituend. vbi additio. Barto.notat, & ſic illa lex Styli, quæ ſe refert ad dictum legem fori in terminis ipſius legis fori, & conſequenter in iure intelligenda eſt , & non in alio, prout in eo , & non in alio intelligit Montolonius eam ibidem in gloſſ.1. & benè , imo & adhuc non ſufficit intrare ad furandum,& reperiri abſcõditus,niſi reperiatur cũ rebus furatis vel mouendo † rem de loco ad locum, vt ex Areti. in.l. poſsideri.§.ſi rem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem.ff.de acquirend.poss. notat Auiles in cap.1.præto. in gloss. *Derechamente*. num.16.fol.38. Sic intelligens vltima verba dict.l.styli. de reperto abscondito disponentis, de qua lege meminit etiam Anto.Gom.tom.3.c. 5.nu.12.sed eam legem intelligit glo. *En las casas*. in.l.18.tit.14.part.7. vt nõ procedat quoties semel tantũ id perpetrasset fur, † sed cũ amplius quam
62 semel, imo & tunc inquit, Auenda. c.16.præt.nu.14.lib.2.quòd si paruam
63 rem furatus est,non † punietur pœna mortis:& tenet glo. *Alguna*,in d.l.18. & quòd plus est quòd inquit ipsemet Grego.in.d.l.18.in glos.mag.col.3.in
64 princ.q; ipse nõ auderet † vsum illius legis styli affirmare, in quãtum dispo nit amplius quam dicta lex fori dispo suerat, & de apponente scalas vide
65 optimam decisionem, † 36.Thom. Grama.& Iul.Clar.in praxi crimin.§. fi.q.68.nu.4.&Peguer.in quæst.crim. cap.26.item & furtũ simplex compo
66 situm dicitur committere illum, † qui pecora ex pascuis vel armentis fu
67 ratur,qui abigeus † dicitur, is enim si decem oues, vel quinq; vel quatuor porcos,vel vnum equũ vel bouem furatur committit crimẽ abigeatus, vt per text.in.l.1.ff.de abige.& l.fi. ibidẽ & in.l.1.C.eodem titul.l.19.titu.14. par.7.vbi lex requirit cõsuetudinem
68 † & vsum id faciendi, vt intelligit ibi glos.& Anto.Gom. dict.cap.5.nu.13. quem vide & Peguera vbi suprà,&sic quotiescunque furtum componitur cum alio crimine, si illud, cum quo cõponitur insignius fuerit & notabilius crimen, tunc acrius punietur,& horum furum quidam sunt manife-
69 sti, alij vero non † manifesti, manifesti sunt, qui in furto atq; adeo cum ipsa re ablata deprehensi sunt,l. 3. cũ sequẽ.ff.de furt.& in.§.furtum institu.de obliga. quę ex delict.nasc.l.2.tit. 14.p.7.vbi glos.cosa, inquit optime, quòd nõ requiritur probari, q; reper-
70 tus cũ re furtiua† furtum fecit se cũd. Fab.in princ.inst.vi bon.rap. sed sufficit cũ ea reperiri:debet tamẽ audiri se cundũ eum,si vellet docere iusto titu
71 lo se ab alio habuisse,† ex quibus vera est doctrina Hippol.in pract.§.pro cõ plemẽto,nu.24. & dicẽtis quòd nõ di citur fur manifestus ille, qui oculorũ
72 † inspectione visus est furari,sed cõtra
73 eũ est cõmunis,† vt attestat Iul.Clar. in pract.crim.§.furtũ,n.2. Non mani festi vero fures sunt,qui furtũ & clam aliorum bona aut auferunt,aut cõtra eorum consentiẽtium voluntatẽ seruãt,& cõtractãt ex dictis iuribus. Et
74 furũ alij sunt improbi † & simplices, de quib' dixim' quiq; clam,interdiu, noctuq; furantur, & de his loquitur tex.in.§.furtũ.Instit.de oblig.quæ ex delict.nasc.&.l.1.ff. de furt. Alij fures vocantur improbiores,quorum qui dam effractores dicũtur,qui cum effractura & ascensu in domum alicuius furantur,& hæ circunstantiæ pœnam augent,furesq; maximè grauãt, vt dictũ est.Quidam expilatores hæreditatis,quidam saccularij,qui veti tas in sacculis artes exercent, quidã vero directarij,qui se in aliena cœnacula inferunt,& dirigũt de quibus in l.1.ff.de effractori.& in.l.saccularij.ff. de extraord. crim. Tertij vero fures
75 vocantur improbissimi †,qui in stratis vijsque furãtur publicis sine homi nis occisione,& de ijs est tex.in.l.capi talium.§. grassatores. ff. de pœn. qui dicuntur proprie grassatores & sunt proximi latronibus. Quarti autem ac nouissimi fures, vocantur plus
76 quam † improbissimi, hoc est, qui in stratis vijsque Regijs & publicis, aut in domibus rapiunt cum homi nis occisione, aut occidendi intentione, & ij latrones famosi propria dicuntur, ob maioris sceleris denominationem, & de his loquitur tex.

text.in.d.l.capitalium.§.famosos. ff. de pœnis.quos omnes refert Cepola in Auth.sed nouo iure.num.53. C.de seru.fugit.& obseruare & attendere plura debent iudices in imponenda
77 † furibus pœna, an necessitate coacti, & non animo furandi, furtum commiserint propter text. & materiam in cap. si quis propter, extra, de furt. Item & an furtum sit magnũ vel paruum,iuxta.l.1.ff. de furt.non enim factum quæritur, sed causa faciendi.l. verum est.ff.eod. Et an à domesticis, vel non domesticis fiat, calliditatem etiam furum considerabit iudex, aut simplicitatem,hoc est, an furatus fuerit ex destinata malitia, vel ex consuetudine,vel an panem, aut potum, aut similes res edibiles furatus fuerit,obseruabitque etiã tempora commissi furti, an fuerint ea rerum omnium penuria differta & obnoxia, an vbertate omni abundantia, furtique commissi locũ & horam & furti ac furis qualitates omnes, & super omnia an furta in regione illa frequen-
78 tentur, frequentia enim aggrauat †, & iteratio criminis indiget maiori supplicio.c.1.de pœnĩ. dist. 5. l.3. § si plures.&.l.non omnes.§.desertor. ff. de re milit.iura enim furti frequẽtiã debent potius obseruare, quam furũ qualitatem,quibus quidem bonus iudex arbitratis & ponderatis imponet pœnam condignam delicto. Nam & in hoc arbitrariam iudicant pœnam
79 † Cepola, vbi suprà, num. 64. & Couar.lib.2. Varia.c.9.n.7. relati per Menochi.de arbitra.casu.295.nu.8 qui tamen asserunt ex qualitate loci & modo furandi & alijs circunstantijs arbitrium hoc extẽdi posse vsque ad mortem,& ex lege sequẽte, id colligitur, quæ disponit,quod vbi poterit pœna mortis euitari euitetur, imponendo pœnã de qua ibi; vbi autẽ id cõmode nõ poterit fieri nõ est mutãda pœna

ordinaria,&.l.4.& 6.tit.24.isto lib.&
80 plures casus vbi fures non † suspendũtur refert Cassanæ.in Cõsue.Burg. tit.*Des justices*. §.5.nu.9.cũ seq.plurib. fol.47. & an simplex fur possit ad pœ-
81 nã † mortis condẽnari,vide Michaelem Salon, in. 1.tom.de Iust.& iur.q. 66.arti.6.controuersia.4. col.1335.& Peguer.in quæst.crimi.c.27. n.1. & sequent. Et primus post diluuium latrocinium & raptum exercuit Nemrod
82 † pronepos Noe,qui cæpit esse potẽs in terra,& erat robustus venator coram Domino,vt apparet Genes.c.10. vbi Lipomanus exponit quod latrocinũ exercebat,& sic fuit primus omnium latronũ & detrobator, & hæc pro prima glo.sufficiant.

Ibi, *En pena de açotes*. Sed quãdo erit hoc,& qui sunt ij fures, qui in flagel-
83 lorum pœna † sunt condemnandi.Et Salazar,de vsu & cõsuet dicebat in.c. 5.n.20.versi. verberandi, id esse cum non erat fur soluendo quadruplum, vel duplum, & sic dicebat legem nostram quam pro.l.4. allegat, intelligendam, sed male dixit meo videri, vt ex infra dicendis apparebit & ex per eum ibi dictis vbi dicit.l.9.istius tituli, tollere pœnam septupli, & vt hos agnoscas necessario sciendum est, quænam fuerunt & sunt furum
84 pœnæ, † & vt ab ante multo incipiamus sciendum est pro varietate temporum & malitia hominum leges assignasse varios modos punien di fures, adeo vt nunc arbitrio iudicum relinquatur pœnarum impositio secundum qualitatem furantis, furti,loci,& temporis, & magnitudinem, & alijs circũstantijs necessarijs, Moyses enim Exodi. 22. præcepit,vt fur pecuniæ redderet duplam, fur ouis redderet quadruplum: tempore vero Salomonis crescente hominum malitia & furtis, assignata fuit pœna in septuplum, Prouerb. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Lucæ. 19. in quadruplũ. Apud gentiles in quibuſdam prouincijs occidebantur pro notabili furto, vel multis repetitis, in alijs manebat fur ſeruus Domini rei acceptæ, vt refert Aulus Gellius. lib. 11. Noctiũ Atticarum, cap. obſeruaſſe Romanos, & apud AEgiptios eundem fuiſſe vſum, locus ille Geneſ. cap. 44. adductus per aliquos aperte inſinuat, & lege. 12. Tab. capitali pœna feriebantur, vt Theophi. inſtitut. de prope. & temp. acti. ſcriptum reliquit, prout hæc & alia refert Menochi. de Arbitrar. Caſu. 295. cum ſequent. aliquibus & qua pœna puniebantur fures & latrones de iure Digeſtorum, refert Alberic. in. l. Capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. Barto. tamen in Authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. & ibi Cepola. n. 32. ponit plura iura punientia fures. Primum ius antiquius, quo quidem pœna extraordinaria pro furto puniebãtur, vt. l. ſi. ff. de fur. niſi eſſet publicus & famoſus fur, ſecũdum ius Authenticorum, ex dict. Authen. ſed nouo iure, quod fuſtigentur, Tertium ius eſt in titul. de pace tenend. in. §. ſi quis quinq; ſolidos dicens quod qui quinque ſolidos, vel rem valoris quinque ſolidorũ furauerit, ſuſpẽdatur. Quartum ius eſt ex alia conſtitutione noua de pace iuram. firm. §. furtum, in vſib. feud. Quintum & vltimum ius eſt ſtatutorum ciuitatum ac populorum ſi quæ ſunt prout in Italia. Et ſic tenendum eſt quod de iure commu
85 ni pro furto non eſt imponenda † pœna mortis, vt cõmunẽ teſtatur Gomeci. in. §. ex maleficijs. n. 12. Inſt. de acti. relatus per Clar. in praxi. crim. §. furtum. num. 7. & in dict. §. ſi quis quinq; ſolidos, non tam ex furto, quam ex violatione pacis, imponitur ibi mor
86 tis pœna †, vt ibi hanc communem teſtatur, & Menoch. de arbitr. iud. caſu. 295. num. 13. & Anto. Gom. in. d. c. de furto. num. 9. ad fin. Ita quod vbi deficeret pacis violatio non probat ille. §. pro furto ſolo pœnam mortis imponendam, nam non imponetur, vt ibi optime Clarus diſſerit, & inquit quod proles Frederici Imperatoris, qui ſtatuit in illo. §. quod fur quinque ſolidorum ſuſpenderetur, & ſic quod homo ad Dei imaginem creatus propter bona occideretur, & alibi Reges ſucceſsiuè, qui ſecuti ſunt hanc legẽ, eorumque miniſtri non regnauerũt ſuper terram, & male vitam finierũt,
87 † nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit: ipſe tamen Clarus ibi inquit, non ob hoc id contigiſſe, ſed propter bella & indebitas vexationes, quibus ſanctã Dei Eccleſiam perturbabãt, & non propter illã legẽ, quam nunquam vſu receptam eſſe dicit. Sed & vt propius ad furũ pœnã deueniamus, dicendum eſt quod pro
83 furto manifeſto pro prima vice † vltra rei reſtitutionem imponitur pœna quadrupli, pro non manifeſto, pœna dupli, ex. l. 2. &. 3. ff. de furt. & in. l. in furti eod. titu. Et. l. ſi quis ex domo, eod. tit. tex. in. §. conceptum. verſ. pœnam autem. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſ. & in. §. ex maleficijs. & in. §. quadrupli. Inſti. de actio. l. 18. tit. 14. p. 7. quas leges ad hoc allegãt Ant. Gom. tom. 3. c. 5. de furto. n. 4. in princ. & Cãtera in ſuis quæſt. crimi. titu. de furto. nu. 9. verſi. de iure autem ciuili, & Humada, in. l. 1. tit. 17. p. 2. gl. 12. nu. 2. vbi inquit quod ex dict. l. 18. vltra pœnam pecuniariam imponetur & pœna flagellorum, vel alia corporalis iudicis arbitrio, ſed legem hanc. 18. id nõ probare voluit Cãtera, vbi ſupra, nu. 12. verſic. de iure partitarum, niſi tantum, cum pars accuſat criminaliter, ſecus vero ſi agit actione furtiua, & ita etiam voluit intelligere gloſ. *Conferidos.* ſupra dict. & id dubium eſſe dicebat Anto. Gomez, dict. numero. 4.

quia

89 quia non reperitur diſpoſitum quod quis pro primo † furto vltra pœnam pecuniariam corporaliter puniatur, & Salazar de vſ. & conſuetud. capi. 5. numer. 18. verſic. ergo. Neque debet quis duplici pœna puniri ex. l. ſenatus. ff. de accuſatio. quam allegat Salaz. vbi ſuprà, num. 19. in princip. vbi & pro hoc allegat. l. 12. titul. 1. libr. 8. Recopila. quæ mihi hoc non probat, ſed nihilominus contrarium eſt tenendum, imo quod pro primo furto poſsit imponi pœna pecuniaria appli
90 canda parti, & inſuper corporalis arbitraria † per text. cum communi in dict. l. fin. ff. de furt. & in dict. Authentica, ſed nouo iure, & ex dict. l. 18. ibi *Otroſi*, dum repetitiuè loquitur, & ita tenent Anton. Gomez. ibi, & Humada, vbi ſupra, & Olanus in concord. Antinomiarum litera. F. numer. 131. vbi inquit quod etiam ſi pars accuſet ad duplum, vel quadruplũ iudex
91 poteſt ex officio pœnam corporalẽ imponere, † ſed vbi vſitatæ eſſent. l. fori. 6. titul. 5. &. l. 2. titu. 13. lib. 4. fori, imponentes pro primo furto pœnã pecuniariã, vt ſoluat fur rẽ, & duplũ parti, & fiſco ſeptenas, id ſeruandum eſſet, ſecundum Anto. Gomez. dict. num. 4. verſicul. vnum tamen eſt, & aliquando ſic in noſtra Hiſpania vſitatum fuit, & ſic dicebat Suarez, in ritu. de fideiuſſor. in cauſ. crimin. ſub §. quoad aliam particulam, verſic. &
92 ex hac determinatione infero vnum ſingulare, ſcilicet, quod fur talis pro primo furto poterat ſub fideiuſſoribus relaxari, cum ad pecunias, & nõ ad pœnam corporalem condemnãdus erat ex dictis legibus fori, & an in illo duplo, vel quadruplo cõtineatur principale intereſſe. DD. in dict. §. ex maleficijs, & ex dict. §. quadrupli, inſtituta de actionibus determinant. Pro ſecundo vero furto vltra dictas pœnas pecuniarias de iure ciui

li aggrauabatur pœna, & imponebatur corporalis † iudicis arbitrio, quia
93 ob frequentiam delicti fit aggrauatio pœnæ. l. 3. C. de Epiſcop. aud. text. in. l. Capitalium. §. ſolent, &. §. graſſatores. ff. de pœnis, & alia plura iura allegata per Anto. Gom. vbi ſupra, nu. 5. vbi num. 6. inquit, quod iure regio ex dict. l. 6. titu. 5. lib. 4. fori. & l. 6. tit. 18. parti. 2. pro ſecundo furto cõmuniter imponitur pœna flagellorum,
94 & abſciſſionis auricularũ, † & lex illa fori pro ſecũdo imponẽs pœnã mortis non ſeruatur, ſecundum Ant. Go. ibidem in eodem, num. 6. Pro tertio vero furto, inquit ibi Anto. Gomez, nume. 7. quod imponitur pœna mor
95 tis † de generali conſuetudine ex. d. l. Capitalium. §. *Famoſos.* ff. de pœnis, ſed & adhuc in ijs ex. l. 8. &. 9. ſequentibus, & ex ſimilibus in titu. 24. infra, hoc lib. ſi commode poteſt fieri commutatur pœna mortis in triremes, †
96 quæ ſunt pijſsimæ leges, & hodie obſeruatur, ijs tamen ſic ſcitis vſu obtẽtum eſt hodie etiam pro primo furto † pœnam corporalem imponi, nec
97 vlla imponetur quadrupli ſeptupli aut dupli pœna niſi ſolum rei ablatæ reſtitutio, & corporalis pœna, vt inquit Anto. Gomez, in dict. ca. de furto, num. 4. in fin. & cum ſequens Humada in dict. l. 1. titu. 17. gloſſ. 12. nu. 2. parti. 2. & gloſſ. mag. in fin. l. 18. tit. 14. parti. 7. & Clarus vbi ſupra, num. 16. & cum hæc corporalis pœna imponatur hodie pro primo furto commutatur iam ex. l. noſtra in pœnam verecundiæ pro primo furto, & in
98 ſex annis extra curiam, † & decem intra curiam, pro ſecundo vero furto flagellatur, & ad triremes † perpe
99 tuas mittitur, & id probatur ex lege noſtra. 8. & duobus ſequentibus, ſecũdum Humadam ibi. & Olanum in. d. Antinomia iuris ciuilis litera. F. nu. 127. ex quibus in pract. id obſeruabis

Universidad de Deusto
Biblioteca

100 † quod attenta qualitate furti, & valoris eius impones pœnam ad verecundiam si plus non meretur fur, vel flagellorum, si non est legitimæ ætatis ad triremes sustinendas, quod si ętatem legitimam habet, & meretur flagellari, verecundabitur, & pœnæ triremium subiacebit iuxta legis nostræ, & sequent. dispositionem, vt dictū est. Et sic ex supradictis elicitur, quod hodie, vt in hac diximus lege
101 furum pœna † est arbitraria, neque mortis pœna est regulariter imponē da, vt inquit Clarus in dict. §. furtum num. 7. & Cantera, vbi supra, numer. 12. versicul. sed certe pag 621. neque
102 abscindi membrum † debet, vt & probatur ex dict. l. 18. tit. 14. parti. 7. quibus quidem approbatur iam opinio Saliee. Fulgos. & Castr. in dict. Authē tica, sed nouo iure, dicentium, furem
103 etiam pro magno furto † suspendi nō posse, quos sequitur alios plures referens Anto. Gomez. in dict. capit. de furto, in fine, & Meneses in. l. transige re, num. 12. C. de transactio. vbi allegat Gregor. Lup. in. l. 18. titu. 14. parti. 7. glos. 5. colum. fin. & in. l. 1. titu. 17. parti. 2. verbo. el furto, dicentem hāc esse magis communem opinionem, & hanc communem testatur Iuli. Clar. in dict. §. furtum num. 9. & seq. Couarruui. Dueñas, & additio. Bernar. Diaz, & alij plures relati per Humadam in dict. l. 1. titul. 17. part. 2. glo. 12. num. 1. fol. 156. contra Bald. in dict. Authentica, sed nouo iure, numer. 3. & alios eum sequentes relatos per dictos Doctores, & per Menochi. de arbitrar. casu. 295. nume. 9. etiam si ipse dicat opinionem Bald. esse magis cō munem, & etiam si ipsum sequatur Humada, vbi supra, & etiam si Bern. Diaz, in pract. crimi. Canoni. cap. 84. numer. 2. dicat quod de Hispaniæ cō suetudine opinio Baldi seruatur, sed fallitur, neque vllo iure potest opinio Bald. fulciri, vt inquit Gregori. Lup. vbi supra, & hæc contra Bald. approbatur ex dictis legibus partitarū, & ex lege nostra, & sequentibus duabus, quæ quidem ita volunt, & hanc etiam contra Bal. vbi supra sequitur Cantera vbi supra, num. 10. versiculo vnum tamen est. cum sequent. pagi. 619. & Salaz. de vsu. & consuetū. cap. 5. num. 18. & 19. & quod dicatur magnum aut paruum furtum † arbitrio
104 iudicis relinquitur, secundum Menochi. vbi supra, nume. 10. Pro tribus tamen furtis suspenditur fur † ea com-
105 mittens, quia per reiterationem, & frequentiam fit, & dicitur famosus latro, qui suspenditur ex l. Capitalium, §. famosos. ff. de pœnis, & tenet Anto. Gomez, vbi supra, nume. 6. Clarus vbi supra, numer. 8. & Menochi. vbi supra, num. 17. cum sequentibus. qui omnes inquiunt sufficere si duo furta prima commiserit in vno loco, &
106 tertium † in alio, vt ibi Anto. Gome. num. 8. Clarus, num. 10. & Menochi. 18. vbi plures allegant idem tenētes, imo etiam si pro primis duobus fue-
107 rit † iam punitus, vbi Clarus, numer. 12. & nu. 13. ampliat etiam si pro illis primis duobus fuerit absolutus per
108 gratiam Principis, † quia ea non cōputantur ad puniendum, sed ad agrauandum, adhuc tamen secundum Salazar vbi supra, numer. 20. non debēt esse hæc tria furta parui valoris, nam si quis furatus tria oua, vel gallinas, vel similia in tribus vicibus fit, occides ne eum? certe non. Alijs vero casi b° prout in famoso latrone, in derrobotore itinerum, & in alijs positis per dict. l. 18. tit. 14. parti. 7. puniuntur fu-
109 res pœna † mortis, etiam pro primo furto, vt prosequit. Anto. Gomez, vbi supra, & Menochi. vbi supra. dict. casu. 295. cum. 3. sequentibus, & Cantera vbi supra, versicul. primo, sub nu. 12. vbi cum sequentibus numeris alia prose-

prosequitur dum tamen furtū cum aggressione non sit minimum, nam
110 si esset non puniretur morte, † secundum Salazar, vbi supra, num. 20. versicul. verberandi in fin. sed adhuc tunc in ijs, & similibus casibus, vbi de iure reperitur expressum, & permissum, furem, & latronem suspendi, si commode commutari potest pœna mor-
111 tis †, in pœnas triremium per tēpus arbitrio iudicis taxandum, faciendū est, ex. l. 8. sequent. quæ etiam in enormibus furtis, & latrocinijs loquitur, vt ex ea pater, & ex alijs similibus. 4. & 6. titu. 24. infra eodem disponentibus, dum tamen secundum illam. l. 4. ad minus arbitretur iudex in ijs tē pus triremium per duos annos, si cōmode absque partium dispendio, & reipublicæ, fieri possit, secus vero āliàs, Puta quia partes instant vt pœnæ ordinariæ commutatio non fiat, vel reipub. interest ne fiat commutatio, quia adsunt plures latrones, vel scandalizati sunt homines in vijs, tūc enim cessabit commutatio, sed vbi commutatio fieri poterit facienda est, & tunc erit pœna verecundiæ publicæ, & ad triremes per duos annos ad minus si condemnatus fuerit maior. 17. annorum, & aptus ad seruitiū triremium, secundum text. in dict. l. 6. titul. 24. infra eodem lib. iuncta. l. 9. huius nostri tituli, notabis tamen, quod vt dicantur tria furta debent esse distincta non solum re, sed etiam
112 tempore, † vt tenēt omnes teste Cepola relato per Clar. vbi supra, num. 14. & quando dicatur cōstare de furto vide eund. Iul. Clar. vbi supra, in §. fi. quæst. 56. circa principium, nam de furto prius debet constare antequam accusatum condemnes, etiam si ipse fur fateatur se maria, & mōtes
113 furasse, nam id debet verificari, † vt alibi diximus. Et an excuseturfurans à debitore suo rem æquiualētem debito † à quo illud recuperare non poterat, Clarus vbi supra, in dict. §. furtum, numer. 20. inquit quod sic cum Couarruui. lib. 1. Varia. cap. 2. numer. 15. versicul. quarto eodem, quæ omnia notanda sunt, quia non sic reperies congesta ac digesta, opinionum enim multitudo circa hæc confusionē generabat, & meliori modo quo potui resumpsi eorū dicta circa hæc scribentium.
114

Ibi. *Quatro años.* Per. l. 9. infra eodē, debent esse sex anni, & octo anni de quibus hic, sunt decem per illam met l. 9. infra cod.

Ibi. *Siendo el tal ladron mayor de veynte años.* Per. l. 9. infra isto titul. & lib. id restringitur, vt sufficiat, quod sit fur maior. 17. annorum dum tamen sit aptus, & potens ad seruiendum in triremibus.

Ibi. *Y en los hurtos qualificados.* Adhuc in ijs si commode fieri potest ex. l. sequen. potest fieri commutatio, vt & diximus in glos. magna in fin. istius nostræ legis, & tunc secundum. l. 8. infra eodem tempus triremium est arbitrarium, vt & colligitur, ex. l. 6. tit. 24. lib. isto infra, dum tamen non arbitretur iudex minus quā per duos annos, & ab inde, argumento dictæ l. 4. titul. 24. infra eodem lib. & condemnandus sit maior. 17. annorum, & aptus ad seruiendum triremibus, secundum l. 9. infra isto tit. ex quarū legum combinatione ita est declarādum, cum commutatio facienda est, & fieri potest.

Ibi. *Menores de veynte años.* Per. l. sequentem ętas hæc est restringenda, & restringitur ad maiores. 17. annorum aptos ad seruiendum in triremibus.

Ibi. *Las mugeres*, & ibi *y los esclauos.* Hę enim mulieres, & serui fures aut vagabundi cuiuscunque ætatis sint
115 condemnantur ad triremes, † sed in alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs pœnis à legibus noſtris ſtatutis in hoc noſtro titulo, & alibi.

SVMMARIA.

FVrtum & rapina in quo differant. num. 1. & 2.
Rapina tripliciter committitur. nume. 3. & multipliciter ſumitur. nu. 4.
Rapina quid ſit. numero. 5. & 6. & 7. & 9.
Furtum, ſecundum Inriſtas, eſt quoddam genus ad rapinam. nu. 8.
Violentiæ plures ſpecies, remiſſiue. numero. 10.
Graſſatores an gaudeant immunitate Eccleſiæ. numero. 11. & numer. 12. quis ſic dicatur.
Lex. 18. titu. 14. part. 7. alteratur per noſtram. nu. 13.

Lex Octaua.

Summarium.

In delictis etiam grauibus cuiuſcũque qualitatis ſint vbi commode poteſt, pœnæ ordinariæ commutatio fieri, cõmutanda eſt, in pœna triremium, per tẽpus iudici arbitrariũ, attenta delicti qualitate, & eſt lex iuſta pietate plena, & miſericordia, & ſic laudanda, vt & de lege præcedenti dixit Salazar de vſ. & conſuetu. cap. 5. numer. 24.

IBI. *En los hurtos qualificados, y Robos.* Ex copulatiua illa. Y. quæ ſolet poni inter diuerſa, vt dicunt gloſſ. & Doctores in. l. 1. ff. de iuſt. & iur. decer
1 pes differre, furtum, & rapinam, † nã de furto in. l. præcedente diximus, & poſuimus eius diffinitionem, de rapina vero parum hic dicemus, & ſciendum eſt quod rapina, vt apparet ex principio titulo. 13. partit. 7. cadit, in
2 ter furtum, & vim, † nam furtum eſt rapina, ſed fit cum vi, & violentia circa res mobiles, vel ſe mouentes, vt inquit text. & ibi gloſſ. in. l. 1. titulo. 13. partita. 7. in qua lege dicitur, quod tripliciter † committitur
3 rapina. Primo, tempore guerræ, vt in titulo. 26. & 27. partit. 7. Secundò, cum quis rapit alicui rem, quam portat, ſiue ſit in eremo, ſiue in populato loco. Tertiò, quando domus aliqua cadit, vel incenditur aliquo incendio, vel nauis perijt, & aliqui tũc accedunt tanquam auxiliatores, & rapiunt aliqua de domo, vel naui, de quibus in toto titul. de incend. rui. & naufr. & in. l. 3. titul. 10. partita. 7. & in l. 3. C. de naufra. libr. 11. & ibi Placen. & an excommunicati ſint, vide text. in capitul. excommunicationi de rapto. ſumiturque rapina † multipliciter,
4 primo largiſsimè, & improprijſsimè pro vſurpatione indebita cuiuſcunque rei temporalis ſiue ſpiritualis, ſecundo large quidem, ſed minus pro illicita vſurpatione, vel occupatione rei temporalis, ſiue manifeſte, ſiue occulte, ſecundum illud Ambr. qui vſuram accipit rapinam facit. 14. quæſtione 4. & illud Auguſti. eadem, quæſtio. ſi quid inueniſti, & non reſtituiſti, rapuiſti. Tertiò proprie, & ſtricte, vt diuiditur, contra furtum, vſuram, & huiuſmodi, de qua hic loquimur, & in titu. ſeq. Et ſic rapina, vt elicitur ex dict. l. 1. titulo. 13. p. 7. & ex. l. 1. C. vi bon. rap. & inſtit. eodem, §. qui tamẽ eſt alienarum rerum mobilium, † vel ſe mouentium depræda
5 tio, vel vt dicunt Theologi, in. 2. 2. quæſt. 66. articul. 8. eſt ablatio alienæ rei iniuſta, & violenta, & ſic non eſt rapina, ſi quis rem ſuam tollat violenter ab eo qui aufert, † vel etiam
6 qui iam abſtulit, & ad alium locum reportauit, licet alias male faceret, cum poſſet repetere in iudicio. Similiter, nec ſi alienam iuſtè, vt in bello iuſto auferendo arma.

ſimili-

ſimiliter nec ſi alienam iniuſtè, ſed non per vim, ſed per fraudem latenter, vt in furto, aut de voluntate Domini, vt in vſura, & ſic male dicit ſumma Angeli. rapinam fieri cũ quis violenter, & publica rapit, quia non eſt de eius ratione, quod ſit publica alteri quam Domino, cui violenter aufertur, vt volunt iura quæ allegat, & maximè. ca. pœnale. 14. quæſt. 5. vnde in. l. 1. C. vi bon. rap. rapina dicitur vio
7 lenta † receptio rerum, & raptor, qui à rapina dicitur, qui bona aliena rapit vi, & aperte. l. ſed eximendi ff. ne quis eum qui in ius. vbi notãter non dicitur publicè ſed aperte, ideſt Domino ſciente, & vidente, ſeu vt dicitur in dict. ca pœnale, viſibiliter, & ſic ex dictis, & ex lege noſtra, & ſimilibus iuribus, iuriſtæ faciunt furtum
8 genus quoddam † ad rapinã, & alias iniquas acceptiones rei alienæ, vt eſt videre apud eos. in l. ſi vendidero. ff. de furt. & §. qui vi Inſtituta, vi bon. rapto quibus ſubſcribũt aliqui veteres Theologi, adducti authoritate Auguſti. qui ſermo. 19. de verbis Apoſtoli, & habetur. 14. quæſt. 5. cap. ſi quid, ait ſi quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti, vbi rapinam vocat furtũ, quia retinere alienum inuentum, furtum eſt, idem videtur dicere in lib. 2. quæſtio. Exodi quæſtio. 71. & habetur. 14. quæſtio. 5. ca pœnali, vbi rapinam, & quancũque iniquam vſurpationem alieni vocat furtum, inquit enim, nõ permittit rapinam, qui furtum prohibuit, ſed aperte in furto totum voluit intelligi, id eſt omnem iniquam acceptionem, vnde Doctores iſti, diuidebant furtum in fraudulentum, quod committitur in vſuris, & alijs doloſis contractibus, occultum quod vocamus communiter furtũ, & violentum, quod eſt rapina. Sed D. Thom. & communis nunc Theologorum Schola facit furtũ, & rapi-
9 nam, vitia ſpecie diſtincta, ſub iniqua acceptione alieni tanquam ſuo genere, ita vt furtum ſit acceptio occulta, id eſt ſine conſenſu Domini, nulla tamen adhibita violentia, rapina verò nõ ſolum ſine conſenſu, verum etiã adhibita violentia, quæ eſt aperta doctrina Ariſtot. 5. Ethicor. ita nouiſsimè Michael Salon, in 1. Tom. de iuſt. ſuper. 2. 2. Sancti Thom. quæſt. 66. articul. 4 column. 1289. in fin. cum ſeq. vbi ad huius intelligẽtiam aliqua adducit ad confirmationem conducibilia, & tandem column. 1290. colligit concluſionem, ſcilicet, quod furtum, & rapina ſunt duæ ſpecies formaliter deductæ, ſub iniqua acceptione alieni, tanquã ſub genere, ſed ſiue ita ſit ſicut communis Theologorum dicit, ſiue vt iuriſtæ dicunt rapinam, omnes concludunt eſſe delictum per quod quis per violentiam,
10 † alienas res mobiles, vel ſe mouentes non ſacras, nec de loco ſacro aufert, vt apparet ex ſupra dictis, & per Maria. Soci. adducitur in Rubr. num. 2. extra de rapto. vbi numer. 4. plures ſpecies † violentiæ enumerat, & Anton. Gomez, Tom. 3. Varia. capi. 4. de violentia.

Ibi. *Salteamientos en caminos, o en cãpo,* Qui graſſatores vocantur, & ij vt in l. præcedente diximus, ſi ſine interfectione furantur improbiſsimi vocantur, & vocantur graſſatores de quibus in. l. Capitalium. §. graſſatores. ff. de pœnis, ſi verò cum interfectione, & occiſione furãtur ſunt pluſquam improbiſsimi, & famoſi nuncupantur, vt in dict. l. Capitalium. §. famoſos, & vtrique priuantur immu
11 nitate † Eccleſiæ ex text. in cap. quia plerique extra de immu. Eccleſi. prout alibi latius in ſuo loco diximus, & dicitur hic in text. *En caminos, o en camino.* ad intelligendum, quod etiam ſi tales fures, & latrones non exiſtãt

in iti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in itineribus,& ſtratis publicis,ſed in campo vbi nō adſunt itinera neque
12 publica ſtrata,nihilominus † *Salteadores*, vocantur, & vt tales ſunt puniendi.

Ibi. *En que buenamente puede auer lugar,commutacion.* Et ſic pœna furum arbitraria iudicari poteſt, vt in.l. præcedente in gloſſ. 1. ad fin. diximus.poteſt tamen iudex hoc arbitrium reducere vſque ad mortem, attenta qualitate furti,& rapinæ,vbi commutatione pœnæ mortis commode fieri non poteſt, & hoc modo probat lex noſtra hoc aſſumptum.

Ibi. *Las penas ordinarias les ſean cõmutadas.* Idem diſponitur in.l.4. &. 6.tit. 24.infra iſto lib.& ſic per indirectum alteratur ex.l.noſtra.l.18.titu.14.par.
13 7. † in caſibus ibidem poſitis,in quibus pœna mortis imponitur pro furto,vt ceſſet etiam in illis qualificatis furtis, ſi commode abſque partium, & reipublic. diſpendio commutatio hæc fieri poteſt, quia non alteratur reſpub.ex furtis illis,neque multi ibi dem graſſantur, vt inquit Montal.l. 6.titu.5.lib 4.for.gloſſ.2.& faciunt dicta per Anto.Gom.d.Tom.3.Vari. c. 5.num.13.

Ibi. *Por el tiempo que pareſciere a las nueſtras juſticias.* Idem diſponitur in dict. l. 6. titulo.24. infra eodem,dum tamen non ſit minus tempus hoc quam duorum annorũ, vt ex.l.quarta,ibidem declaratur, & diſponitur.

SVMMARIA.

POena ſeptenarum pro primo furto imponenda receſſit ab vſu.n.1.

Receptatorum genus peſſimum eſt. numer. 2.& numero.3.& .4.qua pœna puniantur,& num.5.dum tamen ſcienter recepient,numero.6.& .7.etiam declaratur, cum ſequen.

Lex Nona.

Summarium.

Augetur in præſenti pœna furum, & quod triremi cum pœna imponatur etiam minoribus viginti annorum dum tamen ſint. 17. & ſufficientes, & apti ad triremes.

IBI. *Por quanto en la prematica.* Quæ pro lege. 7. ſuprà, iſto titu.appoſita eſt,& ſic noſtra eſt illius augmenta tiua vt apparet ex ea.

Ibi. *Y auiendo alomenos diez y ſiete.* Eo quod in hac ætate ſufficiens non cenſetur talis ad triremium ſeruitium, vel quia vſque ad huius ætatis implementum pœna ordinaria minuenda eſt,vt latè per Anto.Gomez,Tom.3. Variat.cap.1.nu.63.vbi nu.55. alia deſcribit in his minoribus.17.annorum ſpecialia.

Ibi. *Sea preciſay no en defeto de galeras.* Ex ijs verbis colligitur manifeſte ſeptenarum pœnam iam olim de Hiſpaniæ conſuetudine obtentam,& ſolitam poni pro primo furto,ab vſu re
1 ceſsiſſe† prout videmus conſuetum: non enim imponitur, ſed verecundiæ,& ad triremes attenta furti qualitate, & id probatur ex lege noſtra clariſsimè,nam cum antea lex noſtra dicat in locum ſeptenarum, & in defectũ ſolutionis earum apponi debere pœnam triremium,& nũc ſtatuat præciſe triremium pœnam eſſe imponendam, & non in defectum ſeptenarum, clare diſponit ſeptenas non eſſe imponendas,cum in earum locum præciſe triremes imponat, & hoc nimirum, nam cum ſeptenæ fiſco Regio eſſent ſoluendæ, & pro Regis ſeruitio ij,qui ad triremes condẽnantur, ibidem exiſtant, non debet

Rex duplicem pœnam ab eis extorquere, cum & antea vnam tantum recipiebat, ſcilicet, vel ſeptenarum, vel in defectum receptionis earum in triremes, & ſic lex noſtra clare noſtrum aſſumptum probat, prout & probare ſuccinctiſsimè aſſerebat Salazar,de vſ.& conſue.cap.5.num.20. verſicul.verberandi,nec obſtat.l. 12. titul.25.infra eodem lib. vbi iubetur, ſeptenarum pœnam eſſe imponendã quia vel corrigitur per noſtram,quæ nouior,vel illa localis eſt, & ſpecialis in locis,in quibus loquitur,& non in alijs.

Ibi. *Se eſtienda y entienda, a los encubridores, y receptadores, y participes, en los hurtos.* Receptatorum enim genus peſsi-
2 mum eſt,ſine quibus latere † nemo diu dici poteſt,Plato, Dialogo.12.de legibus, pœna mortis plectẽdos eſſe dicebat, inquiens,ſi quis rem furto ſublatam receperit, in eadem culpa ſit,qua ille qui furatus eſt.Qui exulẽ, ſeu quenuis huiuſcemodi fugientem ſuſceperit,moriatur. Iure vero Cæſareo, eadem pœna, qua ipſi latrones, & bãniti recepti puniũtur.l.ff.1.de receptato.l.1.C.de ijs qui latro. occul. & licet diſceptari ſoleat, an hæc pœ-
3 na deberet eſſe eadem,†& Bartol. & alijs viſum ſit, nõ debere eſſe eadem vt apparet ex dictis per Menochi. de arbitr.iud.caſu.348.num.3.tamen ex
4 l.18.titu.14.parti.7. eademmet † pœna puniendi ſunt, prout ex. l. noſtra nouiſsimè diſponitur, de quibus & per Anto.Gomez,Tom.3.ca.5.num. fin.& Hippolyt.in.l.ſi in Rixa,nume. 58.&.59.ff.ad leg. Corne. de Sicar. & Pegueram,in quæſtio.crimi.capi.25. & Cantera,in ſuis quæſtio.crim. cap. 8.num.8 pag.614.& Dida.Perez, in.l. 1.verbo. *Los defendiere*, titulo. 16.lib.8. Ordina.pag.321.articulo.2.cum.2 ſequentibus vltra Doctores in locis ordinarijs, & gloſſ. in dict. l.18. verbo. *Encubrieren*, qui omnes hoc intelligũt dum tamen tales receptor ſciẽs eſſe
5 latrones,eos receptauerit, † ſecus ſi eſſet ignorans,& inquit illa gloſſ. *Encubrieren*, quod ad imponendam pœnam corporalem, requiritur proba-
6 tio plena † ſcientiæ, ſecus quoad pœnam extraordinariam,nam tunc per rumorem & famam, ſufficit ſcientiã probare. Item intelligitur hæc concluſio per Anton.Gomez, vbi ſupra, dict.cap.5.num.fin.quoties quis rece
7 ptat furẽ,& res furatas,† cum eo poſt furtum commiſſum, vel adeſt cum eo ad furtum committendum aſſocians eum, & præcauens ne ab alio videatur,ſecus ſi facto iam furto recepta uit ipſum furem ſine rebus furatis vel dedit conſilium,vt fugeret, nam tunc mitius punitur, ſecũdum quod ipſemet Ant. Gom. dixit in eo Tom. 3.capit.3.numer.50.& hoc etiam voluit illa gloſſ. *Encubrieren*,in dict. l. 18. quæ ſecundum hæc eſt intelligenda,
8 & pro defenſione eius,†qui imputat* eſt, receptaſſe res furatas, vide quæ in facto ſcripſit Bald.in conſilio. 410. lib.2.& conſil. 48.lib.3.& conſil. 382. numer.8.& ſequen.lib.5.Riminal.cõſilio.80.Roland.Valle.conſilio.45. in 1.dubio libr.1. & quæ ſit ratio quare receptator latronum eadem pœna cum latrone punitur, receptator ve-
9 ro hæretici mitius † quam hæreticus ipſe punitur, vide per Tyber. Decia. in tracta.de delict.Tom.1.lib.5.capit. 51.nume.65.vbi cum ſequentibus aliqua de excuſandis receptatoribus hęreticorum ſcripſit,& plura ſcribi poſſent in materia receptatorum,& auxiliatorum, & occultãtium, quæ per ipſos videri poterunt, clara eſt enim talium materia,& per Doctores in locis ordinarijs latiſsimè tacta, vt ad alia maiora progrediamur, & proce-
10 dunt hæc ſiue fur ſit ſeruus † filius vel vxor alterius,ſiue extraneus, vt per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anto.Gomez,dict.capitul.5.numer. fin.& Peguer.in dict.capi. 25.numer. 4. & ex legibus nostris indistinctè loquentibus id colligitur;& sic est amplianda. l. eos. C. de furtis ad extraneos etiam.

SVMMARIA.

Ægyptiani, vulgo, Gitanos, *genus hominũ pessimum.nu.1.*

Lex Vndecima cũ sequentibus vsquein finem tituli.

Eges hæ principaliter sunt constitutæ contra AEgyptianos vulgo, *Gitanos, y contra los caldereros,* & pauperes validos mendicantes, declarantes hos omnes pro vagabundis,& quod vt tales puniantur, & bene,omnes enim ij,& pręsertim AEgyptiani,genus hominum est pessimũ, 1 † male conscientiati, fures,latrones, derobatores , & homicidæ, & ideo neque vllo modo permittendi sunt in hoc Regno etiam si vicinitatem velint præbere,nam ij,qui eam præbent,receptant alios vagos,& est domus istorum quasi cauerna latronũ, vbi fugitiui AEgyptiani occultantur & ab inde ipsi occultati, & occultatores exeunt , & totam decurrunt terram ad faciendas robarias furta homicidia, & scandala , prout hisce temporibus , & paulo ante vidimus fecisse,& ideo nullo modo sunt permittendi intrare Regnum Hispaniç, præmaximè quod neque officia audiunt diuina, neque certam sedem habent, qua de causa nunc sic prouisum est contra eos,neque permittuntur in Regno habitare,neque ambulare , & hoc tam masculis quam fœminis prohibendum est sub grauibus pœnis,sub vmbra enim mulierum,& puerorum latet anguis in herba , & hæc pro toto hoc titulo sufficiant.

TITVLO. XII. DE LOS Robos,y fuerças,y de los Receptadores de los tales malhechores.

Vperiori titulo inceptum est de furibus loqui, nunc & in hoc prosequitur legislator de robarijs,& violentijs in furtis cõmissis , & de receptatoribus eorum.

In Rubric.ibi.robos, rapina latine vocantur,& quid sit rapina & alia dea in.l.8.gloss.1.titul. præcedentis diximus.

Ibi. *Y fuerças,* Quid sit vis & quotuplex in.l.2.titul.sequentis in gloss. *Y fuerças de bienes,* Deo volente dicemus.

Ibi. *Y de los receptadores.* De quibus in.l.9.in glo.fin.titul. præcedentis diximus.

SVM-

SVMMARIVM.

REgi pertinere,& spectare ad eum subditos ab omni damno tyrannorum securos facere.nu.1.

Rex vel Dominus loci vbi fit robaria tenetur de ea.nu.2.

Dictio, vltra,augmentatiua, & exensiua est.nu.3.

Rapinam committit, qui publicè , & citra vim peram pileum,togam, tunicã, gladium,& similia eripit.numer.4.vbi qualiter punitur,& numero.5.quid si vi, & publice,& nu.6.quid si cum armis.

Lex Prima.

Summarium.

Itinera secura debent esse, & de pœna rapientium, & committentium in eis rapinas.

IBI. *Deuen ser guardados y amparados.* Ad Regem enim spectat subditos ab omni damno, & strage tyrannorum † securos facere,ne in personis,vel in rebus itinerantes,& ad ferias,& mercata venientes damnum patiãtur,vt.l. congruit, ff.de offic.præf. semperque remouenda est,occasione, damnum fiat.l.vni. §.sed ne. C. de delati. lib. tol. & ideo de robaria facta in itinere tenetur 2 rex,vel Dominus loci vbi fit, † imo ciuitas,si territorium habet, vt inquit, Dida.Perez,in.l.4.titul. 16.lib. 8. Ordinam. gloss. vni. in fin. de quo diximus latius in. l. fin.titu. *De las treguas,* supra isto lib.

Ibi. *No sean osados en los dichos campos hazer fuerças y robos.* Nam hæc facientes grassatores dicuntur,& de improbiori genere furum , vt diximus in.l. Azeuedo super.8. 7.titu.præcedentis,vbi & in.l.8.illius tituli diximus etiam,an rapina sit maior quam furtum,& in quo differant. & priuantur immunitate Ecclesiastica tales derobatores stratarum publicarum,ex.c.inter alia de immu.Eccl. licet in furibus simplicibus aliud dicẽdum videtur, prout diximus in.l. 13.titul. 2.numer. 3. libr.1. supra,vbi alios allegauimus,& tenet etiam Iul. Clar.lib.5.sent. quæstio. 38. numero, 16.& Doctor Paz,in suâ pract.1.tom. part.5.cap.3.§.3.numer.70.&.71.fol. 130. & me referens nouissimè Doctor Gutierr.libro.1.pract.quæst.q.1. num. 20.

Ibi. *Allende de las penas.* Dictio illa, allende, latine, vltra, augmentatiua est,& extẽsiua,† licet id tantũ extendat,cui additur.l.si sic.&.l. si tibi pure vbi Bartol.de leg.3.gloss.& Bartol.in l.legata inutiliter de leg.1.Tyber.Decia.consil.20.nu.17.volum.2. & sic in præsenti solum auget illud,cui additur,scilicet pœnas istorũ derobatorũ à iure introductas. Et cum rapina sit quando quis alterius immobilia, vel se mouentia bona publicè rapit , idque fieri conspicimus duobus modis nempè,vi,& sine vi,siue sine violentiæ illatione : visque bifariam etiam fit,cum armis, & sine armis. Postremoq; ipsa erepta duplicia sunt, quando,& in paruis,& in magni pretij bonis rapina contingit. Quisquis igitur alteri pileum,tunicam , togam , pallium , gladium , thoracem , peram, 4 marsupium , annulum , † & similia leuiora bona publicè , & citra vim eripit , is rapinam committit , & puniendus est quadruplo intra annum, cui quadruplo inest simplum . Post annum vero damnandus est , principalis rei ablatæ restitutione , hoc est in simplũ. l. 2. &.4.ff. de vi bon. rap. l. res.C.eod.&.§.1.inst.eod.l.3 tit.13.p.7. & de ijs nõ loquit. l.nãq uivero superiora

Universidad de Deusto
Biblioteca

riora enarrata † vi & publicè eripit, sine armorum tamen præsidio, is damnatur confiscatione partis bonorum suorum, vt ex.l.6.titul.23.in versicul. fin.infra eodem colligitur, sed si eum vi quoque arma coniunxerit, tunc perpetuo exilio damnabitur, aut alia pœna criminaliter, similesque pœnas subeunt omnes raptores, cooperarij, qui re, ope, opera, & auxilio ad rapinam coadiuuarunt.l.si pignore. §. cũ furti versicul. qui ferramenta. ff. de furt. l. qui domum. ff. ad leg. Iul. de adult. sed si quis rem suam ab alio iniustè detentam rapit, is raptor non dicitur, ius tamẽ perdit.l.2.§.hæc actiõ ff.vi bon.rap.§.quia tamen.instit, eodem titu.& hæc de leuioribus bonis singula intellige. Qui vero res pretio maiores alteri vi eripit, & publicè ad hoc adhibitis armis, is suspen-
6 dio † damnandus esset, quia ipsius crimen non multum ab ipso latrocinio abest, ex.l.18.titul.14.partit.7.sed & adhuc isti, vt diximus in.l.8. tituli præcedentis minoratur pœna hæc ex ibi dictis, præsertim si parua res derobatur. Cui quidem, & legis nostræ pœna pecuniaria iniungi potest, vltrà pœnas istas, quod est addendum ad dicta in dict.l.8.& in.l.7. eiusdem tit. sed cum à communiter accidentibus isti derobatores pauperes sint, raro pœna pecuniaria nostri text. imponitur, licet imponendam esse iudico vltra alias de iure imponendas, vt si forte habeat, vnde soluat iudici non imputetur, si id non fecerit, & condemnetur ipse iudex in ea, cum fisco per legem nostram applicetur, & hæc cum per iudices ordinarios loci proceditur locum habent, sed si per iudices fraternitatis datur & imponitur pœna à.l.3.titul.sequentis assignata.

SVMMARIA

REgi etiam, & Imperatori non licet abutendo potestate sua rapinam committere.nu.1.
Simplum an includatur in triplo condemnationis.numero.2.

Lex Secunda.

Summarium.

Pœna imponẽda militibus, vel eorum hominibus alios derobantes, & quo modo fit inquisitio facienda.

HAB I. *Que si algun caualiero, o persona poderosa.* Nulli ergo hominum etiam Regi in suo Regno, & Imperatori in Imperio, licet rapinam committe
1 re, abutendo potestate sua † per violentiam, tanto enim impudentius ac scelestius eiusmodi potentatus peccant, quanto sanctiori fide iustitiam cuius custodes existunt, erga omnes deberent immaculatam seruare, pro ut ijs verbis sic asserens vtitur Sotus, libro.1. de iustit. & iur. quæstione.3. articulo. 5. versicul. tertia conclusio, vbi in versicul. Secunda ergo conclusio est, aliud esse dicit id licere principibus, & ciuitatibus citra tamen ciuium iniuriam, & iusto tramite seruato facere, aliquid à ciuibus extorquẽdo pro Regni defensione.

Ibi. *Lo hagan luego pagar.* Iunctis verbis sequentibus, *con el tres tanto*, vt intelligas ex eis simul iunctis in tri-
2 plo non includi † simplum, & sic remcaptã, sed quod vltra rẽ ipsam tripli pœna incurratur, & hoc ex ijs verbis clare colligitur, nam cũ prius iusserit ablatum restitui, & post apponat tripli pœnã, necessario fatendum est in triplo illo simplum non contineri, idque etiam probatur ex.§. ex malefi cijs inst.de actio.& in.l.3.tit.13.p.7.ibi *La primera es pecho, ca el que roba la cosa, es tenudo de la tornar con tres tanto, de mas de quanto podria valer la cosa robada.* Pœna tamẽ à lege nostra constituta alteratur per.l.5.titu.seq. quæ seruanda est, vt apparet ex subscriptione marginali super tx. nostro à cõpilatore à pposita, & ab ipso Rege approbata, quod tamẽ ego intelligerẽ, vt apparet ex versic. *Pero si el robo, o toma, o muertes.* Quoties captus, & derobatio fit in itineribus, tunc enim leges, *De la hermandad*, seruãdæ sunt, secus vero si in populo, nam tunc legis nostræ pœna seruari poterit, sed hæc iudicum arbitrio attenta delicti qualitate forma, & modo illud cõmittendi cõmittenda iudico in pœnarũ impositione si in populo fit derobatio.

Ibi. *Sea dada al querelloso.* Allegaui eã in hoc in.l.11.tit.7.glos.1.lib.3.supra.

Ibi. *Sea traydo ante nos.* Prout & in.l.1.titul.1.supra, hoc lib. statutum est, quoties delinquentes sunt porẽtes, ita vt in eis libere executio iustitiæ fieri non possit.

Lex.3.4.&.5.

HAE tres leges eandem quasi materiam tractant, & prosequũtur, lex enim, 3. loquitur de damnis factis à castellanis, & custodibus domuum fortium, vel Dominis eorum, & iubet informationes de his faciendas esse per iudices tam contra dominos ipsos, quam cõtra eorum vicem tenentes in castellis ipsis, & domibus fortibus, lex vero.4. loquitur qualiter teneatur Dominus castelli, & domus fortis si ab ea damnum, & raptus fiant, vel facientes ibidem receperint, siue Dominus sit secularis, si-

ue Ecclesiasticus, lex tamen.5. prosequens hanc materiam iubet, vt si castellani receptauerint delinquentes, & eos defenderint, in suis castris, & domibus, fortib' castella, & domus destruẽda, & diruẽda sunt, de quo & in.l.16.tit. sequentis tractatur, dum tamen, secundum quod ibi dicemus, scientes esse delinquentes, eos receperint, & defendant, prout ex hac l. 5. colligitur, ibi *Sciendo requeridos*, & sic certiores faciendi sunt, esse delinquẽtes illos, quos receptãt ac defendũt, aliter enim si ignorant, excusantur, neque de receptione tenentur, vt in l. octaua titulo præcedentis diximus & iterum in dict. l. 16. repetemus alia.

In eadem.l.5.ibi. *Y la derriben.* Processit à dispositione.l.1.ff.de recepta. l.2.C. de ijs qui latro. occul. & in. l. 16.tituli sequentis, vbi alia diximus.

SVMMARIA.

REpresalia sine pignoratio quid sit. numer.1.
Represaliæ triplici iure prohibitæ sunt. nu. 2.& 3.& nu.4. & 5.quando permissæ erunt.
Represaliæ contra Florentinos concessæ, an possint cõtra eos exerceri, si alibi habitãt, num.6.& an possint capi Hispani Florẽtiæ habitantes.nu.7.
Represaliæ an possint concedi contra clericũ debitorem.nu.8.
Incendium domorum, vel messium atrocissimum crimen est.nu.9.
Incendiarium dolosum, an gaudeat immunitate Ecclesiæ.nume.10.& quibus pœnis afficiatur.num.11.& num.12.quid si ad est violentia.
Incendiarios dolosos comburendos esse viuos vt ibi.nu.13.& nu.14.alia de eorum pœnis, & num.15.quid ex lege nostra, & nume.17.quid de iure cano, & nu.18. quid si adsit tãtum leuis, vel leuissima culpa.
Incendiarij vltra pœnas tenẽtur ad restitutionem damnorum.nu.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incendiarij clerici, an pœna aliqua mulctentur. nu. 20. & .21.
Incendiarius quis dicatur. nu. 22.
Incendiū commissum sine dolo, an puniatur, & de damno teneatur, nu. 23.
Incendens prata sua in die ventoso ad damnum tenetur. nu. 24.
Domo incensa domus contigua dirui potest. numer. 25. & numer. 26. declaratur, & num. 27. an vicinæ domus teneantur pro domo destructa.
Iudex potest compellere ad arcendum ignem incensum. nu. 28.
Vineas destruens punitur si sciens fecit. nu. 29. & nu. 30. declaratur.
Tala non censetur facta in vna vite duobus aut octo. numer. 31. & nume. 32. quod vltra decem est, tala, & nu. 33. qualiter punitur, si non est tala.
Scissor arborum aliarum quam vitis, an puniatur morte. numer. 34. & .35. & num. 36. an teneatur furti, & numer. 37. & numer. 40. quid si non sunt fructiferæ, & numero. 42. declaratur in hoc quædam lex partitarum.
Vicinus scindens arbores cõmunes, & publicas nõ tenetur furti etiam si asportet eas. numero. 38. & numero. 39. quid contra exteros.
Iniuria commotus si scindit arbores punitur criminaliter. nu. 41.
Emphyteota scindens arbores in magnum fundi præiudicium priuatur Emphyteosi, num. 43.
Scissor arborũ, an vltra peccatum teneatur, ad restitutionem. nu. 44.
Augẽtur pœnæ l. 28. titul. 15. partit. 7. per legem nostram. nu. 45.

Lex Sexta.

Summarium.

Represalia hic prohibentur sub pœnis hic contentis, & declaratis, ita vt si ob hoc quis alium occiderit, occidatur, nisi ob suam defensionem id fecerit, vel ob alias causas hic expressas.

HBI. *No sean osados de herir prẽder, o matar los labradores.* Hoc enim genus represaliarum, & impignorationum est, pignoratio enim, & sic represalia, est quando alius pro alio
1 grauatur, siue in persona, † siue in bonis, vt in capit. 1. de iniur. libr. 6. ex quo Iacob à Canibus in tractat. de re presalib. volumine. 12. tractat. Doctorum colligit has represalias esse pro-
2 hibitas † triplici iure, legibus, æquitate naturali, & constitutione ciuili, & licet secundum eum ibi, nume. 14. Doctores tam legistæ quam canonistæ teneant communiter represalias esse omni iure permissas, tamen ex. l. nostra, & ex. l. 1. 2. 30. 10. & .11. titu. 17.
3 lib. 5. supra reprobatas esse † represalias, & pignorationes reperimus, & in. l. 4. titu. 14. lib. 4. supra, & in. Ley 5. tit. 10. parti. 7. & ibi gloss. vbi optima dicit in propositum, & tandem dicit, represalias has esse prohibitas, & nullo modo esse concedendas, nisi propter denegatam iustitiam, vel moram in ea præstanda habitam, & vbi omnia ciuilia remedia tentata fuerint, imo & inquit Couarru. in cap. peccatum 2. parte. §. 9. numero. 4. non aliter represalias licitas fore, quam eo modo, quo bellum licitum iure naturali, &
4 diuino, atque humano † censetur, nam a iustitia belli ad represaliarum ius argumentantur omnes, vt & inquit Marti. Lauden. in tractat. de repres. numero quinto, & ideo cum concedendæ forent requiritur au-
5 thoritas Principis, † qui bellum indicere potest, & præterea causa illa, quæ iustum bellum efficere solet, nẽpe quod illa respublica, aduersus quã indicuntur pignorationes istæ, neglexerit vindicare, quod à suis improbe factum fuerit, secundum Couarru. vbi supra, de quo, & per Sylueštr. in summa verba. represalia, & quomodo

do tunc diligentiæ sint faciendæ, & à quibus principibus obtinendæ ponit optimè Iodocus in sua practic. crimi. capitulo. 98. de pignorationibus vulgo represalijs numero. 1. cum sequentibus aliquibus. Et an represaliæ contra vnos, Puta Florentinos concessæ, possint exerceri contra
6 Florentinos alibi habitantes, † vide Tyberi. Decia. Responso. 71. numero 23. volumine. 2. distinguentem. Et an si concedantur contra Auinionenses possint capi Itali, & Hispani † ibi
7 habitantes, vide Roland. Valle consilio. 72. numero. 14. vbi numero. 16. propter quæ conceduntur represaliæ. Et an possint † concedi contra
8 clericum debitorem, vide Guido. Papæ decisio. 34. & Bosi. in praxi. crimi. titu. de iniur. numer. 36. & sic omnino dicendum est iure nostro Regio has pignorationes, & represalias esse prohibitas, nisi in casibus à iure expressis, quorum tres ponit lex nostra, ibi, *Y esto saluo*, quibus quidem casibus si quis in vim represaliarum occiderit alium nõ punitur nostri text. pœna.

Ibi. *Y si le quemare casas o miesses a sabiẽdas.* Quod est atrocissimum crimen,
9 † vt habetur in cap. pessimam. 23. q. 8. vbi gloss. graueque est igni aliorũ tollere bona scienter, & dolose, & ad coniunctionem humanæ societatis tuendam (quod iustitiæ pars est non infima) perniciosissimum, imo & ad eam prorsus tollendam, & subuertendam scelus cum primis accõmodũ, quis enim eos benignis intueretur oculis, imo quis æquo animo ferret, nequissimos illos incendiarios, qui studio daraque opera, & captata deliberando occasione aliorum igne accendunt domus, aut alia bona? Vnde tã graue exoritur incẽdia passorum dispendium, & nulli, vel tantillum compẽdium, ne ipsis quidem incendiarijs, potissimum cum omnia citra incommodum per ignem redacta sunt in cinerem. Qua de causa assertum est per Cassaneum in cõsti. Bur. titulo, des iustices. §. 5. numero. 11. incendiarium dolosum non
10 gaudere immunitate † Ecclesiæ, & quod ita fuit iudicatũ, quẽ sequitur Tyber. Decia. in. 2. tom. tracta. de delict. lib. 6. cap. 27. nu. 24. acerrimisque pœnis isti tales dolosi incendiarij pu-
11 niuntur. † Primo enim puniebãtur capite, secundũ gloss. potestis in. l. data opera. C. qui accus. non pos. de quo ibi late per Bal. & Salicet. post Cynũ, & post Bart. in. l. 3. cum alijs, per Alex. ibi allegatos. ff. de præfect. Vigil. Secũ dò alijs legibus igne cremandum, & comburendum talem incendiarium asseritur, vt. l. qui ędes cum aliquibus sequen. ff. de incend. rui. & nauf. Tertiò, & incendiarium humiliori loco existentem bestijs dilacerandũ mitti sed si alicuius gradus existeret capite puniẽdum, vel in insulã deportandũ, disponit text. in. l. fin. ff. de incend. rui. & naufrag. & hæ leges intelligẽdæ sunt quoties sine violentia tale incendiũ fit, vel non causa prædandi, nam si cum violentia publica† fieret
12 Puta cum quis cœtu, concursu, tuba, seditione incendiũ facit, tunc enim, & pœnis statutis contra tales vim, & violentiam publicam inferentes punietur ex. l. qui cete in principio. ff. ad leg. Iul. de vi publi. quod extenditur etiam ad eum qui aliquid rapuerit ex incendio, ex. l. 3. §. idem tenetur. ff. eodem, & quod ita istæ leges loquantur probatur ex verbis illis, cœtu, concursu, seditione, quæ omnia solent palam, & publicè fieri, & parantur ad vim faciendam. Item & probatur ex illo verbo, rapuerit, vt notatur in. l. sed eximendi. in principio. ff. ne quis eum, & in hoc differre has leges, à dicta lege. qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædes. asserit Tyberi. Decia. in secundo tom. tractatuum de delict. li. 8. ca. 6. numer. 4. Quin imo & addit text. alibi, huiusmodi incendiarios comburendos esse viuos, † si incendium
13 factum sit ob inimicitias, vel prædæ causa, in oppidis, & ratio est, quod is incẽdiarius qui in ciuitatibus domũ vllam incendit, quam plurimos periculo exponit, vt incauti viuique in suis, aut in aliorum domibus comburantur, & certè talem viuorum combustionem quantum in ipso est, ex sua malitia multis præparat: ideoque æquum est, vt hic maleficus eadem absumatur pœna, qua in alijs nequiter præparauit, argumento. l. saeculari, in ratione sui. ff. de extraor
14 din. crim. si vero in casu, & villa † cõmittatur incendium capite puniuntur, vt. l. Capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis, & hodie habemus optimã, l. 9. titu. 10. parti. 7. vbi gloss. 2. optime loquitur ponentem pœnas ijs incendiarijs, scilicet, vt si reperiantur in ipso incendio ibidem mittãtur viui, vt cõburantur, sed si nõ reperiãtur, tũc quotiescunq; reperti fuerint cõburãtur, si isti tales incendiarij sunt viles personæ, sed si nobiles deportandi sunt, in perpetuũ. Sed ex lege nostra
15 vides iam pœnam † mortis indistinctè positam ijs dolosis incendiarijs, sed si cum vi publica fieret, tunc & pœna vis publicæ imponetur, vel si prædandi causa, sed si ad interficiendum Dominum domus ab ipso incendiario incensæ, fiat, vltra pœnas corporales punitur in amissione dimidie
16 tatis bonorum † fisco Regio applicandorum, ex. l. 8. titulo. 26. infra isto lib. etiam si Dominus domus non moriatur ex incendio illo, vt ibi. De iure vero canonico † incendiarij Ecclesiæ,
17 vel loci religiosi, aut cœmeterij sunt ipso iure excommunicati, ca. tua nos. de sentent. excommunica. & ij sunt incendiarij locorum sacrorum; ante denunciationem absoluũtur ab Episcopo, post denuntiationem vero, nõ absoluuntur, nisi à Summo Pontifice vt magis communem testatur Syluest. in sum. verbo. excommunicatio 7. in. 7. excommunica. dub. 2. relatus per Clar. in. §. fin. quæst. 77. nume. 19. quod intelligit Cantera in quæstio. crim. tit. de furt. & alijs violentijs, nume. 30. quando dolus, vel lata culpa interuenit in incendio, quia si esset
18 leuis, vel leuissima, † non punietur ista pœna, secundum Aufredium Clemen. 1. de offic. Ordin. & idem in tracta. de potest. Eccle. casu. 58. punietur tamen arbitrio iudicis, & si non obedierit excõmunicabitur, si vero iste talis incendiarius sit aliorum locorũ quam Ecclesiæ, vel religiosorum locorum, aut cœmeterij de iure canocum mandantibus consulentibus, &
21 fauẽtibus est excõmunicandus. 23. q. 8. si quis membrorum, & ca. pessimã ibidem, qui etiam à solo Papa absoluuntur post excommunicationem, ita Syluest. in sum. verbo. incendiarij num. 2. vbi inquit, num. 3. quod vltra has pœnas tenentur tales dolosi incẽdiarij (de quibus lex nostra loquitur)
19 ad restitutionem † damnorum, vt ex d. l. 9. tit. 10. p. 7. probatur, & ibi disponitur, quomodo damnũ hoc liquidabitur. Et hoc si incendiarij ij, sint laici, nam si sint clerici, nulla pœna est,
20 aduersus eos statuta, † secundũ Bern. Diaz in pract. cano. c. 105. & notat Cãtera vbi sup. nu. 29. in princ. vbi tamẽ, & ipse inquit, q̃ cum hoc crimen sit graue, quod esset † deponendus talis clericus incendiarius, & detrudendus in monasterio, vt ibi agat pœnitentiam, & bene, sicut ex dict. l. parti tarum. 9. titulo. 10. partita. 7. disponitur, quod nobilis incendiarius deportetur in perpetuũ, & de istis incẽdiarijs, vltra DD. allegatos per addi. Ber-

Diaz

Diaz, in dict. ca. 105. videndi sunt etiã allegati per Boeri. decis. 25. in fin. & Menochi. de arbitra. iudic. casu. 390. Et dicitur incendiarius qui incendiũ
22 ponit † authoritate propria, vel mandat, vel consulit, vel dedit auxilium quando ponitur incendium alicui ciuitati, villæ, vel castro, mansionibus segetibus, & similibus, vt per Syluest: vbi sup. num. 1. & Cantera vbi supra, num. 28. vbi vsque ad nume. 33. de ijs incendiarijs, & eorum pœnis tractat. sed si incendium fiat sine dolo, sed potius casu, vel occasione sine culpæ in habitantium, tunc neque ad dãmnũ
23 † tenetur Dominus domus, sed si culpa in eo daretur, puta, quia cum in domo esset non præuidit id quod cõmuniter præuideri solet, vel cum apposuit ignem ad comburendum siccam herbam fundi sui (prout quotidie fit in ijs partibus *De Estremadura*, vbi post diem Assumptionis Virginis defensarum pastus sicci conremãtur,) apposuit illum in die ventoso, damnum
24 inde secutum † soluet ex. d. l. 9. tit. 10. parti. 7. & l. 10. tit. 15. eadem. parti. Et notandum quod cum domus aliqua accenditur igni magno contigua domus potest † dirui ne ignis ad domos
25 alias transeendat, ex. l. 12. titulo. 15. partita. 7. de quo & per Deci. consilio 651. nume. 5. cum sequen. & Auend. ca. 10. præto. lib. 2. nu. 26. & hoc quo-
26 ties illa domus destructa † erat penes ignem, & quod nisi destrueretur ipsa, & aliæ periclitabantur, secundũ gloss. *En pena*, in. d. l. 12. & Anto. Gom. Tom. 1. ca. 2. nu. 39. col. 5. à principio illius numeri, adeo vt neque tunc vicinæ domus teneantur ad reparationem, † secundum eund. Auend. c.
27 13. præto. nu. 5. versi. sed pone lib. 2. tenebitur tamen ille, qui incendium posuit, vel fuit in culpa, secundum Menochi. de arbitra. lib. 2. casu. 190. numero. 13. vbi & late, de ijs domo

Azeuedo super. 8.

tum incendijs sine dolo commissis tractat. & per Hippolyt. in. l. 1. in principio, numero. 99. cum. 8. sequenti. ad leg. Cornel. de Sicar. & qualiter
28 Iudex compellat arcere ignem † incensum, vide Alberi. in. l. apud vetustiores. ff. de offic. præfe. vig. &. l. 3. titulo decimosexto, partita secunda, allegatam per Auenda. in. d. numero quinto.
29 Ibi. *O talare villas*. Scienter † intellige, vt dictum est in comburente domos, vel messes, & in scindente vites, habemus legem, vitem. ff. arb. fur. cæs. &. l. vitem. ff. quod vi aut clam. l. si seruus seruum. §. si oliuam, ff. ad leg. aquil. l. 28. titul. 15. partita. 7. vbi imponitur etiam pœna mortis, scindenti vites, dum tamen, (inquit lex illa) damnum in ijs vitibus factũ
30 † sit magnum, tunc enim imponitur pœna mortis, & hoc etiam voluit lex nostra dum vtitur hoc verbo, talare, quod magnum inducit præiudicium, non enim in vna vite duobus
31 tribus, aut octo censetur facta tala, † sed in pluribus, vt voluit Auenda. ca. 4. præto. numer. 29. lib. 1. & tunc si nõ asportat vites nõ committit furtum, sed vim, sed si vites asportaret tunc vtique, & furtum committeret, ex d. §. si oliuam, & ex. d. l. facienda. ff. arb. furt. cæsa. & ex d. l. 28. & ibi gloss. *Morir*, inquit hunc esse casum specialem, vt quis pro primo furto suspendatur, sed si damnum non est magnũ quia non est tala, quæ quidem vltra
32 decem arbores solet † dici tala, & non minus, tunc vtique punitur talis scissor pœna corporali arbitrio † iudicis, secundum dict. l. 28. & l. 18. titulo decimoquarto, ead. partit. 7. sed an idẽ sit in alijs arboribus quã in vitibus, scilicet, quod scindẽs eas † cum
33 magno damno moriatur, & posit, vt fur accusari. & in hoc quoad primum quod eadẽ pœna teneatur voluit gl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

En vides, in dict. l. 28. sed contrarium voluit Auend. dict. cap. 4. præt. nu. 28. versi. in alijs, scilicet, quod non puniatur pœna mortis, sed in duplo ęstimationis, ex. d. l. 28. & in. l. furtum. §. fin. ff. arbor. furtim cæsa. de cuius damni ęstimatione loquitur. l. facienda ff. eodem, titul. nam differunt in hoc vites ab alijs arboribus, propter fructus nobilitatē, lætificat enim vinū cor hominis, & ideo pœna contra scindentes vites non extenditur ad
35 scindentes † alias arbores, secundum Bartol. in l. 1. C. de interd. & Ctispus quem pro se allegat gloss. illa *En vides*, loquitur cum & vites & alię arbores scinduntur, & ideo non sine mysterio lex nostra de vitibus tantum, locuta est, & illa. l. 28. clarissimè diuisit vites ab alijs arboribus, quoad hāc mortis pœnam, quicquid ibi velit, supplere Gregorius in dict. gloss. *En vides*, & ita mihi videtur tenendum cum Auenda. in hoc, quoad secundum vero, an scindens alias arbores,
36 quam vites, & asportans † furti teneatur, & videbatur quod non ex doctrina Fabri in Rubr. & in. §. liberum institutarum ad leg. aquil. vbi inquit, scindens arbores syluestres, & non fructiferas etiam si ea asportet lege aquilia tenetur, & non semper criminaliter, & sic in hoc casu huiusmodi scindens, & asportans ęstimatione damni condemnabitur, ex text. in. d. §. fi oliuam, versicul. idem, & in sylua cædua. Sed Auenda. in dict. cap. 4. numero. 28. versic. sed mihi, distinctione in hoc esse procedendum, nam facta distinctione terminorum, arbores, quę nascuntur in alieno territorio, cuius est terminus, tanquam arbores natæ in proprio solo, adquiruntur, & sunt in proprio dominio illi' ciuitatis, aut villæ ad communē vicinorum vtilitatem, & cum detur proprium, dominium, scindentes huiusmodi arbores & asportantes inuito Domino committunt † furtum, ex Regula, quod
37 furtum est contrectatio rei alienæ inuito Domino, & hoc quoties illi scindentes, & asportantes sunt extorri à ciuitate illa, & populo in cuius territorio erant arbores illæ, sed si
38 esset vicinus, qui filius † ciuitatis, & villæ reputatur, tunc vtique non tenetur furti si à mōtibus publicis scindar, & asportet, imo nec si à defensis priuatis in territorio illo existentibus, cum per statuta loci particularis pœnæ sint statutæ, & idem quoad exteros dicerem, si per statuta loci & consuetudines essent pœnæ statu-
39 tæ contra exteros scindentes, † & asportantes, nam tunc pœna furti cessaret, si iurisdictiones populorum essent cōsines, & montes etiam prout in aliquibus adsunt partibus. Ira Auēda. vbi supra, sed an hæc, quæ diximus de alijs arboribus quam vitibus procedent, siue tales arbores sint fru-
40 ctiferæ, siue non, † & crederem idem esse nam. l. vitem. §. 1. ff. arb. furt. cæs. de alijs etiam arboribus loquitur, & sic non refert sint fructiferæ, vel non quoad hoc vt puniatur in ęstimatione, imo & criminaliter accusetur, & puniatur incisor licet non mortis pœna, quæ solis incisoribus vitium imponitur, vt dictū est, in alijs enim arboribus quam vitibus mitius, quā morte punietur talis incisor crimina liter tamen accusari poterit, siue sint fructiferæ, siue nō secundū glos. *Fructos*, dictæ. l. 28. nam. l. 2. titulo. 4. libro 4. fori distinguens inter arbores fructiferas, & non fructiferas, non est in vsu, omnes enim arbores, dici potest, fructus ferre iuxta genus suum, & sic cædens arbores, etiam non fructiferas causa vindictæ, & solū animo damnificandi etiā si non asportet propter huiusmodi iniuriam potest
41 criminaliter † puniri, vt per bona iura pro-

ra probat Iserni a, in sua peregrinati- tul. de malef. Claud. in constit. reg. Sicil. sub. num. 13. quem allegat Auend. cap. 4. num. 28. vers. si vero. qui vbi sic dicit intelligēdum id quòd notat Bon fa. de vita, in tit. de damn. dato nu. 62. pagin. 568. in paru. & sic in alijs arboribus quam vitibus, dict. l. 28. titul. 15. part. 7. colu. 2. dicens puniendum esse incisorē arboris fructiferæ cum duplo in æstimatione, supplenda est
42 † cum gloss. vbi, *Frutos*, cum verbo maxime, vt idem sit in vnis & in alijs, vt in ęstimatione incidens puniatur, cū duplo, & furti etiam teneatur, si ea asportauerit, & lucri fecerit vt iam dictum est, & idem sit in vitibus ex ipsa met lege si damnum paruum in eis factum est, sed si magnum sit damnum in vitibus factum morte moriatur, & sic supra dicta sunt intelligēda, & declarāda sic & emphyteota incidēs ar-
43 bores † in magnū fundi prætudiciū priuatur emphyteosi, secus si damnū esset modicū, vt per Iul. Cla. in select. sentent. lib. 4 §. emphyteosis, num. 2. Et an in foro conscientię teneatur tā ad mortale peccatum quàm ad restitutionem incidens arbores † Auen-
44 da dict. cap. 4. num. 8. in princip. & item in eod. lib. 1. cap. 13. num. 11. tenet quod sic, & tradit Didac. Perez, in quęstione procemiali. 10. vers. ex quo etiam, ad lib. 1. legum ordinamēti posita, & Cordoua in summa de casos de cōsciēcia. q. 64. & 71. & nouissime Michael Solon, in. 1. tom. de iust. & iur. q. 62. artic. 3. de scindētibus ligna, col. 745. cum sequentib. vbi ipsū alios allegant.

Ibi, *O les cortare arbores.* Intellige quæ non sint vites, vt in glos. præcedente diximus. Sed si sint aliæ arbores, tunc in æstimatione cum quadru
45 plo condemnabitur incisor ex text. nostro, & in hoc alteratur & augetur pœna † iuris ciuilis, & dict. l. 28. tit. 15. part. 7. imponentium dupli pœnam & non quadrupli prout lex nostra imponit, quæ in hoc seruanda est. Item notabis ex ijs verbis nostræ legis, ꝙ non facit differētiam, sintne tales arbores fructiferę vel steriles & sine fructu, & qualiter sit liquidādum & tassandum damnum ex dict. l. 28. prattæ decerpes.

Lex Septima.

Summarium.

Nullus propria authoritate potest nec debet alium à ciuitate, villa & populo expellere: nec bona eius capere sub nostri text. pœna.

IBI, *Mandamos.* Pro exornatione istius legis, videnda sunt, quæ diximus in. l. 1. 5. & 6. tit. 13. lib. 4. supra.

Ibi, *Saluo por nuestro mandamiento.* Supple, & parte citata & audita, aliter enim esset spoliare & vim facere, ex text. vbi late diximus in. l. 2. titu. 13. lib. 4. supra.

SVMMARIA.

Dilio, statim, intra triduum verificari potest, num. 1.
Restitutio occupatorum cum est facienda, an sit spoliatus citandus. num. 2. & quid in terminis nostræ legis, num. 3.

Lex Octaua.

Summarium.

Loca & fortalitia per aliquos capta & derobata statim restituantur ciuitatibus, villis, & populis, quorum erāt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ABI, *Luego los tornen, sin otra audiẽcia, ni alongamiẽto.* Istud verbum, *Luego*, intra triduum † verificari potest, ex.l.2. tit.13.lib.4.supra, vbi diximus. 1
2 & an tunc ‡, citatio requiratur illius, qui hæc occupauit, antequam restitutio fiat, vide quæ diximus in.l.6 tit. 13.eod.lib 4. Sed videt ex lege nostra citationẽ non requiri, quia dicit: *Sin otra audiencia, ni alongamiẽto*, iunctis verbis finalibus. Ibi, *Pero si algun titulo tuuiere, parezca ante nos.* Ergo prius est faciendarestitutio, & in hoc casu nostri text. cum loca & fortalitia, & termini ciuitatum & populorum capiũtur de facto, & cum magna audacia & incursu, prout nostra lex loquitur in eius principio, ibi, *Con grande osadia y atreuimiento*, Crederem omnino statim esse restitutionem faciendam, sal-
3 uo iure demonstrandi: titulum † coram Rege, vt in finalibus verbis lex nostra dicit, vel nisi statim titulum hunc ostendat, nam tunc interim ℞ Rex super eo consulitur suspendetur executio, secus vero si titulum non ostendat, nam tunc statim fiet restitutio in odium audacię & violẽtiæ per hos spoliatores commissæ. Et sic lex hæc differt à lege de Toleto inserta in l.3.titu.7.lib.7.sup. quę terminum concedit illis, qui occupauerunt bona populorum, nam hæc Toleti lex loquitur, cum in captione eorum nõ adfuit dicta violentia audacia & temeritas, lex tamẽ nostra cum adfuit. vt sic euitemus correctiones, quæ ex verbis ipsarum legum, & ex Rubricis quibus situantur, excusari possunt.

Lex. 9. fi. huius tit.

Summarium.

Contra surripientes & inuadẽtes bona Ecclesiarum ac personarum Ecclesiasticarum disponit lex nostra.

YBI, *Qualesquier forçadores.* Videnda sunt quę diximus in.l.2.titu.2.lib.1.supra, vbi nostram legem allegaui.n. 4 in fin. vbi diximus legis nostræ pœnam esse sublatam & auctam per tex. in.l.11.titu.2.eiusdem lib.1.vel, vt melius in ead.l.11.in fin. diximus dici poterit quod pœna illius.l.11.seruanda erit, & legis etiã nostræ ex dictis per nos in.l.3.num.14.&.15.titu.1.lib.2.supra. Idque colligitur ex eadẽm.l.11. ibi, *E caya, e incurra en las otras penas en q̃ incurren los q̃ roban y ocupan las nuestras rentas.* Cum ibidem augmẽtatiue potius quam diminutiue lex illa procedat, sed adhuc dubito de hoc intellectu, & sic pœnam dupli nostræ legis,
1 inclusum † credo, i.i pœnis ab illa.l. 11.designatis, notandum itidem est legem nostram non loqui quoties adest effractio templorum & ecclesiarum, nam tunc acrius punitur delinquens, vt retuli me vidisse, in.d.l.2. num.3.tit.2.lib.1.supra. Sed loquitur lex nostra cum effractio, & violentia
2 deest †, aliter enim nõ loqueretur ita humaniter, vt bene aduertit Salazar, in Tract.de vsu & consuet.c.5.n,22.

Ibi, *Y personas Ecclesiasticas.* & sic bona clericorũ eodẽ priuilegio, quo ad hoc gaudebunt, quo gaudent ecclesiarũ bona †, ex tex.nostro hic, prout
3 & in.d.l.11.tit.2.lib.1.supra disponitur, & ibi aduertimus in.n.8.& de violatione templorum vltra per nos dicta in dictis legibus videndus est Iodocus in sua Praxi crimi. c.106. de violatione templorum.

SVMMARIA.

POEna dupli nostræ legis an includatur in pœnis alterius legis, num.1.
Lex nostra quomodo procedat & loquatur, num.2.
Bona clericorum an gaudeant priuilegio aliorum bonorum ecclesiasticorum, num.3.

TITV-

TITVLO. XIII. DE LAS Leyes de la hermandad y officiales de ella cõtra los malhechores delinquentes en despoblado.

ET cum superiori titulo dictum sit de latronibus derobatorib' & vim facientibus, & frustra leges fierent nisi adessent qui eorum pœnas exequerentur, & derobationes hæ plerunque in campo & eremo fiunt, ideo post præcedentem titulum sequitur noster disponens de iudicibus & officialibus aliũ delinquentium in campo & de pœnis eorum.

Et leges has christianissimi nostri reges Ferdinandus & Elisabeth tanquam fidei zelatores & pacis ac iustitiæ amatores constituerunt, temporibus illis in quibus latronum & delinquentium numerus pullulabat, vt late per Illescas in sua historia Pontificali, *Capitulo del Rey Don Fernãdo y Doña Isabel, Reyes de Castilla.* Fol.125. & primæ earum factæ fuerunt in villa de Madrigal anno. 1476. & post factæ fuerũt per ipsosmet Reges aliæ leges fraternitatis (cũ primæ dictæ fuissent obscuræ & contrariæ sibi ipsis & eis sublatis) fuerunt inquam, ad petitionem procuratorum regni, qui extiterunt *En la junta hecha en la villa de Tordelaguna*, in mense Decembri anno 1485. & constitutæ & eis datæ nostræ leges hic insertæ, secũdum quas interim quod dictæ fraternitates durarent, negotia & causæ determinandæ sunt & iudicandæ, vt apparet ex prouisione ipsorum Catholicorum Regum, in principio istarum legum apposita in quaterno earum antiquo inserto in volumine pragmaticarum antiquarum, & latius in prag.105. earum pragmaticarũ, quæ pro lege.44. apponitur in isto lib. quæ quidem & reuisæ fuerunt & promulgatæ anno. 1496. vt apparet ex subscriptione marginali nostræ.l.1.sequentis.

SVMMARIA

IVdices fraternitatis ordinarij iudices vocantur.num.1.
Prærentionem est locus inter iudices fraternitatis.num.2.
Iurisdictio competẽs duobus, siue à lege, sine ratione dominij in solidum competit, numer.3. etiam quoad sportulas mulctas & pœnas, num.4. & num.5. ad praxi & consuetudine procedere.
Indices ij fraternitatis si simul de negotio cognoscant non potest procedere vnus sine alio, num.6.
Iudices fraternitatis substituere non possunt num.7.
Reelectio officij non potest fieri nisi omnes consentiant eligentes, num.8.

Lex Prima.

Summarium.

Qualiter & ex quo hominum genere sunt eligendi ij iudices fraternitatũ.

IBI,

Universidad de Deusto
Biblioteca

HABI, *En tãto que vuiere hermandades.* Primo enim earũ initio temporales fuerũt hæ fraternitates constitutæ, post vero iussum fuit quod durarent istæ leges interim quod fraternitates durarẽt, prout hodie durãt, & adsunt in ciuitate Toletana cõfratres harũ fraternitatũ, & in villa de Talauera.

Ibi, *Fuere de treynta vezinos, y dende arriba.* In minoribus enim populis nõ eligũtur ij iudices fraternitatis, licet soleat ibidẽ apponi & nominari vna persona tanquam consocius & nuntius delictorũ ibidem occurrẽtium, & vt possint capere malefactores ibi repertos, & mittere ciuitati aut villæ cui locus ille subest.

Ibi, *Y nombren dos alcaldes.* Quiquidẽ solent nominari per concilia ciuitatum villarum & populorum, vbi eligendi sunt, & ij ordinarij iudices † vocantur tanquam à lege nominati & ad Vniuersitatem caularum, secundũ Bart. in l. more. ff. de iurisd. om. iud. & ibi. Alex. & in l. solet. n. 7. & 8. eod. tit. vbi communem dicit, & diximus in l. 1. num. 1. & 2. titu. 9. libr. 3. & eorum cuilibet competit iurisdictio in solidũ, & quilibet de per se adiri potest, & inter eos † est locus præuentioni, cum prouisio sit legis & principis, secus vero esset si ratione dominij iurisdictio duobus competeret, secundum aliquorũ opinionem, licet communis & magis communis est, quod siue comperat duobus in vno loco † ratione iurisdictionis à lege cõcessæ, siue ratione dominij vnicuique in solidum competit, secundum Couarr. in pract. c. 40. nu. 1. Adeo vt hæc diuisio inter lios iudices fraternitatis nõ solum quo ad iurisdictionem vnicuique in solidum competat & procedat, verum etiam quo ad sportulas † mulctas & pœnas, & cõmodum pecuniariũ à lege eis applicatũ, & hoc potius ex consuetudine & praxi videmus † introductum, prout in hac Placentiæ ciuitate habemus, quam q̃ de iure id ita sit, de iure enim inter eos mulctę & pœnę eis applicatæ per has leges inter eos erant æqualiter diuidendæ, vt inquit esse cõmunem Couar. vbi supr. num. 2. Sed melius est vt vnusquisque sibi ipsi capiat, sic enim magis alliciuntur ad faciendam iustitiam & procedendũ cõtra delinquẽtes, & eos inquirẽdũ, quã si id q̃ vnus laborat esset inter ambos diuidendũ. Sed si ambo simul cœperũt cognoscere de vno negotio non poterit † vnus fine alio in eo procedere, secundum Anto. Gom. in l. 38. Taur. nu. 2.

Ibi, *Mas dẽ los mejores, y mas honrados que huuiere.* Ij enim debent hęc & similia honoris officia obtinere. Dignitatum enim portę vilibus & infamibus patere non debent, ex iuris regula & diximus in l. 7. num. 4. tit. 9. lib. 3. sup.

Ibi, *Y sẽ por si mesmos los dichos officios.* Et sic † substituere nõ possunt, prout ex l. nostra notat Auend. cap. 3. præ. no. 5. versi. multi tamen lib. 1.

Ibi, *Y puedan otra vez ser nõbrados por otro tanto tiempo, quanto ouieren seruido.* Sed an ad hanc reelectionem faciendam sufficiet maior pars eligẽtium †, sicut in prima electione sufficiebat, vel an oẽs eligere debẽtes debeãt cõcurrere in hac reelectione, ita quod si vnus eorũ deficeret fieri nõ posset? Et in hoc semper tenui & teneo q̃ quãdo quis adimpleuit primũ annũ sui officij, si pro secũdo immediate eam no sit ad idem officium recligendus, omnũ eligẽtium votũ debet cõcurrere, nec tunc sufficit maior pars eligentium, vt diximus in l. 4. tit. 5. lib. 3. supra. n. 1. & sic lex nostra est declaranda, quia nõ est censendũ iura antiqua corrigere, & nõ est dicẽdum q̃ aliter si maior pars non sufficiat, lex nostra, de nihilo seruiret, nã hoc est negãdũ. est enim

est enim multi effectus, eo quòd per l. 12. tit. 15. lib. 3. supra dispositum est quod nullus iudex antequam præstet syndicatum possit iterum eligi ad officium iustitiæ & hoc nõ obstante voluit lex ista, quod vtiq; possent ij iudices fraternitatum etiam si syndicati non fuerint, neque est censendum aliam specialitatẽ inducere voluisse, scilicet, vt in reelectione sufficeret maior pars eligentium, vel dicendum est legem nostram loqui, nõ cum reeligitur, quod est immediate eligi pro secundo anno impleto primo, sed cum elapso anno sui officij, & anno lapso intermedio vel duobus aut pluribus annis lapsis, iterum eligitur ad idem officium, tunc enim cum hæc non sit reelectio sufficiet maior pars, & quocunque modo hanc intelligas legem secundum supra dicta est declaranda & intelligenda.

SVMMARIVM.

Dictiones, solam, dũtaxat, tantum, aut tantummodo taxatiuæ sunt, nu. 1. & quando adiungũtur dispositioni affirmatiuæ inducunt negatiuam, nu. 2.

Taxatiua dictio extẽditur si absurdum aliat sequeretur, num. 3.

Iurisdictio iudicũ fraternitatis ante omnia debet fundari, num. 4. & 5.

Indices fraternitatis non cognoscunt de periurio testium coram eis productorum, nu. 6. neque in eis potest iurisdictio prorogari, num. 7.

Fideiussores magistratuum non tenentur in solidum pro eis in residentia. num. 8.

Iudices fraternitatis constito quòd non sunt iudices debent se abstinere & remittere ordinario, num. 9.

Præuentioni locus est inter iudices fraternitatis & ordinarium loci illius in casibus fraternitatis, num. 10.

Index fraternitatis etiam in casu ei non competente si pronũtiet se iudicem nihil valet eius sententia, num. 11. & num. 12. quod quandocunque potest allegari de hac nullitate, nisi vt num. 13.

Iudex fraternitatis in competentia cum ordinario, an possit cognoscere, an sit sua iurisdictio necne, nu. 14. & 15.

Vis quomodo diffiniatur, num. 16. & num. 17. quomodo differt à violentia, & 20.

Violentia in malam partem semper capitur vis verò non, num. 18. & 19.

Vis ac violentia duplex est, publica & priuata, & quæ sint. nu. 21. & 22.

Capita plura violentiarum publicarum. numero 23.

Vis quibus modis committatur. nu. 24.

Compulsus tradens possessionem, sua voluntate intelligitur deiectus & sic ante omnia non recuperat, num. 25.

Voluntas coacta voluntas est, num. 26.

Vis vel violentia aliquando cum armis infertur, & tunc qualiter punitur, num. 27. & 28. aliquando sine armis, num. 29. & 30. & num. 31. de pœnis etiam agitur, & num. 32. 33. cum 3. sequentibus, aliæ violentiæ.

Lex nostra de qua violentia & vi loquatur, num. 37.

Raptus mulieris, vel vis mulieris, differunt num. 38.

Rapere & amouere differunt, num. 39.

Raptus quid sit, num. 40.

Lex vnica. C. de rap. vir. procedit etiam si sine vi fiat, sine ab initio, sine ex post facto num. 41. & 42. & 44. prosequitur, & num. 55. & 56. declaratur & 57. vsque ad numerum, 61. 64. 65.

Raptus non solum respectu raptæ, sed etiam parentum committitur, nu. 43.

Accusans de raptu cautus esse debet vt semper concludat actus necessarios ad violentiam, num. 45.

Raptus violẽtus dicitur si præ timore puella taceat, num. 46.

Raptus crimen atrocius si ad illum inferendum adsint homines armati, num. 47.

Raptus an committatur si mulier est corrupta pecunia, num. 48.

Repeti pecunia non potest data ob stuprum, num. 49.

Raptus cum quacunque muliere committitur, num. 50.

Mulierum appellatione quæcunque fœminæ comprehenduntur, num. 51.

Raptus an committatur virginis immaturæ num. 52. & 93.

Raptus an committatur cum hermaphrodito, num. 53.

Mixtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mixtum quãdo sub simplici contineatur, numero.54.
Raptum an committat hermaphroditus in calescens sexui masculino.nume.55.
Mulieres aliquando viros rapiunt,num.61. & num.95.quòd puniuntur.
Raptus habito tractatu de matrimonio factus iure canonico excusatur. n.62.etiam si iure antiquo non valeret tale matrimonium. num.63.
Abducens volentem mulierem non tenetur eam ducere neque dotare.64.
Rapiens monialem etiam volentem non excusatur à raptus pœna .numer.66.& numero.93.ampliatur.
Voluntas libera & spontanea mulieris raptæ quomodo probetur,numer.67.& 77. quo tempore debeat, intercurrere & numero.79.
Furti pœna liberetur quis si Dominus asserat sua voluntate factum,num.68.
Capti instupro si fateantur se ante desponsasse excusantur, num.69.vbi quando.
Confessio raptus de voluntate sua factum probat.num.70.& 71.
Socij assertio sufficit vbi res aliter probari non potest.num.72.
Mulier si reliquit schedulã in thalamo quòd de voluntate sua abducta erat nihil proficiet,si tunc erat in manu raptoris,nu.74. neque tunc valet matrimonium, vt num. 75. nisi probetur,vt num.78.
Voluntas etiam mulieris probatur si non acclamauit cum posset,vt num.76.& itidẽ si antea erat per eum cognita,num.79.
Voluntas raptæ probanda est per testes nõ suspectos,num.80.
Testibus duobus affirmantibus de voluntate coacta magis creditur quam mille de voluntate libera,num,81.
Raptus committitur asportando raptã de loco ad locum,non alias,num.82.dum tamẽ fiat causa raptus non vero causa commodioris coitus,num.83.& num.84.& 85. & 86.prosequitur quæstio.
Raptus vi committatur an debeat copula intervenire,num.87.& 88.vsque ad numerum.91.infertur ex hoc.
Violentia sicut requiritur in raptu,an & ita requiratur in copula,num.94.
Mulier si mulierem rapiat an raptum cõmittat, num.96.& 97.
Raptoribus auxilium præstantes puniuntur ac ipsi raptores,num.98.& num,99.quid si auxiliator est seruus.
Auxiliator raptoris quomodo excusabitur, num.100.
Raptor si nubat cum rapta an euitabit pœnas num.101.
Raptor mulieris inuitæ quòd puniatur legũ pœnis,vide regulam,& fallentias remissè, num.102.vbi de atrocitate & specialitate raptus.
Meretrices publicas rapiens non punitur raptoris pœna,num.103.
Accessus carnalis cum famule vili & turpi existente in aliqua caupona non punitur,num.104.
Meretrix non præsumitur vim pati à cognoscente illam,num.105,neque raptus, vt ibi committitur.
Mulieris solutæ defloratæ per alium non punitur neque vim facit quis ei si vilis conditionis esset & alijs seruiret, num. 106. & num. 112 declaratur. & num.114.
Meretrici nuptæ an dicetur vim fieri & raptũ committi,num.107.& 108.& 110. & 111.
Meretrix nupta lenoni eijciẽda est à vicinia num.109.
Meretricis maritus si moriatur an possit tũc impunè haberi accessus ad eam, num.113.
Meretrix quænam dicatur, numer.114.& 115.& 116.& 117.
Meretricem publicum aliquam esse probare volens debet prius probare esse meretricem num.118.
Meretrix publica quæ dicatur,num.119.
Scholaris cum loquitur cum puella non præsumitur ei dicere pater noster,nume.120.
Meretrix præsumitur illa, quæ nunc hanc nunc illam ingreditur domum vel peregrinando homines ad se admittit,num.121.
Meretrices omnes non sunt infames sed tantum hæ, quæ publicè se prostituunt,num. 122.
Proponuntur casus vbi raptus euitatur cum meretrice,num.123.
Testibus singularibus probatur aliquam inhonestam esse, num.125.
Specialis probatio inhonestæ vitæ præfertur generali contrariæ.nu.126.
Duo testes deponentes de infamia præferuntur mille testibus deponentibus de bona fama.nu.127.
Vulnus dicitur etiam si sanguis non exeat. num.128.
Vulnus insidiosum clam,vel alenositer factum

ctum in ciuitate,an sit casus fraternitatis si vulnerans exeat in campum.n.129.
Delinquens quando cognoscetur deliquisse secure vel appensate.num.130.
Vulnus insidiosum & pensato animo, quale dicetur,nu.131.
Animum deliberatum quem habuisse quomodo cognoscetur,nume.132.
Secura mors & insidiosa nõ dicitur inter inimicos, num.133.
Robaria & vis attentata licet non perfecta, an sit de fraternitate,num.134.
Carcer priuatus maximum crimen est, num. 135.& num.138.an morte puniatur.
Seruitutis quædam species est detentio in carcere,num.136.
Magistratus scienter tolerans carcerem priuatum ipse reus est talis criminis, numero.137.
Modica detentio an efficiat carcerem priuatum.num.139.& nu.141.& 142.
Lex,capite quinto.ff,de adulter.declaratur, num,140.
Opinio authoris circa animum inducendi priuatum carcerem per detentorem. numero.143.
Iudex non competens si detineat aliquem sibi nõ subditum an incurrat pœnam priuati carceris,num.144.& 146.
Iudex incompetens potest capere suspectum de fuga,vt ad iudicem suum transmittat, num.145.
Detinẽs aliquem in custodia an incurrat crimen priuati carceris.num.147.
Custodia ad publicos tantum Magistratus spectat.num.148.
Detinens alium in vinculis idem incurrit sicut in custodia & carcere.num.149. licet differant vincula à custodia,num. 150.
Carcerem priuatũ habens iure canonico quomodo puniatur.nu.151.
Clericum includẽs in aliquo loco licet eum nõ tangat incurrit pœnas cap.si quis suadente diabolo, num.152.
Carceris priuati crimen non committit, qui non animo iniuriandi vel exercendi iurisdictionem id facit,num.153.
Dicio,saluo. est reseruatiua.num.154.
Creditor ex permissione potest capere debitorem dum tamẽ intra.24.horas iudici eum præsentet, nu.155.& 156.& 157. idem quo ad debitorem fugitiuum dicitur.
Creditor fugitiuum capit cum ampliationibus & limitationibus à num.157. vsque ad numerum.204.inclusiue.
Pactum vt debitor à creditore capi possit valet,num.205.
Capere alium quis potest in fragãti crimine, num.206.
Casus vbi crimen priuati carceris non incurritur & retineri quis potest, numer. 207. cum sequentibus aliquibus,etiã si non præsentetur iudici,num.213.
Detinens furem vsque dum restituat rem nõ incurrit crimen carceris priuati,cum declaratione,num.208.
Dominus membrorum suorum qualiter quis dicatur,num.209.
Detinens creditorem volentem ne si in carcerem inducatur à creditoribus alijs detinea tur non incurrit nostri text.pœnam priuati carceris,num.210.
Detinens alium in carcere,à quo potest facilìter exire non incurrit crimen priuati carceris,num.211.
Consuetudo detinendi & capiẽdi, an excuset à carcere priuato,num.212.
Promittẽs existere in aliquo loco vsque dum soluat an possit ibi detineri sine crimine priuati carceris,num.214.
Alguazellus potest capere in fraganti crimine dum tamen præsentet eum infra.24.horas,num.215.
Dicio, Asabiendas,idẽ significat quòd data opera,num.216.
Incendiary crimen dolum committit,numero.217.
Mandãs delictum committi punitur remissiue,num.218.
Mandatario deponenti de mandato an credatur,num.219.
Persuasor & mandator an differant, numero.220.
Quot modis dicatur quem cõsulere vel persuadere,num.221.
Laudare maleficium committendum est persuadere & punitur. num.222.
Laudans maleficium iam commissum an puniatur. num.223.
Receptatores furum eadem pœna puniuntur,quia approbant furtum. nu.224.
Ratificatores delicti commissi, & approbatores an puniantur. nu.225.
Repignoratio an sit casus fraternitatis. nu. 226.cum sequentib.
Vis & violentia est illa,quæ sit contra prohibitionem possidentis.num.228.
Dicio,sed,si est aduersatiua.nu.229.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probanda quæ sint, vt repignoratio sit casus fraternitatis.num.230.

Lex Secunda.

Summarium.

Casus vbi iudices fraternitatis cognoscere possunt, describit lex nostra.

Ibi, *Solamẽte en estos crimines y delictos, q̃ aqui serã declarados.* Põderãda est multũ dictio illa, *Solamente*, Latine, solũ, vel tantum, aut tantummodo, quæ
1 † sunt dictiones taxatiuæ, & exclusiuæ, vt. l. aduersus. C. si aduersus rem iudi. l. his solis. C. de reuoc. dona. l. his solis, ff. d cond. in deb. & quando adiungitur dispositioni affirmatiuæ, in-
2 fert negatiuam † perinde ac si omnia alia forent exclusa, nec comprehenderentur, vt tradit Aretin. in. l. 1. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poss. habent enim implicitam negatiuã respectu aliorũ, vt alij casus, quam hic expressi exclusi censeantur, ex cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Ioan. And. post Gofred in versic. tantum, de cau. pos. & glos. in. l. ob æs. C. de præd. min. & sic dictio, solus, & similes sunt exclusiuę, & excludunt omnes alios. l. 3. C. si aduers. rem iudi. & in. d. l. his solis cum concorda. Vt per Deci. consi. 479. nu. 2. nisi aliter sequeretur absurdũ, quia tunc taxatiuæ extenduntur cõtra eo
3 rum ꝓprietatem † vt per scrib. post Guil. de Cug. in. l. nulla. ff. de leg. Ias. in. l. 1. n. 11. in princ. ff. si quis ius dicẽt. nõ obtẽp. & in. l. 1. col. fi. de bon. poss. cõtra tab. Bald. & Ange. in. l. cũ notissimi, per illum text. cum glos. versic. Solis. C. de præscript. trig. ann. Cum ergo in presenti dictio hæc taxatiua, *Solamente*, affirmatiuè apponatur haber implicitam negatiuam in omnibus alijs casibus quã hic expresse ijs iu
dicibus fraternitatis concessis. Ex quo resultant duo principales effec-
4 tus, primus quòd ante † omnia debet fundari iurisdictio horũ iudicum, quod sit casus de comprehẽsis in hac lege, tunc quia iurisdictionẽ allegans debet illam demõstrare & probare, ex Bal. l. 2. column. 2. C. de seruitutib. & alijs pluribus iuribus, tunc etiam quia si qualitas requisita non verificatur, non potest militare dispositio, ne
5 que obtinere in casu fundãs † vt per Bart. in. l. 1. §. ait prætor. ff. nè quid in flum. pub. Ang. in. l. 2. §. diem autem. column. fin. versic. & notandum diligenter. ff. quemadm. test. ap. & Alex. consi. 82. colum. 1. volu. 1. & in materia substitutionum tradũt omnes per illum text. in. l. si hæredi plures. ff. de condi. instit. tradit Ana. 63. colum. 8. versũ. sed contra tutor. cum concord. vt per Deci. consi. 89. colum. 2. & consil. 238. column. 2. Ex quibus infertur quòd cum ij iudices habeant ex lege nostra limitatam iurisdictionem, nõ poterũt cognoscere & procedere, de periurio testium commisso in causa
6 illa coram † eis agitata secundum Deci. in. c. præterea de offic. dele. & facit text. & ibi glo. in. l. fi. tit. 16 par. 3 neq; poterit in eis prorogari iurisdictio, vl
7 tra iurisdictionem † limitatam secundum Feli. in. c. P. & G. de offic. delegati, nu. 12. & 22. etiam ex consensu partium, vt dixi in Curia Pisana, lib. 4. ca. 6. num. 21. & 22. & tradit Aluarus Velascus in cõsultatio. Lusitana. 27. n. 5. limitata enim causa limitatũ producit effectũ, ex. l. age cum Geminiano. C. de transaction. l. cum pater. §. dulcissimis, de legatis. 2. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vaca. mun. tradũt plura Decius, & Ias. in dict. l. Age, & Alciat. num. 18. ibidem, Felin. cap. cum ordinem de rescript. Quibus addes fideiussores datos pro magistratibus ac eorum officialibus non teneri pro illis,

8 illis, nisi solum de gestis † in illo officio, ex. l. vnic. C. de peri. fid. qui pro mag. inter. lib. 11. Cum ergo istis iudicibus sit limitata iurisdictio, limitatus debet esse effectus eius, vt vltra illos casus concessos non egrediatur, prout egrederetur si ad casus contingentes non comprehensos in sua iurisdictione procederent, maxime attentis verbis sequentibus nostræ legis, ibi, *Y no en otros algunos.* Secundus effectus est, quod statim quod sci
9 uerint casum contingentem non esse de concessis tenere abstinere † & remittere vero iudici, alias peccarent & essent nulla ab eis gesta, & ad expensas & damna partium ob hoc venientia tenerentur, vt patet ex. l. 13. infrà eod. vbi dicemus. Imo & in ijs casibus suæ iurisdictionis, est locus præuentioni inter hos fraternitatis iudices †, & ordinarios loci, vt
10 apparet ex. l. 10. infra eodem. Infero etiam ex dictis quod si iudex fraternitatis pronuntiaret se iudicem in casu non expresso suæ iurisdictionis, ni
11 hil valeret † sententia, etiam si ab ea non appellaretur, eo quod nullam in casu illo habet iurisdictionem, vt optimè per Felin. in cap. super literis, numero quinto, in fin. de rescript. & Angel. in. l. 1. C. si à non comp. iud. eo quod omnimoda in illo casu caret iurisdictione secundum eos, dixi in lege prima, titulo quinto, numero. 21. libro. 4. suprà; Et quandocunque po
12 terit allegari de hac nullitate † ex defectu iurisdictionis, vt ibi dixi, & alibi, nisi à tali sententia sit appellatum, & per iudicem confirmetur,
13 quia tunc secus erit †, secundum Angelum, vbi suprà. Infero etiam aliud & non minus singulare, scilicet quod cum iudex *de la Hermandad*, non possit cognoscere, nisi casus sit manifestus & clarus & comprehensus in le-
14 ge nostra, non poterit † cognoscere an sua sit iurisdictio, si de hoc adest controuersia, secundum glos. manifestè, in capit. accusatus. §. Iane de hæreticis, in sexto, commendatam per Arelatensem, de hæret. notabili secundo, quod est notandum; multoties enim contendunt isti iudices fraternitatis cum correctore & iudice ordinario loci, an sit casus fraternitatis, & putant quod possunt ipsi fraternitatis iudices declarare an sua sit iurisdictio, & fallũtur, nam id non possunt, sed potius crederem ipsum correctorem id fa-
15 cere posse †, cum habeat in omnibus casibus fundatam iurisdictionem cognoscendi intra suam prouinciam in quacunque causa. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Ancharra. consilio. 163. de viribus, Deci. consi. 3. colum. 2. versic. sed tamen prædictis, & iterum in consil. 152. num. 1. & faciunt dicta per nos, in. l. 3. nu. 20. titu. 2. libr. 1. suprà, & per Nauarrum in consil. 1. num. 4. de hæret. licet melius facerent si superiorem consulerent et dictis per Ias. in. l. ex quacunque, nu. 27. ff. de in ius vocand. & Tyber. Decian. tomo primo, de delict. libr. 4. cap. 221. num. 11. Dixi in. l. 4. titulo. 1. num. 10. libr. 4. supra; quæ notanda sunt, quia non sic reperies conciderata.

Ibi, *En robos, y hurtos.* De quibus in duobus titulis præcedẽtibus dictum est vbi te remitto de eorum materia: debent ibi fieri in eremo & depopulato loco, vt apparet ex sequẽtibus verbis, ibi, *Haziendo la fusodicho en yermos, o despoblados*, quæ verba ad omnes casus iam designatos referuntur, & hoc siue dominus bonorum sit præsens, siue absens, siue adsit resistentia, siue non, vt declaratur in fine columnæ sequẽtis nostri ex. dum dicit, *Entiẽda se ser robo y hurto, aunq̃ el dueño de los tales bienes no esse presente, y aunque aya resi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

flencia, o no la aya.

Ibi, *Y fuerças de bienes muebles y semouie-*
tes. Vt à radice verba hæc intelligantur, discutiendum est primo quid sit vis, secundo quotuplex, tertio quibus modis committatur. Quarto de qua ex ijs verba hæc intelligantur. Et quoad primum dicendum est, vim
16 sic commodè † diffiniri posse, scilicet, quòd sit maioris rei impetus, cui resisti non potest, voluntatem cogens inuitam. Et prima diffinitionis pars probatur, ex l. 2. ff. ꝙ met. caus. dũ dicit Paulus, vis autem maioris rei impetus, quæ repelli nõ potest. Secunda vero diffinitionis pars probatur ex. l. 1. vers. vis enim, vbi Vlpianus inquit, vis enim fiebat mẽtio propter necessitatẽ impositam contrariæ voluntati, sciendũque est vim † à violẽtia nõ
17 differre, ex. l. quoniã multa. C. ad. l. Iul. de pub. vbi ijs nominibus promiscue vtitur Iurisconsultus, nullamq; differẽtiam reperies inter vim & violentiã, nisi quod vis aliquãdo in bonã
18 † capitur partẽ, vt. l. 1. ff. de rut. vis atq; potestas in capite libero ad tuẽdum eum, & pulcher text. in. l. 3. ff. quod met. caus. dum inquit Vlpianus. Sed vim eam accipimus, quę aduersus bonos mores fiat, non eam, quam Magistratus rectè intulit, id est, iure licito, cum tamen violentia semper in ma-
19 lam partẽ † sumatur, vt dictum est, & quod vis virtutẽ & potestatem significet, est tex. in. l. scire leges. ff. de legi. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 28. Idem tamen
20 importat † vis quod violentia neque differentes sunt, vt optimè defendit Tyber. Decia. in de delict. tom. 2. libr. 8. cap. 1. n. 2. cum seq. contra Paul. de Cast. in cons. 27. incipiẽti, Visa inquisitione, volu. 1. volentẽ differre vim & violẽtiam. Quoad secũdum, vero
21 dico ꝙ vis ac † violẽtia est duplex, publica, scilicet, & priuata, vt per tot. titu. ad leg. Iul. de vi. priu. & pub. & li-
22 cet aliqui voluerint publicam † eam dici, qui aliqua potestate præditus ciuem Romanum anteà ad populum, nunc ad Imperatorem appellantem necauerit, necarivè iusserit, torserit, verberauerit, condemnauerit, vel in publica vincula iusserit duci. Lege autem Iulia de vi priuata qui quem armis hominibus, possessione, domo, villa, agrouè deiecerit, expugnauerit, obsederit, locauerit. Et secundũ alios vis publica dicebatur & distinguebatur à priuata ex differẽtia delinquentis, vel eius cum quo committebatur, ita vt si persona publica vim facit, vel publicæ personæ facta sit, publica vis & violentia dicatur, sed si priuata persona vim fecerit, vel alicui personæ priuatæ facta sit, priuata dicatur, hæ tamen differentiæ potuerũt esse ante Cõpilationem Digestorum, sed post Cõpilationem eorũ & post Iustiniani libros, publica vis & violentia dicitur, quæ cum armis, priuata verò sine armis, ex. §. sed ex constitutionibus Institu. de interdict. cuius rei rationem vnã referre Duarenum, libr. 1. disputatio anniuers. cap. 22. reperi relatũ, cui aduersari videtur Rober. Aurel. lib. 3 Sent. iur. ca. 22. qui aliam probat. Confundũtur tamen aliquãdo, nam & lex Iulia habebat titulum vnicum de vi publica & priuata, & vnico etiam titulo proponitur in. l. 1. C. ad leg. Iul. de vi pub. vel priua. & præterea quod plus est, idem factum vtraque lege, atque eadem pœna punitur, nam in. l. qui dolo. §. penult. ff. ad leg. Iul. de vi. pub. dicitur, hac lege tenetur, & qui conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, & pulsetur, & si neque homo occisus sit, quæ verba ad literam etiam ponuntur in. l. 2. ff. ad legem Iuliam, de vi, priu. & quod idem factũ puniatur vtraque lege probat text. in. l. si præses, in fin. ff. de pœnis, vt inquit

Decia.

Decia. vbi supra, num. 7. & plura ca-
23 pita harum violentiarũ † publicarum & priuatarum describit Menoch. de arbi. iud. lib. 2. Cent. 4. casu. 394. per totum. Publici autem iudicij vtrũque crimen est, tam scilicet, ꝙ lege Iulia, de vi pub. quã quòd de priuata vi punitur, vt dicitur in. l. 1. ff. de pub. iud. & hoc quia nihil Reip. perniciosius esse potest, quãvis, quę de directo opponitur iuri & iustitię secũd. Deci. vbi sup. n. 9. Quoad tertiũ vero quib⁹ modis
24 vis cõmittatur, dicendũ † quinq; modis cõmitti, primo expellendo aliquẽ à re sua, ob quod conceditur interdictum recuperandę possessionis, vt ante omnia deiectus restituatur, vt per totum. ff. & C. vnde vi. Secundo committitur auferendo, cum per vim res aufertur, asportatur, daturque tunc actio vi bonorum raptorum, non interdictum vnde vi, quòd pro re mobili locũ non habet, l. 1. §. illud de vi & vi arm. glo. in. l. tẽ quæ nobis, de acq. post. tertio compellẽdo, quoties quis cõpellitur facere, quòd aliàs minimè esset facturus, agiturq; actione quod metus causa, nec defecto, seu spoliato, per vim cõpulsiuã succurritur interdicto vnde vi, vel alio remedio, vt ante omnia pristinæ possessioni restituatur, nam qui cõpulsus possessionẽ
25 tradit †, sua volũtate, intelligitur deiectus, quare ante omnia nõ recuperat, vt docuit Innoc. in. c. sæpe. n. 2. de restit. spoliat. Dec. cõsi. 56. col. fi. nã &
26 coacta volũtas, voluntas est † vt latè tradit Menoch. de recuper. pos. rem. 1. n. 102. cũ seq. plurib. Quarto, turbãdo quoties quis turbatur in possessione sua, cui cõceditur interdictum retinendæ, vt per Menoch. per totũ de retin. poss. Quinto, inquietando, pro quavi inquietatiua quãdoq; datur interdictũ quod vi, aut clam, quandoq; interdictũ retinẽdæ, cũ non multum à turbatiua differat, vt docẽt Alciat⁹

Azeuedo super. 8.

lib. 1. Parerg. c. 34. & sic vt inquit Anto. Gom. tom. 3. c. 4. per totũ, aliquando quis cõmittit violentiã vel infert
27 in alium † cum armis auferendo sibi bona, vel à possessione aliqua expellendo, vel inferẽdo sibi vim, licet aduersarium non possit vincere, & deprædare, nec delictũ ad effectum perducere vel extorsionem facere illum opprimendo, vt pecuniam, rem, vel quid aliud sibi daret, vel contractum & obligationem faceret, vel quid simile, & punitur deportationis & cõfiscationis omnium bonorum pœna, ex. l. 1. & per totum. ff. ad leg. Iul. de vi. & ibi glo. l. 1. & 2. tit. 10. part. 7. nisi in ipsa violẽtia interuenerit mors
28 † alicuius ex parte violentiam committentis, vel ex parte violẽtiam passi, quia tunc pœna mortis tenetur, ipse principalis author & aggressor violentiæ, ex. l. quoniam. C. ad leg. Iul. de vi. l. 2. & 8. titu. 10. part. 7. Aliquando & secundo committitur, vel infert quis in alium violentiam in casibus
29 supradictis sine armis †, & tunc etiam cõmittit crimen publicum violẽtiæ & punitur pœna cõfiscationis tertiæ partis bonorum, & vtroque casu, scilicet, superiori & isto efficitur infa-
30 mis † ex. l. 1. ff. ad. l. Iul. de vi pub. l. 2. C. eodem tit. l. 8. titu. 10. part. 7. Aliquando & tertio committit vel infert quis vim in alium cum armis vel sine armis auferẽdo sibi aliquam rem mobilem, vel immobilem propria au-
31 thoritate †, & tunc incidit in pœnã l. si quis in tantam. C. vnde vi. modo sit res propria inuasoris, modo alterius, & modo credat sibi licere, modo nõ, vt ibi per Bart. & Doct. de quo diximus late in tit. *De las restituciones.* lib. 4. supra. Aliquãdo & quarto committit vel infert quis violentiam cum armis vel sine armis, rapiendo
32 & auferẽdo † sibi bona mobilia, & tũc tenetur actione vi bonorũ raptorũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tenetur pœna quadrupli infra annum, in qua inest rei valor & persecu
33 tio †, post annũ vero tenetur in simplum, & restitutione rei valoris eius, tex. est in l. 1. & per totum. ff. C. & Instit. vi bon. rapt. Aliquãdo & quinto committit quis & infert violentiam compulsiuam & metum perquam inducit, & compellit alium ad vendendum, donandum, vel cõtrahendum, & tunc actus mero iure valet, sed de-
34 bet rescindi actione † quod metus causa, ex. l. 1. & per totũ. ff. & C. quod met. cau. Aliquando & sexto cõmittit quis violentiam in alium quando est creditor alterius iure, vel pecu-
35 nia, & eã aufert & tollit † sibi per vim, nam tali casu amittit debitum suum, ex. l. extat. ff. quod met. cau. l. pen. ff. ad l. Iul. de vi priu. l. 14. tit. 1 c. par. 7. & l. 11. tit. 13. part. 5. Aliquando & finaliter cõmittit quis vel infert in alium violentiam, quando post litem contestatam in causa finiũ regundorum, occupat aliquam partem fundi alterius propria authoritate, & ibi ponit
36 cõfinia, quia amittit † illam partem, & tantundem de suo tenetur dare aduersario ex. l. si constiterit. C. fini. regund. quibus satis declaratum est quibus modis vis & violentia committatur, de qua vel de quibus tamẽ violẽtijs lex nostra loquatur dubitabile est, Ego tamen crederem legem
37 † nostram præcipuè locutam fuisse, de vi & violentia ablatiua circa res mobiles & se mouentes commissa, & itidem de vi expulsiua, in turbatiua
72 vero, vel inquietatiua, vel in compulsiua, non crederem legẽ nostram procedere posse, neque locutã fuisse & hæc siue cũ armis, vel sine armis fiãt, & hac de causa lex nostra locuta est in numero plurali, non vero in singulari, dum tamen fiant in eremo, vel indepopulato loco, vt infra sequitur in verbis sequentibus.

Ibi, *O en robo, o en fuerça, de qualesquier mugeres.* Cũ verba hæc, *Robo, o fuerça,* disiunctiue apponantur, notandum est tanquam differẽtia apponi, & sic raptus mulieris, & vis mulieris non
38 sunt idem, sed differunt † potius, nam raptus dicitur quãdo mulier rapitur, & traducit per vim de loco ad locũ, vt l. vni. C. de rapt. virg. l. qui cœtu. §. qui vacãtẽ. ff. ad l. Iul. de vi pub. vel rapere est cũ vi, & impetu auferre vel abducere, vt inquit Vlpi. l. 3. §. nõ solũ. ff. de incẽd. rui. nau. atq; ideo inter rapere, &
39 amouere, manifestã † esse differẽtiam, ibidẽ tradit Vlpi. Siquidem amoueri aliquid etiam sine vi possit, rapi autem sine vi, non possit. Sic & eadem causa differt furtum à rapina, quòd furtum fiat sine vi, rapina vero cum vi, atque ideo qui rapuit est improbior fure, vt inquit Vlpia. in. l. si cum exceptione. §. qui vim. ff. quòd met. cau. l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iur. iur. cum concord. de quibus per Hippolyt. in. l. 1. C. de rapt. virgi. nu. 32. & habetur in cap. pœnale. 14. q. 5. Velut propius legi nostræ diffinitionem adaptemus, raptus est violen
40 ta, vel cum malis artibus asportatio † siue abductio mulieris honestę & inuitę de loco ad locũ, animo eã carnaliter cognoscẽdi, quã diffinitionẽ colliges, ex dict. l. 1. C. de rapt. vir. & l. raptores. C. de Episcop. & cleri.

Dictũque fuit, ꝙ est violẽta asportatio, pro genere, ꝙ conuenit vnicuiq; asportationi, tam cũ violẽtia, quã sine, tã inuitæ quã volẽtis, tã animo corrumpendi eam quã non, nã. l. vni. C. de rap. vir. ita procedit siue mulier ipsa inuita rapiatur, vel consentiens se rapi, & hoc siue abinitio, siue etiam
41 ex post facto † consenserit, vt tenent omnes doctores teste Alberi. in dict. l. raptores. num. 7. & Clar. lib. 5. pract. Crimi. §. raptus. num. 3. dicens sic declarasse senatum, de quo in hac glos. latius

latius dicemus, quinimo (secũdum eũ ibi) secundũ aliquos, raptores etiã di-
42 cuntur illi, † qui blandimentis, & verbis deceptorijs, puellas, nulla vi adhibita, libidinis causa abducũt, quã sententiã dicit ibi Clarus dixisse cõmunẽ Berber. in viato. iur. tit. de rapto. post medium, subdens quòd non est mirum attenta immanitate criminis, quòd intelligit ibi Clarus, modo fiat ad effectum illam abducendi, & in alio loco contra voluntatem suorum retinendi. nam raptus in dict. l. 1. C. de rapt. virgin. non solum respectu mulieris sed respectu etiam pa-
43 rentum † committitur, & ideo quanuis raptus non dicatur respectu mulieris permittentis se rapi blanditijs persuasa & pretio corrupta, attamen rapi dicitur, respectu parentum: & sic etiam si blanditijs alliciatur incurritur pœna raptus, & ideo dixi in diffinitione, malis artibus, & facit text. in dict. l. 1. §. pœnas autem. C. de rapt. virg. ibi, nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circunuenerit non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere. Et addidi in diffinitione in principio eius, violen-
44 ta, quia sine violentia non potest † esse raptus vt probatur in dict. l. 3. §. nõ solum. ff. de incend. rui. nauf. & de raptu mulierum probatur, in cap. de raptoribus. 36. quæst. 1. & etiam Hosti. in summ. tit. de rapt. corpo. vers. dicitur ergo raptor, & Azo. in sum. C. de rapt. virg. & Ange. in. l. nec eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est. Vbi inquit quod cautus debet esse, qui accusat de raptu, vt semper concludat
45 actus necessarios ad violẽtiam † aliàs succũberet, & ideo dicebat Bald. consil. 58. vtrum de raptu virgi. volu. 4. in antiq. & in nouis. 171. quæritur vtrũ de rapt. volu. 4. quod ideo raptor dicitur violator, & per Cepola, consi. 56. n. 9. &. 12. diceturq; violentia illata si

Azeuedo super. 8.

ue cũ armis, vel sine eis, vel etiã si motus erat violẽtiæ, putà quia puella videret armatos adstare, & paratos eã occidere, si vociferaretur, & recusaret, nã etsi hoc casu spõte videretur sequi, tamen quia isti parati erãt vim inferre, si recusaret venire, satis est, vt
46 dicatur raptus violẽtus † vt probatur in. l. extat, in prin. ff. ꝙ met. cau. & in l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & docet Ioan And. in additio. ad speculum, in tit. de rap. in. §. 1. quia attenditur animus & propositum. l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. per quem text. ita in terminis raptus bonorum consuluit Alex. cõsil. 103. n. 3. volu. 1. quocũque ergo modo vis ac metus illatus sit tenendum erit, raptã dici mulierẽ quo ad istud requisitũ, violentiæ & sequitur etiam, Andr. Sicul. consi. 71. col. 4. n. 6. & sequent. volu. 2. & si ad inferẽdã vim fuerint homines armati tuno
47 atrocius erit crimẽ hoc raptus † quia propriè etiam ad vim publicam spectabit, vt inquit Andr. Siculus, ibidi. col. 7. nu. 22. sed an si mulier fuerit pecunia corrupta †, idem dicẽdum erit,
48 & Hippolyt. d. l. 1. n. 15. C. de rap. virg. inquit, ꝙ corrupta pretio dicetur rapta, adducit Ang. in Auth. de lenoni. §. fi. in fi. & Deci. cõsil. 170. col. 2. vers. nec obstat ꝙ in tali crimine. Quibus assentiendum videtur, si modo interueniat deceptio, vt quia promisit magnã auri quãtitatem, & maria & mõtes, & tñ nihil ei dedit, aliàs si pacto conuenerunt, & data fuerit pecunia, nullaq; fraus interuenerit, nõ vtique punitetur de raptu, nã licet accipere pecuniam pro stupro, sit obturpẽ causam, tamen repeti † non potest, vt habetur in. l. 4. in princ. ff. de cond. obturp. cau. & in l. Mercalem. C. eod. & Ang. adductus per Hippol. & Deci. loquitur in specie, interueniente deceptiõe, & sic nõ est cõtra nostrã declarationẽ, & quia tex. in d. l. 1. §. pœnas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de rap. vir. cũ vult, quod etiã si volẽtem quis duxerit puniatur, istud dicit, quia præsumit lex fraudem & deceptionem, nã inquit ibi Iustin. quia hoc ipsum velle mulierum ab insidijs nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur, nisi enim (inquit) solicitauerit, nisi odiosis artibus circunuenerit, non faciet eam velle in tantũ de decus se perdere: ecce quòd totum fundamentũ decisionis, quòd raptus comitatur etiã in volentẽ, stat in circunuentione, & deceptione, quòd si absit fraus, & ipsa puella pretio doti cõueniente, & sine fraude in dotem numerato virum sit sequuta non videtur hũc dici raptum, de quo tamen cũ casus occurrerit latius pertrabis. Diximus itidem in diffinitione mulieris honestæ vt excluderetur meretrix, quæ vulgo quæstum facit, vt in gloss. sequẽt. dicemus: & de muliere hic locuti sumus, & lex nostra de mulieribus loquitur Vt cõprehenderentur tã virgines, quã nuptæ, quã viduæ, quam sponsa, quam alia quæcunque muliere, vel ingenua, vel serua, vel libertina, † vt in specie omnes istæ cõprehendũtur in. d. l. 1. C. de rapt. virgi. & mulierum appellatione, quæcũque fœminæ, quæ sexus fœminini sunt comprehenduntur, iuxta. l. vestis. §. muliebria. ff. de aur. & argent. legat. & l. mulieris appellat. ff. de verb. oblig. sed an comprehenderur virgo immatura, ita vt cum ea raptus committatur † si libidinis causa fuit rapta, & Anto. Gom. l. 80. Taur. num. 42. inquit quod sic, & glos. *Virgen.* l. 2. titu. 31. part. 7. & Menes. l. transigere. C. de transactio. & Peguera in quæst. crimi. cap. 43. num. 11. quòd intelligo secundum eund. Anto. Gom. tom. 3. Variar. cap. 1. num. 60. quando iste cognoscens eam, esset pubes, & illa esset pubes siue impubes, quia tunc non tenetur, licet malitia supplereret ætatem. Sed an si hermaphroditus raptus sit per aliquem incurretur pœna raptus & compreliẽdetur † sub hoc verbo, *Mugeres*. Et videbatur in præsenti quod non comprehendatur hermaphroditus ex doctrina Bald. in. l. omnes populi. colum. 8. in princ. versi. item si statutum dicat. ff. de iust. & iur. nu. 67. vbi voluit, quod si statutum dicat, quod mulier non possit testari absque consensu propinquorum, non comprehendet hermaphroditum, quia propriè non est mulier, sed homo mixtus per. l. hoc legatum deleg. 3. quem sequitur Anchar. in reper. cap. canonum statuta. versi. Sed venio ad quartum, de constitu. Alexand. consi. 116. no. 9. volu. 2. Iaso in §. omnium. nu. 29. Instit. de actio. Sed in nostra quæst. & materia dicendum crederem, quod si hermaphroditus raptus fuit libidinis causa, & incalescebat magis in sexu fœminino, quã virili, comprehendatur vtique nomine mulieris, nam in odiosis & pœnalibus, dum quærimus an appellatione simplicis contineatur mixtum, semper attendimus in quo magis incalescit l. quæritur. ff. de stat. hom. vbi omnes. & in. l. 2. ff. de verb. oblig. ex. l. legatis seruis §. si vnus delegat. 3. & tradit etiam Ancharra. consil. 384. Item quia in quacunque materia siue sit favorabilis, siue odiosa, sub simplicibus mixtum cõtinetur, non quidem ex verborum proprietate, sed ex mẽte disponentis, vbi militat eadem vel maior † ratio, secundum Areti. in. l. si ita scriptum, not. 1. ff. de liber. & posthu. Bal. & Imol. in. l. si ita facta sit. ff. de iniust. rup. & Alex. consi. 141. n. 13. volumin 7. Et sic cum iste incalescat magis in sexu fœmineo, & libidinis causa rapuerit, cõcurret eadem ratio libidinis explendæ & adhoc rapiendi, & consequenter eadem debet militare dispositio, dict. l. 1. C. de rapt. virg.

virgi. quod si magis incalesceret sexu masculino & libidinis etiam, causa raptus fuisset, vt raptor cũ eo præposteravenere veteretur, tũc posset agi de vi publica, vt dicitur in. l. 3. in fin. ff. de vi pub. & alibi suo loco dicemus. Sic & hermaphroditus incalescens sexu masculino, si mulierem causa libidinis rapuerit †, de raptu tenebitur. Dictum etiam fuit in diffinitione raptus, mulieris honestæ, & inuitæ ad excludendam voluntatem liberam & spontaneam mulieris, nam licet supra dixerimus mulierem etiam volentem rapi dici, id fundatum videmus in dispositione. l. 1. C. de raptu virgi. quæ quidem lex & communis supra dicta in ea se fundans, in præsumptione coactæ voluntatis fundatur, nam mulier semper præsumitur seducta per raptorem, vel stupratorem, siue minis, siue timoribus, siue præmio, siue dono promisso vel malis artibus: vbi tamen hæc deficiunt cessat præsumptio, & consequenter † dispositio illius. l. 1. & cõmunis opinionis assertio. Item quia licet cõmunis hæc fundetur in raptu tã ex parte mulieris cõmisso, quã ex parte parentum & consanguineorum ipsius mulieris, quorum respectu etiã raptus consideratur, hæc cõsideratio copulatiuè habetur, scilicet, existẽte etiã raptu mulieris †, sed vbi resultat voluntas libera & spontanea mulieris, iam deficit vnus copulatorum, & sic raptus non habet locum †, nam de natura copulæ est copulatorũ cõiũctio, & quod in simulcõcurrãs, igitur text. in. d. l. & cõmunis dicta per eam asserta nõ loquitur, ne. ß procedit vbi datur spõtanea & libera voluntas mulieris ab initio & in medio & in fine, & per cõ sequens data hac mulieris libera voluntate nõ habet locũ pœna raptus, nam si mulier ipsa virum interpellaret & solicitaret ante abductionem, vt eam abduceret, & cum volens sequeretur, dato quod ipse eam ducẽs forte associatus armatis, ne sibi ab aliquo rituali auferretur, nunquam sentirẽ talem dici raptorem, vt ligari dicas pœnis. d. l. 1. C. de rap. virgi. cũ volenti nõ fiat iniuria. l. 1. §. vsquadeo. ff. de iniur. & ideo cũ ei etiam pro iniuria nõ posset competere actio etiã reip. nõ potest cõpetere actio, etiam criminalis, neque inquisitio, vt per Salicet. in. l. eos. C. de furt. Cepola cõsil. 59. col. pen. neque potest dici raptus vbi deficit violentia, cum ad raptum vis & violẽtia requiratur, vt dictũ est, & ex. l. nostra probatur, & sic hãc opinionẽ tenuit † Ioan. de Caccilupus, in. l. si qua illustris. C. ad Senat. Orficia. quem sequens refert Matthæus Afflict. in constitutio, Siciliæ, Rubri. 19. n. 2. & Gandi. in Tract. Malefi. sub tit. de mult. quæst. de pœn. à statutis. nu. 21. versi. quod intelligit dominus Gũliel. & Soci. Iun. consi. 5. nu. 1. & sequen. volu. 3. & Peguer. in quæst. crimi. c. 43. num. 8. & sic in hoc casu data hac libera & spontanea voluntate ab initio, & semper in muliere non puniretur eam abducẽs pœna mortis, sed alia extraordinaria †, vt consuluit etiam Alexand. consi. 1. num. 14. versi. Posito. volum. 3. & videtur sequi Boheri. decis. 165. nu. 9. & Granima. consil. 48. nu. 4. in fin. & sequent. & Hippolỹ. consi. 61. nu. 21. cum sequent. & Mascard. de probatio. 3. tom. conclu. 1254. n. 28. Nec mirũ est quod aliquãdo mulier virũ impetat, quia aliquando † etiã mulieres viros rapiũt, vt in casu Ruini. consi. 122. volum. 4. vbi ex hoc defendit quendã raptorẽ, quod à muliere rapta inuitatus fuisset, literis eius. Et hæc præsertim procedunt si habito prius tractatu de matrimonio eam volentẽ abduxerit, quia tũc concurreret causa licita & honesta, nempe, matrimonij mutuo consensu

Azcuedo super. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcupiti, quia tunc interuenit ius ca
62 nonicum, quo iure † talis raptus est
excusabilis, vt not. in cap. pen. & fin.
de rapto. & cap. de puellis. &. c. tria.
& cap. denique. 36. quæst. 2. quod qui
dem ius prævalere debet in hoc iure
ciuili, vt per Hippoly. in. d. l. 1. C. de ra
pt. virg. n. 190. vbi late & Maria Soci.
post alios, in. d. c. pen. de rapto. tamet
si iure antiquo non valebat tale ma-
63 trimoniũ †, vt legitur in cõcilio apud
Aquisgranum facto, ꝙ est registratũ
in c. placuit. 36. q. 2. Sed postea autho
ritate Hieronymi sacræ Scripturæ in
nitentis contrarium fuit receptum
in dictis iuribus, scilicet, vt valeat
tale matrimoniũ inter raptorem &
raptam, seruatis solennitatibus S. cõ-
cilij Trid. sess. 24. cap. 6. & eodem iure
canonico si volentem quis abduxe-
rit, non tenetur eam in vxorem habe
64 re †, neque dotem constituere, vt no
tat, in. c. 1. de adult. quod præsupponit
subductionem. ergo à contrario si nõ
subducatur, non habebũt locum illæ
pœnæ, vt & respondit Gram. d. consi.
48. n. 5. & Cepola consi. 56. nu. 8. Neq;
obstat quòd inuitis parentibus fuerit
68 abducta licet ipsa voluerit, & consen
serit sponte, vt dicebat Abb. cap. cum
causa, nu 4. de rapt. ex text. in cap. fi.
36. quæstio. 1. quoniam, cum deficiat
voluntas filiæ non debet raptor ex
sola contraria voluntate parentum
puniri morte, sicut puniretur vbi &
contraria voluntas mulieris adesset,
nam vnum vinculum minus obligat
quam duo ex text. in. l. 1. §. vsque adeo
69 ff. de iniur. & sic tenendum est quòd
data simplici libera & spontanea vo-
luntate mulieris non punitur raptor
pœna ordinaria mortis, & publicatio
ne bonorũ, sed extraordinaria cum
dictis authoribus sic declarando dict.
l. 1. C. de rap. vir. & cõmunem opinio
nem supra constitutam, & ita vidi au
thorem doctum & authoritatis sic as
65 serentem vidisse in practica † passim
obseruari, prout asserit Tyberi. Deci.
in. 2. tom de delict. lib. 8. c. 7. num. 21.
in fi. sed quoad mulierem Deo dica-
66 tam † hoc nõ procedet, vt inquit opti
me Peguera vbi supra, num. 9. Decia.
verò vbi suprà, nu. 22. inquit quòd ro
ta difficultas extat in probanda libe
ra ac spõtanea voluntate mulieris, &
67 inquit quòd hoc poterit probari, † &
per testes & per scripturas, & per con
fessionem ipsius, per testes, qui depo
nant, quòd ipsa eos misit ad virũ ro-
gando eum, vt abduceret eam omni
no, aliàs quòd sibi vim inferret, & vi-
tæ suæ, & quòd aliter à parentibus au
fugeret. Item per literas ipsius mulie-
ris rogãtis virum illum instantissi-
mè, vt vellet eam abducere. Item &
per cõfessionem ipsius ante abductio
nem, ex not. doctrina Bart. in. l. inter
omnes. §. si rectè. ff. de fur. vbi si iudex
inquisiuit contra aliquem de furto, si
Dominus rei furatæ cõpareat coram
iudice, & fateatur quòd hoc factum
fuit eo volẽte, dubitatur an liberetur
à pœna furti, & concludit post Iacob:
68 But. quòd sic, modo concurrant † etiã
indicia alia, & verisimilitudines, vt
quia res furata erat modici valoris, &
Dominus eius amicus valde, vel alia
similia; sic etiam dixit Bal. in cap. 1. §.
iniuria de pac. iur. fir. col. pen. ꝙ si vir
& mulier reperti sunt in actu stupri,
& ipsi asserunt, ꝙ prius erat inter eos
cõtractum matrimonium excusabũ-
tur concurrentibus etiam aliquibus
69 indicijs, † sequitur Roma. consil. 506.
Gerard. notab. 55. Hip. sing. 22. Alex.
consi. 15. vol. 3. vbi in terminis hoc te
net, ꝙ scilicet, confessio raptæ, quòd
de eius voluntate factum sit, liberatà
pœnis raptus concurrentibus tamen
alijs indicijs, & in specie ponderat ibi
pro vrgẽti indicio, ꝙ ipsa miserit ad
virum rogans vt eã abduceret. Item
si mulier illa vehementer amaret vi-
rum

rum illum. Et hoc idem quòd confes
70 sio raptę de voluntate sua probet † te
net Socin. Iuni. consilio. 5. volumin. 3.
vbi etiam si confessio facta fuerit ab-
sente parte, & etiam si postea fuerit
71 † reuocata, & Cepola consilio. 56. &
Ruinus consil. 122. volumi. 4. & Boer.
decisione. 165. numer. 9. vbi si ea ro-
gãte rapuit, vel carnaliter cognouit,
& Hippolyt. consil. 61. num. 23. cum
sequentibus volum. 1. vbi num. fin. in
quit, quod quandò res per alios pro-
72 bari non potest sufficit † assertio socij
vt & per Auenda. Respon. 31. num. 7.
& Aymon. consil. 178. num. 3. & si præ
dicta vera sunt in confessione facta
post abductionem, quæ suspecta est,
& præsumitur subducta mulier ad
eam faciendam, vt dicitur in. l. 1. §.
pœnas in fin. C. de rap. vir. multo ma
gis ergo procedent, si appareret de
tali confessione ante abductionem,
vt quia alicui dixisset se tractasse de
eundo tali die cum tali viro, & quod
73 id fecit sponte: prout si talis mulier †
schedulã reliquisset in thalamo ma-
nu sua scriptam, quod nullus ex suis
odio prosequeretur virum, qui eam
abduxit, quia ipsa attestabatur, quod
de voluntate sua spontanea, & non
coacta ipsam abduxerat suis deuictus
precibus, quod si fuisset dum confes-
sa est in manu raptoris, diceretur ad-
74 huc durare † metus, & ideo non va-
leret confessio, vt per plura conclu-
dit Gratus consi. 38. per totum volu.
2. vbi etiam dicit neque tunc valere
75 † matrimonium, vt apparet ex decre
to 6. Sessio. 24. Concil. Tridenti. Pro-
babitur etiam voluntas mulieris, si
76 probatur, quod nõ acclamauit, † auxi
lium à vicinis implorando. Item si nõ
plorabat, aut mœsta erat, dum abdu-
ceretur, imo hilaris ac læta. Item si
fucis ac vanis ornamentis compta,
ista enim, & similia arguunt sponta-
neam voluntatem, sicut contraria
arguunt dissensum. & coactam volũ
tatem, & ideo dict. l. 1. C. de rap. vir.
punit virginem raptam sicut virum
si nõ acclamauit vicinorum quærẽs
opem, atque omni conatu se defen-
dit, vt non abduceretur, hæc enim in
dicant voluntatem spontaneam, &
ideo lex illa punit has sic volentes, vt
priuentur parentum successione, &
sic Deuterono. cap. 22. dicitur si puel
lam virginem desponderit vir, &
inuenerit eam aliquis in ciuitate, &
concubuerit cum ea, educes vtrum-
que ad portam ciuitatis illius, & lapi
dibus obruentur, puella quia nõ cla-
mauit, cum esset in ciuitate vir, quia
humiliauit vxorem proximi sui, si ve
ro in agro tale quid perpessa fuerit nõ
erit rea mortis, quia sola erat in agro,
clamauit, & nullus adfuit, qui libera-
ret eam. Ecce quod voluntas mulie-
tis raptæ, vel stupratæ ex hoc argui-
tur quod non clamauit, cum posset
in ciuitate; vbi vero similiter auxiliũ
sperare poterat, sicut è contra dissen-
sus, & coacta voluntas probatur ex
acclamatione. Debet autem iste con
sensus, & voluntas interuenire ante
77 raptum, † non autem post, vt dictum
est, & sic debet probari, nam si post
nihil operaretur, præsumitur enim ꝙ
merum raptoris id fecisset, vt in termi
nis tenet Abb. antiquus in cap. super
hoc de renunt. & Andr. Sicul. consi-
lio. 71. numer. 6. volumine. 2. sed si pro
baretur eam fuisse positam in liberta
te extra potestatem raptoris, & tamẽ
78 consensisse, liberaretur raptor, † vt
per Ruin. consil. 122. lib. 4. Erit etiam
indicium voluntatis huius puellæ, si
raptor probauerit ante raptum eam
79 pluries † carnaliter cognouisse, secũ-
dum Cepol. consilio. 57. aduertant-
que aduocati raptoris, † quod ad pro
80 bandam spontaneam volũtatem de-
bent inducere testes non suspectos,
qui probent in specie actus conclu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentes efficaciter voluntatem, & si ex aduerso producãtur testes ad probandum compulsionem, & metum, totis viribus incumbãt ad eos reprobandum, nam plus creditur duobus testibus affirmantibus de voluntate
81 coacta, † quam mille deponentibus de libera, & spõtanea, vt tenet Inno. in dict. cap. super hoc. de renunt. Bal. l. obseruare. §. proficisci de offic. pro conf. & in terminis And. Siculus dict. consilio. 71. numer. 7. Decius consilio 100. num. 7. versicul. sed huic, Gratus, consil. 38. num. 27. volumine. 2. & cõsilio. 48. eodem volumine, & Curtius in titul. de testi. quæstio. 64. Diximus etiam in diffinitione, quod est asportatio de loco ad locum, quia aliter raptus dici non potest, †
82 quia si quis caperet virginem, & eodem in loco statim eam per vim defloraret, esset quidem stuprum cum violentia, & punibile, sed non esset raptus, vt tenuit Gandi. de malefi. sub Rubric. de multis quæstio. concer. statut. numer. 19. & Alberi. 3. p. statut. quæstio. 31. Paul. Cast. in l. raptores. C. de Epis. & cler. Cuma. consilio. 96. Hippoly. l. 1. C. de rap. virg. numer. 12. & singul. 65. statuto cauetur, Bosius in practic. titul. de raptu mulie. numer. 3. Dida. Perez, in Rubrica, titul. 15. lib. 8. Ordinamen. pag. 279. column. 1. & ita tenent omnes teste Claro in. §. raptus nu. 1. vbi inquit, quod hæc adductio de loco
83 ad locum † debet esse ad effectum abducendi, non autem causa commodioris coitus, nam si quis puellãm ex
84 vna camera ad aliam conduxerit, † & super lectum proiecerit, non est tãquam raptor puniendus, vt in facti contingentia consulunt Bertran. consilio. 39. lib. 6. idemque dicendum est in eo, qui puellam inuentam cum bestijs in campis cepit, & per aliquot passus abduxit vt eam carnaliter cognosceret, †
85 vt consuluit Cuma. vbi supra, sed contrarium tenet Anton. Gom. vbi supra. l. 80. Taur. numer. 41.
86 † imo, & quod tunc pœna mortis punitur si per vim eam cognouerit, & confiscationis bonorum per tex. in l. 3. tit. 20. p. 7. & ibi glos. *O yaziendo*, & ex l. nostra si in campo fiat, idem iudicatur, ꝙ de raptu, vt in verb. *Robo, o fuerça*, bene tamen verum est, quod etiã si de loco vbi eã reperit non cõducat ad locũ, ad quem destinauerat, non propterea desinit esse raptus, modo rapuerit nõ animo ibi eã cognoscẽdi secũdũ Bal. in l. sed eximẽdi, in fi. prin. ff. ne quis eũ. dictum etiam fuit in diffinitione, animo eam carnaliter cognoscẽdi, quia aliqui tenuerũt quod
87 raptor nõ punitur de raptu pœnis. d. l. 1. C. de rap. virg. nisi raptã † carnaliter cognouerit, vt tenẽt Ang. in. d. l. 1. C. de rap. virg. & Ana. in. c. cũ causa extra de raptorib. dicẽs ita fuisse Bononiæ iudicatũ, & consultũ, & sequitur, Cepol. consilio. 56. nume. 9. Afflict. in consti. Regni. §. si quis rapere. nu. 7. & hanc dicit cõmunem Boeri consi. 316. nu. 4. Couarr. in Clem. si furiosus fol. 278. nu. 8. Viuius in lib. com. opin. verb. raptor honestæ Deci. cons. 234. nu. 4. Carrer. in pract. crim. in princ. nu. 93. Did. Per. in Rub. tit. 15. lib. 8. Ordi. pag. 279. in prin. quos refert Clarus in. d. § raptus. nu. 4. Cõtrarium tamẽ,
88 tenuerũt multi, prout fuit Angel. † si bi cõtrarius in l. raptores. C. de Epis. & cler. & hãc dicit esse veritatem Afflict. vbi sup. nu. 7. & ita in Fracia fuisse seruatũ refert Cassane. in consuet. Burg. fol. 17. nu. 19. & fol. 159 & art. 1. nu. 2. & Bosi in pract. in tit. de rap. mulie. n. 14. inquit, ꝙ Ial. in quodã consi. dixit ꝙ hęc erat cõmunis opinio. & hãc tenet Anto. Gom. l. 80. Taur. nu. 40. & glos. *O yaziendo*, in dict. l. 3. tit. 20. partita. 7. per text. ibi, dum solum raptu contentatur, & raptum non requirit, si cum ea cõcubuerit dum ibi disiunctiue loquitur, *O faziendo*. in hoc enim delicto solus animus sufficit, ex. l. 1. in fin. tit. 31. parti. 7. dum tamen ad actus peruenerit proximitatem, vt si in terra proiecit mulierem ad cognoscendũ eam, & satis dicitur raptum perfecisse, qui rapuit quãuis non cognouerit carnaliter raptam: quod intelliguntaliqui, & bene meo videri, vt hoc procedat quoties non
89 cognouit raptam, quia non potuit, † nec locum habuit ad hoc aptum, cognosceret tamen si haberet, secus vero si non cognouit eam carnaliter, quanuis potuit, non tamen voluit,
90 quia tunc non teneretur ordinaria, † pœna raptus, vt voluit Clarus in. d. §. raptus, numer. 4. & Peguer. in dict. quæst. crim. cap. 43. numero. 2. & hoc verius, & rectius esse cum Couarruu. in dict. Clem. si furiosus in initio. 2. part. numero. 8. dicit, & sequitur Menochi. de arbitr. casu. 360. num. 32. & Mascar. de probatio. Tom. 3. conclusione. 1254. numer. 33. cum sequentibus, & ideo dum diximus in diffinitione, animo cognoscendi eam carnaliter, est intelligendum durante eodẽ proposito, secus si deficit, quia cum potuit noluit, & sic infero quod
91 si quis raperet alia de causa, † quam libidinis non puniretur, Puta, si puella erat in manibus nouercæ, & volebat eam nubere indigno, & affines è manibus suis illam rapuerunt, vt digno coniungerẽt, quia hoc casu nulli dubium, quod non tenetur pœna raptus, vt in terminis consulit Craueta consilio. 18 per totum, vel si vetulam raperet quis, in qua actus libidinis non præsumitur, secundum Mascard. vbi supra, numero. 34. & idem si puellam immaturam non attentauit corrumpere, secus si attentauit,
92 etiam si non defloraſſet, sed semen † inter crura emitteret, quia tũc per eũ non stetit, pœnis raptus punietur, secundum Cuma. consilio. 96. & Decia. dict. 2. Tom. de delict. lib. 8. cap. 7. numer. 35. vbi numer. 34. in rapiente monialem inquit, esse puniendum pœnis raptus etiam si eam nõ cognouerit, neque tẽtauerit † cognoscere,
93 quia ex. l. raptores. C. de Epis. & cler. attentans monialem rapere punitur & numer. 38. Ipse Decia. quærit an sicut violentia requiritur in raptu, ita
94 requiratur in copula, † ita vt si rapta fateatur quod volens permisit se carnaliter cognosci, excusetur raptor à pœna ordinaria, & inquit, quod si de hac voluntate constaret excusaretur sed quia constare nõ potest, eo quod, dum est in potestate raptoris præsumitur durare vim ac metum, dicendum est, quod etiam si ipsa diceret se contentam carnaliter cognosci non excusaretur, vt tenet Barba. d. consil. 71. columna. 1. 2. & sequen. volum. 2. Bosi. titul. de rapto. muli. nume. 8. sed
95 an si mulier rapuerit virum † pœna raptus puniatur vide Clar. in dict. §. raptus, num. 6. & Tyberi. Decia. dict. cap. 7. nume. 27. vbi tenent quod nõ, sed Anto. Gomez. l. 80. Taur. numer. 37. contra tenet, & quærit Decia. vbi
96 supra, numer. 28. quid si mulier † mulierem rapit, & inquit, quod nõ tenetur de raptu, nisi forte ea quæ rapuit, Nimphium magnum haberet in vulua, vt plures habere dicit, caruculã
97 quandam excrescentem † aliquando adeò, vt erigatur ad modum virgæ eaque ad coitum incitentur vti mares, vt ibi refert de aliquibus. Habes tamen notare, quod etiam præstantes auxilium raptoribus puniuntur,
98 sicut ipsi raptores † ex dict. l. 1. C. de rap. vir. & l. raptores. C. de epis. & cler. & ex dict. l. 3. titul. 20. partit. 7. in fin. nisi esset seruus auxiliator, & sic
99 differens à raptore, quia tunc talis † comburitur, ex dict. l. 1. & pro excusatione † auxiliatoris vide optimè Tyberi.
100

Universidad de Deusto
Biblioteca

beri. Decia. Respon. 125. volumine. 3. & melius in dict. 2. tom. de delict. lib. 8. cap. 10. Sed an si raptor nubat cum
101 rapta ? euitet pœnas vide Anto. Gomez, vbi supra, num. & Peguer. in dictis quæstio crim. capit. 42. & in alijs pluribus locis id reperies tactũ, & hæc pro cõmentatione huius verbi, *Robos de mugeres*, hic dixi, quia alibi non erat locus vbi diceretur, de verbo autem, *O fuerças*, & sic stupro infra in suo loco dicemus in hoc libr. 8. & de lege nostra meminit Ant. Gomez dict. l. 80. num. 36. & lex nostra, vt rapt' sit casus de hermãdad debet esse factus in eremo, vel depopulato loco, vt ex verbis sequentibus deducitur, & colligitur, vel si in populo fiat fugiat raptor cum rapta ad Cãpum. Et Regulam fallentias, & ampliationes ad Regulam, quod raptor mulie
102 ris inuitæ puniendus est, + legũ pœnis, vide late per Decia. vbi supra, ca. 13 per totum, & in capit. 8. tracta. de atrocitate, & specialitate huius criminis raptus, & in capit. 11. describit quibus ex causis augetur hoc crimẽ, & in cap. 12. de pœnis eius, & in capi. 9. de processu in hoc crimine formando, quæ esset longum referre præsertim cum ab eo sit late dictum, & extra materiã videatur, sufficiunt enim supra relati pro exornatione, & declaratione nostræ legis, de verbis autẽ *O fuerças*, iam diximus hoc ad materiam stupri cum vi facti, & commissi, & quod sub suo titulo infra hoc libro dicemus. Vbi est propria materia.

Ibi. *Que no sean mundanarias publicas.*

103 Has enim meretrices rapiens, + vel per vim eas carnaliter cognoscens non punitur aliqua pœna ex text. in l. verum versiculo. 1. ff. de furt. cuius verba sunt. Et ideo etiam eũ, qui fores meretricis effregerit, &c. cũ versiculo præcedẽte, & sequen. vbi DD. hunc tex. ad hoc notant, probat etiã text. in l. qui adulterium, versicul. fin. C. ad leg. Iul. de adulter. vbi habetur quod accessus carnalis cum famula vili, & turpi existenti in aliqua cau-
104 pona non est punibilis, † & ibi glo. & Doctores notant, & probat itidem text. in dict. l. vni. C. de rap. vir. vbi requiritur, vt raptus puniatur quod rapta sit honesta, & clarius probatur ex nostra lege in præsenti, & tenet glosſ. in dict. l. vni. in glos. 1. & ibi Azo. & communiter Doctores teste Ant. Gomez. l. 80. Taur. numer. 45. & Iulio Claro, in dict. §. raptus numero. 5. & Peguer. in dict. quæstio. crim. cap. 43. numer. 14. & Mascar. de probatio. 3. Tom. cõclusione. 12. 54. num. 9. cum 4. sequentibus vbi numer. 12. inquit
105 rationem esse, quia meretrix nõ præsumitur vim pati à cognoscente † illam, nec generaliter præsumitur vis in ea nisi probetur, & facit. l. 18. tit. 9. parti. 7. raptus autem non dicitur sine violentia, & sic hæc in meretrice cessant, & eius pœna, & tenẽt etiam hanc opinionem plures glos. & DD. allegati per Tyberi. Decia. in dict. 2. Tom. de delict. lib. 8. cap. 7. numer. 9. imo & in soluta deflorata per alium
106 † idem dicit Hippolyt. in practi. §. diligenter, num. 106. quo ? intelligo, si esset vilis cõditionis, & alijs seruiret secundum Roland. Valle. consil. 74. num. 17. volum. 1. & Aymon Crauet. cõsi. 166. nu. 6. ? tamen quoad nostrã legem dubium esse credo cũ lex nostra de mũdanaria publica loquatur, & sic de meretrice publica vnicuiq; sui corporis gratiam faciẽte, siue pretio, siue præmio, siue gratis, licet & vilis esset conditionis, & ab alijs cognita non crederem puniendum pœna ordinaria, sed extraordinaria. Sed an si meretrix hæc sit nupta raptus in ea
107 † committetur, & Anton. Gomez. d. l. 80. Taur. numero. 45. inquit quod tunc

tunc accessus cum ea erit punibilis, & ita videtur tenere Bal. relatus per Hippolyt. dict. l. vni. nume. 30. & Mascard. dict. conclusione. 1254. num. 15. cum. 3. sequentibus, vbi numero. 19. hoc sublimitat non habere locum in
112 meretrice maritata alicui lenoni, vel
108 infami, † pro quo facit illud Rebufi. in l. Massarius pagi. 730. versicul. ad hæc. ff. de verb. sig. quod meretrix nu
109 pta lenoni, & vili personæ, † ejicienda est à vicinia, & idem si adhuc maritata retineret antiquam consuetudinem prauam inhoneste viuendo, nam & hæc rapta dici non posset cũ emendata nõ sit, sed & adhuc tũc ex
113 lege nostra requireret, quod esset meretrix mundanaria, & publica, vt raptus in ea non esset punibilis, secus aliàs. Vt posthæc vidi consideratum per Decia. in dict. cap. 7. nume. 14. vbi idem dicit si maritus sciret inhonestam vxoris vitam, & consentiret. Secundò limita, nisi iam desineret me-
110 retricari & honestè viueret, nam tũc raptus eius esset + punibilis, secundũ Anto. Gomez, dict. numer. 45. in fin. & Peguer. dict. cap. 43. numero. 15. & Mascard. vbi supra, numer. 14. & Decia. dict. ca. 7. nu. 15. & per quod tempus dicetur emendata Rebuf. vbi supra si per tres vltimos annos honeste vixit, vel arbitrio iudicis crederem. Item & tertio limita quando talis meretrix non consensisset raptui, sed cõ
111 tradiceret potius ex iusta causa, † puta quia volebat redire ad honestatem, vel quia contradicebat ratione affinitatis, vel consanguinitatis, quã habuisset cum ipso raptore, tũc enim pœna raptus locum haberet, secundum Paul. numer. 2. & fulgos. num. 8. in l. raptores. C. de Epis. & cler. secutos per Peguer. dict. num. 15. & Mascardum vbi supra, num. 14. & vide de
115 ijs etiam glosſ. fin. in l. fin. titu. 19. p. 7. vbi & quærit, quid si dum dicit se vel le pœnitere est in habitu, & loco meretricio. & ibi etiam dicit quod ex illa glosſ. fin & ex. l. fin. in fin. titulo. 20. eadem partit. 7. etiam vili mulieri nõ est facienda vis, & faciens extraordinariè, † secundum has partitarum leges arbitrio iudicis punietur, & bene vt defendebat Decia. in dic. cap. 7. numer. 13. contra communem aliud dicentem ibi relatam, quæ quidem ex dictis legibus non seruabitur, sed arbitrio iudicis punietur, & Couar. lib. 3. Variar. cap. 14. num. 3. in fin. & quid si moriatur vir, an tunc ista quæ antea erat meretrix poterit impune haberi accessus ad eam, † & glosſ. *Muger* in dict. l. fin. titulo. 19. partita. 7. inquit quod impune poterit, sed hoc intelligo si ad vomitum, & ad primæuã malam vitam redierit, secus alias. Sed difficultas extat, quæ nam dicatur
114 meretrix, † & dicitur illa quæ multorum libidini paret, vt. 34. distinctione, vidua, id est, quæ quadraginta viros admiserit, secundum glosſ. ibi allegantem text. in cap. latores de cler. excommunica. quod tamen intelligerem non vt numerus quadraginta requiratur, sed vt denotetur pluralitas, & multitudo hominũ, quæ multitudo tunc requiretur, quoties nullo pretio constituto se prostituit cuilibet, secus si pretio constituto publico venalis est, vt. 32. quæstio. 4. meretrices, & facit text. in d. 10. titul. 16. partit. 7. ibi, *Muger que manifiestamente hizieſſe maldad de ſu cuerpo por dineros*, & sic meretrix illa dicitur, que palam libidinem exercet quæstum faciens, cuiusque turpitudo publicè venalis est, vt. l. palã. ff. de rit. nup. ex qua nihil refert, an sit Lupanari, caupona, Taberna, alio vè loco prostituta, modo pudori suo † non parcat, & vnum quẽque petentem, vel quæstu, vel libidinis causa admittat, vt inquit Alexã. & alij relati, per Mascard. de probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio.2 Tom.conclusione.1067.nume. 1.& sequentibus Menochi. de arbitr. iud.casu.291.numer.7. Decia. dict.2. Tom de delict.lib.8.cap.7.nume.10. vbi describit quomodo antiquitus distinguebantur meretrices ab honestis matronis in vestibus,& idē quod isti tenet Couarr.in.4.2 part.cap.8.§. 11.numero. 4.vbi iure optimo reprobat Abb.& alios dicentes,meretricē illam dici, quæ duos ad coitum causa quæstus nec plures admisit, & reprobat etiam gloss.mala,in.l.53. titu. 14.parti.5.& Orosci.l.pen.fol.8.verb. honeste.in fin.ff.de iust.& iur.& Rebuf.in.l.Masurius.144.ff.de verb.obligatione pag.728.sic nec meretrix dicetur illa,quæ sine quæstu amore capta, & sui copiam amatori fecisse † probaretur, secundum Menochi. de arbitr.casu.328.nume.4.& Mascard. vbi supra,numer.7. vbi cum sequentibus numeris alia plura dicit, quibus meretricem aliquam esse probatur, & numer.12.cum sequentibus aliquibus prosequitur opinionem dictam, quot requirantur admisisse, vt meretrix dicatur,& ponit quinque opiniones,& vltimam,scilicet, quod nō duos tantum,sed plures requirantur admisisse, & hanc veriorem testatur sed in effectu est, dicere idem per idem,nam non dinumerat quāti sint isti plures,& ideo arbitrio iudicis circunstantijs,& coniecturis attentis id erit dirimendum, ex coniecturis, & præsumptionibus ibidem optimè ab eodem Mascardo deductis à numer. 21.vsque in fin.vbi & num.18.inquit non requiri, vt meretrix dicatur coitus plurium carnalis, sed sufficere tactus impudicos permissos ab ea publicè cuicunque venienti. Inquit tamen Decia.vbi supra,nume.11.quod si à multis aliqua permitteret se cognosci carnaliter, meretrix erit, sed non publica,nam meretrix est substātia,publica vero qualitas,& ideo qui vult probare aliquam esse publicam meretricem† debet prius probare eā esse meretricem, vt inquit Bald.consilio.465.nume.4.volumine.4.sed vt publica dicatur, debet probari, vel quod sit in lupanari,vel in domo alia publicè omnes admittens,quicūque venerint,† siue quęstus,siue libidinis causa, Putà de nocte aperiendo sine pudore ianuam domus venientibus, vel admittendo ad se & loquendo cum eis: nam vt inquit Bald.cum Scholaris loquitur cum puella † non præsumitur dicere ei, Pater noster, vt refert Mascard. vbi supra, numero.22. & ideo ad propositum nostri text.in præsenti, requirentis,quod sit mulier mundaria publica vtrumque debet probari, nec sufficeret probari quæstus causa se permitti carnaliter cognosci,nisi & probetur, quod publicè id fit,& admittit publicè vnos & alios, sine delectu, & sine pudore: quod est multum notandū, & sic inquit Tyraquel.in legib. connūb.l.10.num.34.quod meretrix pręsumitur illa quæ vagari solet nunc hanc,nunc aliam intrando domos,† vel peregrinantes,& has peregrinantes,credo quod lex nostra vocat mūdarias,& omnes meretrices non sunt infames,sed tantum,hæ,quæ publicè se prostituunt,† vt per Rebuf.vbi supra pag.730.Ex quibus Decia. vbi supra numero.12.constituit aliquos casus † pro horum declaratione. Primus,cum è Lupanari aliqua rapitur, vel secundo,quoties aliqua tabernaria,vel ancilla eius rapitur, quia præsumūtur inhonestæ, præsertim si probetur ab alijs cognitas esse. Vel tertio si probetur raptam corporis sui quæstus causa copiam multis publicè fecisse, vel si libidine multis se prostituisset sine pudore, & hinc inde vagasse per alienas domos, & in ijs casibus

bus raptus pœnam cessare,inquit ibi ipse Decia & bene, qui sunt multum notandi ad legem nostram. Quintū, vero casum per eum constitutum,de habente rem cum vno libidinis tantum causa,si id notorium esset,quod euitaret raptum eam rapiens,dubitabile † mihi videtur,præsertim quoad legis nostræ materiam, inquit tamē ipsemet Decia.in eodem cap.7.num. 16.quod testibus singularibus probabitur,quod mulier inhonesta esset & meretrix, † & sic sufficiet probare, quod conuersabatur cum multis qui honeste cum ea conuersari non potērāt ex.l.nō aliter.ff.de vſ.& ha, vel,si illi,qui cum ea coierunt quæstus gratia,id dixissent, licet vnusquisq; esset de suo actu,quia ad probandam inhonestatem, vel meretricium, quod generale quid est, id sufficit. Et præterea inquit ibi Decia. in dict. num. 16. in materia probationis inhonestæ vitæ,quod si ex aduerso probaretur bona vita in genere, & contra pro reo probaretur mala vita in specie, scilicet, quod sui copiam fecerit, tali, & tali, hæc specialis probatio præferretur generali, † vt tenet Innocent.in cap.Inquisitioni,& in cap.cum oportet, de accusatio. vbi in specie dicit, quod duo testes deponentes de infamia, præferuntur etiam mille,†depōnentibus de bona fama,& Roma. cōsilio,167.in fin. Hippolyt. in practi.§. diligenter numer.157.& in. l. de minore.§.plurium num.100. ff. de quæstionibus,& consilio.3.numer.22.Bosius in praxi.crim.titu.de inquisi. nu. 35.& an ex coniecturis,& quibus possit probari copula,vide Decium, consil.577.per totum.

Ibi. *Haziendo se lo susodicho.* Notandum est gerundium hoc in do, quod importat qualitatem,& conditionē, vt præcedentia tunc locum habeāt, quoties fiunt in eremo, vel depopulato loco,vel in ciuitatibus,villis,vel populis si delicta talia committentes cum rebus,vel mulieribus ad campū fugerint,vel exierint,gerundiū enim inducit formam, modum, & conditionem,vt diximus in.l.3.titu.10.nu. 47.&.48.& in.l.18.titul.21. numer.4. &.5.lib.4.supra,& consequenter verificanda est hæc forma, & qualitas etiam cum præcedentibus delictis, vel aliquo eorum vt verificetur iurisdictio horum iudicum fraternitatis, qui principaliter instituti fuerūt pro puniēdis delictis in cāpo commissis, & vt itinera,& depopulata loca secura omnibus existant.

Ibi. *Salteamiento de caminos.* Et sic robaria facta in itineribus,& hæc faciētes grassatores, & de robatores nuncupantur, qui improbissimum delictum committunt, in duobus titulis pręcedentibus de eis dictum est.

Ibi. *Heridas de hombres.* Etiam si de eis sanguis non exeat, quia vulnus etiam sine sanguinis† effusione dicitur,imo & percussio,secundum Feli. in cap.2.numer.27.de rescrip.& dixi in.l.3.titul.2.lib.1.supra,numer.9.ad fin.& ad nostram legem notat Greg. Lup.in.l.6.verb.*Sangre* titu.9.parti.7. & nota,quod verbum hoc, *Hombres*, ita comprehendit fœminas sicut masculos,in materia enim vtrique sexui adaptabili masculinum fœmininum comprehendit, vt dixi in.l.1.num.3. &.4 titu.13.lib.4.supra.

Ibi. *Siendo la tal muerte o herida.* Pondera Gerundium siendo,in do finitū, & tempus futurum respiciens, quia vt proxime diximus qualificat,inducit formam, & conditionem dispositioni, ita vt non sufficiat probare mortem, vel vulnus, nisi & probetur aleuosia, vel securitas, vel insidiæ, vel causa derobandi, etiam si robaria non sit sortita effectum,vt in verbis sequentibus probatur,& itaḍ

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod sit facta in eremo, vel depopulato loco, ex præcedentibus verbis, quæ hic repetita censentur, cum generaliter omnia respiciant præcedentia & sequētia, & vbi aliquid venit ad informationem alterius vtrūque debet probari, secūdum Felin. in cap. 2. num. 27. de rescript. sed an si vulnera hæc, vel mors insidiosa clam, vel aleuositer, vel secure facta sint in ciuitate, vel populo, delinquens tamen exijt, & fugit in eremum, vel campum, erit casus † hic fraternitatis, vt 129
iudices eius possint contra talem delinquentem cognoscere, & procedere, & credendum, quod sic, propter adiectionem, *Otro si sean*, nam dictio, *Otro si*, latine, item, est repetitiua præcedentium, vt per Bartol. & omnes in l. in repetendis, de leg. 3. & in alijs pluribus locis.

Ibi. *Por aleue, o traycion.* Ex disiuncti ua illa, o, decerpitur aleuosiā, & proditionem differre, nam proditio proprie est quæ fit, contra Regem, vel regias personas, aleuosia contra inferiores, vt diximus in l. 3. titu. 2. numer. 9. lib. 1. suprà.

Ibi. *O sobre aseehanças, o seguramente.* Et ad cognoscendum, an delinquens præmeditate, vel pensiculatè crimē
130 commiserit, recurres † ad Iacob. Nouel. in practic. & Theori. causa. crimi. in titu. forma inquisitionis propensato. nume. 43. pag. 496. & quando dicatur homicidium, vel vulnus, proditorie, ex proposito, † per insidias com- 131
missum, vide etiam per Iul. Clar. in §. homicidium, num. 8. 9. 10. & 11. & cōiecturas, quibus cōuincitur quis animum deliberatū † habuisse, vide per 132
Menochi. de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 361. num. 23. cum pluribus sequentibus, & per totum illum casum plura de iudicijs homicidijs proponit: sed in proposito illius verbi, *O seguramente*, non tantū est, quod mors secura, vel vulnus secutum dicetur, quoties sit nulla præcauendi causa præcedēte, nam si sit in rixa, neq; secura dici potest, cum tam tempore homicidij, quam antea erat inimicitia inter eos orta, † 133
vt inquit optimè Burg. de Paz consil. 22. num. 17. volum. 1. sic declarans. l. 10. titul. 26. infra isto lib. sicut & data inimicitia nulla aleuosia dari potest, vt ibi per ipsum Burg. num. 15. & 16. cū sequentibus, & dixi in d. l. 3. tit. 2. lib. 1. supra num. 11. & in l. 11. gloss. 1. titul. 8. libr. 5. supra, & notat Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 2. quæst. & sic inquit Burg. vbi supra, num. fin. fuisse pronūtiatum in causa quadam remissionis delinquentis ad Ecclesiam.

Ibi. *Aunque el robo, o fuerça no viniesse effecto.* Respiciunt hęc verba proximè præcedentia, *O haziendo se por causa de forçar ò robar*, ita vt si mors, vel vulnera fiant causa violentiæ inferēdæ, vel robariæ faciendæ, sit casus fraternitatis, etiam si robaria, & vis non habuerint effectum, cum satis sit delictum commissum ex vulnere, vel morte ad derobandum, vel vim faciendam
134 commissis ac perpetratis, † sicut & in vi illata alicui puellæ satis est, quod inferēs vim, proiecerit eam in terrā, & actum inceperit, licet non perfecerit, vt probatur ex text. in l. 3. titu. 20. p. 7. & ibi gloss. *O yaziendo.*

Ibi. *Carcel priuada.* Quod est maximum delictum, & sub crimine læsæ Maiestatis † humanæ comprehendi 135
tur ex l. 1. vbi Cy. & Bald. C. de priuat. car. cum enim & hoc sit meri Imperij, illud vsurpans dicitur publicam ledere Maiestatem, vt ibi dicit text. & Bald. ibidem, & Paris de Puteo, in tract. de re milit. lib. 9. §. an similes, nu. 8. Anani. in cap. 1. colum. 2. versic. vltimo, quia de clem. percussor. Gigas. in titul. de crimi. læsæ mai. sub titu. qualiter, & à quibus, quæst. 35. vbi ponit. 8. limitationes, & ratio quare nullus potest

potest habere carcerem priuatū est, quia nullus potest habere ius carcerandi, nisi cui lege id permissum est, cum sit de gradibus meri Imperij, vt per Bartol. in l. Imperium in. 4. gradu meri Imperij. ff. de iurisd. omn. iudi. quē omnes ibi sequuntur, & Bal. in l. 2. §. ex actis el fi. ff. de orig. iur. idem Bald. consil. 41. in præsenti materia, volu. 1. & probatur etiam in l. 2. ff. de in ius voc. vbi quod solis magistratibus cōpetit iubere in carcerem duci: & potest etiam assignari ratio, quia in carcere detineri, est quædam species
136 seruitutis, † vt dixit Alexandr. consilio. 113. numero octauo, volumine. 6. & hoc crimen priuati carceris incurrit non solū ille qui detinet, sed
137 etiam magistratus, qui sciens † delinquentem tolerat, ex. d. l. 1. C. de priu. 140
carcer. & ibi per Bald. & alios, & de hoc carcere priuato diximus in. l. 5. tit. 13. li. 4. supr. & in l. 5. tit. 23. eod. li. 4. inquit tamē Clar. in praxi crim. q. 141
68. nu. 38. se credere in practica reum priuati carceris non vltimo supplicio
138 sed mitius esse puniendum. † Sed an modica detentio sufficiat ad priuati
139 carceris delictum puniēdum? † & fer 142
tur Ang. in d. l. 1. tenuisse modicam, & momētaneam detentionē sufficere, vt priuatum carcerē inducat, Hippoly. tamē consi. 136. nu. 4. contrariū tenuit, quem secutus est Rebuf. in l. vinculorū appellatione pag. 990. versic. item istam. ff. de verb. sig. faciuntque dicta per nos in l. 1. nu. 1. & 2. tit. 6. lib. 3 supra, & licet Hippoly. vbi supra, velit Angel. vbi supra, hanc etiā tenuisse, cū denotādo de cōtrarietate, tamen si bene inspiciatur nō est, sibi contrarius, vt optimè aduertit Tyberi. Decia. Tom. 2. de delict. libr. 7. cap. 10. numer. 2. nam Angel. distinguit inter inclusionem, & detentionem, vt inclusus illicitè, & in casu nō
143 permisso in aliquem locum, vnde

egredi non possit carceratus dicatur & sic crimen priuati carceris etiam momento temporis, incurri, aut tātum est detentus simpliciter, sed nō inclusus, & tunc momentanea detētio, non facit delictum consummatū & sic Angel. non est sibi contrarius, sed de veritate opinionum ipse Decia. distinguit, scilicet, quod si momētanea inclusio est, facta eo animo, vt ipsum longo tempore detineat, vel donec consequatur ab eo includens id quod cupit, tunc crimē priuati carceris incurritur, ex generali Regula, dictæ. l. 1. nihil distinguentis circa tēpus sit modicum, vel nō, & sic generaliter intelligenda, nec obstat. l. capite quinto. ff. de adulr. quæ per. 24. horas permittit detineri aliquem, quia loquitur in casu in quo à principio † licita est captura, secus alias, vt loquitur. dict. l. 1. C. de priu. car. secus vero si deficeret animus sic detinendi eū † in carcere inclusum, nam tunc neque inclusio momētanea priuati carceris crimen induceret, sed non aperit Decia. quando colligetur animus hic, & crederem colligi, si forte iste † eum includens, non eiecit eum à carcere, & loco vbi illum inclusit, ex suamet voluntate, sed compulsus à iudice, vel metu accusationis iam contra eum propositæ de priuato carcere, quia tunc hac de causa præsumitur illum relaxasse, quod non fecisset, nisi hac de causa, & tunc momentanea inclusio sufficeret, secus vero si de sua voluntate ante has causas relaxauit eū, & per momētum tēporis illū habuit inclusum, momētanea tamē detētio nullomodo hoc delictū includit, secundū Decia. vbi supra, ita distinguentē inclusionē à detētione. Ego tamē neq; vnam, neque aliam † priuatum carcerem inducere crederem, nisi constaret de animo detinentis, vel includentis volentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum detinere per maius tempus nisi com-
pulsus fuisset per iudicē, vel me-
tu accusationis iam contra eum pro-
posita: coram iudice de priuato illo
carcere eiecit eum, quem aliter non
eiecisset, neque ante ejicere vo-
luit, & de ijs multum arbitrio iudi-
cis est tribuendum, cum dubium
esset de tali animo, sed vbi clare con
staret de tali animo, quia ipse sic di-
xit, & manifestauit nihil arbitrio iu-
dicis erit tribuendum, ex dictis per
Hippolyt. consilio. 136. numero. 4. &
sequent. & Decia. dict. capitul. 10. de
priuat. car. numer. 17. sic intelligendo
Angel. in dict. l. 1. C. de priu. car. indi
stinctè totum committentem arbi-
trio iudicis, quid tamen erit si iudex
non competens detineat aliquem si-
144 bi non subditum † an incurrat in hoc
crimen, & Tyberi. Decia. in dict. cap.
10. nume. 16. refert Alexand. nume. 8.
& Ias. numero. 17. ff. de iurisdi. om. iu-
di. tenentes, quod iudex incompe-
tens bene potest capere debitorem
145 suspectum de fuga, vt ad iudicem †
competentem transmittat, non au-
tem, vt ipse detineat, sed per hæc
non dissoluitur quæstionem, sed inde
cisam relinquunt, ideo inquit ipse
Decia. ibi, quod talis iudex incompe
tens, non incurrit crimen priuati car
146 ceris licet aliquem in carcere † de-
tineat, nam iu lex iste, habet quidem
iurisdictionem in habitu saltim, licet
non in actu, nam & in eum posset
prorogari hæc iurisdictio, ideo non
potest dici priuatus carcer prout eo-
rum qui nullam habent iurisdictio-
nem: & quia si aliud diceremus, quot
essent iudices ob hoc vltimo plecten
di supplicio, & quot quotidie fo-
rent hac pœna condemnandi, sed
an si quis nō teneat in carcere quem
147 clausum, sed in custodia, † an hoc
crimen incurret, & videbatur, quod
non, quia dict. l. 1. & eius Rubri. C. de
priu. carcer. loquitur de carcere, &
non de custodia, & aliud est tenere
in carcere, aliud in custodia, vt est
gloss. fin. in. l. fi. C. decurio. lib. 12. vbi
Bar. & nor. in. l. si vt certo. §. custodiā,
ff. commo. vbi Bartol. Felin. cap. cum
contingat, numero. 12. de for. comp.
nihilominus tamen contrarium esse
verius testatur Decia. in dict. cap. 10.
148 numero. 18. nam custodia † ad publi
cos tantum magistratus spectat. l. suc
curritur. ff. ex quib. cau. maior. l. vin-
culorum. ff. de verb. signific. l. milites
agrum. § pen. ff. de re milit. equipara
tur carcer, & custodia, vt in. l. si quis
post accusationem. ff. de testament.
præsertim quoad nostram materiam
cum custoditus non existat in pro-
pria libertate, sicut nec carceratus:
& quia id probari videtur ex dict. l. 1.
C. de priuat. carcer. in principio, ibi,
priuati carceris exercere custodiam,
& in. l. 1. C. de cohor. libro. 12. ibi ne-
que carcerem habeant, ne vè quis
personam licet pro manifesto crimi-
ne apud se habeat in custodiam, li-
cèt certum sit, quod leuior est custo-
dia ipso carcere, vt probat text. in. l.
1. &. 3. ff. de custo. reor. imò & dicta
de custodia, & carcere locū habēt in
149 vinculis, quia qui aliquē in vinculis
detinet, magis delinquit, † quā qui cu
stodit. l. succurritur, &. l. sequen. ff. ex
quib. cau. maior. dict. l. vinculorum:
nihil enim interest compedibus aut
parietibus detineatur, vt in dict. l. suc
150 curritur, quanquam differant vin-
cula à custodia, † vt ex text. in. l. 3.
§. lege Iulia ff. de custodi. reo. ibi,
quæ in vinculis custodia vèerit, lex
enim de priuatis carceribus punit de
tinentem, & impedientem libertatē
hominis liberi, atque ideo vsurpan-
tem sibi talem potestatem, quæ sola
publica esse debet, nimirum si pu-
niat lex, & eius ministrum de priua-
to carcere, nam cum hæc ratio mi-

litet

litet in eo, qui alium in carcere, cu-
stodia, vel vinculis detinet, militare
debet & dispositio, vt ipsemet tenet
Decia. vbi supra, num. 19. vbi numer
20. hoc idem notum esse ex Plutar-
cho in Solone, & ex alijs ibidem rela
tis probat, & numer. 21. idem ex. l. 1.
C. de cohor. libr. 12. probat vbi nul-
lus stationarius, ideſt, qui stationibus
inter cohortales præesset, posset in
carcere aliquem detinere sub pœ-
na capitis, quod priuati carceris
reus capite puniendus sit. Postea ve-
ro Valentinianus Theodo. & Archa.
legem tulerunt in hæc verba. Si quis
post hæc reum priuato carcere desti
nauerit, reus Maiestatis habeatur.
Demum Zeno Imperator legem tu-
lit, quæ habetur in dict. l. 1. C. de priu.
carcer. qua crimen hoc incurrentes
capite puniuntur, iure autē canoni-
151 co, † si crimen hoc exercetur in cle-
ricum non ligatum, sed tantum pa-
rietibus conclusum, vel detentum,
pœnam incurrit excōmunicationis
cap. nuper. §. nos igitur vbi. gloss. 1. de
sent. excom. & tradit Zaneti. de con-
trari. iuris ciuilis, & cano. n. 325. quin
imo includens clericum in aliquo
152 loco † licet corpus non tangat, inci-
dit in pœnā. Can. si quis suadēte. 17.
q. 3. sicut si manus violētas iniecisset
in eum, & tradit Bart. in. l. licitatio. §.
qui illicitè. ff. de publi. Feli. in cap. su-
per eo de sentent. excomm. & relati
per Decia. vbi sup. num. 22. & ideo iu
re optimo lex nostra hoc carceris pri
uati crimen iudicibus paternitatis cō
misit, etiam puniendū ob atrocitatē
eius, & quia tunc temporis frequen-
tabatur, & hoc dūmodo fiat propria
authoritate in eremo, vel de popu-
lato loco, vel in quolibet populato
loco, si cū eo. ad campum exierit, nisi
sit taliter captus conductor vel colle
ctor reddituum regalium, & ob hanc
causam in eremo, vel in populo capia

tur, & carceretur, nā tūc etiā si cum
eo non exeat ad campū est casus de
Hermādad, & priuati carceris: non
item committit hoc crimen, qui nō
animo † iniuriandi, vel exercendi iu
risdictionem detinet, secundum De-
cia. vbi supra, num. 10. &. 11.
153
Ibi. *Saluo si el acreedor prendiere a su deudor que se vahuyendo.* Dictio hæc, *Sal
no*, † est reseruatiua caluū sub ea pro-
154 positorū, ita vt non sit crimē fraterni
tatis, neque priuati carceris si credi-
tor debitorē fugientem capiat, cum
id à lege permittatur, vel si ex permis
sione ipsius debitoris id creditori li-
ceat, vt in gloss. seq. dicemus. Dum ta
men intra. 24. horas † iudici præsente
155 tur, & in creditore debitorem fugiē-
tem capiente, id de iure licere, † est
156 tex. in. l. ait prætor. §. si debitorem. ff.
quæ in fraud. cred. in. l. generali. C. de
Decurio. libr. 10. l. 12. titulo. 20. libr. 3.
for. l. 10. titulo. 15. partita. 5. & in lege
nostra: tenent gloss. verbo. fine in. l.
extat. ff. quod met. cau. & in l. quæsi-
tum verbo. quia. ff. de pigno. gloss. iu
dicio in prin. Insti. de acti. & in authē.
vt iud. sine quo. suffrag. §. necessitatē
verb. detinere, & in. c. 1. verb. potestatē,
de pace iuram. firm. in vsib. feud.
& hæc est cōmunis opinio, secundū
Ripā. in. c. 1. nu. 88. de Iudi. vbi latè cū
Abb. tractat de hac cōclu. per amplia
tiones, & limitationes, & alij plures
relati per Dueñas in Regula. 175. debi
tor fugitiuus. Et Xuarez latè in titu-
lo. *De los emplazamientos*. §. 1. incipienti,
sed attende, numer. 20. cum pluribus
sequentibus pagi. 403. sed quia est ma
teria diffusa, & nostræ legis propria,
vt præ manibus habeatur omnia, per
dictos Doctores, & alios dicta, & rela
ta, hic inserere libuit & quia occurrit
quotidie de ijs dubitare. Et pro decla
ratione constituēda est Regula gene
ralis, & communis ex dictis iuribus,
& glosis comprobata, scilicet, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

creditores possunt capere suum debitorem fugitiuum propria authori-
157 tate, † dum tamen captum, intrà 24. horas iudici præsentent, vt ex dictis iuribus, & ex l. capite quinto. ff. de adulter. & ex lege nostra, clarissimè deducitur, debent tamen præcedere sex requisita, vel saltim quatuor vt iudex possit dare licentiam capiendi si eius copia haberi potest, de quibus diximus in l. 4. titulo. 4. supra isto lib. Quæ quidem conclusio, ampliatur primo, vt procedat non solum in debitore fugitiuo, sed etiam in præpa-
158 rato † ad fugam, secundum gloss. & ibi. Bald. in l. pignoris. C. de pignor. actio. vbi probatur, quod idem operatur fuga in promptu, quod fuga in actu, & gloss. in l. quæsitum, ver. ex iusta causa. ff. de pignori, dum glossa, ibi dicit, vel ibi recessurus putabatur, & hanc sequitur Hippoly. sing. 43. & Alexand. & alij plures relati, & secuti
163 per Rebufum vbi supra, numer. 72. & Ripa. dict. cap. 1. numer. 88. & Suarez vbi supra, numer. 21. vbi eius additio alios allegat.

Amplia secundò, vt non solum creditor possit debitorem fugitiuum
159 capere verum etiam procurator † debitoris id poterit, secundum gloss. in l. 1. C. vbi quis decu. vel cohor. per text. ibi quam gloss. dicit singularem Iason. in principio, Institutæ de actio. Suarez, vbi supra, numero. 24. & Ripa. vbi supra, num. 88.

Amplia tertio, vt etiam in die se-
160 riata in honorem Dei, † possit fieri hæc captura, secundum gloss. in l. dies festos. C. de fer. quæ tanquam vnica, cõmendatur per Doctores ibi, & sequitur Bartol. & Iason. relati, & secuti per Ripã. dict. capit. 1. de iudic. numer. 88.

Amplia quartò, vbi id extendit vt procedat etiam in die solennissimo,
161 puta, in festo Natiuitatis † Domini nostri, secundum Bald. in capit. fin. columna fin. de ferijs extra. Sed non placet hoc Felino, in capit. finali, columna finali, de iudicijs, per text. in capit. licet extra de ferijs, & per text. in l. 3. C. de Episcop. audien. ibi nullum carcer illa die teneat inclusum, & sic hoc de die Natiuitatis non placet Ripæ vbi supra.

Quintò ampliatur nostra conclu-
162 sio, vt etiam in loco prohibito † capi possit, puta in domo, secundum Bald. in l. plerique. ff. de in ius voc. vel in Ecclesia, secundum Iaf. in l. vinũ. ff. si cert. pet. pro quo adducitur præcedens ampliatio arguẽdo de tẽpore ad locum, quod argumentũ est licitum, item arguendo de persona, ad locũ, quod argumentum etiam est validum. l. 1. §. si filius iuncta l. 2. ff. ne quis eum, qui, sed clericus etiam in sacris fugitiuus potest capi à creditore
163 etiam laico, † secundum Bartol. in l. si quis in seruitute. ff. de fort. Panor. & omnes in. c. cum non ab homine. de iudi. & Ripã. vbi supra, ampliatione. 4 & Rebuf. vbi supra, num. 77. ampliatio. 5. vbi hoc intelligit, & bene in clerico fugitiuo, non vero in suspecto † de fuga, item dummodo statim
164 ducatur ad iudicem Ecclesiasticum, non vero ad laicum, ergo etiam capi poterit in loco sacro, hæc tamen limitatio de Ecclesia, & loco sacro veram
165 non iudico, † neque tenendam: nam si iudici ipsi non licet capere debitorem fugientem ad Ecclesiam, cur licebit creditori, item quia est contra text. in capitul. inter alia, de immunit. Ecclesia. & text. in l. præsenti. C. de ijs qui ad Eccles. confu. & text. in capit. diffiniuit. 17. quæstione. 4. & contra dicta à nobis in libro. 1. supra, titulo secundo, sub. l. 3. numero, 1. cum sequentibus, & sic contra eã tenet Dueñas Regula. 175. numero, 3. dicens contra eam practicari, & contra eam esse communem, & sic quoad alia loca prohibita quam quo ad Ecclesiam, & locum sacrum procedere dicendum est, hanc amplia-
166 tionem, & sic etiam in alieno territorio, † capi poterit, secundum Angel. in repetitione. l. nemo carcerem in fin. C. de exactio. trib. lib. decimo, & alij relati per Dueñas, in Regula, 175. ampliatione. 5. vbi inquit id intelligendum cum Xuarez vbi supra, numero. 30. quoties talis creditor in sequendo eum de sua propria Provincia cepit eum in alieno territorio, nam tunc id sibi liceret, sed in
167 hoc ego teneo itidem † contrarium, nam si iudici delinquentem insequenti in alieno territorio, non licet illum capere, vt est communis opinio, vt dixi in l. 3. titulo, secundo, libro. 1. supra, numero tertio. Cur creditori id licebit, nisi secundum quod in lege nostra dicitur insequatur eum iudex fraternitatis,
171 nam iste potest insequendo ingredi alienum territorium, & ibi capere delinquentem, & auxilium est ei præstandum ad hoc per iudicem illius territorij, ex. l. 4. &. 14. infra isto
172 titulo.

Quintò ampliatur, nostra conclu-
168 sio in omni † laico suspecto de fuga ex Iasone in dict. l. vinum, & in. d. principio Institutæ de actio. & alijs relatis per Rebuf. vbi supra, numero,
173 73. vbi inquit Doctor. se multum in hoc torqueri, & quod in Francia nõ solet capi suspectus de fuga sine iudicis ordinatione, nisi sit in procinctu
174 fugæ, & sic inquit optime Ripa. vbi supra, numero. 88. Ampliatione. 5. se dubitare de hac ampliatione, nisi
175 prius præstita sit fides summaria de
169 suspicione legitima, † secundum Bartol. Alexandr. & Iaso. ibi per eum allegatos, & insuper probetur, quod suspicionis causa de nouo super-

Azeuedo super. 8.

uenit post contractum cum tempore contractus idoneus reputaretur, vt optimè per Suarez dict. titul. *De los emplazamientos*. §. 7. numero. 38. pagina. 406. & sic præstatur quotidie
170 hæc informatio, nec sufficit † iuramentum creditoris, & non sufficere, testatur communem Parpalia in repetitione. l. 2. columna. 21. ff. solut. matrimo. quem ad hoc, & alios plures allegat ita tenendo, Dueñas in. d. Regula. 175. numer. 3. ad fin. eam probans ex. l. 66. Taur. quanuis in principio illius numeri alios alleget contra tenentes, & male meo videri; nam iuramẽto partis nunquam standum est, præsertim in ijs, quæ non dependent ab animo suo, prout hoc non dependêre, notorium est, & tenet expresse etiam Anto. Gomez, Tom. 2. cap. 11. in fine, vbi inquit, quod ad hanc summariam, non requiritur debitoris citatio nec plena, sed saltim semiplena † sufficiet probatio, & ibi etiam ampliat modo causa suspicionis superueniat culpa debitoris, modo non, & fortuito casu.

Sextò ampliatur, etiam lite pendẽ-
172 te, † secundum Angel. in dict. l. nemo carcerem, & ita limitatur titulus extra, vt lite pendent.

Septimò ampliatur etiã pẽdente
173 † appellatione, secundum Iaf. in dict. l. vinum, & Angel. in dict. l. nemo carcerem, & ita limitatur titulus. ff. nil nou. appellat. pendent.

Octauò ampliatur, etiam pendente die, vel cõditione, † secũdum gloss.
174 & Bartol. in dict. l. quæsitum, & in. l. debitori. ff. de iudi. & Suarez in. l. post rem in. 7 limita. ad leg. Reg. numero,
175 2. pagin. 308. vbi & an possit † exequi, & in dict. titulo. *De los emplazamientos*. §. 7. nu. 25. pag. 403. & hanc etiam ampliationem tenet gloss. in l. 10. titu. 15. p. 5. & licet text. in. d. l. quæsitum, videatur tantum loqui in debitore

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad diem, non tamen videtur loqui in debitore sub cõditione, quia ante cõditionis euentum nulla subest obligatio, & sic in eo contrarium tenebat Alberic. in dict. l. quæsitum, & Iaſ. in l. pecuniam columna fin. ff. ſi cert. pet. tamen adhuc idem dicendum in debitore ſub conditione, ſicut in debitore in diem, nam quemadmodum fugitiuus debitor poteſt capi ad effectum, vt caueat de ſoluendo adueniente die, ſic vt caueat de ſoluendo adueniente conditione, † argumento. l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. vt lega. pomi. caue. & ita tenet Ripa. in dict. cap. 1. de iudi. numer. 88. & ſic limitatur. l. cedere diem, de verbor. ſignificatione. 176

Nono amplia, vt non ſolum debitor principalis, verum etiam eius hæres † poſsit capi, vt talis debitor fugitiuus, vel ſuſpectus de fuga, ſecundum Bart. in l. poſtulante in principio. ff. ad Trebel. & alios relatos per Dueñas in dict. Regula. 175. numero. 2. inquit tamen Rebuf. in 1. Tomo conſti. Fran. titul. de lit. obliga. articulo. 3. gloſſ. 2. numero. 10. quod debet prius citari, & diſcuti, quod ſit hæres, † & pronuntiari talis, alioquin nihil valeret, ſi caperetur, ſecundum Bald. in l. quod diuerſas quæſt. 10 C. manda. & in titu. ſtatut. quæſt. 9. verb. capere, & Francus in capitul. ex ratione columna. 24. quæſtio. 2. de appellatio. ſed hoc de citatione, & pronuntiatione, quod ſit hæres, non mihi placet, quoniam vt diximus nõ eſt neceſſe citare debitorem ad informationem de fuga, ergo neque hæres ipſius † debitoris fugiens, & quia aliter interim fugeret hæres, vel ſe in Eccleſia recluderet, & ſic nullius effectus eſſet poſt velle eum capere, & Bald. & Fran. vbi ſupra, quos pro ſe allegat Rebuf. & ipſemet Rebuf. loquitur, non cum hæres debitoris capi conatur per creditorem, quia fugit, vel fugere vult talis hæres prout nos loquimur, ſed ad diſcutiendũ an hæres debitoris poſsit capi, & in carceram pro debito ſui præceſſaris de quo nos nõ loquimur tũc enim dicta informatio, & pronuntiatio, quod ſit hæres ex citato debet præcedere, ſed quoad noſtrum propoſitum, quod poſsit capi ſi fugiat nulla requiritur citatio, neque informatio, & ſic male Dueñas, vbi ſupra, in dict. numero. 2. ad hoc allegauit Rebuf. in dict. gloſſ. 2. articulo. 3. numero decimo, & male cum conſideraſſet, niſi eum intelligas loqui nõ cum fugit hæres, vel in promptu, ſed cum eſt ſuſpectus de fuga tunc enim, vt capi poſsit informatio eſt iudici danda, vt diximus nulla citatione debitori facta ad informationem hanc. 177 178 179

Decimò amplia, vt etiam hæres creditoris intra tempora conficiendi inuentarium poſsit, † capere debitorem fugitiuum, ſecundum Angel. in dict. l. nemo carcerem, & Rebuf. in dict. titulo de liter. obligat. articulo. 6. gloſſ. 3. numero. 75. & ſic limitatur. l. fin. §. donec. C. de iur. delib. 180

Vndecimo amplia, vt etiam clericus fugitiuus capi poſsit, vt iam dictũ eſt ſuprà.

Amplia duodecimò, vt etiam clericus excommunicatus poſsit capere † debitorem ſuum fugitiuum, ſecundum Abb. cap. cum inter de exceptio. & ita limitatur, capit. intelligimus de iudi. ita Ripa. vbi ſupra, dict. numero. 88. in fin. 181

Decimotertiò amplia, vt procedat concluſio noſtra etiã, ſi tempore contractus debitor dilapidaſſet bona nõ tamen in tantũ, quin adhuc eſſet idone', ſi poſtea illud fortius dilapidaſſet & cõditionem ſuã deteriorẽ feciſſet, poterit capi à † creditore, ſecundum 182

Bald.

Bald. in l. ſi pro ea, in principio, num. 2. C. de mand. Iaſ. in §. ſupereſt, num. 87. Inſtit. ea de Actio. & in l. ſi ab arbitro, num. 5. ff. qui ſatis dar. cog. Dueñas, dict. Regula. 175. ampli. 1. Decimoquarto amplia etiam in bannito, nam eo quòd quis eſt bãnitus † cenſetur eſſe in fuga, ſecundum Dueñas, vbi ſupra amplia. 4. Decimoquinto amplia procedere etiam in pecunia, nam debitori fugienti poteſt eius † creditor eam capere, ſecũdum Dueñas ibidem amplia. 6. Decimoſexto amplia, quod in caſibus in quibus licet capere debitorem fugientem licebit & eum occidere ſe telo defendentem, † ſecundum Salic. in l. vt allegas. C. ad leg. Iul. de Sicar. quem allegat Xuarez in dict. titul. *De los emplazamientos*. §. 7. numero. 26. pag. 403. quod durum mihi videtur. Decimo ſeptimo & vltimo amplia ex Suarez, ibidem, numero. 28. pagin. 404. ſcilicet, quod ſi iudex dederit licentiam capiendi debitorem ex inſtrumento Guarentigio creditor poteſt illum per nuntium † facere capi etiam expirato illius officio, quod dicit Angel. in l. ſi per Epiſtolam. ff. de acquirend. hæred. eſſe menti tenendum, & ſe multoties practicaſſe, & mouetur quia iuſſus iudicis cauſa cognita factus executori, vt eius ſententiam exequatur, non perit eius morte, † vt eſt caſus ſingularis in Authentica vt nulli iudi. §. ſi vero, collatione. 9. Bartol. notanter, licet non alleget illum text. in l. fundi venditor. ff. de acquirend. hæred. quæ quidem concluſio, ſic ampliata limitatur primo, & reſtringitur in caſu, in quo copia iudicis non adeſſet, ſecus vero alias † quia tunc abſque eius licentia non poſſet eum debitor capere, ſecundum Bartol. Bald. & Alexand relatos per Ripam in cap. 1. de iudi. numero. 89. 183 184 185 186 187 188

Secundò limitatur noſtra concluſio, & reſtringitur, vt procedat quoties ſuſpicio fugæ debitoris emergit poſt contractum ſecus ſi eadem ſuſpicio emergebat, † & inhærebat tempore contractus, nam tunc imputet ſibi creditor, & ita pluribus fundamẽtis tenet Rodericus Suar. in dict. titu. *De los emplazamientos*. §. 7. num. 32. cum ſequen. aliquibus pag. 404. cum ſequẽ. & Anto. Gomez, Tom. 2. cap. 3. num. 6. ad fin. & in c. 11. eiuſdem Tomi. nu. fin. in princ. & Ripa, vbi ſupra, nume. 89. limit. 60. & in num. 38 pag. 406. in quit ipſe Suarez, quod eſt vera, & cõmunis concluſio, quod regulariter debitor fugitiuus non poteſt capi niſi vbi iuſta cauſa ſuſpicionis de nouo ſuperuenit, ſecus ſi aderat tempore contractus: quod optime ibi intelligit Suarez eſſe verum quoties creditor qui contrahit cum tali debitore ſciebat, vel ſcire debebat eius conditionem, Puta, quia erat notoriè vnus Ribaldus, vt. l. quod te mihi. ff. ſi cert. Pet. Si autem ignorabat, Puta, quia erat campſor, qui reputabatur idoneus, & latenter anhelabat fugam, tunc capi poterit, licet eius conditio non ſit facta deterior † poſt contractum, & ibi ad hoc allegat Angel. per l. Liberto. §. Largius. ff. de annuis legat. nihil enim imputari poteſt contrahenti cum eo, qui idoneus reputabatur. l. creditor. C. de pignor. actio. item intellige, niſi debitor dolo induceret creditorem ad contrahẽdum, quia tunc perdit beneficium † diuidendi, quod tempore contractus inerat ſuſpicio, vt per Suarez, dict. numero, trigeſimooctauo §. item prædicta limita, vbi in verſiculo, ſed an præſumatur, examinat dubium, an præſumatur creditorem ſcire conditionem debitoris, & dicit quod nõ præſumitur, ſed debitor † debet hãc ſcientiam probare. 189 190 191 192 193

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò limitatur noſtra principalis concluſio, vt procedat, quod non cẽ ſeatur committi crimen priuati car- 200
ceris capiendo debitorem fugitiuum vel præparatum ad fugam, quoties ſic captum intra.24.horas iudici præ-
194 † ſentat, ſecus vero alias, † & hoc probatur ex lege noſtra, & text.in.l. capite quinto.ff. de adulter. & alibi in libr.4.ſupra diximus tenet Ripa.in.d. cap.1.de iudi.numero.89. vbi inquit, 201
quod non excuſaret crimen priuati carceris, ſi eum relaxaret intra dictũ tempus.24.horarum, & non duceret
195 † ad iudicem, cum captura conceſſa ſit cum hac limitatione, ſcilicet, vt iudici præſentetur intra dictum tem- 202
pus, & limitata cauſa limitatum producit effectum, & ita tenere Decium conſilio. 100. in cauſa inquiſitionis aſſerit Ripa, vbi ſupra, & mihi placet.

Quarto intellige noſtram concluſionem in debitore notabilis quanti
196 tatis, ſecus ſi paruæ ſummæ, † ſecun- 203
dum Bald.l.1. C. locati & Ripa. dict. nume.89.

Quintò, intellige in debitore fu-
197 giente, cum bonis, ſecus alias, † ſecun dum Ripam ibidem, dum tamen, ſecũdum eum debitor talis reliquiſſet, bona ſufficientia ad creditum, aliter 204
enim poſſet noſtra concluſio, de facili fraudari, ſed probabilius dicit Queſada in ſuis Quæſtionibus cap. 8.nu. 8. quod etiam ſi rem ſecum non defe rat poteſt capi perſona.

Sextò limitatur, & intelligitur noſtra concluſio, dum modo creditor ciuiliter capiat, & non vulneret fugiẽ
198 tem, † alias ſi vulneraret, creditor perderet ius ſuum, & captus debet relaxari, ſecundum Bald. in Authẽtica, omnes. C. ne vxor pro marito, niſi
199 eſſet † officialis capiens debitorem reipublicæ, nam iſto caſu licet officialis teneatur de vulnere, tamẽ captus non eſſet liberandus à debitore, nec eſſet relaxandus, ſecundum eum. Item verum eſt niſi fugiens telo ſe defenderet, † argumento. l. putarem, ff. ad leg. aquil. ita Bald. in. l. cum allegas. C. de vſur. & Ripa. in dict. capit. 1. de iudi. numero. 89. limitatione. 7. De quo vltimo, an liceret eum occidere ſi reſiſteret, diximus in ampliationibus.

Octauò, limitatur, & intelligitur concluſio, vt poſsit citari realiter, † non vero verbaliter, vt per Ripã. vbi ſupra. 8. limitatione.

Nono, limitatur noſtra concluſio, vt nõ procedat, quando creditor habet pignus, nã in dubio præſumitur idoneus, † & tunc non poteſt capi tã quam ſuſpectus de fuga, ſecundum Bald. in. l. creditor qui. ff. ſi cert. Pet. per Gloſſ. redigere in. l. 2. C. de pigno. & alios allegatos per Dueñas in dict. Regula. 175. limitatione. 1.

Decimò limita, niſi debitor militaſſet in armata militia † hoc enim caſu non eſt licita in eum manus iniectio. ſecundum gloſſ. l. 2. verbo. armata. C. vbi quis decu. vel cohor. Dueñas, vbi ſupra, limitatione. 2. Suarez, d. titul. *De los emplazamiẽtos*. §. 7. nu. 31.

Vndecimò, & finaliter limita in debitore fugiẽte ad Eccleſiam † qui ab ea extrahi non poteſt per creditorẽ, vt in ampliationibus diximus. Et per modum requiſitorũ poſuit hæc Queſada vbi ſupra, dict. numero. 8. quibus omnibus ſatis remanet declarata Regula, & concluſio, quod debitor fugiens, vel exiſtens in præparamento fugæ capi poteſt per creditorem, & detineri dum tamen, intra. 24. horas ſuo iudici præſentetur, neque per hoc incurritur crimen priuati carceris, quæ omnia ſic cõgeſsi, & retuli, quia eſt propria materia noſtræ legis, & vt ſimul iuncta habeantur. Alios caſus vbi licet aliquem capere in gloſſ. ſeq. videbis.

Ibi.

Ibi, *O tuuiere poder, o facultad, que ſu deudor le ayadado, por eſcriptura que le pueda prender no le pagando ſu deuda.* Hic eſt alius caſus à lege noſtra ſignatus in quo licet creditori propria authoritate debitorẽ ſuum capere & incarcerare, & non erit crimen priuati car-
205 ceris †, & conſequenter iudex fraternitatis nõ poterit de eo cognoſcere. De quo diximus in. l. 5. titu. 13. gloſ. 1. libr. 4. ſupra, & iterum in. l. 4. titu. 4. ſupra iſto libr. De quo cũ leges noſtras habeamus ſic diſponentes nulla iam relinquitur dubitandi occaſio pro validitate dicti pacti, etiam ſi dubitauerit Queſada in quæſtionibus ſuis. d. c. 8. n. 1. cũ ſequẽtibus aliquibus. Et poſt hæc ſcripta Doctor Barboſa, in. l. alia. §. elegãter. n. 42. ff. ſolut. mat. pag. 381. Debet tamen tale pactum per ſcripturã fieri, vt ex ijs noſtræ legis verbis conſtat apertiſsime: licèt credere non requiri omnino ſcripturam publicam coram tabellione factam, ſed priuatam tantum ſufficere, quæ eandem vim habet poſtquam recognita eſt per partem. Alios duos caſus, vbi licitum eſt alium capere propria authoritate ſine mandato iudicis enumerat Ripa in dict. cap. 1. de iudi. nu. 87. & 89. ſcilicet, in fraganti cri-
206 mine † ex. l. 1. C. de rapt. virg. Et id generaliter procedit in quocunque crimine, ex. l. generali, & ibi Barto. C. de decurio. Et itidem cum deeſt copia iudicis ex gl. in. l. nullus. C. de Iudæis, & in. c. ius gentium. 1. diſtin. De quo per Cepol. conſi. crimin. 26. & Hippolyt. conſi. 135. nu. 23. & 24. Alius caſus eſt in materia. l. 1. C. de falſa moner. alij etiam caſus enumerantur in. l. 1. & 2. C. quando liceat ſine iud. ſe vindi. & per Bart. in dict. l. generali, & per Speculator. in titu. de actio. §. 1. verſi. qui vult. Sed quo ad noſtram materiam de priuati carceris crimine, ſunt etiam alij caſus in quibus non committitur, quos referũt Gigas, in Tracta. de crimine læſæ maieſtatis, ſub titu. qualiter & à quibus, quæſt. 35. vbi
207 ponit. 8. caſus †, quos refert Decianus, in dict. 2. tom delict. cap. 10. per totum, ſcilicet, in capiente adulterũ cum vxore ſua, quem tamẽ intra. 24. horas debet iudici præſentare, ex. d. l. capite quinto. ff. de adulter. Item in patre detinente filium, & in domino detinẽte ſeruũ correctionis cauſa & in marito detinente vxorẽ adulterã correctiõis gratia, imo & ipſam fugiẽtẽ à domo põt maritus capere & detinere. Bãnitus etiã in priuato carcere detineri poteſt, quia ſi poteſt impune occidi vel offendi quocunq; modo, poterit etiã in carcere detineri, quod intelligit Decianus, vbi ſupra, num. 7. quoties non detineretur in priuato carcere in territorio à quo bannitus eũ princeps, ſed extra eius territorium, ego dubito an poſsit detineri, cum neque occidi, nec offendi poſsit in alieno territorio, vt in hoc titulo diximus, ideò vel tenendum eſt indiſtinctè poſſe capi & detineri Bãnitum in territorio principis eum bannientis, vel totum contrarium indiſtinctè aſſerendum. Abbas quoq; poteſt capere monachum & detinere correctionis gratia. Conſanguinei etiam detinentes ſuos cõſanguineos furioſos non incurrunt crimem priuati carceris. Denique non incurrit, hoc crimen detinens aliquem non animo iniuriãdi, ſiue iuriſdictionem exercendi, ſed ex aliqua alia cauſa colorata, putà ſi quis detineret meretricem ex cauſa libidinis, ſecundũ Bart. in. l. verum. ff. de furt. Item ſi quis captus ab hoſtibus ſuis pecunijs redemiſſet, ſi eum volentem in carcere detineat donec ſoluat pretium pro redemptione ſolutum, non ideo pœna huius criminis tenebitur ſecundũ Ange. in. l. nemo carcerem. 4. col. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de exact.trib.lib.10.vbi dicit se vidisse hoc in facto obseruatũ, Hippol.con- 211
sil.135.num.14.in fin.vbi nu.15. idem
208 dicit in fure † & bene, nisi secundum eum ibi in casu, in quo conuentum esset cum fure, ne ipsum ad iudicem duceremus, neque contra eum accusationem instituerem, sed ipsum loco pignoris detinerem donec solueret, tali casu id liceret, neque crimen pri- 212
uati carceris incurreretur, cũ ipsum in hoc casu non solum non afficiam iniuria sed maximo beneficio, neq; obstat quòd nemo est Dominus mẽbrorum suorum, nã hæc Regula procedit in se submittente alicui offensioni corporali, qua torqueatur, vel debilitetur corpus vel membrum ali
209 quod, secus vero vbi neque † membrum aufertur, vel debilitatur, nam & valet pactum inter laicos, vt quis fustibus cẽ latur, capit. contingit, de sentent.excommun. licet secus sit inter clericos propter dignitatem ordinis clericalis, vt ibi habetur, & inter nobiles ob nobilitatis præmiuentiã, item regula illa non habet locum, vbi quis primo licite captus erat vt in capto ab hostibus, & in fure capto, nam multa conceduntur facta, quæ non 213
fienda, ita Decia.dict.num.12. vbi & num.8.idem dicit in creditore debitorem fugientem capiente, & ad rogitum ipsius debitoris eum vltra.24. horas detinẽre, ne fiduceretur ad car 214
ceres ab alijs creditoribus † interdiceretur, secundum Alberic, in.l.1.C. de priuat. carcer. per text. in.l.3.§.si quis volẽtem.ff.de liber.hom.exhib. & hoc ita fuisse in facto obtentum asserit Alberic.ibi & verum putat Decia.dict.nu.8. quod est optimum ad limitationem nostri text. iubentem intra.24. horas præsentandum iudici talem debitorem fugitiuum captum per creditorem, item & qui alium in carcere detinet, à quo potest facile exire non dicitur crimẽ priuati carceris incurrere, † secundum Angel.& Hippol.relatos per Decian.vbi supra, nu.13. vbi hoc intelligit verum, quãdo carceratus non simpliciter de facili, sed multum de facili fugere poterat, quia his verbis vtitur Angelus ibi. Item si consuetudo adessent capiendi & detinẽdi, excusabitur à pœna † priuati carceris, vt ex Ancharra. tenet Decia. vbi supra, num.14. vbi refert quendam rectorem vnius villæ euasisse hanc pœnam ex hoc solo, q̃ probauit prædecessores suos solitos esse in cõpedibus homines illius villæ detinere, sequitur Alexand. consil. 233.nu.13.volu.6. Iaf.in.l. de quibus, num.8.ff.de legibus. Et ij sunt casus in quibus crimen priuati carceris nõ incurritur, & in quatuor primis, scilicet, in capiente debitorem fugitiuũ, vel à quo potestatem habet id faciendi, vel in deprehenso in fraganti crimine, & in capiente adulterum in ijs tenetur capiens intra.24 horas eos iudici præsentare sub pœna priuati carceris, in alijs verò casibus suprà numeratis non incurrit, etiam si non præsentet eos intra illum terminum, sed detineat & retineat †, quæ notanda sunt, quia sic nõ reperies congesta & declarata. Sed an si pacto iuramento firmato promisisset quis stare in aliquo loco, donec solueret, an poterit ibi detineri sine reatu criminis † priuati carceris, & dicendum est, quod non potest detineri sine dicta pœna, cum Bart.post Dec.in.l. alia causa.§. eleganter.ff.solut.matrim.vt per Decia.vbi suprà, num.15.& alios allegat idem tenẽtes, & respondet Doctrinę Innocentij, in cap.ex rescripto, de iure iur. quæ in contrarium videbatur quod loquitur in obsidibus & stante consuetudine, & vide.l.2.titu.29.p.7. vbi numerantur & casus, in quibus licet capere delinquentem. Alium casum

sum, vbi licet aliquem capere sui debitorem, vide per Rip.dict.cap.1. de iudi.fol.376.num.89.versi.Tertius casus, vbi numer.87.posuit primum, scilicet, in deprehenso in fraganti crimine, & nu.89.in fin.refert remissiue alios, vide an sint illi positi per Deci. & Gigãfem de priuato carcere, & vide.l.2.titu.29.part.7. ponentem casus, vbi licet delinquentem capere, vide Crotum & alios, in.l.nemo potest casus hos referentes, & Didac.Perez.lib.3.Ordinam.col.819.
Ibi, *Entregandolo toda via.* Ponderandum hoc in do, quod conditio 217
nem & formam inducit, quia modũ omnino est intelligendum teneri talem creditorem intra.24 horas debitorem eorum per eum iudici præsentare, neque posse post illud tempus detinere, neque intra illud tẽpus illud soluere absque iudicis mãdato aliter priuati carceris crimen incurrit, vt in hac lege dictum remanet.
Ibi, *Dentro de veynte y quatro horas.* Sic intelliges.l.7.titu.23.libr.4.supra, permittentem alguazellis capere delinquentes in fraganti crimine dum
215 tamen, intra.24. horas illũ † repræsentet iudici, vt ibi dixi. Limitant tamẽ hoc in creditore ad voluntatem debitoris hũc detinẽte nè forte ab alijs creditoribus interdiceretur, & in redempto ab hostibus & in fure, vt diximus suprà hac lege, in glos. *O tuuiere poder.*
Ibi, *Otrosi, sea caso de hermandad, que mas le casar y viñas, y miesses, y colmenares.* Vide aliqua quæ de ijs incendiarijs diximus in l.6. tituli præcedentis, vbi & de lege nostra meminimus.
Ibi, *Eleziendose a fabiendas, en yermo, o despoblado.* Notanda est hæc dictio, *A fabiendas*, quæ idẽ significat quod
216 data opera † vt per Calepinũ in suo dictionario, versic. Scienter, ita vt nihil aliud intenderetur, nisi cõcremare vineas, domos messes, aut colmenaria, secus si ad aliud propositum, vt si concremabat pastus siccos defensę suæ, vel fundi sui, & ignis exardescẽs, aut vi ventorum transiuit ad loca colmenariorum, & cõcremauit ea, nam tunc etiam si sciebat dominus pastus adesse prope colmenaria concremata, non erit casus fraternitatis, quia ignis non fuit ad illa concremãda ordinatus, sed ad concremãdos pastus siccos defensę vel fundi, ita voluit Bald.in.l. data opera. C. de ijs qui accus. non poss. & quia incendiarij crimen † dolum requirit, vt per Iodo in praxi criminali.cap.103.cum sequen. Aliter enim deficiẽte dolo dampnum potius quam incẽdiarij crimen committitur, & ideo lex nostra, non sine mysterio apposuit verbum hoc, *A fabiendas.*
Ibi, *Y emiendase ser yermo o despoblado, para en los casos de hermandad.* Declarant verba hæc præcedentia sæpius repetita, *Siendo en yermo, o en despoblado*, vt intelligatur quis locus eremus, aut depopulatus dicetur, vt crimen fraternitatis competens cognitioni dicatur, & inquit quòd est ille locus qui est, *Descercado de treynta vezinos a baxo.*
Ibi, *Y entiendase auer cometido y cometer caso de hermandad, assi el que hiziere los susodichos casos, o qualquier dellos como el que los mãdare hazer y cometer.* Pari enim pœna agentes & consentientes puniri solent, & per eũdem iudicem ne continentia causæ dividatur, & de-
218 mandante latè † agit Anton.Gom. tom.3.cap.3.num.39. cum sequenti. & Boeri. quæstio.10. vbi, per quæ verba inducatur mandatum, C.pol. consi.crim.34.num.40.cum pluribus sequentibus. & iterum cons.35.& an mãdatarius credatur deponẽti de mãdato † vide Pute.in tracta. Syndi. fol. 492.num.4 & Grammari. decisione, 28.num.14.& 15.& an idem sit in per
219 suasore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

suasore,& consultore,vide Anto. Go. vbi supra,num.43.vbi an differat per
220 suasor † & mandator, & quid si alias erat facturus maleficium an consulēs teneatur,vide Boeri.decis. 167. nu.fi. & glo. *O consejo.* in l.4.tit.14.part.7.Et
221 quot modis † dicatur consulere vel persuadere, vide Cepolā, cōsil. crim. 27.nu.2.cum sequentib.aliquib.& notandum est quod laudare maleficiū
222 est persuadere.Si id fiat † ante delictū commissum,ex text.in l.1.§. persuaderi.ff.de seru.corrupt.& Cepola,vbi suprà.nu.5. sed an laudans maleficiū iam commissum puniatur aliqua pœ
223 na † videtur, quod non,quia nullum præstitit auxilium delicto, cum iam sit cōmissum, nisi fugā laudaret,quiā tunc videtur auxiliari delicto iam cōmisso,pro quibus facit illud Abbat.in cap.nuper.num.8.de sentent.excom mu.& Felin.in cap.sicut dignum,nu.7. de homicid. Bald. in l. obseruare. §. post hæc.quæst.3.ff. de offi. proconf. optime Ange.de malefi.in parte Sempronium mandatorem. quæst.15.& Additio Dyn.in cap.ratum, de regu. iur.in sexto,& ex lege nostra cum cōtra approbatorem procedi per iudices fraternitatis permittatur,permitti & videtur quod puniatur, nam qui vult consequens videtur velle antecedēs,sine quo illud consequēs verificari non potest ex.l.illud. ff. de acquirend.hæred.licet talem laudantem delictum commissum , si aliud non adesset leuiter punirem, & quia hæc mandati & consilij materia est diffusa hæc dixisse sufficiat.

Ibi, *Y lo ouiere por rato y firme.y lo aprobare despues de cometido.* Nam & hac de causa receptatores furū , vt fures puniūtur,propterea quod †furtū approbare & ratū habere videtur.l.1.ff. de
224 receptat.l.1.C.de his qui lat.occulta. Sed quomodo potest haberi ratū illud , qd nomine meo nō est gestū,cū id sit contra regulā ratum,de reg.iur. in sexto, vbi probatur quod ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum, vbi Pet. Pekius, in ampliatione.2. Ampliat hoc vt procedat subinde, etiam si in suū ratihabentis præiudicium ratum habere velit, adhuc enim tūc futurum est,vt si delictum fuit planè consummatum,& sic vere effectum suum sortitum est,certè is,qui ratum habet illud, non omnino eodem modo punietur,atque si ipse delictum perpetrasset.Putà si aliquis interfecit hominem,vel perpetrauit aliud delictum suo,non alieno nomine, certè effectum suum iam habet sine ratihabitione,& propterea ratihabitio in prę iudicium alterius illud ratum habentis, non tam large operatur, ex quo non suo nomine delictum perpetratum est , ergo lex nostra procedere non potest,nisi dicamus, vt dicendū est, legem nostram hos approbatores & consultores ac ratificatores disponere vult,vt sicut principales per iudices fraternitatis sunt iudicandi, ita & isti approbatores,& ratificatores etiam post delictum cōmissum, non tamen vt eadem pœna puniantur †, proprieque dici non possunt
225 delictum eiusmodi ratū habere , sed quod ab eo non dissentiunt, & per cōsequens nō sunt eadē pœna plectē di,quoties facto iā & cōsummato delicto illud ratificāt,& approbant, de quo latissime agebat Salicetus , in.l. vnic.C.de rapt.virg.an essent eadem pœna plectendi,& re vera consummato delicto illud approbātes & ratificantes non sunt eadem pœna plectendi, nisi & ipsi rerum furatarum participes essent, & partē reciperēt.

Ibi, *Y comoquiera que no ha sido,ni es caso de Hermandad , lo que se haze por penas, o prendas de terminos,y pastos,y heredamiētos.* Hic constituitur regula generalis con-

lis contra errorem communem aliquorum iudicum & aduocatorum †
226 ex ijs verbis & sequentibus, male per eos intellectis volētium , quòd esset casus fraternitatis, si ego boues aut oues reperras à te in fundo tuo,vel in pastu aliquo publico tempore vetito dum ad publicum locum concilij vulgo, *Al corral de concejo*, à parte vel custode pratorum portantur à te eas aufero & tollo,vel pignus aliquod, ꝙ pro eis à mè vel à pastore meo abstuleras, ꝙ vocatur, *Hazer reprenda*, qua si pignus captum recuperare à capiēte,& licet aliquando ex communi error id toleratum videatur & ex lege nostra in hoc versi. hoc fundari abeis soleat,re vera lex nostra non constituit hunc casum fraternitatis,neq; de eō fraternitatis iudices cognoscere possunt,sed potius constituit regulam in contrarium,scilicet, quod repignoratio id est mei pignoris recu-
227 peratio † non est de casibus fraternitatis,neque competit eius iudicibus cognitio, & determinatio, sed potius id ex ijs verbis denegatur, neq; obstabit dicere quòd vis & violentia committi videatur auferendo pignus de manibus custodis illud capientis,& sic inciditur in crimen fraternitatis in hac lege præmissum,ibi, *Y fuerças de bienes muebles y semouientes.* Nam hæc difficultas cessat in hoc casu eo quòd nullam Dominus pignoris vim aut violētiam committit auferendo rem suam pignore captam per custodem pratorum , pastuū vel defensarum , nam vis & violentia est
228 illa, quæ fit contra † prohibitionem possidentis,ex.l.1.§.siquis & ibi Bart. ff.quòd vi aut clam. & sic inquit Cōs. in.l.extat. ff. quòd metus cau. vis est & tunc quoties quis id,quòd sibi deberi putat non per iudicem reposcit, ponderando dictionem illam,putat, quasi non sit clarum,esse suam, quod est idem,quòd in verbis sequentibus inquit lex nostra, *Sobre que era alguna contienda y debate entre partes.* Et sic non erant certi de suo iure, sed si vbi certum est rem pro pignore captam esse meam,& nō illius qui illam in pignus cepit, nulla vis,neque violentia committitur, idque clarius deducitur ex eadem lege,extat,ibi,quis quis igitur probatus mihi fuerit rem vllam debitoris , vel pecuniam debitam non ab ipso sibi sponte datam sine vllo iudice temere possidere,vel accepisse, isque sibi ius in eam rē dixisse, ius crediti non habebit,ponderando dictionem illam,rem vllam debitoris,& sic non suam propriam:vis enim non fit sine dolo,l.2.§. doli.ff.de vi bon. rapt. in domino autem rei capiente ac recuperante animalia vel bona sua ad carcerem,vt ita loquar,vel iam inclusa in eo,abstrahente,non datur dolus hic,& quia ea non recuperat vt faciat alteri damnum,sed vt sibi prosit,& sic deficit dolus & consequenter non committit vim,neq; furtum,per notata in l.fluminum.§.item videamus ff.de damn.infect. secundum Alexa. cōs.114.incipienti pro decisio. col.2. volum.3.& Afflictis,in constitutio.Siciliæ,Rubr.36.nu.10.lib.3.& sic dictā l.extat,declarat Abb.in.c.1.nu.fi.in fi. extra de immunit. eccles. quod scilicet , lex illa locum habeat in eo, qui non habet possessionem rei,licet habeat actionem hypothecariam, vel aliam ad illam consequendam,hic enim, non debet propria authoritate violentiam inferre, quia videtur sibi ius dicere,secus vero in eo , qui est in possessione,qui remouendo obstaculum non vult consequi aliquid alienum sua authoritate , sed ius suum & possessionem conseruare.Imo etiam si dominus animaliū ineluſorum esset suspectus de fuga, & animalia ipsa inclusa cepit, vt fugeret emendationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem damni dati per sua animalia, nõ tenetur pœna furti, sed punietur tanquam non obtemperans iudici, qui clausit hęc animalia, vt liquidato dãno, emẽdaret illud, & solueret pœnã damni, in qua erat prohibitio per titul. ũ quis ius dicenti nõ obtemp. ita Afflict. vbi supra, vbi quòd neque pro tali pœna potest baiulus agere actione furti.

Ibi, *Pero si desspues que el que assi fuere prendado, o penado, se entregare por su autoridad, o hiriere, o matare, o prendiere, o hizjere otra reprenda a su aduersario, o a cosas suyas, en lugar donde no tenia reyerta ni debate alguno, que esso sea caso de hermandad.*

Hic cõstituitur exceptio regulæ præcedentis in princ. glossæ præcedẽtis appositæ, dictio enim hæc, *Pero si*, Lane, *Sed si*, est aduersatiua præcedentium †, & denotat diuersitatem in facto, & in iure, vt per Bart. & alios relatos per Firmianum in repertorio, veb. Sed, in præcedenti tamen versic. dictum est non esse casum fraternitatis, id quod fit ob pœnas, vel pignorationes terminorum & pastuum, vel hæreditatuũ, super quibus terminis pastibus vel hæreditatibus aderat aliqua controuersia inter partes, in hoc versiculo, *Pero si.* limitatur hoc vt nõ procedat regula ista, *Quando despues el que assi fuere penado, o prendado, en parte y lugar do auia cõtiẽda y debate entre partes, sobre los terminos, pastos, o heredamiẽtos, se entregare por su propria autoridad, o hiriere, o matare, o prendiere, o hizjere otra reprenda a su aduersario, o a cosas suyas en lugar donde no auia contienda, o debate entre partes, sobre terminos, pastos, o heredamientos. Luego de aqui se sigue, que pues de derecho la limitaciõ ha de ser de la regla, y la regla precedente hablò en caso: y quando la prenda, o pena, se tomò en terminos y pastos y heredamientos sobre que auia contienda y debate entre partes, que la reprenda de necessidad ha de hazerse por cosa que se peno, o prendo, en lugar de debate y cõtienda de terminos, pastos, y heredamientos: y despues el señor della la recobrò en lugar, dõde ya no auia la dicha*

329 *contienda y debate, para que la tal reprenda sea caso de Hermandad. Lo qual claramente se collige por lo dicho, de que la excepcion ha de ser de la regla y contra la regla.* Vt per Cagnolum in l. 1. n. 22. ff. de reg. iur. *Y porq̃* quoties lex vnũ disponit, & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositũ debet verificari præsuppositũ, ex gl. cõmuniter approbata in l. si mancipia. C. de seru. fug. De qua alibi plura diximus, & quia sic clare colligitur ex hoc vers. *Pero si*, vbi de loco, vbi non adest dicta controuersia disponitur debere fieri repignorationem, alludendo ad illud, quod antea dixerat, de loco, vbi pignus, vel pœna capta fuêre per custodem & baiulũ, vbi scilicet, dicta terminorũ, pastuũ ac hæreditatuũ aderat controuersia,

230 *De lo qual consta llanissimamente, que para que la reprenda sea caso de Hermãdad, se hã de probar dos cosas. La primera, que la pena † o prenda, se haga de terminos y pastos, o heredamientos sobre que era alguna contienda y debate entre partes. La segunda, que la reprenda, muerte, o herida, o prision sobre ella hecha por el aduersario, se haga en lugar donde no auia la dicha contienda y debate. De donde se infiere que si la pena, o prenda, se tomo en lugar donde no auia reyerta, debate, o contienda susodicha: o ya que se tomo en lugar do auia contienda, la reprenda se hizo, o muerte, o herida, o prision, en el mismo lugar, o en otro do auia la dicha contienda, o debate, en ninguno de estos casos sera caso de Hermandad, pues faltan los requisitos para serlo.* Et hic est verus sensus & intellectus nostræ legis, & aliud dicere, aut facere est contra eius dispositionem, quæ quidem sic Hispano sermone declaraui, vt melius intelligeretur, & perciperetur, quibus satis remanet hæc lex secũda declarata, quæ est fundamentum totius tituli & iurisdictionis iudicum fraternitatis.

Alium casum fraternitatis ponit tex. in l. 115. col. 5. tit. 27. lib. 9. infra, & aliũ ponit pragmatica noua, *De los Moriscos, cõtra los que huyen de sus alojamientos.*

SVM-

SVMMARIVM.

POena furti & rapinæ iudicio iudicũ fraternitatis relinquitur. num. 1.
Varietate temporum pœnæ vel minuuntur vel augentur. num. 2.
Lex debet tempori conuenire. num. 3.
Pœna quadrupli eisdem verbis imponenda est non verò fictis. num. 4.
Flagellãdus non est habens vnde soluat etiã si velit, num. 5.

Lex Tertia.

Summarium.

Delinquentes in aliqua rapina & furto quomodo & qualiter puniendi sunt per iudices fraternitatis.

IBI *De ciento y cinquẽta maraue dis y dende abaxo*, Pœnę huius legis tunc temporis necessariæ fuerunt, crescente enim tunc grassatorum furum & delinquẽtium in campis multitudine, graues pœnas necessarium erat imponere ac statuere pro quolibet minimo furto, vt earum terrore abstinerent se à delinquẽdo, verum cum hodiernis temporibus (ex Dei omnipotentis misericordia) horum delictorum multitudo, & terrẽdi necessitas cessauerint, pœnæ nostræ legis iã mitigatæ sunt, ita vt iudicũ arbitrio attenta delicti qualitate, temporis, &
1 loci, pœnæ delinquentibus † imponuntur per hos fraternitatis iudices, nam vt inquit Bart. in repetitione l. omnes populi, num. 11. ff. de iustit. & iur. ex text. in l. Pædius. ff. de incend. rui. nauf. &. l. respiciẽdum. ff. de pœn. secundum varietatem temporum, & personarum, potest esse æquum, vt
2 pœna imponatur maior, vel minor †, & secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana, tex. in. c. 1. de consang. & affini. & sic multa fuerunt statuta tempore antiquo quæ hodie non procedunt, vt. c. fraternitas. 34. dist. & sic lex debet tẽ-
3 pori conuenire †, vt inquit Rebuf. 1. tom. constit. Fran. in proœmio glo. 1. num. 28. qua de causa schedula Regia, & sic (*por carta acordada.*) dispositum est & iniunctum ijs iudicibus fraternitatis, vt medietas pœnarum pecuniariarũ applicetur fisco, & medietas alia pro expensis fraternitatis, vulgo, *Para gastos de Hermandad.* lexq; hæc alterat. l. 2. tituli præcedentis, vt ibi aduertit subscriptio marginalis, & ibi diximus.

Ibi, *Con el quatro tanto.* Quòd quidẽ quadruplum in casu, in quo quadrupli pœna fuisset imponenda, debet imponi eisdem verbis, scilicet, *En el quatro tanco.* neque sufficeret condem-
4 nare in quantitate, quæ † quadruplũ summaret, secundum Auend. cap. 18. præto. num. 5. lib. 1. non solent tamen iudices ij cum in quadruplo condemnant flagellare etiam condemnatos, imo quantumvis condemnaret in quadruplo & in eius solutionis defectũ in flagellis, si habet vnde soluat, non flagellatur, etiam si reus ipse vellet flagellari * potius quam soluere
5 quadruplum, secundum Iaf. in. §. pœnales. num. 48. Instit. de actionibus.

SVMMARIA.

IVdex puniri potest in syndicatu si non fecit id, ad quod tenetur. num. 1.
Fur, vel delinquens, debet remitti ad locum delicti. num. 2.

Lex Quarta.

Summarium.

Officiales ac seruientes fraternitatis, & sic, *Los Quadrilleros*, à quibus nominandi sunt, & ad quid teneantur, & quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quid incumbat eis facere in prosecutione delinquentium, declarat lex nostra.

IBI, *De su officio sean tenudos,* Et sic etiam nō petente parte neque requirente adeò, vt cum ad hæc teneantur
1 ex officio, si nō fecerint † puniri possint in syndicatu, vt diximus in l. 23. tit. 7. num. 5. libr. 3. supra, & sic lex nostra imponit eis pœnā duorum millemarapetinorum si negligētes fuerint.

Ibi, *Que ansi o en otra manera fueren presos,* & sic siue ab ipsis officialibus capiantur, siue à dominis locorum & villarum vbi existebant, sint eis delinquentes tales traditi, secūdum quòd in l. 14. infra isto titu. disponitur, debent portari & afferri ad locū vbi delictum commiserunt, secundū quòd in hoc versi. lex nostra disponit, ex qua approbatam vides opinionem de qua in hoc diximus libro, quod debet fur, vel delinquens alius remitti ad locum† delicti, vt ibi puniatur,
2 & satisfiat reipalli, in qua delictum commissum est, vt per totum titu. C. vbi de crim. agi oport.

Ibi, *Y si no la ouiere,* vt pote, quia locus ille iurisdictionem nō habet, sed est alteri loco subiectus, tūc enim debet fieri secundum quod in isto vers. disponitur. Sed videntur verba sequentia superfluè, aut absque ratione apposita, dum dicitur, *Para que aquellos en vno con el alcalde y alcaldes de la hermandad del lugar donde el delicto fuere cometido lo juzguen y executē la justicia,* Nam si versiculus iste iubet, quòd si in loco vbi delictum est commissum deficit iurisdictio, iudices fraternitatis commorantes in loco, cui locus delicti est subiectus, procedant & determinent ac exequantur, vna cum iudicibus loci delicti, qui sunt isti iudices loci delicti: si versiculus hic supponit nullam ibidem adesse iurisdictionē, certe videbitur maxima hæc difficultas & confusio horum verborum, ita vt congrua responsio præstari non possit ad euadēdam hanc verborum prolixitatem, nam si nō adest iurisdictio in loco delicti, quomodo aut qua ratione lex nostra disponit post, quòd iudices maiores illius prouinciæ cū iudice loci delicti exequātur & iudicent talem delinquentem & ideo ne legislatorem vel recopilatorem de incuria arguamus dicendū est quòd in loco illo vbi delictum commissum erat nō erat iurisdictio, sed potius erat alteri loco subiectus, aderat tamen ibi iudex fraternitatis prout in quolibet loco adest, tunc enim iudices maiores fraternitatis residentes in loco illo cui locus delicti erat subiectus debēt procedere cum iudice fraternitatis illius loci, in quo delictum erat commissum.

Ibi, *Pero si siendo requeridos,* hic apponitur diuersus casus à primo, scilicet, quòd vbi locus delicti, ad quem locū reus est tractus & remissus distat per quinque aut plures leucas à loco vbi dicti iudices maiores commorantur, quibus quidem iudices ij minores sunt subiecti, tunc sufficit requirere hos maiores, in quorum negligentiam iudices dicti loci delicti poterunt sententiare, & exequi sententiam in simul cum iudice fraternitatis loci propinquioris vicinorum centū vel plus: quòd si locus delicti adest intra quinque leucas à loco iurisdictionis, cui locus delicti est subiectus, tunc iudex loci delicti, non solum tenetur requirere dictos iudices maiores *de Hermandad de la dicha cabeça de su jurisdiction,* verum non poterunt sine eis sententiare, neque exequi sententiam, licet possint processum interim conficere, vt ex versic. præcedente, & eius verbis colligitur, clarissimè

simè & hunc credo horum versiculorum intellectum verum, & praxi ac stylo approbatum.

SVMMARIA.

POEna imposita alicui per iudicem si tale quid fecerit incurretur si faciat. numero. 1.
Dominus etiam loci, non potest esse iudex in causa propria. num. 2. nisi vt nu. 3.

Lex Quinta.

Summarium.

Ministri & officiales iudicum fraternitatis tenentur obedire, & exequi mandata suorum iudicū in ijs quæ officia eorum tāgunt, aliter enim puniri possunt per suos iudices pœnis ipsis impositis, tanquam inobedientibus alijs vero pœnas statutas contra uenientes legum harum dispōsitionibus per concilia, vel alias personas exequēdas esse per executores fraternitatis iubent lex nostra.

IBI, *Sean tenudos de obedescer y cumplir los mandamientos del alcalde, o alcaldes, de la Hermandad.* Punitur enim iudici non obtemperans, vt per totum titu. ff. si quis iudicent, non obtemp. & sic si Rector prouinciæ iubeatur aliquid alicui sub tali pœna fisco applicanda si contrafecerit † incurret pœ
1 nam contra faciendo, ita vt neque iudex ipse possit ei eam remittere, secūdum Ias. in l. qui Romæ §. Flauius. n. 17. fol. 155. ff. de verb. obli. & sic male faciunt iudices ordinarij locorū non permittentes ijs ministris fraternitatis adimplere mandata suorum iudicum in ijs quæ ad officium & negotia fraternitatis pertinent.

Azeuedo super. 8.

Ibi, *Las quales ellos mismos puedan executar,* Hic videtur text. probans quod in sua causa quis iudicat, contra totū tit. C. ne quis in sua causa, adeo vt neque dominus loci possit esse iudex
2 in causa propria† nisi aliud sit de consuetudine, secundū Auend. c. 11. præt. n. 4. vers. Si vero iudex, cū sequēt. lib. 1. sed quia hęc Regula fallit vbi certa pœna est statuta, quo casu possunt iu
3 dices† proprias iniurias vindicare per text. in c. 1. de pœnis, in sexto, & omnis Doctorum catetua, ita fatetur secundum eund. Auend. c. 5. præt. n. 8. lib. 1. & lex nostra pœnas in mandato appositas iubet exequi, quæ quidem certè sunt, ideo permittit iudicibus ipsis eos imponentibus exequi in personas & bona inobedientium ministrorum.

SVMMARIA.

QVerela si concludit casum fraternitatis licet informatio summaria non sit, concludens procedere debet index fraternitatis. nu. 1.
Probatio concludens est illa, qua testes contestant. num. 2.
Minor probatio sufficit in eremo. nu. 3.

Lex Sexta.

Summarium.

Cum qualibet informatione possunt iudices fraternitatis incarcerare, & cum sufficiente condemnare.

IBI, *Con qualquier informacion que ayā tomado prēdan.* Ex ijs verbis iunctis sequētibus, *Y despues procedā en el negocio, hasta dar sentencia diffinitiua, auiendo primeramente su informacion cumplida del delicto.* Ex quibus quidem verbis sic iunctis, & cumulatis colligitur conclusio, meo quidem iudicio vera, scilicet

Ee quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod si querela coram iudice fraternitatis producta cõcludit casum[1] aliquem *De Hermãdad*, licet per summariam informationem non appareat tunc concludens probatio eius, vt in eo procedere possit, nihilominus non tenetur causam remittere iudici ordinario, vt per. l. 13. infra eodem disponitur, sed in causa procedere debet, & habita sufficiente informatione condemnare, si minus debet eum absoluere, vt. l. 8. infra eodem, vel ad torturam procedere si delictum est tale, in quo imponi potest, & adsunt ad hoc sufficientia indicia. Et sic inquit dicta lex decimatertia, infra eodem, quod per informationem & probationem factam debet constare non esse casum *De Hermandad*, vt remitti debeat iudici ordinario, ita vt non sufficiat constare per informationem summariam, sed & per plenariam hoc enim denotant verba illa, *Por la informacion auida, y por la probança*, nam copulatiua illa, *y*, semper ponitur inter diuersa, & sic diuersificat summariam informationem à plenaria, & vtriusque requirit concursum, vt remissio fiat loci ordinario, licet iudices ordinarij hæc nõ aduertentes plerunque vsque ad plenariam non spectent.

Ibi, *Informacion cumplida del delicto.*

2 Et sic testibus contestantibus + sit delictum probatum, vt per Hippolyt. consil. 2. num. 47. cum pluribus sequentibus, volumine primo. bene tamen verum est quod si delictum est cõmissum in eremo, vel campo, minor probatio habetur pro plena, & sufficiente, quia ea quæ ibidem committuntur, vbi faciliter testes haberi non possunt, neque à communiter accidentibus ibidem homines adsunt, neque transeunt, vt in testes examinentur, minor probatio,

3 ijs probatis habetur pro plena +, & sufficiente prout alibi latius dictum habemus, & præsertim in quodam meo consilio, cum alijs per me adductis.

Ibi, *Y procediendo simplemente y de plano, sin estrepito y figura de juyzio.* Quid importent hæc verba diximus in. l. fin. titu. 17. num. 125. cum quatuor sequentibus, lib. 4. supra vbi allegauimus Doctores de ea loquentes & plura referentes.

Ibi, *Segun la qualidad y grauedad del delicto.* Hic constituitur assumptum per me in. l. 3. supra eodem relatum quod hodiernis temporibus præsertim etiam arbitrio iudicis committuntur impositiones pœnarum delinquentibus imponendarum.

SVMMARIVM.

Agitandus delinquens prius debet morì nè veniat in desperationem, numero. 1.

Forma procedendi contra delinquentes absentes per indices fraternitatis, numero. 2.

Index ordinarius præueniens in casu fraternitatis an tenebitur terminos nostræ legis seruare, num. 3.

Lex Septima.

Summarium.

Mors sagittæ quomodo est facienda ac exequenda in condemnatum: & quod non sunt tali condemnato deneganda sacramenta, & qualiter contra delinquentem absentem procedendum est.

Ibi,

Ibi, *Y alli le tirẽ las saetas hasta que muera*, in hoc alteratur lex ista per l. 46. infra eodem, nam prius est occidendus, quam sagitteturne forte veniat

1 in desperationem †vt in simili inquit Couarru. lib. 2. Variar. cap. 10. num. 9. in fi. & Iul. Clar. lib. 5. pract. crim. §. fi. quæst. 99. num. 7.

Ibi, *Como el tal mal hechor resciba los sacramentos*, etiam Eucharistiæ, vt diximus in. l. 2. num. 13. titul. 2. libro. 3. supra.

Ibi, *Le hagan pregonar por tres pregones en nueue dias de tres en tres dias cada pregon*, hic est casus specialis, vbi specia

2 liter prouiditur & datur forma† procedendi per iudices fraternitatis contra delinquentes absentes, & fugientes, ad limitationem l. 3. tit. 10. lib. 4. supra: maius tempus iudicibus ordinarijs constituẽtis vbi plura diximus: Sed est quæstio singularis quid si iudex ordinarius in cognitione alicuius casus fraternitatis præuenit quo casu ipse & non iudex fraternitatis procedere debet secundum textũ. in l. 10. infra eodem, an tenebitur tunc talis ordinarius seruare terminos no

3 stræ legis † procedendo contra absentem delinquentem, an vero terminos dictæ l. 3. & intrepide tenendum est, quòd tenetur seruare terminos dictæ l. 3. nõ autem nostræ, quoniam non alteratur iurisdictio talis iudicis ordinarij per præuentionem à se factam, & sic iurisdictione ordinaria debet procedere, quæ firmior est & principalior & in omnibus habet negotijs fundatam suam intentionem, & potentius ius est attendendum & considerandum & sic praxi communi receptum videmus.

Ibi, *Informacion sufficiente.* Vide quę diximus in. l. 6. supra eod. in gloss. *Informacion cumplida.*

Azeuedo super. 8.

SVMMARIA.

Consilio sapiẽtis debet determinari casus incertus, num. 1.

Nocentem impunitum relinquere melius est quã punire non delinquentem, num. 2.

Notatur text. hic contra absoluentes ab instantia iudicij in criminalibus, num. 3. & aliorum qui neque absoluunt neque condẽnant in totum, sed in parte, nu. 4. nisi in delictis atrocibus, vt, nu. 5. & 6. & 7.

Lex Octaua.

Summarium.

Vbi pœna est arbitraria cum consilio iurisperiti est sentẽtia proferenda: & innocentes absoluendi sunt.

Ibi, *De letrado conocido.*

Quoties enim iuris articulus est incertus com- 1
mitti debet† consilio sapiẽtis eius determinatio, vt diximus in. l. fin. tit. 18. lib. 4 suprà, in gloss. *Determinare.*

Ibi, *A los que hallaren sin culpa, e innocentes.* Satius est enim nocentem tim 2
punitum relinquere, quàm innocentem punire, vt alibi latius dictum est per nos & plura de innocentia retulimus in. l. 3. titu. 10. à num. 68. vsque ad. 77. lib. 4. suprà.

Ibi, *Y los den por libres y quitos.* Idem disponit. l. 4. tit. 30. part. 7. & l. 26. tit. 1. part. eadem, vbi glo. *Por quito.* inquit ibidem, & hic esse text. contra communem practicam aliquorum, imo & multorum iudicum reum accusa-
3 tum † absoluentes ab instantia iudicij si nõ datur plena probatio delicti, vel tortus negat in tormento, & contra hanc practicam vrgent multum iura hæc & præsertim lex nostra, & fortius iuncta. l. 6. supra eod. iubente probationẽ debere esse plenã de delicto, vt reus condẽnari possit adeo, vt
4 reprobari possit opinio eorũ†, qui me diã conati sunt viam eligere, scilicet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque absoluere, neque condemnare, sed aliquam arbitrariam pœnam imponere, prout cotidie fit, quod cõtradicere videtur Episcopus Ianuẽsis D Fran. Sarmiento in lib. 1. c. 1. Select. suarũ, & in lib. 7. c. 7. Sed ne ea quæ ab antiquo certam interpretationem habuerunt damnemus, sed obseruemus potius ex. l. ea quæ. ff. de legib. legesque nostras ab hac praxis impugnatione incolumes reddamus, media est eligenda via, scilicet, quod in delictis atrocibus reus absoluatur ab
5 obseruatione † iudicij, si iudici videbitur aliquam adesse causam ad hoc faciendum, vtpote quia non ex toto innocens apparet accusatus, sed aliquantulum, licet non plenè, sed semiplenè indiciatus, & sic in ijs atrocibus criminibus, inquit seruãdum Gregor. in dict. l. 26. versi. *Por quito*. Et Couar. lib. 1. Varia. cap. 1. nu. 8. & sic obseruaui pluries. Item & cum adest semiplena probatio & indicia ad torquendum, reus tũ non est torquendus ob aliquã causam, tũc media eligitur via, scilicet, quod neq; absoluatur, neq; cõdẽnetur pœna ordinaria,
6 sed extraordinaria † attenta qualitate delicti & personæ accusatæ: vel quando etsi tortus negauit, erant tamen indicia vrgentissima, tũc enim etiam si neget in tormento non est
7 absoluendus, sed potius aliqua † extraordinaria cõdemnatione afficiendus, vt inquit Grammati. decisione Neapolita 8. nu. 7. in delictis verò nõ atrocibus omnino absoluatur si non est plenè cõuictus, neque est torquẽdus ob defectum probationis.

Lex Nona.

Summarium.

In casibus fraternitatis sunt euitandæ dilationes, neque debent se in eis intromittere, præuenta iurisdictione per fraternitatis iudices. Alij etiam maiores vllo modo, sed tantum illi qui expresse sunt hic deputati pro appellationis, aut querelæ remedio. duæque sententiæ conformes ab inferiore & superiore iudicibus latæ exequendæ sunt sine obstaculo supplicationis, permittitur tñ supplicatio si differẽtes aut cõtrariæ fuerint.

IBI, *Por dilatar y por huyr las penas qui merecen, procurã luengas dilaciones.* Quibus maximè obuiandum est & malitijs hominum præcauendum, vt alibi diximus latius: Qui enim hoc solo prætextu dilatandi & differendi iudicia allegant, non sunt audiẽdi, appellantes verò excludẽdi quasi sũis friuolis appellationibus innitẽtes ad subterfugiendum solum iudicium & pœnas, quibus tanquam friuolis appellationibus non est deferẽdum, vt in. c. cum appellationibus de appellationibus, in. 6. amputãdęque sunt calumniæ & malitiæ litigantiũ, hoc solummodo quæsito colore differendi ac dilatandi iudicia, procuratæ.

Ibi, *No se entremetan a conocer.* Sicut enim prætenta iurisdictione ab ordinario, etiam in casibus fraternitatis, iudex fraternitatis se intromittere non potest amplius, ex. l. sequente, ita etiam si iudex fraternitatis præuenit in cognitione casus alicuius *De Hermandad*, nullus alius iudex siue maior, æqualis, siue minor potest se intromittere in eo, ex lege nostra quæ singularis in hoc est, & ad declarationem legis sequentis in hoc seruiens.

Ibi,

SVMMARIA.

Appellatur iam à sententijs iudicũ de Hermandad. num. 1. & an per viam nullitatis. num. 2.

Ibi. *Y no curando de qualesquier mandamientos e inhibiciones.* Iudicum, scilicet, aliorum etiam maiorum non potentium cognoscere de causa tali præuẽta à iudice de Hermandad, horum enim iudicum nullum mandatum, nullam inhibitionem esse timenda, neque obedienda probat versiculus, hic, non tamen ex hoc negatur quin illorum, qui per. l. nostram, &. l. fin. in fra eodem iudices designantur in gradu appellationis, non sint timenda mandata, & inhibitiones, obedienda enim sunt, & sic versiculus iste, differt à sequentibus in quibus appellationi deferendum iubetur ad consilium regiũ fraternitatis, *O ante la junta general*, horum enim appellationi cõstitutorum iudicum inhibitiones, & mandata dum in gradu appellationis cognoscunt obedienda sunt, non vero aliorum ad id non deputatorum.

Ibi. *No reciban procuradores ni defensores algunos.* Pro absentibus delinquentibus intellige, pro præsentibus enim bene admittuntur, & an de iure sint admittendi procuratores, & defensores pro absentibus ad allegandas causas absentiæ, & Innocentiæ, diximus latè in. l. 3. tit. 10. lib. 4. supra, in gloss. *Para que se venga*.

Ibi. *Solamente ante los del nuestro consejo de las cosas de la Hermãdad.* Ad quos ex l. nostra permittebatur appellare, & in. l. 44. infra eod. idẽ disponebaĩ, sed ex. l. pen. & fin. infra eod. alterata est, lex nostra in hoc & dict. l. 44. vt appareat ex subscriptione marginali. d. l. fi. & sic cessant dicta per Auend. cap. 6. præt. nu. 4. versi. item in casibus lib. 1.

Ibi. *Hasta diez dias.* Ex. l. 1. titulo. 18. supra, lib. 4. id videtur restrictũ ad terminũ quinque dierum, vt ibidem apparet, & licet lex illa sit antiquior attamẽ in practica sic video admissum appellatur enim à sententijs horum

Azeuedo super. 8.

iudicum *De Hermandad*, Sicut & aliorum ordinariorum † intra quinque
1 dies, vt in dict. l. 1. disponitur, vbi tamen alius esset stylus seruandi terminum nostræ legis is vtiq; seruaretur.

Ibi, *No pueda de ella ser mas appellado, ni suplicado.* Et sic neq; per viam nullitatis ¶, etiam incompetentiæ vel in
2 iustitiæ notoriæ, vt diximus in. l. 4. in princ. tit. 17. lib. 4. supra.

Ibi, *Pero si fueren contrarias.* Concor. l. 2. tit. 19. lib. 4. supra, vbi dixi.

SVMMARIA.

PRæuentionis materia diffusè à Doctoribus tractatur. nu. 1.
Præuentio, quid sit. nu. 2.
Præuenire in materia iurisdictionis, est præoccupare. nu. 3.
Præuentio etiam per vnius horæ spatium sic potest. num. 4. & 5.
Præuentio, est duplex. num. 6.
Præuentio verbaliter & realiter fit. n. 7.
Præuentio realis præfertur verbali citationi. num. 8. & n. 9. declaratur.
Præuentioni tunc est locus quando termini sunt æquales. nu. 10.
Præuentioni inter quos iudices locus detur. nu. 11. vbi constituitur regula.
Magistratus supplet negligentiam inferioris loci illius. nu. 12.
Index primò aditus à parte causam iudicat. num. 13.
Index cumulatiuè cum alio positus, non potest solus procedere. num. 14.
Iurisdictio, quando priuatiuè, & quando cumulatiuè concedatur. num. 15.
Præoccupantis plausti vise obuiãtis cum alio est melior conditio, nu. 16.
Præueniẽtis conditio inter duos habentes ius æquale melior. nu. 17.
Præoccupatio locum habet in delictis mixti fori inter seculares & ecclesiasticos iudices. nu. 18. & 19. infertur.
Præuentioni est locus, etiam inter habentes mixtum Imperium & simplicem iurisdictionem, nu. 20. & n. 21. quid inter delegatos.
Præuenire potest ordinarius delegatum, nu. 22. & è contra, nunc, 23. & numero 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando prævenire dicatur.
Iurisdictio delegata non censetur concessa ante receptionem & præsentationem literarum, num. 25.
Delegatio præsertim in criminalibus fit semper principaliter & non si ordinarius antè prævenisset, num. 26.
Minor etiam iudex prævenit maiorem, cum declaratione, num. 27.
Prævention est locus inter ordinarium, & illum, qui iure speciali adquisiuit iurisdictionem num. 28. & num. 29. etiam si in cuidenter adquirat iurisdictionem.
Prævention ibi est locus etiam inter ordinarium & illum cui est prorogata iurisdictio, num. 30. & nu. 31. ampliatur etiam ad Episcopum vi expulsum.
Prævention etiam locus datur in quibuscunque causis, num. 32.
Præventioni datur locus ex remedio legis diffamari & similium, num. 33.
Remedium legis diffamari duplici modo intentari potest, num. 34.
Præuenit iudex præcipiendo alicui nè delinquat sub pœna, num. 35.
Præventioni non est locus inter superiorem & inferiorem indices, nu. 36.
Præventioni non est locus inter habentes iurisdictionem simul & non insolidum, numer. 37. & idem si haberet iurisdictionem virtute negligentiæ vel impedimenti, numer. 38. & nume. 39. & nume. 40. prosequitur hoc.
Præventioni non est locus vbi iudex prævenire volens est incompetens, nu. 41.
Præventioni non est locus inter delegatos cū clausula quòd si non omnes, nu. 42.
Præventiō per accusationē præfertur iudici per inquisitionem prævenienti, num. 43.
Iurisdictionem habens ex privilegio præfertur, num. 45.
Prævention facta ante tempus non nocet, nume. 43.
Prævention procurata per partem nihil nocet num. 46.
Prævention cessat vbi princeps concedit coram alio iudice procedi, nu. 47. nisi vi, nu. 48.
Prævention non est locus in causa hæresis, num. 49.
Prævētio qualiter fiat. n. 50. vbi an per citationē verbalē, & quæ debet hæc esse. n. 51.
Prævention non inducit actus nullus. n. 52.
Citatio facta coram eo qui nullam eo casu poterat habere iurisdictionem nullam est præbet, numero. 53.
Præventa non est iurisdictio per citationem circumducta, nu. 54.
Prævention non inducit facta sine indicis commissione, num. 55.
Præventa non est iurisdictio per solam libelli productionem, num. 56.
Prævention non fit cum iudex mandat fieri inquisitionem per notarium. num. 57.
Prævention non probat sola rescripti præsentatio, nu. 58. & 59. quod nec iuris alicuius.
Prævention non fit per simplicem inquisitionem, nu. 60. nisi vt nu. 61.
Prævention fit etiam per vnicam citationem nu. 62.
Prævention fit per confessionem delicti. num. 63. & nu. 64. quid si procedatur per inquisitionem an citatione prævenitur.
Prævenit an iudex circa mandatum prævenien do citando mandatarium, nu. 65.
Prævenit iudex per mandatum nè talis recedat à tali loco, quia vult ibi venire ad inquirendum, quod est idem quod citare. numero. 66.
Prævention is exceptio, opponenda est, ne iudex prævenius procedat. nu. 67.
Prævention non dicitur per citationem factam ab illo, qui propria autoritate capere poterat, sed citare non ei licebat. numero. 68.
Prævenitur iurisdictio voluntaria per solam interpellationem, non sic in contentiosa. nu. 69.
Citatione non prævenitur quis in præoccupatione alterius iuris, quam iurisdictionis. num. 70. vbi num. 71. de prævention actionis.
Prævention probatur per collationem quando duo obtinuerunt literas ab ordinario, numer. 72.
Citatio procurata ad prævenien dum nihil prodest, num. 73.
Citationum per diuersos iudices factarum si non constet de hora quid fiet, nu. 74. & 75. & nu. 76. quid in citato à pluribus iudicibus fauore ipsius rei datis ex privilegio.
Citatio facta in persona præfertur citationi facta ad domum, num. 77.
Prævenies in processu præfertur iudici sententianti, num. 78.
Iudices si in omnibus sunt pares debēt se concordare, num. 79.
Prævention is effectus numerantur à nu. 80. vsque

vsque ad numerum. 90.
Casus De la Hermandad & iurisdictio super eis concessa non priuatiuè, sed accumulatiuè conceditur. nu. 91.
Prævention per capturam realis est, non personalis nu. 92.
Iudicem se faciens fraternitatis punitur crimine læsæ Maiest. nu. 93.

Lex Decima.

Summarium.

Iudices ordinarij possunt prævenire in cognitione casus fraternitatis, qui si negligentes fuerint in capiendo delinquentes, tunc iudices fraternitatis possunt procedere, & qui primus horum iudicum delinquentem ceperit iudex causæ illius.

HBI, *Preuinieren y començaren a conocer.* Quia hæc est lex vbi optime cadere potest materia prævētionis, quæ satis diffusa est, & à Doctoribus latissimè tracta præsertim † à Bartolo in l. si pluribus, versi. Duo ergo. de leg. 1. cuius sententiam circa hanc materiam Doctores sequuntur ad eius dicta se remittēdo prout ibi testantur Alex. & Iaſ. late Maria. Soci. in. c. proposuisti. in. 4. principali artic. de for. comp. Specula. tit. de comp. iud. adi. §. fi. ver sic. si autem iudex, & nouissimè per Masca. in. 3. tom. de probatio. concl. 1227. per totam, & per Tyber. Decia. in. 1. tom. Tract. de delict. libr. 4. c. 20. cum. 2. seq. & Bosius in pract. crim. titu. de for. comp. nu. 79. cum sequent. aliquibus. Verum tamen, vt omnia hic habeas congesta quæ pro declaratione huius materiæ necessaria sunt, etiam si ab alijs colligendo transcribamus, hic describere decreui, vt præmanibus habeantur: & per viam Epilogi examinauimus primo, quid sit prævention. Secūdo quotuplex. Tertio, inter quos iudices & quando. Quarto & vltimo, quibus modis dicitur quem prævenisse alium iudicem. Et quoad primum dico quod prævention † est præoccupatio actus iudicialis, sicut si idem potest iudicari à duobus, & vnus alium prævenit, vnde habet locum vbi est paritas iurisdictionis, & iudicū, vt. l. si pluribus de leg. 1. & de offi. præsi. l. 1. ita Sylvest. in sum. verb. prævētio. Prævētio enim ist hęc priuat aliū iudicem etiam cōpetentem iurisdictione, ne quis teneatur litigare & comparere prō eadem causa coram iudicibus duobus, vt in. d. c. proposuisti, de for. cōpe. & in. c. vt debitus honor, de appel. & per Specul. r. in tit. de rescript. præsen. §. ratione autem causę. versi. item quod sublatum est, & in versic. item quod impetrans Iodo. in pract. crim. c. 33. num. 3. & 4. & sic prævention est ex eo dicta quod quis anteuenit ad aliquid, & id præoccupauit, quod alius quidem si diligentior fuisset, occupare potuisset, quemadmodum scribit Rebufus, in Tract. de pacif. pos. n. 407. & sic præuenire in materia iurisdictionis est præoccupare † iurisdictionis exercitiū, quæ pluribus cōpetere poterat, sumpta metaphora à pluribus ad eūdem locum tendentibus, quos qui anteuerterit prævenisse dicitur & hoc verbo, vtitur. l. 1. C. de thesaur. libro 10. & l. 1. §. 1. ff. de in rem verso. & in l. si quis postea. ff. de iudi. & Maria. vbi supra, in dict. cap. proposuisti. nu. 7. in fin. aliter diffiniuit, quem in hoc mordet Decianus, dict. cap. 20. num. 1. sed re vera eius diffinitio est optima, & sic eam defendit Anto. de Matthæis, in Tractat. de prorogatione iuris, ac fori competent. & prævention e, numero. 32. in principio. Vbi multa de prævention e dicit, & Maria. vbi supra, quæ transcripsit Decia. vbi supra, & nos ab ambobus

Universidad de Deusto
Biblioteca

hic transcribemus, vt prę manibus habeantur, & hæc prę uentio, etiam per
4 vnius horæ spatium † fieri potest, tũ quia primo occupanti conceditur locus. cap. capitulum S. Crucis de rescript. tum ex glos. in cap. duobus. de rescript. in sexto, versic. si non apparear, dicẽtes quod antiquitas per spa
5 tium vnius † momenti datur & consideratur, vt est communis opinio, teste Cassiodoro. decisione. 20. de præben. & ex glo. in. l. si ex pluribus. §. fin. ff. de solutio. & sic esset cautè factum si apponatur hora citationis, vt cauti
6 iudices faciunt. Quoad secundum vero dico quod præuentio est duplex †, Altera, qua iudex dicitur præuenire, & altera, qua pars dicitur præuenta, vt in iuribus supra allegatis, & de præuentione partis est tex. in dict. l. si plu ribus. Duobusque modis potissimis
7 fit præuentio †, verbaliter, scilicet & realiter, & hęc realis fit per capturam personæ, per quam præuentio fit, secundum Ioan. Andr. in cap. 1. de obli. ad ratio, Bald. & alios plures relatos per Mascard. in. d. conclusione. 1227. num. 8. & hæc realis prefertur verba-
8 li citationi †, quod crimen comitetur ipsam personam, in quam is iudex suam executionem exercet, qui ipsam prior captura constrinxerat, secundum Bart. in. l. 3. ff. de custo. reorum. Bald. l. 1. C. vbi de crim. ag. op. & alios plures relatos, per Iodo. vbi supra, num. 6. & Mascard. in dict. nu. 8. Alex. in. l. sepulcri. ff. de sepul. viola. & Berta. in Repert. verb. iurisdictio. vers ic. 61. & Hippoly. in. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. num. 206. Ange. de Malesi. in part. iudex cõmisit, nu. 14. & Hieronymus de Monte, in Tract. de finibus. cap. 25. nu. 13. tom. 3. diuersorum Tract. part. 2. fol. 338. & Decia. vbi supra. c. 21. n. 9. quod ego intelligerem quoties causa est talis, in qua potest
9 per capturam personæ procedi †, vt quia est criminalis, secus vero si ciuilis esset, nam tunc captura nihil efficeret ad præuentionem citationis verbalis ante factæ, vel etiam si capturæ esset locus, vnus iudex non potest incarcerare, prout ecclesiastici non possunt laicos, etiam in delictis mixti fori, vt diximus in. l. 14. titu. 1. libr. 4. suprà, nam tunc citatio verbalis iudicis ecclesiastici præfertur reali post factæ, per secularem, nam vt inquit Bart. in. l. vbi cœptum. ff. de iudi. tunc
10 præuentioni datur locus quando termini sunt † æquales, non alias, de citatione vero verbali infrà dicemus. Quo ad tertium vero inter quos iudices, & quando detur locus præuen-
11 tioni †, constituẽda regula prima est, scilicet, quod vbi priuatiuè conceditur alicui iurisdictio, tũc nullus alius iudex præter principẽ, manus (quod aiunt) apponere potest, is enim solus magistratus, vel delegatus, cui sic tributa est iurisdictio cognoscit, & diffinit. secundum Feli. in cap. pastoralis. col. 3. de offi. ordi. Boeri. consil. 22. numero. 42. lib. 1. & hoc nisi talis iudex fuisset negligens, nam tunc eius negligentiam suppler maior magistra-
12 tus † illius loci, secundum Feli. vbi supra, col. 3. versicul. Tempera istas. qui idem esse ait quando ob absentiam iudex iste non potest cognoscere & iudicare, vt & per Ruinum, consil. 5. numero. 2. libro. 5. vbi. col. 4. inquit id non procedere quando ille maior magistratus tanquam suspectus fuisset ea iurisdictione priuatus. Secunda vero regula est, quod quoties cumulatiuè Pluribus, vt singulis concessa est iurisdictio, ita quod vnusquisque per se & in solidum cognoscere & diffinire potest causam, locus est præuentioni. l. si quis postea. ff. de iudi. cap. penult. de foro compe. cap. cum plures, de offi. deleg. in. 6. l. 1. C. de offi. cons. Pulchrè Roma. cons. 412.

is enim

is enim solus de ipsa causa cognoscit, & iudicat, qui primus aditus fuit à
13 partibus, † & quod ab eo factum erit valebit absque eo quod constet de eius impedimento, ita tradunt omnes vbi Abb. colum. 3. Decia. & Bero. in cap. prudentiã de offic. deleg. Areti. consil. 102. Ruinus consil. 7. nume. 7. lib. 4. Beroy. dict. consil. 22. num. 42. lib. 1. cũ vero iurisdictio concessa fuit
14 cumulatiue pluribus, vt vniuersis, sicque simul tũc vnus sine altero † procedere non potest, sed vna simul ad esse debent ex dict. cap. prudentiam vbi Felin. colum. 1. & ibi etiam Deci. & Beroy. Vantius de nullit. titul. de nullit. sentent. ex defect. iur. numero
15 176. & quando priuatiuè quando vero cumulatiue censeatur concessa † iurisdictio, diximus late in. l. 1. titulo. 13. numero. 9. cum sequentibus aliquibus libro. 3. supra, & Ahumada. l. 24. titu. 9. part. 2. in glos. 6. & latissimè per Menochi. t. Tom. de præsumptio. lib. 2. præsumptione. 18. per totã & Decia. in dict. lib. 4. de delict. Tom. 1. cap. 55. & vt ad nostram materiam redeamus, scilicet, quod inter plures iudices in solidum, & sic, vt singuli cumulatiuè creati, sit locus præuentioni, probatur ex dictis iuribus supra allegatis supra, & quia hoc proprium est, in quacunque materia, vt præoccupantis potius sit ius. l. pluribus, & l. si isqui Stichum. ff. de procurat. l. incola. ff. ad municip. l. qui prior ff. de iudi. cap. non iniuste de procuratori. c. si duo post principium codẽ tit. in. 6. c. si quis iusto in principio de electione, in. 6. glos. petent. in. l. vnũ, § si duos de leg. 2. quam dicit communem Cuma. in. l. cum quidam in fin. ff. de leg. 3. & Salicetus in. l. per agrũ, C. de seruit. & aq. text. in Regula, qui prior, de reg. iur. in. 6. vbi Doctores, maximè Petr. Pekius, plura exempla adducit, ita vt in omni materia locũ

16 habeat, à quo plura possemus decerpere, sic inter duo plaustra † obuiantia prę occupãtis fit conditio melior, & qui prior etiam occupauit locum molendini, & haustum aquæ præferendus est, vt per Bartol. l. quo minus quæstione. 5. princip. vbi Iaso. & Rip. ff. de flumi. & generaliter dixit Bald. in. l. 1. 43. ff. de rer. diuis. & inter duos habentes æquale ius melior est con-
17 ditio † prævenientis, per. l. si cum emptore de præ. Roma. consil. 47. visis necessarijs. Quam Regulam amplia primò, vt procedat, tam inter iudices Ecclesiasticos inter se, quã inter seculares inter se, quã etiã inter Ecclesiasticos, † & seculares in delictis, quæ
18 sunt mixti fori, vt tradunt omnes in locis præallegatis, & Maria. in dict. c. proposuisti, num. 8. versicul. & prædicta procedunt, & Anto. de Matthæ. in dict. nume. 32. & ideo si Iudæus faciat aliquid in vilipẽdium fidei Christianæ † erit locus præuentioni inter
19 Ecclesiasticum, & secularem, secundum Oldrald. consil. 36. Guido Papæ quæstio. 39. Decius. l. magistratibus, num. 9. & 10. ff. de iurisd. omni. iudic. & alibi diximus. Secundò amplia, vt procedat tam inter habentes merũ Imperium, quam inter habẽtes mix-
20 tum, vel simplicem † iurisdictionem, vt tradit Bald. in. l. si quis postea. ff. de iudi. & Maria. in dict. cap. proposuisti & eos referens Decia. in dict. cap. 20. num. 5. Amplia tertiò tam inter ordinarios iudices vt in dict. cap. propo suisti de foro cõp. quam inter delega-
21 tos cum clausula, † quatenus duo, vel vnus vestrum, vt in cap. cumplures, de offic. deleg. in. 6. & idem inter ordinarium, & delegatum, cap. studuisti de offic. deleg. c. vt debitus de appel.
22 nam & ordinarius † potest prævenire delegatum, vt per Hostiens. in summa de offic. deleg. §. quid sit officium, Innocenti. & Hostiens. in cap. ad peti

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem de accusatio. Henriq. in cap. plerunque de rescript. sic & è contra delegatus potest prævenire ordina-
23 rium, † vt norant omnes in dict. cap. vt debitus, & Archidia. in cap. eius. 2. quæstio. 6. speculat. titu. de legat. §. fi. versicu. item quod causa pendet, & gloss. mag. in cap. quanuis de offic. legat. in. 6. facit. text. in cap. dilectus in fin. de purgatio. cano. præuenisse autem † dicet si prævenit antequam de
24 legatus literas reciperet, quia ordinarius poterit præuenire, vt in dict. cap. vt debitus, & est ratio quia ante præsentationem, & receptionem literarum non confertur ei iurisdictio, ne-
25 que intelligitur † ablata ordinario. c. audita de resti. spol. notat Innocent. in cap. cum cõtingat de offic. deleg. Bald. in l. 1. C. vt lit. pen. hodie tamẽ contrarium obseruatur, nam delegatio præsertim in criminalibus fit semper priuatiue, † etiam si ordinarius
26 ante prævenisset, & ita semper vidisse obseruari testatur Decia, vbi supra num. 6. & nos quotidie videmus.

Quartò ampliatur, dicta conclusio vt procedat nõ modo inter æquales, sed etiã inter maiorem, & minorem quia sicut maior potest præuenire iurisdictionem inferioris, ita & è contra dummodo inferior ab illo superiore eã iurisdictionẽ non recognos-
27 cat, † & ideo Archidiaconus põt prẽuenire iurisdictionem Episcopi in his quæ & ad ipsum, & ad Episcopũ pertinent, de quibus in cap. ad hoc & in cap. cum satis, & in cap. fin. de officio Archid. sic & inter magistratus municipales, & defensorem ciuitatis, vt in Authenti. de defensoribus ciuita. in principio, & tenet Decia. vbi supra, numero. 7. & Anton. de Matthæis in dict. numero. 32.

Quinto extende, vt procedat Regula, etiam inter eum qui acquisiuit iurisdictionem aliquo iure speciali, &
28 inter, ordinarium vt per Innocẽti. Ioan. Andr. & Abb. in. c. 2. de officio ord. modo cumulatiue, non priuatiuè acquisierit quia si priuatiue non retinuerit ab ordinario tractaretur de prævention e, vt declarat Maria. in d. ca. proposuisti n. 9. & Decia. vbi supra n. 8. & Anto. de Matth. d. nu. 32.

Sextò amplia, etiam inter iudicem
29 qui ex incidenti posset cognoscere † & inter ordinarium, vt si coram iudice ciuilium quis falsum deponeret nam hic poterit & per iudicem ciuilium quem offendit incidenter puniri, & etiam per ordinarium, scilicet, per iudicem criminalium, ideo inter eos erit locus prævention i, vt per Bartolo. in l. 3. §. aqua. ff. de aqu. cot. & æstiua. & per notata per illum text. in. l. nullum C. de testibus. & in. le. sciant cuncti. C. de probatio. tradit Maria. d. c. proposuisti n. 10. & Decia. d. c. 20. n. 9.

Septimò amplia, vt procedat etiã inter iudicem ordinarium, & iudicẽ
30 cuius † est prorogata iurisdictio vt tenuit Guido de Suza, relatus per Ioa. And. in additio ad Specula. in titulo de competenti iudicis aditio. §. 1. ver sic. sed nunquid. quod intellige in criminalibus, in quibus requiritur accusatio, & nõ potest inquiri: nam in his non poterit ordinarius vere ex officio inquirere, sed tenebitur habere ratam prorogationem, ex quo sic placuit accusatori sine quo ipse ordinarius procedere non potest, & hanc opinionem sequitur Maria. in c. significasti n. 57. de for. comp. Dummodo non appareat collusio inter accusatorem & reum, vt ibi per eum & per Decia. vbi su. n. 12. Iuxta doctrinã Bart in l. senatus. ff. de accusatio.

Octauò ampliatur, vt procedat regula etiam inter Episcopũ expulsum vi, qui potest cognoscere in proxima diœcesi inter subditos suos, & ipsum ordi-

31 ordinarium ipsius diœcesis, † in qua ipse reperitur, & in qua est delictum commissum, quia talis Episcopus poterit prævenire extra formam Clementinæ vnicæ, de foro competẽti. Ibi hoc tenent Ioann. de Lign. Imola. & Zabarella, licet aliqui contra, & hanc sequitur Maria. in dict. cap. postulasti. num. 13. de for. comp. & Decia. vbi supra, num. 11.

32 Nono extende in quibuslibet causis, siue ciuilibus, siue criminalibus, † siue spiritualibus, siue profanis, modo sit de re habilis potestatis cognoscibilis, secundum Maria. d. cap. proposuisti, num. 14. de for. comp. & Decia. vbi supra, numero. 12.

Decimò extende, vt procedat etiam si reus intentauit remedium
33 l. diffamari. C. de ingen. & manum. † in ciuilibus vero. l. Titia. ff. de accusation. & l. ea quidem. C. qui accus. non pos. conueniisset accusatorem coram vno ex pluribus iudicibus, nam tunc ille iudex dicetur prævenisse, nequit poterit actor postea agere vel accusare coram alio ex Regula dictæ. l. si quis postea, de iudi. vt tenuit Roma. consilio. 412. numer. &. 2. Aduertendum tamen quod duplici modo potest intẽtari remedium † dict. l. diffamari. Pri-
34 mo modo, vt statuatur terminus diffamanti, vt agat, vel accuset, & tunc an sic dandus quoad istud iudicium terminus petitus nulli dubium quin sit præventa iurisdictio, non autem quoad aliud iudicium, quo diffamãs condẽnatus ad accusandum, vel agẽdum intra terminũ voluerit accusare, quia illud erit aliud iudicium, & accusator poterit coram alio iudice accusare. Secundus est modus, quãdo imploratur officium iudicis, & petitur declarari se non esse culpabilem, & diffamanti perpetuum silentium imponi, & isto casu dicetur præventa iurisdictio, quoad totũ, & sic diffamãs accusator nõ poterit citare, vel accusare coram alio, secundum Maria. in dict. cap. proposuisti, num. 26. & idem consil. 41. ante eq̃am, num. 5. in principio, & consil. 38. pro decisione, nu. 10. sequitur Felin. in cap. cum sit numen. 22. de for. compet. & Iason. in l. non vtique numero. 5. ff. de eo quod certo loci. & Decia. vbi supra, nu. 13.

Vltimò extende Regulam, vt procedat etiam quando iudex prævenisset delinquentem præcipiendo sub
35 pœna, † ne delinqueret, nam hoc potest facere, & dicetur prævenire, vt per Alberic. in l. 5. § hoc autem audiendũ in fin. ff. si quis ius dici non ob. vbi in-
36 terpellacio, & quãnuis non concludat de prævention e, sed rãtum quod potest præcipere ante eq̃am fiat delictum, ne fiat, ex hoc tamen colligitur quod dicetur prævenisse quia fuisset præcepisset, nisi præcepto spreto posset cognoscere, & hanc esse notiam extẽsionem testatur Decia. vbi supra, num. 14.

Quæ quidem Regula, & conclusio, sic ampliata limitatur primò, vt non procedat inter habentem iurisdictionem ab alio, & eum † qui ipsi eam dedit, quia inferior non potest præuenire inuito superiore. l. iudiciũ soluitur. ff. de iudi. Maria. in dict. cap. postulasti, numer. 8. ver ficul. ideo autem dixi, & Decia. dict. c. 20. numer. 15. & faciunt dicta in 4. ampliatione.

Secundò limitatur, vt non procedat inter habentes iurisdictionẽ non in solidum, sed coniunctim, & vnitè
37 † quia non poterit hoc casu vnus alterum prævenire solus, vt in cap. prudentia. de offic. deleg. & Maria. vbi supra, & Decia dict. cap. 20. num. 16.

Tertiò limitatur, nisi vnus iudex haberet iurisdictionem in defectum
38 alterius, vel ex negligentia, vel ex impedimento, † nam nõ esset locus prævention i, quia oporteret spectare negli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

negligentiam, vel impedimentum, cap. prudentia de offic. deleg. notant omnes in cap. cum plures eod. titul. lib. 6. & Decia. vbi supra, num. 17.

Quartò limita, in casu in quo duo haberet æqualem iurisdictionem sub hac forma, quod esset locus præuentioni, nam si alter sit legitime impedi
39 tus non poterit ab altero † præueniri, quia forte ipse præuenisset, nisi fuisset impeditus, ita Bartol. in. l. si maritus la. 2. in principio. ff. de adulte. quę sequitur Maria. in dict. c. postulasti. num. 8. versicul. ideo autem dixi, de for. comp. præter quę aduerte quod Angel. in dict. l. si maritus contrariũ tenet, sed Alexandr. ibi, in additione sequitur, Bartol. maximè quando interesset iudicis impediti, putà quia soluere deberet Sportulas, vel partẽ condemnationis, vt ibi per eum, & Bart. opinionem sequitur etiam Roma. sing. 143 dico tibi, licet reprehendat Bartol. quoad intellectum text. in dict. l. si maritus, dictũ tamen Bartol. intellige nisi periculum esset in mora, vt delictũ remaneret impunitum, † quia tunc præcedere deberet
40 præuentio argumẽto. l. 1. §. huius rei de offic. eius, & in specie tenet Maria. vbi supra, quem sequitur Decia. in dict. cap. 20. numero. 18. Ego tamen aut non percipio mentem eorum, aut ipsorum doctrina non est sequẽda, nã si locus est præuentioni inter hos duos iudices æqualẽ iurisdictionem habentes, & vnus eorum præuenit, vel quia diligẽtior est præueniẽs, vel alter est negligens, vel impeditus quid quæso interest præueniret nec ne si impeditus non esset, aut quod interesse, vel ius potest habere acquisitum, vt præuenienti ius præuentionis amoueat, cui quidem præuentioni locus inter eos erat, & sic (salua eorum pace) preuenientem iudicem in hoc casu præferendum, etedo quan-

tumcunque alius sit impeditus, vel eius interesset si præuenirret prout non præuenit ob impedimentum.

Quinto limita, nisi iudex præuenire volens esset omnino incompetẽs,
41 † quia vt detur locus præuentioni, oportet, quod concurrat habilitas iurisdictionis, vt in Clementina fin. vt lit. pen. & habetur in. l. 1. &. 2. C. si à non comp. iud. & in cap. ea quę fiũt à iudice. de reg. iur. in. 6. tenet Decia. vbi supra, numer. 19.

Sextò limita, inter delegatos cum
42 clausula, quod si non omnes † potestis, de qua per gloss. 1. & ibi Abb. nu. 5. &. 6. in cap. quoniam Abbas de offi. deleg. notat Deci. vbi supra, num. 20.

Septimò limita, nisi præuentio es-
43 set, † facta ante tempus, nam hæc nocere non debet. l. sororem, & quod ibi notat Bartol. C. de his quib. vt indig. l. ediro. §. cum autem. ff. de iur. fis. Bartol. in. l. diuus la. 2. ff. de cust. reo. columna fi. Salice. in. l. ea quidem. C. de accusatio. Alexand. consil. 64. nu. 6. volum. 3. Decia. vbi supra, nu. 21.

Octauò limita, nisi iudex per inquisitionẽ præuenisset, † sed postea alius
44 iudex per accusationem post inquisitionem propositam vellet procedere, nam tunc cessabit inquisitio prima, vt pulchre per Innocenti. in cap. super literis de rescrip. Bartol. in. l. ff. de adulter. Bald. in. l. ea quidem. C. de accusatio. Angel. in. l. si vacantia. C. de bonis vacanti. libr. 12. nam subsecuta accusatione quod est remedium ordinarium cessat inquisitio, quod est extraordinarium, secundum Bartol. in. l. sine contra colu. 2. ff. de lib. agnos. & in. l. post finitam. ff. de suspect. tutor. Grammati. consilio 28. num. 11. Decia vbi supra. num. 22.

Nonò limita, vt Regula procedat quãdo plures iudices haberẽt iurisdictionem de iure communi, secus si
45 vnus haberet ex priuilegio, † quia videtur

detur habuisse priuatiuè respectu aliorum, vt per Cardinal. post Paul. de Eleaza. in Clementina. 1. Notab. 1. de celebr. mis. Felin. in capit. irrefragabili. numero. 2. de offic. ordina. Crammati. decisione. 30. numero 12. vbi refert sic in appellatione fuisse iudicatum reuocando sententiam contrariam primæ instãtiæ, sequitur Decia. vbi supra, numer. 23.

Decimò limita, nisi probetur quod reus procurasset se accusari coram illo iudice, vel ab eo iurisdictionẽ præ
46 ueniri malitiosè, † vt mitiori pœna puniretur, quia talis præuentio non valeret, secundum Angel. in. l. si seruus plurium. § pen. versiculo, si quis ante de leg. 1. Cepol. cautela. 19. facit text. in. §. tria onera tutelæ affectatæ Institutæ de excusatio. tut. sequitur Boeri. decisione. 289. num. in fin. Iaso. in. l. si vero numer. 8. ff. qui satisdare cog. Decia. vbi supra, nu. 24 Mascard. Tom. 3. de probatio. conclusio. 1227. numer. 20. Ripa. cap. cum M. 199. de const. communem dicit.

Vndecimò limita, nisi post præuẽtionem reus impetrasset priuilegiũ à
47 Principe † cũ Motu proprio, vt quis non posset accusari, vel molestari nisi coram tali iudice, quia tale priuilegium proderit ei etiam quoad iudicem à quo fuerat præuentus, secundum Paul. in. l. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. Iaso. in. l. cum quidam numer. 9. ff. de iurisdictio. omni. iudi. & dixi si impetrasset cum clausula Motu proprio, quia si sine ea tale priuile
48 gium nõ eximeret illum à iurisdictione iudicis præuenientis, † secundum Iaso. in. l. si quis quenquam in. l. 3. ff. si quis cautio. num. 3. & Decia. dict. cap. 20. numero. 25.

49 Vltimò limita in causa hæresis, † quia in ea non est locus præuentioni, cap. vt officium de hæret. in 6. notat Bald. in. l. si quis postea de iudic. Angel. in. l. Sepulchri. de sepulch. violato per cap. per hoc de hæreti. in. 6. sequitur Maria. in cap. penultimo de for. comp. numer. 29. Decia. vbi supra numer. 26.

Quoad quartum & vltimum, scilicet, quibus modis dicitur, quem præueniisse alium iudicem, constituenda est Regula generalis, quod per cita-
50 tionem verbalem † legitimam dicitur præuenta iurisdictio. l. si quis postea. l. vbi cęptum. ff. de iudi. & not. in l. fin. vt lit. pend. & notant omnes in cap. penul. de for. comp. & quam plures relati per Decia. vbi supr. d. Tom. 1. lib. 4 cap. 21. numer. 3. & latius per Mascard. in dict. conclusione. 1227. numero. 6. vbi allegat hanc dicentes communem opinionem, quam & cõmunem dicit Asinius in praxi. c. 1. in princip. num. 17 & diximus per citationem legitimam verbalem præue-
51 niri, quia per illegitimam, † & sic per eam, quæ nulla est non inducitur præuentio, vt probat text. & ibi notant omnes in cap. proposuisti, verb. legitime, de for. comp. & Roma. cõsil. 412. vbi quod nec litis contestatio, nec lis illegitime mota in nulla habeatur consideratione, & probat gloss. in. c. cum plures de offi. legat. in. 6. nullus enim actus qui de iure non sortitur effectum, potest inducere præuentionem, † secundum Oldrald. cõsil. 313.
52 notat gloss. l. 1. verb. per renuntiationem, & verb. catenus. ff. de nou. op. nunt. & ideo citatio facta coram eo, qui nullam eo casu poterat habere
53 iurisdictionem, non tribuit, † nõ habenti. l. non videtur, & l. vbi cęptum ff. de iudic. tenent Decia. dict. cap. 21. num. 4. Mascard. vbi supra, nume. 16. &. 17. vbi alios allegant idem tenentes, & sic inquit, Socin. consil. 41. nu. 3. relatus, & secutus per Villalobos in communibus suis verbo. iurisdictio, numer. 275. in fin. quod tunc dicitur

præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

præuenta iurisdictio, per citationem, quoties pars citata comparet ad terminum citationis, vel si non comparet, tunc pars citari faciens comparet, † & accusat contumaciã, alias nõ
54 quia remanet citatio circunducta, & nulla, ex. l. properandum. §. 1. ff. de iudi. cap. ibi contumacia accusante, & ex ijs quæ diximus in lib. 4. de contumacia accusanda. Et sic requiritur citationem executam fuisse, neque sufficeret fuisse commissam, cũ aliud sit citatio, aliud commissio de citandõ; ita Decian. vbi supra, nume. 7. sic & citatio facta sine iudicis cõmissio-
55 ne non inducit præuentionẽ, † in dubio tamen præsumitur commissio, vt per Decia. vbi supra, num. fin. Abb. in cap. 1. nume. 34. de iudi. Ex quibus infertur, quod per solam libelli productionem non dicitur præuenta iuris-
56 dictio ante quam reus † citetur, secundum Bald. in l. si quis postea. ff. de iudi. per. l. libertas aduersus. ff. de in ius voc. & gloss. in l. 1. eodem titul. & sic si iudex mandasset per notarium fieri inquisitionem, & registrari non censeretur facta legitima præuentio;
57 † quia hæc esset declaratio, quod valebat præuenire non autem præuentio, vt inquit Bald. in l. 1. C. de confes. & in l. 1. C. quando lib. prin. obla. & dicetur potius præparatio iudicij, quã iudicij pẽdẽtia, iuxta. l. quẽadmodũ, de in offi. testam. ita Bart. & relati per Decia. vbi sup. nu. 1. & Mascar. vbi sup. nu. 10. cũ. 2. seq. vbi limitãt, nisi ad esset statutum, ꝙ libellus habeat vim litis contestationis, nam tunc cum litis contestatio præuentionem de iure inducat, inducet, & eam in hoc casu. Similiter sola rescripti præsentatio, Secundum Mascard. ibi nũm. 11.
58 non probat † præuentionem, adeo vt nec per talis rescripti præsentationem probetur præuentio iuris alicui
59 ius, siue iurisdictionis, siue alterius † rei gloss. cap. vt debitus de appel. Rimin. consi. 352. num. 19. volum. 2. sub dubio tamen inquit Maria. in cap. pe nul. num. 16. de for. comp. quod licet per simplicem inquisitionem non di
60 catur facta præuentio, † secundum Gramma. consil. 28. nume. 10. tamen licet nõ fuerit facta inquisitio, neque reus citatus, si tamen iudex recipit testes pro informatione curię, vt inquisitionẽ formaret, & citaret, videbitur
61 præuenta † iurisdictio, iuxta. l. 1. §. nõ semper. ff. de appel. sequitur Decia. vbi supra, num. 2. Ego tamen, sine dubio teneo hoc nõ esse verum, neque in pract. recipi, nam si per simplicem inquisitionem non fit præuẽtio, quo modo per testium receptionem pro informatione curiæ fiet? Præsertim in terminis nostræ legis. Quæ quidẽ nostra principalis conclusio, scilicet, quod per legitimam citationem simplicem verbalem præuenitur iurisdictio, amplatur primò, vt procedat, etiam si sit vnica tantum citatio, ne-
62 que trina † requiritur, aut peremptoria, vt tenent omnes in dict. cap. proposuisti, & est communis, vt ibi dicit Maria Soci. de for. comp. & est glo. citationes in Clement. 1. de iudi. tenẽt Decia. vbi supra, nume. 5. & Mascard. vbi supra, num. 7. amplia etiam vt per confessionem delicti dicatur præuẽta iurisdictio, ab illo iudice, corã quo
63 † confessus est, secundũ Bal. in l. si dom°. §. in pecunia de leg. 1. & ibi Alexãd & Iaſ. num. 6. & Mascard. vbi supr. nu. 9. Amplia tertio, quod vbi per inquisitionem potest procedi sufficit citationem fieri ad instantiam iudicis in-
64 quirentis, † aliter enim nõ sufficeret, nisi ad instantiam partis fiat citatio, vt tenet Decia, vbi supra, num. 6. Ampliatur quartò, vt iudex qui præuenit citando mandatariũ, dicetur præ-
65 uenisse etiam contra mandantem, † ex quo vnum, & idem delictum videtur,

tur, vel saltim vnicum negotiũ si sunt iudices paris potestatis, secundum Nellum de bãnit. in. 7. quæst. 2. par. 1. temporis, dicentem ita fuisse Florentiæ iudicatum, & Decia. vbi supra, nu. 16. Amplia quintò, quod eo quod pręceptum iudicis, quod talis non recedat de tali loco, quia vult ibi venire
66 ad inquirendum, habet vim citationis, per tale mandatum † censetur præueniisse, vt per Decia. vbi supra, numer. 17. Quæ quidem conclusio, sic ampliata limitatur primò, vt nõ procedat quando non opponitur excep-
67 tio præuentionis, quia tunc iudex præuentus † procedere poterit, secũ dum Bal. in Authentica, sed nouo iure. column. 3. C. de seru fug. vbi dicit hãc exceptionem opponi debere ante litis contestationem, quia est declaratoria fori, sequitur Mascard. vbi supra. num. 13. Limita secundò, quod in casibus, in quibus quis potest propria authoritate capere aliquem, vt repertum in fraganti crimine, tamẽ non poterit illum citare propria authoritate, vt dicatur præuenta iurisdi-
68 ctio, † secundum Abb & Butr. nu. 33. in cap. 2. de iud. & Decia. d. c. 21. num. 18. Tertiò limitatur, vt procedat in iurisdictione contentiosa non vero in voluntaria, in qua inducitur pręoc-
69 cupatio per solam interpellationẽ, † iudicis. l. 1. ff. de offi. proconſ. Iaſ. in. l. si pluribus de leg° 1. num. 25. & Mascard. in dict. conclusio. 1227. num. 14. Quartò limita, vt non procedant supra dicta in præoccupatione alterius iuris quam iurisdictionis, non enim sufficit sola citatio, sed requiritur ta-
70 lis actus † qui inferat necessario ius illud, de quo præoccupando agitur, vt in procuratore, in quo non sufficit citatio ad præoccupandum alterum procuratorem, sed omnino requiritur, litis contestatio, quia ante cã procurator Dominus litis nõ efficitur, ita Iaſ. in dict. l. si pluribus, nu. 26. & Mascar. vbi supra, num. 15. & sic actus per quẽ inducitur præuentio, debet esse talis qui necessario inferat ius illud, de cuius præuentione quæritur, secũ dum Rimin. consil. 95. num. 40. vol. 1. dicentem quod si de executionis præuentione quæritur, non sufficiat litis contestatio, sed requiritur, sentẽtia, ex quo executio nascitur, refert Mascar. vbi supra, numer. 18. &. 19. & ante in num. 2. &. 3. vbi num. 4. ex hoc infert quod si agatur de præuẽtione
71 actionis, † is præueniisse probabitur, qui prius libellum obtulisset, secundum Butr. in cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript. nu. 29. & alia plura inferri ex hoc possunt relata per But. ibi & Bart. in. d. l. si pluribus, & ibi Iaſ. & in. l. pluribus, & ibi Angel. ff. de procurat. Item etiam si agatur de præuentione quandò duo obtinuerunt literas ab ordinario, probatur per col
72 lationem præuentio, † quia ante eã nullum ius quæsitum est, & idcirco per alium actum quam istum nõ probaretur præuentio, vt per But. vbi supra, & ibi latissimè Felin. de literis impetratis à Sede Apostolica. Limitatur vltimò dicta conclusio, quoties citatio esset procurata ad præuenẽndũ,
73 nam tunc nil prodesset, † vt diximus in hac lege in. 10. limitatione præcedentis conclusionis & Regulę. Quid tamen, si non constet de hora citationum in eadem causa per plures iudices factarum, quis eorum præferendus erit, vel si vna, & eadem hora & momẽto factæ sunt, † tales citationes
74 à duobus iudicibus. Et in hoc erit prima conclusio, scilicet, quod si vna, & eadem hora, & momento factæ sint citationes à duobus iudicibus, adeo quod non appareat, quis prior tempore, ille dicetur præueniisse qui maiorem habet iurisdictionem, & potestatem, secundum Bald. in. l. senatus,

circa

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa finem.C.qui accus. non pos. argumento l.2.C.de custod.reorum & l.2.§.fin.ff. si quis cautio, quam opinionem etiam tenuerunt Ioan. And. & scribentes in cap.cum parati de appel.& probatur per text. vbi gloss. in cap.si Episc.18.distin.& Specul.& alij relati,& secuti per Maria.cap.penul. de foro comp.num.21.quæst.7.& per Decia.in.d.1.Tom.de delict. lib.4.ca.
75 21.num.10.Sed vbi iudices sunt † pares erit alia conclusio, scilicet,quod si iudices sint pares,& ignoretur, cuius citatio prius fuerit facta stabitur dicto cum iuramento ipsius citati, ex quo alia deficit probatio, nam in occultis statur iuramento rei, in.§. aliæ Inst.de actio. vbi gloss. & scribentes, in.c significasti.1.de homicid.Maria. vbi supra,& Decia.vbi supra, num.11. Sed si citatus quis sit à pluribus iudicibus,qui ex priulegio, & fauore ipsius rei sunt iudices erit electio ipsius
76 coram quo voluerit comparere, † vt habetur in Authen.habita,& ibi omnes C.ne filius pro patre, Maria. vbi supra,Decia.vbi supra, nu. 12. vbi nu. 13.inquit, quod vbi vna citatio est facta ad domum, alio verò personaliter,præfertur facta in persona,† iuxta ea quæ habentur in. c. cum causam de dol.& contum.& Maria.vbi supra
77 num.21.in fin. Alia etiam seruabis in hac materia conclusionem, scilicet, quod si vnus iudex prœuenit in inciendo processum, alius in sentẽtian do,præfertur ille,qui prœuenit in pro
78 cessu, † vt tenent omnes maximè Imol.in.d. l. si pluribus de leg.1. & in terminis Angel.in tract.malefi. verb. iudex commisit. nu.15.& Decia. vbi supra.num. 15. In casu tamen in quo in omnibus iudices sunt pares etiam in citatione, tunc ipsi se debent con-
79 cordare,† & sibi inuicem deferre,iuxta notata in.cap.Pastoralis de reseri, quod si nollent sibi deferre sorte diri
menda est hęc quæstio,iuxta text.in l.sed cum ambo.ff.de iudic. Maria. d. num.21.quæst.7.Decia.vbi supra,numer. 14. mihi tamen sorti non esse locum videtur,quia locum non habet nisi in casibus à iure expressis,& sic in hoc casu superiorem adiri consulerẽ. Quibus materia hæc prœuentionis satis remanet declarata clare, & succinctè, sed quia nihil prodesse videtur, nisi effectus ex hoc resultantes consideremus, & præ manibus habeamus ideo, vt omnia perfectè hic
80 inserta sint,eos paucis referã.1 Quorum primus effectus est prœuentionis nam adquiritur iurisdictio iudici prœuenienti & in eum consolidatur in solidũ, omnis iurisdictio quæ alijs competebat,ex.l.si quis postea. ff. de iud.& dict cap.penult. de for. comp. ideo alij iudices non poterunt se in causa illa intromittere , imo iudex prœueniens poterit inhibere cuicun
81 que † alteri iudici se volenti impedire in dicta causa. l. iudicium soluitur, ff.de iudic. not.Bartol.in.l.1.C.quomod.& quando iud.Hostiensin cap. volentes de offi.legat.Archid.in cap. de persona.12.quæsti.1. quòd verum est si ambo iudices essent subditi eidẽ imperio, & ab eodem principe † re-
82 cognoscerent iurisdictionem, quia tunc iudex prœueniẽs in causa in qua prœuenit , dicitur maior altero, & ideo inhibere potest,secus vero si essent diuersi & separati imperij, vt per Marian. in cap.penulti.de for. comp. num.44. vbi quòd talis inhibens posset etiam pœnali iudicio iurisdictionem suam tueri,l.c.1.vbi gl.fi.& capi præterea,& cap. pendentiam in fi. & cap. suspicionis de offi.deleg.& idem tenet Angel. in pra. malefi. §. iudex commisit, num.13.in princi. Decia. vbi supra,cap.22.numer.1.&.2.Alius effectus est,quod citatus à prœuenié
83 te non potest postea mutare † forum in præ

in præiudicium prœuẽtionis, vt not. in.l.si quis postea.ff.de iudi.& in. l.cũ quædam & ibi Ias.num.9.ff.de iurisd. omni.iud.& in.l.si reus. ff. iudi. solui, cap.ex antiquis.cap.frequens.c. si seruus.54.distinctione,& maximè in criminali ad condemnationem licet nõ ad executionem cap. de persona. 11. quæstio.1.notant omnes in Authentica qua in prouincia.C.vbi de crim. ag.op.tenent , & relati per Decia. in dict.cap.22.nume. 3. Alius est itidem effectus , scilicet , quod si plures sint
84 correi eiusdem delicti ,citatio facta de vno inducit † prœuentionem quo ad omnes,vt per Bald.& Angel.in.d. l.si quis postea Maria.dict.cap.penul. de for.comp.nu.37. Alexand. ad Bar. in.l.denuntiasse.§.1.ff.de adulter.Decia.vbi supr.num.4.sed male eos allegat Decia.nam contrarium tenẽt,& sic ad contrarium eos allegat Anto. de Matth.in.d.titu.de prorogatio. & prœuentio.num.33. versic.his addas. Alius effectus est,quod similiter post
85 prœuentionem non poterit accusator † mutare forum,& coram alio accusare,vt latè per Bar.in.l.vbi cœptũ, ff.de iudi.Maria.vbi supra,nu.38.Decia.vbi supra,nume.5.vbi nu.6.ponit alium effectum,scilicet , quod iudex prœueniens tenetur seruare stylum sui tribunalis.Alius itidẽ est effectus,
86 quod per prœuentionem factam ad instantiam accusatoris † cæteri iudices censentur recusati.l.1.ff. de offi. cons. tradit Ias.in.l. & si. ff.de iurisdi. om.iud.nu.8.Decia.d.c.22.nu.7.Effectus etiam alter est,quod facta prœuẽtione, si prœuento succedat alius qui
87 sit alterius fori,tenebitur tamen,& is prosequi iudicium † corã prœuentẽte.l.si is qui,&.l.hæres absens.ff.de iudi.vbi Bart.& Decia.alios allegans.d. cap.22.numer.8. Alius est quod prœ-
88 uentio elidit iurisdictionem † aliorum iudicum sed non tollit, in totũ,

Azeuedo super.8.

Parisi.consil.109.num.5. volumi.4.& comprobatur,nam si alij non obstante prœuentione procedant valebit iudicium,si non opponatur , vt supradictum est,& tenet Decia.vbi supra,numer.9.vbi numer. 10.inquit optime, quod omnes isti effectus cessabunt,
89 † si non opponitur de prœuentione, est & alius effectus, & finalis , quod facta prœuentione si iudex prœuen-
90 tus citat,non tenetur citatus † corã eo comparere.capi.penulti. vbi not. de for.comp.Decia.vbi supra, numer. 12. quibus sic cognitis materiam prœuentionis habes in vnum congestã, quam sic posui, quia est locus iste ordinarius , vbi ad eam recurrendum est , & fortasis non habebis authores eam scribentes, imo non sic ordinatim.

Ibi. *Que los alcaldes de la Hermandad, no conozcan.* Nam licet in.l.2. sup. eod. sint designati casus fraternitatis iudicibus concessis,non censentur priuatiuè, sed cumulatiuè ad alios iudices
91 ordinarios illius loci concedi, † secũdum Decia.consil.118.num.23. volu. 3.& iterum in.d.1.Tom.de delict.lib. 4.capit.55. & iam in hac lege dictum remanet.

Ibi. *Que primero lo prẽdiere.* Hęc enim realis,& personalis prœuẽtio est,quæ
92 prœualet,† & præfertur verbali citationi, vt diximus in hac eadem lege, vbi declarauimus.

Ibi. *Y los otros no lo puedan pedir , ni demandar, ni embargar.* In ijs verbis probãtur effectus aliqui ex supra designatis scilicet,quod iudex prœuẽtus inhiberi potest, & censetur recusatus, & ꝙ elisa est prœuẽti iudicis iurisdictio,& idẽ videtur probari in.l.præcedente,
93 & iudicẽ se faciens † fraternitatis punitur pœna lęsæ maiestatis, secundũ Auiles.c.1.præt.glo.1.nu.5. vbi & inquit quod possunt iudices fraternitatis procedere contra eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

IVdex superior compellit iudicem requisitum ad exequendas literas requisitorias.nume.1.

Lex Vndecima.

Summarium.

Iudices fraternitatis,&ordinarij debẽt inuicem se tueri ac defendere,si requisiti fuerint.

BI. *Que nuestros Alcaldes, y quadrilleros de la hermandad ayuden.* Iustum est enim & iuri consonum,iudices inuicem se se auxiliare, vt executio iustitiæ fieri possit, & ne delicta remaneant impunita,requisitique teneantur omnimodo, & brachium suum, & auxilium impartiri, adeo vt si nolint, possint per Iudices superiores ad hoc compelli,nam ex querela iudicis requirentis, aut priuati cuiuslibet,in cuius vtilitatem requisitio fit,
1 debet iudex † superior compellere iudicem requisitum ad executionẽ, prout Bartol. & omnes communicõ sensu adnotarunt, in l.à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iudic. & Couarruui.in practic.capit.10.nume. 2.versiculo.Sed & apud iudices, imo & iudices Ecclesiastici, & seculares tenentur se inuicem iuuare, vt diximus in.l.15.titul.1.libro.4. supra, vbi plures ad hoc retulimus, & vltra ibi relatos tradit Redhin, in tractat. de maiest.princip. numer. 141. volumine.16.tract.Doctorum, & Segura, in suo Directorio iudic.Ecclesiast.2. parte, capitulo. 13. numero. 30. cum sequentibus.

SVMMARIA.

Index vnus non cognoscit cõtra alium iudicem consocium, si ipsis duobus concessa sit iurisdictio in solidum.nu.1.

Index fraternitatis si delinquat in ijs, quæ sunt extra officium,potest puniri per iudicem ordinarium.nu.2

Lex Duodecima.

Summarium.

Iudices fraternitatis delinquentes in suo officio non possunt puniri per correctores,& ordinarios loci,in delictis vero extra officium commissis poterunt.

BI.*Pero que los corregidores y otras iusticias ordinarias no los puedan castigar.* Est enim de iure,quod si duobus iurisdictio in solidũ competat, & habeãt exercitiũ iurisdictionis in aliquo Castro,vno delinquente † alius non cognoscit de delicto,vt communem tenetur Felin. in capi. prudentiam numer.5.de offi.deleg.teste Villalobos, in ærario mill.comn.opin.litera. I. n. 278. quæ tamen cõmunis limitatur per text.hic,vt non procedat in iudicibus ijs fraternitatis delinquẽtibus
2 in ijs, * quæ sunt de contingentibus extra officiũ suum,nam tũc per ordinarios loci illius puniri poterũt, tam in criminali,quam in ciuili.

SVMMARIVM.

Iurisdictionis metas non debet quis excedere. num.1.

Iurisdictio iudicum fraternitatis non est prorogabilis.nn.2.&.3.ampliatur.

Remissione abdicat quis à se iurisdictionem, num.4.nisi fiat iudici habenti limitatam iurisdictionem,vt num.5.

Peccatum est mortale vsurpare iurisdictionem alienam.nu.6.

Iudicium iudicatur peruersum per vsurpationem.nu.7.

Nouum processum potest inchoare iudex cui remissio est facta.nu.8.

Verba

Verba iudicis contenta in Inquisicione non probant eam,nu.9.

Qualitatis tribuentis iurisdictionem danda est informatio.nu.10.

Lex. 13.

Summarium.

Iudices fraternitatis statim quòd eis cõstiterit causas coram eis pendentes, non esse suæ iurisdictionis tenentur remittere iudicibus ordinarijs illius loci.

BI. *Y dexen de proceder en los tales pleytos,y remitan el conocimiento de ellos,con los processos originales a los juezes ordinarios aquien pertenesciere.* Non enim debent mittere falcem in messem alienam, vt probatur in.l.4.titul. 1. libr. 4.supra vbi diximus. Neque possunt egredi fines suæ iurisdictionis limitatæ ad certas causas, † argumento.l.
1 solemus.§.latrunculatores.ff. de iudic. Bartol. in.l.sacris de proxi. sacr.scriptur.libr.11.Decius consilio. 3. & consilio.8. volume.2.Paul.in.l.testamenta omnia nu.3.C.de test.& in.l.repetita.nu.3.C.de episcopis, & cleri.Felin.cap.pastoralis columna.2. de offic.Ordin.Iason.in.l.1.§.& post operis,numero.11.ff.de nou. op. nunt. & Vantius de nullit.pagin.109. cum sequẽt. Gamma.in decisio Lusita.209.
2 neque talium iudicum iurisdictio est prorogabilis, † vt habetur in. l.1.ff. de iudic. & in cap. P.&. G. de offici. deleg. vbi Abb. numero. 5. Marian. Socin.consilio.41.in principio, libr. 1.pulchre Iason. vbi dicit communem in. l. si per errorem, numero. 7. ff. de iurisdictio.omni. iudic. adeo vt quanuis iudex ordinarius loci remisisset causam aliquam iudici fraternitatis in cognitione † eius prævenienti, quæ quidem videbatur ap-
Azeuedo super.8.

parẽter ei cõperere, vel per errorem fuit remissio facta, quanuis per remissionem à se abdicauerit iurisdictionem, † secundum Felin.in capi. significasti,numero primo, in fin. de offici. deleg. id tamen ex dictis per eundem Felin. ibi,potest procedere quoties remissio facta est iudici ordinario non habenti limitatam iurisdictionem † secus alias, peccarentque mortaliter ij iudices fraternitatis in alijs quam eis concessis casibus cognoscentes, quia vsurpant alienã
6 iurisdictionem, quod peccatum † mortale est,vt inquit Navar.in consilio.1.de hæret.n.1.&. 5. & in man.latino.c.25.ni.13. nam iudicium per vsurpationem * iudicatur peruersum secundum Thom. 2.2.q.60. art.6. nõ tamen tenetur iudex ordinarius, cui remissio facta est stare ijs processibus sed nouum processum melioare potest,† ex dictis per Hippol.in pract.§.
8 occurrit.numi.4.

Ibi:*Mayor que la accusacion contenya caso de hermandad.* Nam neque verba iudicis contenta in inquisitione probant inquisitionem † nisi inquisitio probetur, secundum Hippol. in pra. §.quoniam n.57.58.&.59.& sic approbatur hic communis opinio doctorum asserentium, quod non sufficit in libello allegare qualitatem tribuẽtem iurisdictionem,nisi detur eius informatio, † secundum Feli.in c.si clericus n.2.&.3.de for. comp. vbi limitat:& sic debet constare per informationẽ de casu fraternitatis,si adest dissensio inter iudices super competentia iurisdictionis,ex dictis per nos in. l.1.verb;*con la information*,ti.2.li.4. sup.

SVMMARIA.

REs furata an possit per dominum perquiri in domo alijus.nu.1.

Receptator eandem pœnam incurrit, nume-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. *si sciens fecit. nu.* 3.
Non debet faciliter credi dicenti alium esse delinquentem. nu. 4.

Lex. 14.

Summarium.

Delinquentes qualiter sunt tradendi iudicibus, & officialibus fraternitatis eos insequentibus.

IBI. *Que luego entreguen libremente.* Procedit à dispositione text. in cap. vnic. §. si iudex populi clamore, de pac. tenend. & eius violat. in vsib. feudorum.

Ibi. *Entrar libremẽte en las casas.* Facit text. in l. 2. C. de his qui latro. occulta. Sed an possit & liceat Domino rei subtractæ furto, accedere ad domus
1 aliorum, † & talem rem sibi furatam perquirere, & alibi credo me dixisse, quod sic, dum tamen id faciat authoritate iudicis, & hanc dicit communem Clarus libr. 5. recept. sentent. §. furtum numero 3. & ita practicari dicit, sed quod tutius erit, ne detur licẽtia partibus inquirendi, sed quod mittant iudices officiales suos ad hoc, vt euitẽtur scandala, imo & per edictũ, & præconiũ publicũ solet publicari, vt quicunque sciuerit de tali re furata, vel per edicta manifestam faciat, alias quod tenebitur de furto, & itidem, quod si quis senserit quis fecerit tale furtum manifestet illud, alias punietur, vel solet præmium ad hoc constitui, & hoc vltimum raro fit, ni si in furto magno, solent tamen ad hæc omnia manifestanda cõcedi litteræ monitoriæ, & censurarum à iudicibus Ecclesiasticis, vt inquit, Clar. dict. libr. 5. §. fin. quæstione. 27. nume. 3. & 4.

Ibi. *Y de mas que caygan e incurran en la misma pena.* Similis est text. in l. 1. C. de his qui lat. occult. l. 18. titulo. 14. partita. 7. & in hoc libro remanet dictum, & hoc procedit in quocunque
2 † genere crimjnis, secundum Auenda. cap. 7. Præt. numer. 2. libr. 2. & hoc dum tamen, vt ex nostro tex decerpitur, receptans, & nolens delinquentem prẽbere sciat esse talem; aliter † enim si ignorauerit, non tenebi
3 tur, vt & probatur in l. 12. C. de his qui lat. occult. & in terminis nostræ legis eam allegans tenet Didac. Perez, in l. 2. tit. 16. lib. 8. Ord. glo. 1. & 2. imo no
que debet credi faciliter cuilibet dicenti alium esse delinquentẽ † ex gl.
4 in c. 2. verb. audiuit de coniug. seruor. quæ allegat concor. text. cum glo. nõ pot. in cap. quam magnum. 24. q. 4. c. si quid. 86. distinct. & ibi, gloss. nõ credatur, sed debet adesse aliqua iustificata scientia, vt & in propositum inquit Dida. Perez, in l. 1. in gloss. *Los defendiere*, dict. l. titulo. 16. libro. §. Ordinamenti.

SVMMARIVM.

Alimenta non sunt transeuntibus deneganda nec carius vendenda. numero. 1.
Statutum an valeat, quod Forensibus graniores collectæ imponantur. nu. 2.
Æstimatio rerum venalium ex foro publico desumenda est. nu. 3.
Locus vbi res venditur est inspiciendus non locus venditoris. nu. 4.
Res venales possunt propria authoritate capi soluto iusto pretio. nu. 5.
Limitationes ad. l. inuitum. C. de contrahend. nu. 6. *remissiue.*
Seruum compellitur quis vendere potest eũ manumittere. nu. 7.

Lex. 15.

Summarium.

Cibaria, & necessaria ad sustentationem præstanda sunt itinerantibus in quolibet loco solutione eorum præstita.

IBI, *Les sea dado por sus dineros de comer, y de beuer para ellos y para sus bestias.* Non enim debent transeunti
1 bus denegari alimẽta, neq; carius † vendi, quam ciuibus, & incolis, vt est text. & ibi Doctores in capit. 1. de emptio. & vend. vt & per Boeri. communem asserentem Decisi. 69. num. 21. & Couarruui. libr. 3. Variar. capit. 14. numer. 5. versicul. huius tandem, & notat Mexia, in pragm. taxæ pan. conclusione. 4. numero. 26. ad, fin. cum sequenti. vbi nostram legem ad hoc allegat, & considerat, & Ripa. in tractat. de pest. titul. de remed. præserua. numero. 200. cum sequen. fol. 16. vbi limitat, valeret tamen statutum, quod forensibus graniores
2 collectæ † imponantur, vt per Crauet. consil. 201. numer. 14. & 15.

Ibi. *Les pidieren por ellos demasiados precios.* Intellige quando maioritas illa egreditur latitudinem iusti pretij, secus alias, & sic intelligit text. in. d. capitul. 1. de emptio. & vend. Didac. Perez, in l. 2. columna. 705. ad fin. tit. 23. lib. 2. Ordina. & idem significant verba hæc nostri text. in istis verbis *Demasiados precios*, quæ quidem sunt iustum pretium excedentia, quod quidem metiri potest, & regulari ex pretio in foro publico solito solui, quantum enim valeant frumentum
3 & aliæ res mobiles, † venales, nũquã debet inspici nisi in foro publico, vnde si minus, vel magis potest vendi extra forum publicum, illud non debet considerari, neque inspici, sed id quod in foro publico valet communiter per plures dies, non enim sufficeret, si per vnum diem, secundum text. in. l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. Alexand. consil. 86. numer. 8. volum. 2. & alij plures relati per Mexiam in dict. conclusione. 4. numero. 26. & ex text. nostro id videtur colligi ex verbis sequentibus, *Segun que alli en la comarca suelen valer*, & sic secundũ quod ibi in foro solent vendi.

Ibi. *Segun que alli.* Nam secundum Petrum relatum per Mexiam in dict. prag. panis dict. conclusione. 4. num. 27. inspici debet locus vbi res venditur, non vero pretium loci de quo
4 est, † vendens, & licet Forenses, & peregrini non sortiantur forum illius loci ex. l. hæres. ff. de iudi. possunt tamen se iuuare consuetudine loci in rebus emendis, secundum Mexiam ibidem, quod est optimum.

Ibi. *Por su propria authoridad.* Singularis lex probans, quod res expositas venditioni pro cibarijs, & sustentatione hominum, & animalium irrationabilium possunt propria authoritate capi à venditoribus soluendo
5 † pro eis iustum pretium, quod si recipere noluerint in potestate alicuius bonę personæ relinqui potest, ad limitationem legis, inuitum. C. de contrahend. vendi. de qua vltra Doctores, ibi, & in locis ordinarijs, & text. & ibi gloss. in l. 3. titul. 5. parti. 5. videndus est Couarruui libr. 3. Variar. cap. 14. Anto. Gomez. Tom. 2. capi. 2. nu. 51. Soci. in Regula. 435. & in plus
6 † Octoginta casibus limitatur per Doctores relatos per Horosci. in. l. 1. colum. 273. ff. de offi. præfect. Vrb. & itidem limitatur, vt non procedat fauore libertatis, nam potest quis compelli vendere seruum volenti
7 cum manu mittere, † ex text. in. §. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Instituta,qui sunt sui,vel alic.iur.l.1. §.illud.C. delati.lib.tollend. Lamberti.de iur patro.lib.1.articul.14.quæst. 3.princip. partis. 2.& etiam limitat Dida.perez in dict.l.2.titul.23.libr.2. Ordina.& iterum in lib.1.Ordina.colum.315.in princip.

SVMMARIVM.

Casus vbi fit demolitio fortalitiorum, & aliorum ædificiorum. nu.1.
Domus destructa propter delictum, an possit refici sine licentia regis. num.2.
Domus communis, an sit demolienda ob delictum vnius dominorum eius. num.3.& nume.4.& 5. an possit agi contra alium socium delinquentem, & vxor, vel creditores ad pretium contra fiscum.

Lex. 16.

Summarium.

Circundari debent fortalitia, & loca vbi delinquentes receptantur, & destruēda sunt, ne deinceps ibidem receptentur,& damna efficiantur.

IBI. *Sea derribada la dicha cerca,torres y fortalezas.* Hic est vnus de casibus vbi domus,& fortalitia destruūtur,& idem disponit text.in.l.5.titul. præceden. & hunc & alios casus vbi
1 sit similis demolitio.† refert Didac. Perez in.l.2 titu.16.lib.8.Ordin.pag. 325.glo. *Iusticia*, vbi quærit an domus sic destructa propter delictum possit
2 refici† sine licentia Principis, & inquit, quod non, sed an si domus illa sit communis cum alioqui non deliquit, an destrui debeat ob socij delictum,†& ibi inquit ex Corseto,singulari, communitas,quod hæc est communior,& verior opinio, quod non, & ibi alios,& alia pro ea allegat, vbi
4 an si de facto destruatur habebit † ne actionem contra Socium delinquentem. Et an vxor vel creditores possint hoc impedire, vel fiscus teneatur eis ad pretium † domus,vide
5 Tyberi.Decian.2.Tom.de delict. lib. 7.cap.40.nu.37.

SVMMARIA.

Iudices negligentes in capiendis furibus puniuntur de negligentia.nu.1.

Lex. 17.

Summarium.

Iudices & alij fraternitatis officiales tenentur esse diligentes in administrāda iustitia, & in executione harum legum, & omnes eis fauere debent sub pœnis nostræ legis.

IBI, *Y pongan mucha diligēcia.* Tenētur enim iudices omnem apponere diligentiā in perquirendis latronibus,& furibus, aliter enim tenebuntur de negligentia, † quæ est maxi-
1 mum delictum, vt in lib.3. supra diximus plura de negligentia, debentque vias & itinera tuta tenere, & à latronibus, & derobatoribus secura, vt diximus in.l. fin. titulo. 9. supra, isto lib.

Lex Vigesima.

Summarium.

Condemnati absentes per iudices fraternitatis coram eisdem possunt se præsentare, & ostendere de innocētia sua,& audiendi sunt.

Ibi.

IBI. *Se pueda presentar ante los mesmos jueces.* Simile disponitur in.l.3.titulo.10.lib. 4. supra, in condemnatis per iudices ordinarios ciuitatum, & villarum in absentia, & contumacia, tamen.l.49.infra eodem, hæc al- 1
terantem,vt in quit subscriptio marginalis.

Ibi. *Y muestren su innocencia.* Idem in dict. l.3.titulo.10.libr.4.supra, vbi plura diximus de innocentiæ probatione admittenda.

Ibi. *Los pornan en su libertad,assi como la tenia antes.* Et sic ligatus duci nō poterit ad libertatem, vt diximus in. l. 3.titu.2.lib.1.supra,num.6.

De lege. 25. vide quæ diximus in l.6.titulo decimoseptimo,libro quinto,supra, cæterę leges, vsque ad. 32. iam cessarunt, vt est videre in margine earum.

SVMMARIA.

Præmia capturæ iudici capienti non verbo.condemnanti danda sunt. numero. 1.
Expensæ factæ in capiendo delinquentem a beo soluendæ sunt si pro tali, sit condemnatus non vero alias. numero. 2.& numero. 3. & numero. 4. quid si ex officio index procedat.& numero. 5. hæc pro sequuntur.
Remissio delinquentis de vno loco ad alium cuius expensis fiat. numero. 6. &. 7. & 8.&.9.
Appellans si est remittendus ad iudicem ad quem expensis fiet appellatio. num.10.

Lex,32.&,35.

Summarium.

Præmia danda capientibus delinquentes hic describuntur,& ex quibus bonis sint soluendæ expensæ factæ in captura eorum.

Azeuedo super.8.

IBI, *Que prendieren o hizieren prender.* Ex ijs verbis colligitur præmia deinceps, per.l.nostram,& per.l. 35. infra eodem constituta esse dāda ac soluenda capienti delinquentem nō vero iudici condemnāti, † vt clarissimè ex verbis harum legum colligitur, eo quod capiens delinquentem hic videtur esse merus minister iustitiæ, cum eo mediante fiat executio in delinquentem, qui si non caperetur puniri non posset,verum quia ministri iudicum fraternitatis eorum mandatis, & commissionibus delinquentes capiunt, & cum ipsi dicant, prout consultus dicit in principio codicis, omnia nostra facimus quibus authoritatem nostram impartimur. Ideo dicit text.hic, *O hizieren prender*, vt ipsi præmia sibi capiant.

Ibi. *Que si el malhechor q̄ fuere justiciado.* Nota verba hæc *Malhechor*, vt ex eis intelligas, tunc ex bonis huius capti, & incarcerati esse soluendas expensas factas, quoties apparet
2 esse culpatum, & delinquentem, † secus vero si non esset culpatus, & innocens, nam tunc sicut absoluitur à principali,ita debet ab ijs expensis absolui, vt dixi in.l.4.glo. *Sin dalio*, tit.23.lib.4.supra,& sic iustissimè prousum est in curijs de Madrid anno, 1583. *Que se acabaron*,an.1585.cap.13. quod expensæ itinerum tam iudicū fraternitatis quam aliorum iudicum non petātur ab accusato, sed ab accusatore,interim,q̄ non apparet accu-
3 satum † esse condēnandum,prout & in.l.24.tit.4.lib.3.supra, ad quā illud cap.13.se refert. disponitur.

Ibi. *Que de aquellos sea pagado.* Intellige postquā cōstiterit esse malefactorē,& sic tēpore sententiæ, ante enim de bonis querelātis sunt soluēdæ hæ impēsæ,vt in gl.precedēte diximꝰ, vel si ex officio proceditur soluendę sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *De gastos de justicia,* † secundum quod inquit dict. l. 24. titul. 4. lib. 3. supra, & facta condemnatione contra culpatum, tunc ex bonis eius soluentur accusatori, vel *A los gastos de justicia, de dõ*
5 *de se sacaron,* † vt in dict. l. 24. & iterum in. l. 35. infrà isto titu. & ita tenet Auẽda. cap. 10. præt. num. 14. libr. 2. & Couarr. in pract. cap. 11. num. penult. ita insinuat esse de iure communi etiam cum de causa remissionis agitur, sed hodie ex. l. 3. titu. 16. infra isto lib. quo
6 ad remittendum delinquentem † de vno loco ad alium vbi delictum commisit, remissio hæc facienda est, primo expensis delinquentis remittẽdi quod si ipse non habeat bona fiet expensis accusatoris, & si ambo sunt pauperes, fiet expensis officialium iustitiæ, vbi delinquens fuit repertus, & intellige non expensis ipsorum officialium, sed de pecunia publica, vt inquit Auend. vbi supra, numer. 15. & Dida. Perez. l. 1. titul. 17. gloss. 1. ad fin. lib. 8. Ordin. & vt inquit Barto. in. l. diuus in fin. ff. de bon. damnato. vbi ad dictio litera. D. ex alijs multis condemnationibusque, & in hoc dicta. l. 3. deuiat à iure communi, vt aduertit Couarr. vbi supra, & sic nostra lex in præsenti iubens de bonis condemnati soluendas expẽsas capturæ, & similes tempore sentẽtiæ non vero ante vt ex dict. ca. 13. curiarum anni. 1583. de Madrid in gloss. præcedente allegato apparet, limitantur, vt non procedant, quoad expensas faciendas in remittẽdo delinquentem ad iudicẽ loci delicti, in ijs enim dict. l. 3. titulo
7 16. † seruanda videtur, vt diximus vbi supra ego tamen quicquid Couarru. vbi supra, voluerit dictã. l. 3. titul. 16. infra eodem deuiare à iure communi, & sic quod statim accusatus debeat soluere has expensas remissionis etiam si condemnatus non esset, teneo indubitanter legem istam. 3. nullo modo deuiare à iure commu-
8 ni, † sed cum eo concordare, nam lex hæc. 3. supponit accusatum, & sic malefactorem de quo in illo versiculo. *Y mandamos otro si*, esse iam sententia condemnatum, & sic nimirum, quod ab ipso prius expensas has, & à suis bonis recuperãdas esse disponat, nam idem erat de iure communi, & ex dict. c. 13. curiarũ de Madrid ann. 1583. & ex dict. l. 24. titul. 4. lib. 3. supra, etsi nihil noui neque iuri communi contrarium disponit lex hæc 3. & quod ita sit patet clarissime ex ea nam in eius proœmio, & in versicul. *Porende ordenamos*, de condemnato per sententiam loquitur, ibi, *Si fuere condenado y dado por hechor por sentẽcia*, & hũc remittendum esse iubet iudici, vbi delictum commisit, vt ibi puniatur, vbi deliquit, & ad expensarum solutionem in remissione faciendarum, procedit in dict. versicul. *Y mandamos otro si*, qui versiculus est repetitiuus ex dictione illa, *Otro si*, vt in. l. in repetendis, & ibi Bartol. & omnes de leg. 3. ergo de ante dicto condemnato est, & loquitur versiculus hic, de quo & in præcedentibus loquebatur & cum condemnatus sit, nimirum si prius ex bonis eius sint dictæ expensæ soluendæ, secundum quod de iure communi erat decisum, vbi vero deficit condemnatio remissio † expen
9 sis eam petentis facienda prius est, & si non habet bona vnde eas solnat, ex bonis accusati soluentur, & ijs deficientibus, *De gastos de justicia, o de la camara y en hermãdad de gastos de ella*, & condemnatione facta recuperabũtur ab ipso condẽnato, & eius bonis, & hũc credo, & teneo esse verum intellectum dict. l. 3. titulo. 16. infra eodem & secundum dicta sic teneo esse faciendum, & miror, quod Couarru. vbi supra, ad hæc non aduerterit cum illa. l. 3. expresse disponat sicut dictum

dictum est, & Auenda. in dict. numero. 14. versiculo, quam opinionem, si bene inspiciatur ita hanc l. 3. voluit intelligendam, & Didac. Per. in ead. l. 2. titu. 17. lib. 8. ord. in gloss. fin. transiuit & male cum Couarr. & Auil. in cap. 27. præt. gloss. pen. num. 24. & sic teneo quòd siue expensæ fiant in capiendo delinquentem intra territoriũ iudicis, siue extra territoriũ ante condemnationem accusati, siue vt remissio fiat ad locum delicti per iudicem loci vbi captus est, debent soluj hæc expensæ per accusatorem, si habet bona, vel eis deficientibus, *De gastos de justicia.* vel si ex officio iudex procedit & condemnatione facta satisfiet soluens eas ex bonis condemnati si bona habeat, vel si deficiant bona eius ex multis alijs fiet satisfactio vt supra dictum est ex Bart. & ita erat de iure communi determinatũ, vt apparet ex Auend. dict. num. 14. & Auiles vbi supra, & ex dict. l. 24. tit. 4. lib. 3. supra quæ vbique debet seruari vbi est eadẽ ratio vt dixi in rubr. eius dict. titul. 4. & ex dict. cap. 13. Curiar. de Madrid, ann. 1583. sic præcipitur maximè in ijs fraternitatis iudicibus. Sed si condemnatione iam facta petatur remitti condemnatus tunc cum iam appareat esse malefactorem & culpatum fiet remissio expensis eius, & si caret bonis fiet expensis accusatoris, & omnibus ijs deficiẽtibus expẽsis publicis loci illius vbi erat detẽtus & à quo remissio est facienda ex dict. l. 3. titu. 16. infra eod. quæ in hoc vltimo casu loquitur, non vero in primo, & sic tenendum est, vbi tamen captus mittendus est sub fida custodia ad iudicem ad quem appel-
10 latuit, ipsius appellantis expensis † mitterur, secundum Auendan. vbi suprà, dict. num. 14. versic. item quando vel quando, vt liberius stet in carcere, cum custodibus ipse soluet, quia est in suum commodum, vt ibi Auenda. in versi. item quando captus & si in ijs casibus non habet vnde soluat soluet accusator, vt ibi per eund. Auẽda. versic. si vero.

Lex. 48. & 49.

Summarium.

A sententijs iudicum fraternitatis ad quem appellandum sit, declarat lex nostra.

IBI, *Ante los nuestros Corregidores de aquel partido.* Ex quo inquit Auenda. c. 6. præt. nu. 4. versic. Item in casibus. lib. 1. quod in casibus in quibus domini vassallorum possint causas appellationis audire, tamen in appellationibus interpositis à sententijs iudicum *de la Hermandad*, nõ se debent intromittere eo quod debẽt ad correctores Regios illius districtus, *de sey smil abaxo*, ire, & si extra illius iurisdictionem res contigerit ad correctorem, vel iudicem maioris propinquioris adelantamenti ibunt, & consequenter non ad iudicem appellationis in locis dominorum constitutum per eos, & ibidem in eodem num. 4. versic. Regij tamen, legem nostram ad hoc allegat quibus quidem totus iste prolixus titulus remanet expeditus, vt ad alios accedamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO. XIIII. DE LAS ligas y monipodios y confradias.

CVM in superiori titulo dictum sit de iudicibus fraternitatis ad puniendos derobatores cõstitutis, & soleant plerunque hæc latrocinia & derobationes per multos fieri ad hoc coadunatos, ideo sequitur Titulus noster prohibens, has & similes coadunationes confratrias & collegia, & in progressu videbis diffinitiones horum vocabulorum, & in l.4. de monopolijs tractatur.

SVMMARIA.

Coniurationes & conuenticulæ quæ in re Hispano sint, nu.1. & 2. & nu3. quòd congregationes & confratriæ aliquando dicuntur.
Collegium & corpus an differant, num.4.
Confœderationes pro defensione casus particularis puta pro defendenda nobilitate licitæ sunt, num.5. & 6. si iustè fiant vt numero.8.
Actus si impunè fieri potest cõuocari possunt amici ad illum faciendum. nu.7.
Pactum an liceat fieri cum offenso nè se cum offensore concordet, nisi de consensu talis, num.9.
Confœderationes & congregationes gẽtium in dubio illicitæ præsumuntur. nu.10.
Conspiratio etiam contra nocentem factam præsumitur ad malum, nisi aliud probetur. nu.11.
Quomodo conuenticula probetur quod sit. n. 12. & n.13. quomodo probetur exclusio conuenticulæ.
Personæ appellatione an veniat concilium. num.14. & 15.
Pestis capitalior nulla est in Rep. quam licentia ad congregationes. nu.16.
Collegium omne dicitur illicitum, nisi probetur principis authoritate constructum. numero.17.
Clausula sub pœna nostræ iræ, quid importet. num.18. & 19.
Collegium illicitum faciens Maiestatem Regiam lædit. nu.20.
Quid considerandum in punitione congregationum illicitarum. nu.21. & 22. & numero.23. quod pœna remanet principi arbitraria.
Præmij spe potest quis inuitari ad capiendos bannitos, pros, & apros. nu.24.

Lex. Prima.

Summarium.

Adunationes & ligæ per concilia, vel quaslibet personas fieri non possunt, sub pœnis in hac lege & seq. contẽtis.

HBI, *Ayuntamientos y ligas.* Quæ quidem conuenticulæ appellantur aliquando, vt appareat ex tex. in cap. 1. §. conuenticula, de pace renend. inter subdit. in vsib. feud. & l. conuenticula. C. de Episcop. & cleri. & l. denũtiamus. C. de ijs qui ad eccles. confug.
1 aliquando vero coniurationes † dicũtur, vt cap. cõiurationem, & cap. si qui clericorũ. 11. q. 1. & aliquando vocantur

cantur ligæ & adunationes vt hic & vocat sic Bald. in rubr. C. pro socio col. 1. n. 4. versi. & aduerte quod istud nomen, aliquando cõfœderationes
2 dicuntur, siue congregationes, & conspirationes, vt per Auilesc. 2. prætor. verbo. *ni confederacion.* n. 1. & 2. & diximus in l. 2. tit. 6. li. 3. supra quando
1 que etiam appellantur confratriæ † vt in l. sequente. 3. vel societates vt l. 1. circa principium. ff. quod cuiusque vniuersi. nom. vel sodalitia vt in l. 1. ff. de colleg. illic. Aliquando collegia vt ibi, quandoque corpora vt in d. l. 1. ff. quod cuius vniuer. nomi. & l. 3. §. à municipibus. ff. de bonorum possess. & alia iura allegata per Decian. in. 2. tomo de delictis. li. 7. c. 20. n. 1. vbi dis-
4 cutitur an differant † collegium, & corpus vt per ipsum videri potest, cũ non sit nostræ speculationis: quocunque tamen nomine vocaueris has gẽtium inuentiones ad malum indubio censentur, vt in hac videbimus lege.

Ibi. *En general contra qualesquier que contra ellos fueren, o quisierẽ ser,* ita vt nullum contingibilem casum siue licitũ siue illicitum excludant sic se congregantes, & adunantes ac cõfœderantes: secus vero si ad casum particularem, vel particulares actus licitos, & honestos, nam tunc licitum est con-
5 fœderationes facere, † vt puta si nobiles alicuius loci, se congregent pro defendendis suæ nobilitatis præeminentijs, coram iudice vel rerum suarũ, vt semel vidi & respõdi, tũc enim non solũ non cõmittitur delictũ, ve-
6 rum est licitum ad hæc † se congregare, & cõfœderare, cũ sit ad iustitiam suam defendendam, secundum glos. Occulte, in Authen. qui sint rebelles & additio. Bart. in l. 2. C. de delator. lib. 11. & tradit Matthæ. de Afflict. in c. 1. §. cõuenticula. n. 2. 3. & 4. & n. 8. de pac. iuram. firm quem sequitur Decia. in tom. 2. de delict. lib. 7. ca. 20. num. 16. & Auiles. d. cap. 2. præt. glos. *Ni confederacion.* numer. 11. & optimè Aimon Crauet. cõsil. 3. num. 14. cum sequentib. aliquib. nam quãdo actus impune conceditur, vt fiat, videtur
7 concessum †, vt conuocatis amicis fieri possit, secundum Bald. in c. fin. col. 2. de iuram. calum. & Ruf. cõsil. 1. n. 1. volu. 5 ita vt si quis potest defendere suam nobilitatem possit conuocare ad hoc amicos, & omnes dare fidem de defendendo & num. 2. prosequitur, hæc ipse Ruinus, & hęc procedunt, siue ab vno, siue à pluribus fiat hæc confœderatio. Dum tamen pro iustè & licitè se defendendo fiat: nam pro se defendendo iniustè non licebit confœderationes & conuenti-
8 culas facere †, vt de ill. 3 Cremonensibus scribit Bosius, in pract. crim. subtit. de vnionibus. n. 2. versi. Et superioribus annis, & eo relato Decia. vbi supra, num. 17. ex quibus displicet mihi id quod fit in aliquibus locis, præmaximè ciuitatum & populorum, vbi adsunt partialitates in quibus si vnus partialis committit aliquod delictũ statim alius cõtrariæ partialitatis cõuenit se cum offenso ne recedat ab accusatione & iure accusandi sine istius conuenientis † cõsensu, neque
9 cum offensore concordiam faciat, nam cum ex parte istius qui sic conuenit sit illicitum istud facere, eo ꝙ impedit pacem fieri, & discordias ponit, quòd est diabolicum intentum, credere quòd offensus possit adhuc inire pacem & concordiam cum offensore sine obstaculo dicti instrumenti, & absque metu pœnæ eius, etiam si aliud voluerit Parisius, consilio. 69. num. 109 & 146. & sequentib. lib. 3.

Ibi, *So color.* Id est, sub prætextu boni cum ex se sit ad malum finem constitutum: hoc enim lex ista reprobat & fieri

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fieri defendit, non vero si ad bonũ finem, putà ad res defendendas honorem & præeminentiam, hoc enim licitum est, vt in gloss. præcedente diximus.

Ibi, *Muchas vezes no a buena intencion.* Imo quasi semper congregationes &
10 confœderationes gentium † præsumuntur illicitæ, ex quo sunt de genere prohibitorum, & cum dolo factæ, vt sancitum est in l. 3. in princip. C. de summa Trinit. & in l. cõuenticula. C. de Epis. & cler. & in l. 1. C. ad leg. cor. de fic. & in l. si non conuitij. C. de in iur. & idem sentit Lucas de Pen. in l. 1. num. 197. C. de agrico. & censit. lib. 11. & in term. resp. Alexand. consil. 3. col. 1. volum. 1. Natta. consil. 665. sub num. 2. versic. pro quò facit libr. 4. & per Alexan. ad Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit. & Aulesi. cap. 2. præt. versi. *Ni confederacion*, nume. 4. & 5. & alij relati per Marant. in pract. 6. part. in princip. num. 130. pag. 333. vbi inquit cum Archid. in cap. illud colum. penult. 23. distin. quod etiam si contra
11 nocentem sit conspiratum, semper præsumitur ad malũ † nisi aliud probetur, vnde cum cõuenticula illicita præsumantur probanda erit per participes criminis, secundum Alexan. consil. 13. num. 14. lib. 6. & consi. 120. nu. 3. lib. 7. quin etiam potest per coniecturas probari, cum materia sit difficilis probationis, vt author est Hippolyt. in pract. in princip. num. 6. & 7. & quomodo probetur quòd sit con-
12 uenticula, docet Corneus consil. 216. per totum, libr. 3. vbi inquit esse conuenticulam quotiescunque congregatio ascendit ad numerum decem hominum & idem Cor. consil. 199. lib. 4. & Parisi. consil. 171. num. 9. cum pluribus lib. 4 & Alexan. consil. 224. num. 3. lib. 2. ad excludendum vero conuenticulum (quæ debet esse congregatio ex proposito) facit præ-
13 sumptio quòd casu, † & fortuito quis præsumitur in loco delicti astitisse, vt traditum est à Felin. in capit. sicut dignum, num. 6. de homicid. & Carrer. in pract. §. de homicidio el. 2. num. 55. & gloss. in l. 15. titu. 15. partit. 7. gloss. mag. ad fin. & Grammat. decisio. 25. num. 3. Anto. Gom. tom. 3. cap. 3. nu. 49. Auilesi. cap. 1. præt. versic. *Ni consentiran*, nu. 23. fol. 54. & Gram. decisione etiam. 32. num. 3. & Hippolyt. in pract. §. pro constante. num. 46.

Ibi, *Nos queriendo la paz*, ob quã pacem habendã & conseruandam multa sunt in iure statuta vt diximus in l. 1. titul. 2. lib. 6. suprà.

Ibi, *Y procurando a lo que es por venir.* Lex enim futura prouidet regulariter, nisi aliud disposuerit, vt diximus in l. 6. tit. 1. lib. 2. supra.

Ibi, *Y personas singulares*, Cum in proximis præcedentibus verbis dixerit de concilijs & communitatibus, & nunc de personis singularibus loquatur, probatur ex ijs quod appellatio-
14 ne personæ non venit cõcilium † collegiũ, vel vniuersitas, illa enim vox singulares, quæ idem est quod particulares, secundum cõmunem vsum loquendi, qui attendendus est, denotat singulares personas, non autem vniuersitates, imo opponitur de directo, vniuersitati, vt probatur ex l. 1. in fin. C. de iur. emphyt. vbi appellatur damnum particulare, quod partem rei cõtingit, & non vniuersam, vt exponit ibi glo. & alij & refert Tyber. Decia. Resp. 55. num 26. volum. 1. vbi num. 24 probat appellatione personæ non comprehendi collegium capitulum aut vniuersitatem. Et hoc
15 proprie loquendo verum est ficte tamen intelligitur † aliquando, secundum Ias cõsil. 18. volu. 1. relatum per eundem Tyberi. Decia. Respon. 10. num. 45. volu. 1.

Ibi, *De hazer, ni hagan ayuntamientos, ni li-*

ni ligas con juramento. Sunt enim regulariter coadunationes hæ, & ligæ pernicioſæ, & ſic omni iure prohibitæ, niſi ſpecialiter & nominatim appareant cõfirmatæ, ex eo quod nulla ſit capitalior peſtis in Repub. quam li
19 centia cuicũque permiſſa † vt poſſint pro libito interſe coire, cum ex ijs coitionibus & factiones & ſeditiones & tumultus ac maxima aduerſus remp. pericula oriri poſsint, & ſic plu ribus ante legibus, illicitis collegijs obuiatum eſt, nam & Tarquinus rex Romanus lege per eum lata omnia collegia, quæ tũc plura inſtituta erãt diſſoluit, exceptis ijs, quę à Numa prę deceſſore ſuo fuerãt vel inſtituta, vel comprobata, vt hæc & alia refert Tyberi. Decia. in 2. Tom. de delict. libr. 7. cap. 20. num. 3. & 4. licet vt ipſe ait num. 2. ex lege Solonis licita erant omnia illa collegia, quæ non reperirentur prohibita, atque hac forte de cauſa in legibus duodecim tabularũ nulla lege prohibebantur collegia, quia leges illę ex legibus, Græcis erãt ſed tamen alijs legibus, ſcilicet l. 3. §. 1. ff. de collegijs illicitis & ex noſtris omne collegium dicitur illicitum ni
17 ſi probetur authoritate principis cõfirmatum †, vt & per Didac. Perez, in præſenti ſub tit. 11. lib. 8. Ordinam.

Ibi, *Aura la nuestra ira.* Quæ quidem in pœna indignationis & iræ
18 Regis ac Principis, pœna mortis † iudicatur, ſecundum text. in l. nihil interest, in fi. princip. ff. de adult. & in-
19 ducit † priuationẽ beneficiorum ſecundum Barba. conſil. 11. col. 5. in fin. volum. 1. Maieſtatem enim Regiam
20 lædere videtur collegium † illicitum faciens, præſertim ſi aduerſus Rempublicam id colligat, vt videtur probari in l. 2. iuncta glo. & ibi Bart. ff. de colleg. illicit. & in l. 1. ibi quive cœtus. ff. ad leg. Iul. Maieſt. vt per Tybe. Decia. in dict. tom. 2. delict. lib. 7. cap. 20. nu. 5. qui tamen ibidem in nu. 31. inquit, quod in talibus congregatio-
21 nibus & conuenticulis illicitis † puniendis debet cõſiderari qualitas perſonarum, & cauſa congregationis, animus congregatorum, & effectus congregationis, vt pulchrè per Bald. conſil. 262. num. 2. volum. 2. Vbi hac de cauſa defendit quoſdam hæc facientes. Et diuerſæ pœnæ erant ante
22 ſtatutæ contra facientes † has congregationes & conuenticulas. Primo enim eſt pœna exilij & publicationis bonorum ex l. 1. C. de monopol. Secundo pœna vltimi ſupplicij, ex l. denuntiamus. C. de ijs qui ad eccleſ. cõfug. Tertio, ſinguli coniuratores puniuntur ad vnam libram auri ex tex. in cap. 1. §. conuenticulas, de pace iuram. firm. Quarto, pœnã l. Iuliæ Maieſtatis ex text. iuncta gloſ. in l. qui illicitum. ff. de colleg. illicit. Quinto, ex l. 2. C. de ſeditioſis imponitur pœna grauiſsima, & ſic mortis contra iſtos ſeditioſos turbãtes publicam pacem & de quibus etiam loquitur text. in l. ſi quis aliquid. §. authores. ff. de pœnis, & habetur in c. ſeditionarios, & ibi Archid. 46. diſtinct. Sexto, ex text. in l. aut facta. in princ. ff. de pœnis, puniuntur pro qualitate delicti & euentus, vnde innuit iſte text. quod iſta ſit pœna arbitraria, & variabilis ſecũdum delicti atrocitatem, & ita probat noſtra lex in præſenti, in ſequentibus verbis dum dicit, *Y demas que procederemos contra ellos y contra sus bienes, en aquella manera que nos entendiremos que cumple a nuestro seruicio, y a las penas que merecieren los quebrantadores de nuestra ley, segun la grandeza y qualidad de los maleficios, y de las personas que contra esto hizieren.* Et hoc eſt quod inquit Decia. dict. cap. 20. nu. 31. quod eſt conſideranda qualitas perſonarum & cauſa cõgregationis & effectus eius, & animus congregatorum, ex Bald. conſil. 262.

Universidad de Deusto
Biblioteca

262. volum. 2. & sic etiã esse pœnam
23 † arbitrariam principi, inquit, Didac. Perez. in l. 1. tit. 11. lib. 8 Ordinam. gloss. *Aura nuestra ira*, sic inquiens intelligenda hæc verba, *Aura nuestra ira*. Et tũc grauissimè punientur, cum principaliter aliquid actum est, quo seditio concitaretur, secus si incidenter secundum Gram. voto. 9. num. 2. post Bald. in l. 1. §. huius studij. nu. 6. ff. de iust. & iur. & Menochi. de arbitrar. casu. 266. num. 4. qui & in casu. 394. num. 67. inquit, esse arbitrariam pœnam hanc, & ita tenendum est cum id expresse lex nostra probet, & hoc quo ad pœnã corporis afflictiuam, sed quo ad bonorum pœnam per legem sequentem imponitur amissio eorum, quæ à Rege habent, & ciuis, & popularis perdit omnia bona cameræ Regiæ applicanda.

Ibi, *Y porque los hombres se mueuan mas de ligero*. iunctis verbis sequentibus: *Que el accusador, o denunciador, aya la tercia parte*; Hic habes text. probantem posse aliquos allici & incitari ad denuntiandum maleficia, spe præmij percipiẽdi & sic valeret statutum & Bannum, quod capienti bannitũ detur tantum, vel capienti † vrsos, lupos, ac alia nociua animalia, & sic in nostra lege pars cõdemnationis denuntianti applicatur, adeò enim sunt homines pigri & inuolũtarij denuntiandi maleficia, imo & ipsius iustitię ministri, quod adhæc lucri spe incitandi & excitãdi sint, vt id quod animus eorum non efficit, pecunia efficiat, quid enim non mortalia pectora coget auri sacra fames?

Ibi, *Que no valen, ni sean tenudos de las guardar*. Idem probat text. in cap. 1. §. conuenticula, de pace tenend. inter subd. & gloss. ibi.

Ibi, *Ni por ello puedan ser dichos quebrantadores de fe*. His verbis colligit Didac. Perez, in præsenti, sub. l. 1. tit. 11. lib. 8. Ordinam. Principẽ habere vim Apostolici, & sic posse tollere iuramẽta & eorum vires, de quo diximus nos latius in l. 11. tit. 1. lib. 4. supra, nu. 1. cum plurib. sequent.

Ibi, *Y rogamos y encargamos a todos los perlados*, qui quidem rogitũ regis adimplere debent cum sit iustum & cõueniens Reipublicæ & eius tranquillitati, vt diximus l. 1. num. 45. cum sequentibus, tit. 1. lib. 4. suprà.

In l. 2. ibi, *Y qualquier que lo contrario hiziere*. Lex hæc declarat pœnas horum delinquentium, quæ per legem primam non erant declaratæ, & sic vt ibi dixi, quo ad pœnam corporis afflictiuam adhuc pœna remanet arbitraria principis arbitrio moderanda, sed quo ad bona lex nostra in præsenti declarat pœnam bonorum imponendam.

SVMMARIA.

Confraternitates phratrias vocat Budæus. nu. 1. & nu. 2. quid apud nos.
Confratres inter se statuta faciunt, nume. 5. & 20.
Confratres nõ possunt bona cõfratriæ in alios vsus conuertere, num. 4. neque possunt bona illa alteri confratriæ vnire officiales sine consensu omnium confratrum. numero. 5. & 6.
Confratres possunt renuntiare confratriæ dum tamen nihil retineant de bonis eius. num. 7.
Confratres non tenentur ex bonis confratriæ soluere decimam Papalem siue Regalem, & sic neque subsidium. nu. 8.
Episcopus & eius vicarius an possint visitare cõfratrias, & rationes bonorũ earum exigere, num. 9. & 10.
Fraternitas siue consortia an faciant collegia approbata, num. 11.
Collegium omnium est approbatum à iure, num. 12. & num. 22. declaratur.
Confraternitates disciplinatorum an sint approbatæ, nu. 13. & num. 14. quid in leprosorum collegio.
Collegium Doctorum & scholarium, an sint approbata, nu. 15. vbi & quid mulierum laicarum, & nu. 16. an detrahatur Trebellianica vel Falcidia de relictis eis a filiis.
Confratres se possunt congregare promissis dicendis & pro communis ex suis pecuniis faciendis, num. 17. & 19.
Collegium licitum licet inde eueniãt aliqua aduersa non est improbandum, nume. 18. & solet habere vexilla sua, num. 21.
Collegium licitum apparet eo ipso quod principes illi referibi tanquam collegio, numero 25.

Lex. Tertia.

Summarium.

Ergæ non fiunt faciendæ sub præ textu confraternitatum nisi vt hic.

1 IBI, *Iuntan confradias*, Budęus in Annota. ad pandect. istas confraternitates dicit † phratrias vocari, his verbis. Sunt autem, phratriæ apud Aristotelem, cõuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula, quasi gapi propria sibi sacra, peculiariusque communiter habentium, ab eo dicta phratriæ, quòd communiter eo vtantur quòd Græce, φρέαρ, dicitur, quo nomine primũ, quas confratrias hodie dicimus, id est cõmuniem quandam religionem appellatas esse putat: non autem ab eo quòd fratres sint illi, inter quos cultus ille sanctorum quorũdam intercedit, vt refert Rebuf. in 2. tom. constit. Fran. titul. de confratrijs in princip. num. 10. vbi ipse, num. 11. inquit se putare cõfraternitates Gallico sermone quodammodo tamen à fraternitate dici, vt quia Vlpianus ait, societatem ius fraternitatis quodãmodo habere in l. verum. ff. pro socio, ergo ista societas ad cultum inuenta diuinum dicitur fraternitas, quasi societas & fraternitas ad vnum cultum, quia sunt sunt omnes fratres in Christo, capit. ad mensam. 11. quæst. 3. sicut itidem videmus vocari fratres inuicem in Cœnobijs, ad quorũ similitudinem verius possemus dicere has confraternitates esse inductas: nã illa Græca deductio, φρέαρ, multum longe petita videtur. Et apud nos Hispanos etiam confratriæ appellatur, in quibus sunt † homines adunati & congregati ad aliquod ipsarum confratriarum institutum adimplendum, & confratres ipsi inter se † statuta faciũt pro regimine & bona earum gubernatione, & inter se eligunt officiales & administratores omni anno, in administratores & gubernatores cõfraternitatum, & bonorum earum, qui tenẽtur pro mala administratione, & tenentur administrationis reddere rationẽ, & hæc sua statuta quotidie reuidenda & confirmanda portanę Episcopo, vel eius vicario, neque possunt bona in alios vsus quam destinatos consumere, aliter enim tenebuntur de suo soluere † adeo vt officiales vnius cõfratriæ nõ potest vnire alteri confratriæ vtensilia, seu alia bona † suæ confratriæ per. l. quisquis. & l. pen. C. de spect. libr. 11. vbi Iacob. Rebuf. it a tenet, nisi hoc fieret de cõsensu confratrum illius fraternitatis, ac † Episcopi. c. 1. de reb. eccles. non alie. quia nõ debet vnum altare exui, vt aliud induatur. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. tenet Petr. Rebuf. in dict. 2. tom. Fran. in dict. tit. de confratrijs. num. 9. licet ipsimet confratres possint secundum eum ibi. n. 12. renuntiare confratriæ, dũ tamen nihil retineãt ile bonis eius †, alioqui ante quã renũtiẽt illa reddere debẽt, imo & pœnas debet soluere cõfrater sine causa exiens à cõfratria per eius statũ signatas & positas prout quotidie apponuntur. Taleique cõfraternitates laico-

Universidad de Deusto
Biblioteca

laicorum præmaximè ex bonis confratriæ non tenentur soluere decimã
8 Papalem † seu regalem, & sic neque subsidium, quia hæc non soluuntur nisi ex beneficijs. Clem. fin. de decim. quorum nomine non veniunt confraternitates, glos. ibi, & in. §. voluit. verb. Beneficium decimatis in pragmatica sanctio. & text. in extrauaganti, vna de decim. in communibus, ita Rebuf. in d. tit. de confratrijs. n. 7. vbi nu. 8. inquit quod neq; ex legatis talibus cõfratrijs (prout fieri posse inquit ibidẽ num 6.) non debetur quarta Episcopo, sicut de alijs relictis Ecclesię. cap. requisisti de testam. quia personis & non loco relictum videtur, secũdum Panor. & Imol. in cap. officij, eod. tit. super quo distinguit Petr. de Vvald. in Tract. de Cano. Episco. libr. 1. q. 14. quia fraternitas non est de iurisdictione Episcopi, cũ nõ sint loca sacra, nec Religiosa, vel Ecclesiastica, & sic coram Episcopo cõueniri non possunt, de quo late diximus in. l. 10. tit. 1. libr. 4. supra. Sed est cotidiana quæstio & in practica cotidie habita, nũ Episcopus & eius vicarius poterũt visitare
9 † has cõfraternitates & petere ab eis & exigere rationes bonorũ ipsarum fraternitatum, & regulariter dicendum est, quòd sic, vt circa visitationem disponit tex. in decreto. 8. sacri concilij Trid. sesio. 22. de reforma. & tex. in Clem. quia cõtingit, de religi. domib. & c. tua. & c. Ioannes, de testam. & in d. c. 8. limitatur hoc, vt nõ procedat circa ea locapi 1, quæ sunt sub Regũ immediata protectione, sine eorũ licentia. De ratione vero exigẽda & petẽda ab administratoribus dictarũ cõfraternitatũ ab Episcopo, est etiã tex. in decreto. 9. eiusd. sess. 22. cõcil. Trid. vbi hoc limitatur nõ procedere, quoties ab statuto, vel cõsuetudine ipsarũ confratriarũ & earum confratrum sit inductũ & determinatum, quæ personæ debent has rationes exigere, nam tunc Episcopus
10 non potest in eis exigẽdis † se intromittere, neq; eius vicarius, nec visitatores, & cum aliquando in id se volebant intromittere, declinabã eorum iurisdictionẽ, & petebam se inhibere ab hoc, & remittere illis, quibus erat remissum per statutũ & consuetudinem taliũ confraternitatũ, vel piorũ locorũ, & à cõtrario appellabã in forma & protestabã Regale auxiliũ, *De la fuerça*, & afferri faciebã prouisionẽ ordinariam Regij cõsilij, vel chancellariæ, vt processus in dicto gradu *De la fuerça*, ibidem portaretur, & ibidẽ declaratum fuit semper vim fieri per Episcopũ & eius vicariũ, & q̃ in hoc se non intromitterent, prius tamen quam processus deferretur in dicto gradu faciebã informationẽ dictæ cõsuetudinis, vel præsentabã statuta cõfratriæ quibus de hoc cõstaret, vt iustificaretur mea intẽtio, & sic succinctè dixi in. l. 10. tit. 1. lib. 4. supra. n. 29. & voluit nouissimè Doctor Gutierrez licet sub paucis & breuissimis verbis in reper. l. nemo potest. nu. 453. de legat. 1. & sic cotidie practicatur.

Ibi. *Reuocamos todas y qualesquier confradias.* Hic habes tex. clarum aduersus Felinum in. c. accedens. n. 1. in fi. de præscrip. dicentem q̃ fraternitas,
11 † seu consortia faciũt collegia approbata, sed ex lege hac nostra contrarium decerpitur & colligitur, nisi secundum quod hic disponitur.

Ibi, *Solamente para causas pias.* Nam secundũ Abb. in. c. 1. in fin. de electione omne collegium pium est approbatum à iure, † & loquitur de fraternitatibus post Bart. in. l. cum senatus
12 ad fin. & in. l. fi. ff. de reb. dub. & sic inquit Dominicus in cap. parsimonia not. 5. distin. 12. & in. c. si quis despicit 42. distin. de fraternitatibus disciplinatorum, quod sunt collegia approbata,

13 batat, quia sunt ad opus piũ pro pauperibus nutriẽdis, vel virginibus maritãdis, nec indigẽt alia approbatione superioris. Et Hostiens. in sum. tit. de syndico. §. quid sit societas. col. 2. inquit, quod omnia collegia facta pro iustitia dicũtur licita: & collegiũ leprosorum
14 dicitur approbatũ †, Abb. in. c. 1. de ecclesię. dif. per illum tex. in versi. congregati, & sic approbat eorũ congregationẽ, & habẽt licitã materiã conueniendi in vnũ, ergo faciũt collegiũ approbatum & sic collegiũ Doctorũ & schola-
15 riũ †, imo & collegiũ mulierũ laicarum reperitur approbatũ, putà earum quæ sunt deputatæ ad aliquod opus faciẽdum, & illa glo. non est alibi, secundum Ange. in. l. nulli, in fi. ff. quod cuius vniu. nom. & Feli. in. c. accedẽtes, n. 1. de præscrip. vbi allegat Abb. cons. 32. volu. 1. & 104. eod. volu. loquẽtem de istis fraternitatibus seu consortijs, vt faciãt collegia approbata, & quod
16 dicũtur pia, & quod sic † derelictis eis factis nõ detrahitur Trebellianica, neque Falcidia. Et sic fraternitates hæ & cõfratriæ à iure approbatæ sunt quãdo ad licitum tendunt, vtpote ad Dei seruitium. cap. si qui clericorum. 11. quæst. 1. vbi glo ff. & cap. sanè. 16. quæstione. 7. & Archid. per illũ text. in. c. si quis despicit. 42. dist. dicit quod si in statutis cõfratriæ dicatur quod semel, vel bis conueniant omnes fratres ad tractãdum de salute animarum, & ad celebrãdum missas, & orationes, tam pro viuis quam pro defunctis, hoc est permissum, etiam si certam quantita-
17 tem † singuli præstent, ex quo aliquo anni die ipsi reficiantur, & prouideatur pauperibus, nec ob hoc erit improbatũ, dummodo intentio illorum sit munda, & licita, & ad Deum tendat, & quæ propter bonum finem fiũt reprobanda non sunt, cap. de occidendis. 23. quæst. 5. & ex. l. 1. ff. de colleg. il licitis probatur, licita esse omnia collegia, quæ causa religionis fiunt, dum tamen per hoc non fiat contra Senatusconsultũ, quo illicita collegia coercentur, vt si quis facere volebat collegium ad vindictã, vel malum: hoc erit
18 prohibitum. Sed cum sit collegium † syncerũ, licet aliquãdo quædam ibidẽ eueniant mala, non est ob hoc improbandum, alias reprobaretur templum sacratissimum, in quo aliquãdo fiunt cædes, & palatia in quibus interdum tractãtur seditiones proditionesque, sed absit, vt ea quæ ad bonum finem fiũt, reprobemus, ex eo quod malum inibi quandoque perpetretur dict. cap. de occidendis. Barto. l. 1. ff. quod cuiusque vniu. nom. & in. l. 1. ff. de colleg. illicit. & sic possunt se sine pœna absque superioris autoritate congre-
19 gare †, & conuenire istæ fraternitates licitæ, vt cotidie congregantur, secundum Feli. & alios relatos per Decia. in dict. tom. 2. de delict. lib. 7. cap. 20. nu.
20 14. & 15. possuntque statuere inter se, vt per eum ibi nu. 11. dum tamen contra ius non statuant, id enim non poterunt, contra Iaso. ibi relatum aliud volentem & fraternitates hæ & congregationes ad bonum & pium finem & non ad malum factæ soleant habe-
21 re † vexilla sua, quibus cum aliquando in publicum prodeunt, vt inquit Decia. vbi supra, nu. 9. & licet ex Innocent. in cap. dilecta, de excess. prælat. & Geminiano relatis per Decia. vbi supra, num. 15. & Cravet. consi. 3. nu. 20. liceret etiam sine superioris autoritate has congregare & facere confratrias ad bonum finem, etiam sine superioris autoritate, tamen quia multa mala ex hoc oriri possunt, adhuc requirit lex nostra quod neque ad bonum finem fiant sine principis licen-
22 tia, vel saltim sine confirmatione † Episcopi illius episcopatus, prout antea asserebãt Doctores relati per Auiles dict. capit. 2. præto. ver. Inconsi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deracion.n.10.fol.70. & sic vsum obtinere inquit Deci.in d.n.15. & ideo securius & vtilius est ℣ approbẽtur visis prius & approbatis, seu correctis aut modificatis eorũ statutis, vt per Bart. in l.sub prætextu. ff.de var.& extraor. crim.Bal.l.1. C. de monop. & in.c.1.§. cõuẽticulas de pac.iuram.fir. Alex.ad Bart.l.fi.C.de collegillicit.n.22.litera B.& in vers.quæro super quibus,licitũ tamen,erit collegiũ,eo ipso ℣ apparet
23 principem ad illud scripsisse † tãquam collegium,vel de eo mentionem fecisse secundum Deci.vbi supra,num.10.

Ibi, *Muera por ello*, hæc pœna est quo ad factas confratrias vsq; ad annũ.64. de quo in hac lege dictum est, & sunt omnes confratriæ ante illud tempus factæ reprobatæ per legẽ nostrã, in factis vero post,vel erit arbitraria pœna, ex.l.hodie.ff. de pen. vt inquit Decia. vbi sup.n.20.vel imponẽtur pœnæ de quibus diximus in.l.1.& 2. supra cod.

SVMMARIA.

Confratriæ officialium sunt contra rationẽ naturalẽ,quia præcludunt viã bene faciẽdi proximo,nu.1.& 2. nisi ex causa publica vtilitatis,vt.nu.3.& nu.8.quando licita sint.

Monopolium vnde dicatur, nume.4. & quid sit, num.5.& 6.& 7.

Monopolia illicita exercentes peccãt mortaliter.nu.8.

Monopolium in quibus casibus committatur & quomodo, nu.10.11.12.13.vsq; ad.31.

Consuetudo an valeat pro monopolijs exercendis,nu.32.

Mercata solẽt per principẽ constitui eodẽ die in plurib⁹ locis.nu.33. & per quẽlibet dñm in suo dominio dũ tamẽ nõ adsit franchisia.

Monopolia faciẽtes quomodo puniebãtur de iure cõi.n.34.& .n.35. quid ex iure nostro.

Lex nostra an corrigat alias nostrarit. nu.36.

Monopolia habẽtes an statuere possint. n.37.

Delictum monopolij quomodo inter priuata cõnumeretur.n.38. & .n.39. ℣ ex legibus nostris publicum factum est delictum.

Duo periti in arte adhibendi sunt vbi de arte illa tractatur, num.40. & quis eos eligat. num.41.

Lex Quarta.

Summarium.

Artificum ac officialium cõfratriæ, & congregationes vetãtur in præsenti: & ℣ iudices & administratores iustitiæ præbeant ordinationes & statuta ijs officialibus quibus quidem statutis regantur & gubernentur.

HEM, *Otrosi mandamos, que las cofradias que ay en estos reynos de officiales, se deshagan.* Lex hæc circa mõnopolia officialium destruenda disponit,& iustissimè quidem prout in.l.1. C.de monopolijs.& in.l.2.titu.7.part.5. prohibitum erat:est enim cõtra rationem naturalem, quia præcludit viam bene faciendi proximo † & Prouerbiorum.3. scribitur, Noli prohibere bene facere eum,qui potest, sed si vales, ipse bene
1 fac: est etiam contra publicam vtilitatem, & in perniciem totius corporis mystici. Estque graue delictum & odiosum atque Reipub.maximè incõmodum,nam vt inquit Plin.lib.8.cap. 37.magnum lucrum fraus hominum monopolio inuenit, vbi Hermola.notauit,quod in Iudæa bituminis, quod Asphalton, Græci vocãt, monopolia erant; item corrupto vocabulo monopolia hæc Aralocum,vocantur,refertq; Arist. Poli.1.c.7.in fi. Thaletem Mileũ,cũ argueretur, quod philosophus esset pauper ostendisse se facile ditari potuisse, si voluisset: nam cum per Astrologiæ peritiam maximã olei penuriã præuidisset præcedentis anni oleum omne emit, anno vero sterili solus vẽdidit maximũ deinde lucrum ac quæstũ capiens, sic & quendam in Sicilia ex ferri monopolio multa lucratũ fuisse refert ibidẽ Aristo. inhonestũ tũ,& iniquũ est lucrũ hoc, atq; ideo

ideo has improbas negoriatorũ conspirationes scindi atq; puniri perquã necessarium est. Quæ etenim maior in Republ.Tyrãnis esse potest, vel pestis potius,quàm interturbatis commercijs rerũ necessariarũ ad vitã tuẽdam vsum pendere à paucorũ hominũ arbitrio & auaritia,ita vt sycophãtæ merito hi possint appellari,& quadruplatores ex alienis dispẽdijs,quęstui suo inhiãtes. Quãquam enim vt Arist.refert.d c.7.Monopoliorũ vberrimus & paratissimus sit quæstus,sed tñ ne à Tyrãnis quidẽ in suis regnis toleratur.licet aliqñ honestũ dicitur lucrũ,eum scilicet,ob magnas Reip: necessitates ipsa monopolia pro tempore exercet, nam Arist.loco eodẽ. refert quasdã ciuitates pecunia indigentes hac aliquãdo ratione Reipu. nomine monopolijs magnũ quæstũ fecisse. Quin & Imperatores ipsi, vt Anastasius qui Zenoni autori.l. 1. C. de monop.succesit,coemunt frumẽ
a tum †,vel alias species alimentis humanis necessarias,vt soli magno pretio vendãt. Prout & hodie videmus exerceri circa aliquas merces, vt est *Saly azogue*,& similia, & in ciuitatibus adsunt horrea publica,vbi frumẽta includuntur,vt tempore necessitatis & penuriæ ciuibus dentur cũ aliquo honesto lucro, & hoc modo sunt adeò hæ annonæ ditatæ & ditãtur cotidie pauperũ (q eis egẽt)expẽsis,vt dictu sit incredibile, & hæc genera monopoliorũ exercẽtur,ex causa publicæ vtilitatis & necessitatis,&
3 publici beneficij +, alias autẽ, minimè licere debẽt, sunt enim monopolia,vt dictũ est cõtra rationem naturalẽ,& qui illa exercẽt non tantũmodo bene faciũt,sed potius nocẽt proximo,nam Prouerb.3.scribitur, Noli prohibere bene facere eũ,sed si vales ipse bene fac, dicitur autẽ monopo-
4 lũ † à monos, ℣ (Græcè) est vnus & poleo quod est vẽdo, quo vocabulo abstinuit Tyberius in senatu,tametsi esset Græcè apprime eruditus, vt refert Suetonius in Tyberio. c.71. licet secundũ Rebuf.in.2.tom.const.Franc.tit.de magist.artifi.gl.2.nu.3. non põt duduci à Μόι℣ & πόλις. hoc est à Monos & Polis:monos enim vt proximè diximus, idẽ est quod vnus,& Polis, ciuitas,quia idem esset dicere monopolis, quod vna ciuitas, & sic inquit ibi Rebuf. quod dicitur monopoliũ Græcè,ἀπὸ τῦ Μόι℣ πωλέω. quod est vẽdo, sed vtcũq; deriuetur diffinitur & dicitur monopoliũ conuẽtio plu-
5 riũ mercatorũ † bono obuiãs publico,secũdum Feli.in.c.accedẽtes. n.1. de præs.& Rebuf.vbi suprà.n.4 vel secundũ Iodo.in praxi crimi.c.132. n.1. monopoliũ,nihil aliud est, quamquã do penes vnũ aliquẽ, aut paucos solos tota alicuius rei † vẽdẽdi potestas
6 est. Vel secũdum Sylvest. in summa, verb.Monopoliũ, dicitur conuentio aliqua,aut locus,in quo vni soli licitũ est aliquid vẽdere,aut emere, vel vt inquit Frater Ludouicus Lopez, in suo Instruct.negotian.lib.1.c.42.versic.Igitur.pagi.152. Monopolium est quædã cõcordia,qua vẽditores cõueniunt inter se,vt oẽs vno pretio vendant †,& nõ minori aliquis vendere
7 posit,vel cõcordia, qua emptores inter se cõueniunt in non emẽdo merces,nisi tãto pretio, & nõ maiori, ex qua quidẽ conuẽtione quasi cõstructi manẽt ad tanto pretio emẽdum, vel vendendum. Et monopolia hæc
8 exercẽtes † peccãt mortaliter, & ad restitutionẽ tenẽtur,secũdum ℣ Docto.Theologi distinguũt,quos plures refert Petrus à Nauarra,in suo Codice de restit.libr.3.c.2.nu.77. in nona dubitatione per totam,qui latè de ijs quo ad forum cõscientiæ tractat, & Ludouicus Lopez,vbi supra, succinctè procedens,vbi in versi. Ad secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duim inquit, ꝙ cum monopolia tanquam illicita in vtroque foro reprobẽtur in foro conscientiæ, in vno dũtaxat casu cẽsentur licita, scilicet, quãdo emptores interse cõuenirent † de
9 non emẽdo nisi tãto pretio, iusto tñ, causa cõstringendi vẽditores, qui cõspirauerũt in augẽdo pretio plus iusto, vt ad pretiũ iustũ descendãt, quia tunc sicut clauus clauo truditur, sic vno monopolio licet excludere aliud monopoliũ illicitũ, quo emptio & vẽditio redigatur in suo pretio ad iustitiæ æqualitatẽ. Sed quia scire iniusta esse monopolia, & eorũ derivationẽ & diffinitiones patũ prodesset, nisi & scire in quibus casibus cõmittatur, & quomodo monopoliũ, etiã si ab alijs fiat ij modi cõgesti, quorũ aliquos retulerũt Pater Navarra, & Ludo. Lop. & Iodoc. & Reb. sup. allegati, & Lud. Mexi. in prag. taxæ pan. cõcl. 1. n. 168. & late Deci tom. 2. de delic. lib. 7. c. 21 & per Bosi. in pract. crim. tit. de vnio.
10 & colliga. omnes † hic inseremus, vt præ manibus habeãtur, ne sit lectoribus opus in eis exquirẽdis dictorũ authorũ, & aliorũ voluminа revoluere, præsertim cũ hisce tẽporibus, lectores sic velint fieri, neq; remissionib⁹ authorũ contenti sint, ideò nõ debẽt mirari neq; in vitiũ vertere, si fiat id, quo nõ facto, increpant scriptores ad alios se remittẽtes, & quia vt melius fieri potest excusandi sunt labores legentiũ, & iudicũ ac aduocatorũ, qui multoties negotijs inuoluti nõ possunt tot revoluere libros.

11 Primus igitur modus †, quo monopoliũ committitur, est quoties aliqui emũt vestes, pisces, aut aliã quampiã speciẽ ad victũ pertinentem, vt soli vẽdant. l. 1. in prin. C. de monopol. Secundo, quãdo illicitæ pactiones concurrũt, aut paciscũtur, vt species diuersorũ corporũ negotiationis non
12 minoris † quã interse statuerint, venundẽtur. d. l. 1. §. 1. C. de monopo. & ista est cõis inter artifices praxis: nam videre est, quod oẽs calligarij singuli q; calcearij oẽsq; alij opifices & artifices sunt eiusd. pretij, & hoc est quia sic cõuenerunt, & sic etiã statuitur in cõsuetu. Bituricen. ann. 1404. die duodecima Februarij vt inquit Rebu. vbi sup. nu. 5. Tertio cõmittere dicuntur monopoliũ homines, qui congregati interse cõspirant, & impediunt, ne ali
13 quis † deponat in tali causa, quę forte cõcernit dominiũ talis loci ciuẽ aut aliũ, vt docet Guid. Papæ cõs. 211. iuxta materiã col. 1. plus dicẽs non solũ fieri monopoliũ in casibus in d. l. conscriptis, verũ etiã in qualibet alia illicita cõgregatione, allegat Archid. in. c. cõstitutionẽ de verb. sig. in. 6. ac Imol. in. c. 2. de schism. & Bal. cõsi. 445. vol. 1. Abb. & Deci. in. c. significãte. de appe. Conra. de cõtract. q. 51. ad fi. & q. 65. & Reb. vbi sup. n. 6. Quarto, si quis conetur impedire, ne aliquis exerceat
14 negotiationem vini, † aut alterius rei præterea, etiã si in vim rescripti regij, quia illud rescriptũ non valet quinimo etiã illud impetrãs in monopoliũ incidit, vt in d. l. 1. C. de monop. & Cõrad. d. q. 51. circa fi. & Reb. vbi sup. n. 7. Quinto, non minus incidunt in hãc legem qui cõueniũt, quod homines
15 talis † municipij non deferãt frumentum in mercatum proximũ, vt dñs illius loci vendat suũ, vel vt homines illius loci prius vẽdant suum, hoc est enim Reip. pernicioſum, quia viliori pretio venderetur, quãdo fruméti esset ibidem abũdãtia, teste Soci. cons. 272. non prosequendo, col. 3. versic. Quarto principaliter. volu. 2. vel ꝙ vinũ alienum nõ vẽdatur, vt & per Rebuf. vbi supra. num. 8. Sexto, si rusticani vel alij ciues cõuenerint, quod
16 ciui habenti possessiones ruri nullum præstetur auxilium †, nec aliquis laboret in possessionibus illius,

tunc

tunc dicetur monopolium. Imo Alberi. in Rubr. huius tit. dixit quod ad coitãdam pœnam huius tit. Vniuersitas rusticorũ statuerat quod nullus daret dãnum tali ciui, nec possessionibus suis, volẽtes intelligere, quod nullus coleret suas possessiones, ideo dicitur tales puniẽdos, & cognosci hoc posse ab effectu: quia si nemo vellet colere dicta prædia, idque sine causa, præsumitur illicita quędam inter eas pactio, quia in dubio quilibet lucrari vult, vt per Rebuf. vbi supr. n. 9. Septimo, si artifices inter se paciscãtur, nè
17 quisquam eorũ in illa † arte, instruat alios, nisi sit filius vel nepos eorũ, vt sic ipsi soli commodum consequãtur, monopoliũ est, teste Conrado, vbi supra, & Azo. in summa huius tituli, & interdum hoc statuerũt impressores, vt fuit in senatu Parisiensi allegatum, Bal. l. in. l. fi. col. 4. versic. Quæro super quibus. ff. de colleg. illicit. Ias. consil. 122. col. 2. & seq. volu. 4. & Rebuf. vbi sup. n. 10. Octauo, si inter se cõueniãt
18 artifices, quod non recipiẽt † aliquẽ discẽtem, nisi immensum det pretiũ singulis annis, & quod nõ ostendent ei, nisi remaneat per tres annos id ꝙ possent per vnum annum ostẽdere, hoc etiam sapit monopoliũ, & tales Magistri pro cõpensatione statuti, laqueo essent suspẽdendi, quia hoc est Reip. valde pernicioſum, tã in præcẽdi quã in hoc casu quia hoc faciẽdo posset amitti artificium, vel illi, qui illud sciunt possent cogere mercatores, & alios ad immensum pretium, pro eorum labore, quod fieri non debet, ita Rebuf. vbi supr. n. 11. Nono, si ciues conueniant, quod officinæ, & stationes tali pretio, & non minori
19 † locabũtur, illicita est pactio, & monopolica, vt docet glo. in. d. l. 1. C. de
20 monop. & Conradus, vbi sup. ad idem dicendum si locatores † equorum similiter conueniant, quod non locabunt equos nisi tali pretio, & in hanc legem incidunt ciues, ad quos senatus pro iuridicis conuentis accedit, si conueniant, vt augeatur in immensum † domorũ pensio, & victualiũ, & idem quando scholastici causa pestis fugiũt ad aliquam ciuitatem, & ita ipsi vendunt immẽso pretio, & iudices super hoc cogere deberẽt suos subditos, nè pretium rerum augeretur, vel saltim modicè, ita Rebuf. vbi suprà. n. 12. Decimo, si mercatores cõueniat, nè alius deferat frumentũ, vel vinum seu alia venalia, donec ipsi vẽ
22 diderint †, vel quod naues aliorũ im-
23 pediantur, & † retineantur, & illi in legem Iuliam de annona etiam incidunt, per quam legem pœna viginti aureorũ puniuntur, nam interim illi, qui habent fruméta, vel alia victualia carius vẽdent, vt docet Conrados. d. Tract. de cõtra. q. 65. in fi. & Rebu. vbi supr. n. 13. Vndecimo, qui dat arras in
24 emptionem † omniũ aromatũ ciuitatis, vt ipse postea solus carius vẽdat cum præsciuerit naues adducẽtes species aromatum submersas, aut victualium, dicitur facere monopolium & potest cogi tempore caristiæ, vt vendat etiam minus iusto pretio. l. 2. §. cũ in eadem. ff. ad leg. Rhodi. de iact. idẽ vult Conradus, vbi supra, quãdo quis emit totum frumentum, vt alij ex eo emãt, vt sæpius fieri asserebat Rebuf. vbi supra. n. 14. quod in nostra Hispania nõ fit ob salubrem pragmaticam ac legem Regiam contra panis reuenditores conditam, inquit tamen ibidem Rebuf. nu. 15. quod in omnibus casibus prædictis ista procedũt, quando plures sici paciscũtur, si vero vnus
25 tantũ promittat, non vẽdere pãnos, nõ dicetur monopoliũ, quia alij poterũt deferre, & vendere, nec erit detrimẽto Reip. propter vnũ, secus si propter plures, sumẽdo argumẽtũ à cõtrario, quod est validum in iure. l. 1. ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ssi.eius,& ita cõsuluit Bal.cons.345. Titius locauit volu.1.nisi ille mercator æquipolleret pluribus,argu.l.nõ tantũ.ff.de excusat.tuto.& in.§.item tria.Inst.eod.tit.vbi Doctores. Duodecimo,si mercatores nemorũ inuicẽ vel alij cõueniant,q; non emãt iu
26 gerum,seu arpẽtum lignorum †, vel alias merces nisi tali pretio,hoc monopoliũ est,hoc enim cedit in diminutionem pẽsionis Regiæ,& iuris,& etiã venditorũ,& contrahẽtium in illa negotiatione,& idẽ si conueniant quod de locationibus Regijs non da
27 bunt †, nisi tale pretiũ monopolium est,& puniri debẽt,vt per Rebuf. vbi supra.n.16. & probatur ex.l.7. & seq. tit.8.infra isto.lib.9.Decimotertio, si statutũ disponat,quod nullus subditus possit ire ad aliud molendinũ,vel
28 furnũ,quã Comitis,vel dñi†,quia respicit cõmodum priuatũ dñi,& tollit bonum publicum,& libertatem subditorum,non valet, vt cõsuluit Soci. cõsi.272.non prosequẽdo,col.2.ver sic Quarto principaliter.volu.2.& si Comes,vel Baro,vel alius tale faciat statutũ, debent se opponere rustici, vel illi quorũ interest, seu appellare ab illo abusiuo statuto ad curiam,
29 quæ ista solet reformare † statuta, ita Rebu.vbi sup.n.17.& hoc est quod vocant alij stãca,prout & in hac materia vocauit Grego.in.l.2.tit.7.p.5. Decimoquarto, ẽdificiorũ artifices aliorũq; diuersorũ operũ professores, & balneatores penitus arceãtur pacta inter se inire,vt nẽ quis,quod alteri cõmissum sit,opus impleat, aut in-
30 iunctam † alteri solicitudinẽ, alteri intercipiat,data vnicuiq;licẽtia ab altero inchoatũ,& derelictũ opus, per alterũ sine aliquo timore dispẽdij implere, omniaq; huiusmodi facinora denuntiãdi sine vlla formidine,& sine indiciarijs sumptibus ex.d.l.1. C. de monop.& Rebuf.vbi supr.n.18.& 19.Et generaliter monopoliũ cõmittitur in qualibet alia illicita conuentione ad dãnum publicũ, & quæstũ
31 priuatũ †,secũdum Archid.in.c.constitutionem,de verb.signif.in.6.Innocent.in.c.2.de schismati. Guid. Pap. consi.211.incipiẽti iuxta materiam, n.1.de quibus & per Deci.vbi sup.agit latè, vbi alios casus ponit. Sed quia Rebu. ordinatius processit,ideo secutus sum eius vestigia,qui ibidẽ.n.20.
32 &.21.examinat num valeret † cõsuetudo in contrariũ,potest enim alicui ius cõperere, seu aliquibus hominibus loci,vt alibi quam in illo loco vẽ dantur victualia,vel vt nõ coquatur, nisi in tali furno,& statutũ seu cõsuetudo vel priuilegiũ valet.c.significãte,de appel.& sic valere talem cõsuetudinem,ibidem affirmat Rebuf.sed cõuentiones non valebũt,& per hæc non fit præiudiciũ vtilitati publicæ, quia tales tenẽtur vẽdere iusto pretio & ad hoc sunt obligati sicuti Tholosæ laniones,& hoc procedit etiam in rebus & personis,secũdum Innoc. & Abb.in.d.c.significãte.in fin. Vnde videmus mercatus sic constituti per
33 principẽ certo loco † & die,vnde poterit ea die alio fieri Hoc enim solet princeps cõcedere ratione confusionis tollendæ, ne homines in incerto constituãtur,& nesciant quo debeãt ire ad vendendum,& emẽdum,ob id princeps cõstituit locũ & diẽ ad releuamẽ laborũ,& ad vtilitatẽ Reip. Vt in certo loco vẽdãtur res,& ab omnibus.l.vni.C. de nũdi.sed de hac alibi diximus cõsuetudine,& possunt fieri mercata,vbi nulla franchisia est cõstituta,etiam absque principis licentia semel,vel bis in hebdomada, vt per gl. *Mercados.* & verbo, *Por su priuilegio*, l.3.tit.7.p.5.& Gironda, de gabellis. 7.part.§.2.num.19.

Ibi, *So pena de cada diez mil maravedis*, De iure cõmuni monopolia facientes

34 tes puniẽbãtur primo† & condemnabantur in exilio perpetuo.d.l.1.C. de monop.ibi perpetuitate dãnetur exilij,nec istam pœnã potest alius remittere quã princeps vel suprema Curia, & ex lege nostra reducitur ad tẽpus exilij vnius anni à regno. Secũdo bona illorũ omnia confiscãtur ex. d.l.1. ibi bonis proprijs spoliatus,& in eorũ loco succedat pœna decem mille marapetinorũ,de quibus in præsenti,tertio si detrimentũ vel concitatio euenerit aut seditio debẽt capitali pœna puniri,ex.l.capitaliũ.§.solẽt.ff. de pœnis,& in.l.vni.C. de seditio. Quarto primates illius artificij puniri debent quadraginta librarũ auri,d.l.1.in fin. Quinto iudices, qui dissimulatione vel alias vitio corrupti prædicta monopolia permiserint, & nõ punierint quinquaginta librarũ auri pœna mul
&tãtur,vt in d.l.1.in fin.C.de monop. ita Rebuf.in.d.2.tom.const.Fran.tit. de magist.artif.nu.22.cũ sequẽt.sed ex
35 iure† nostro Regio,& ex legibus nostri tituli diuersæ pœnæ videntur impositæ, nam in.l.1.supra eod. imponitur pœna iræ regis, & procedẽdi eius arbitrio contra personas & bona contra facientiũ,& annullãtur omnes ligæ pacta & conuentiones & iuramẽta ac promissa fides,& qui obseruauerit eas ex l.2. supra eod. punitur alijs pœnis ex l.3.supra proxima, non annullantes ac reuocantes dictas cõfratrias postquã requisiti fuerint per iudices pœnam mortis incurrũt,& bona amittent cameræ regis applicãda, ex lege tamẽ nostra puniũtur monopolia facientes pœna decẽ mille marapetinorũ & exilij vnius anni à regno: sed quæret aliquis quomodo ijs quatuor vel saltim tribus legibus nostri tituli diuersæ imponuntur pœnæ
36 an vna lex corriget aliã, † vel omnes imponẽtur pœnę,& dicendũ est neq; corrigere neq; multiplicare pœnas,

Azeuedo super 8.

sed vnãquanq; legẽ in suo casu esse intelligendã: primę enim lex.1.&.2.sup. eod.intelligũtur & procedũt quoties aliquæ personę vel cõcilia ligas& monopolia generaliter faciũt,tunc eorũ pœnæ imponuntur. Tertia vero lex præcedens loquitur quoties per modũ confrattriarum & societatum fiũt ligæ hæ ac monopolia, tunc enim si faciẽtes requisiti non annullauerint ea puniuntur pœnis, de quibus ibi. Lex vero nostra loquitur & procedit quoties artifices ac officiales regni monopolia hæc sub prætextu confraternitatum constituũt,tunc enim pœnis nostri text. puniũtur,& sic intellectæ optimè procedunt & seruandæ sunt.

Ibi, *Ean las ordenanças.* Ergo statuere possunt, & fatendum quidem est
37 dummodo licita † sint eorum statuta,& non contra ius,etiam si Bar. Ias. & Caccialup.& Crotus, in.l. oẽs populi.ff.de iust.& iur. velint etiã cõtra ius disponere posse, sed meo videri non poterunt,quia statuendi contra ius nulli est permissa potestas nisi ei conditori, cum eius sit tollere, cuius est cõdere,vt alibi diximus. Sed cum vt in gl.præcedente diximus, pœna huius delicti monopolij sit capitalis,
38 quomodo inter priuata † nõ vero inter publica cõnumeratur, vt dubitat Decia.in.2.tom.de delict.lib.7.ca.20. n.13.& inquit ex eo q; ea dũtaxat publica habẽtur iudicia,quæ vt publica sint lege aliqua cautũ est.l.1.ff. de publi.iud. Sed hoc talem qualitatẽ non habet,ergo licet,& tũc iterũ dubitari posset: quare cũ hoc maximã perturbationis Reip. occasionẽ præstet, nõ fuerit lege factum publicũ,& in hoc Decia.ibi cogitãdum reliquit. Sed ex.l.3.in fi.supra eod. publicum
39 factum est † cũipsi iudici detur facultas inquirẽdi de hoc delicto, quoties visum fuerit,& sic cessat difficultas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *Entretanto vsen dellas.* Hic videtur text. probans statuta ante confirmationem Regiam obseruãda & custodienda esse, de quo vide quæ diximus in lib 7. suprà eod.

Ibi, *Nombren veedores habiles.* Similis est rex in l. 13. tit. 15. lib. 7. supra; & cũ tex. hic in singulari non loquatur, sed in plurali, non vnus sed plures sunt adhibendi magistri ad iudicãdum super hoc, nã in loco vbi facile plures inueniri possunt, ad iudicandum super arte aliqua ipsorum, & actu eos tangẽte, saltim duo † ad minus adhiberi debent, alioqui si tot non reperiantur vnus sufficiet, per text. in Authent. de non alienand. reb. Eccles. §. quod autem. ibi, aut etiam si vnum solum ciuitas habeat, Bart. in Proœm. ff. & l. 1. in princip. ff. de vent. inspic. Alexan. & alij in l. 1. §. fi. ff. de verb. oblig. Abb. & Deci. in c. proposuisti. de probatio. vbi limitant, plura per Rebuf. in l. vni. glos. Subtilitatem. C. de sent. quę pro eo quod interest, & partes potẽrunt eligere istos peritos si aliud per legem nõ disponitur, prout hic, & partibus discordãtibus iudex, † vt docet Bart. in dict. l. 1. & Abb. & alij in dict. cap. proposuisti. & in cap. tenor. & in. c. lator, de re iudi. & hæc pro hac lege & toto isto tit. sufficiãt: nam duæ leges sequentes clarę sunt, neque indigent commentatione.

40 41

TITVLO. XV. DE LOS leuantamientos, y assonadas de gentes con armas, mascaras y otras parcialidades.

ET cum præcedẽte titulo dictũ sit de ligis & monopolijs factis per aliquas personas in detrimentũ Reip. nũc & cõsequenter, sequitur titulus hic de seditionibus & partialitatibus, ad malum constitutis. Et quia in tituli progressu hæc declarabimus deuenio ad. l. 1.

SVMMARIA.

Assonada quid sit, & quomodo Latine vocetur, & quod est graue delictum num. 1. 2. & 3.
Seditionem & discordiam tria generant. nn. 4. & 5. quæ sint. & num. 6. & 7.
Seditionum vndecim causæ remissiue. n. 8.
Seditio à quo dicta sit. num. 9. & num. 10. quæ talis dicatur.
Seditio cõuenit in aliquo cum schismate rixa & bello, & in aliquo differt. n. 11. & 12.
Furtum in tumultu factum grauius punitur numero. 13.
Gens, quæ dicatur, & quæ requirãtur vt sic dicatur. num. 14.
Seditionis crimen læsæ Maiestatis humanæ est. num. 15. dum tamen sit contra Regem vel Remp. vt num. 16.
Seditionem excitans duo crimina committit. num. 17.
Punitur quis ex sola suspicione seditionis licet nondum seditiosus verè appareat. n. 18.
Authores seditionis quomodo puniantur. num. 19. & qui dicantur illi. nu. 20.
Author tumultus dicitur percurrens ciuitatem,

tem dicendo, arma, arma, num. 21. vel vi nat talis, vel moriatur. numer. 22. velut. num. 23.
Acclamationes publicæ in laudem, vel vituperium alicuius non sunt prohibitæ. numero. 24. prout sunt Scholarium voces, pro aliquo Cathedratico. nu. 25.
Seditiones cito, & tuto, & iocunde curari, nume. 26.
Pœnæ seditiosorum iure canonico, ciuili, & regio. nu. 27. 28. & 29.
Seditiosi, an appellare possint. numero. 30.
Seditiosi quomodo excusentur. n. 31. & 32. 33. & 34.
Cymbalum tangens publicum excusatur ob causam. nu. 35.
Verba ventis in acclamatione in bonã partem sunt sumenda. nu. 36.
Linguæ lubrico aliquid dicens excusatur. numer. 37.
Animus & effectus in seditione requiritur, vt puniatur seditio. nu. 38.
Seditio qualiter probetur, & quomodo debent testes concludere. nu. 39.
Consuetudo acclamandi in populo, & excitandi illum excusat. nu. 40.
Amicos & consanguineos conuocans ad se tuendum excusatur à seditione. numero. 41.
Scandala maiora si sequerẽtur ex punitione seditiosorum, non debent puniri. numero. 42.
Rebellare an teneatur sciẽs conspirationem contra regem, vel Remp. nu. 43.
Excommunicatus repellendus est à iudicio, nisi in casibus à iure expressis. numero. 44.

Lex Prima.

Summarium.

Nullus faciat gentium adunationes, & assonatas, & treuguæ seruentur.

1 IBI. *Las assonadas.* Quid significet verbum † hoc declarat. l. 16. tit. 26. partita. 2. dicens, *Assonada, tanto quiere dezir, como ayuntamiento q̃ fazen las gentes, vnos contra otros para hazerse mal,* idem dicit lex. 1. versi. *La setena es,* titul. 2 parti. 7. & l. 2. titul. 10. ea. parti. 7. & vocatur ab Alexand. consil. fin. volum. 2. andata, seu caualcata, seu guarnimentum, idest con-
2 gregare homines † pro concitatione tumultum, ac seditione in populo, vel regno. & vocantur ij seditionarij, & tumultuarij homines, quorum crimen, seditionis videlicet ac tumultus, & populi cõcitatio, graue, & atro-
3 cissimum est † delictum, malumque nil tyrannide infestius, quippe quod veluti trabes quædam paulatim totã inficit ciuitatem, & demum in tyrannidem erumpit, vt inquit Gemist. in l. 1. de gestis Græcorum. Quæ quidẽ seditiones Romanam ciuitatem varijs temporibus atrociter, & magno cum periculo vexarunt, præcipue autem illa, quæ obærati, vt nexu soluerentur, magnos concitauêre tumultus, P. Seruilio, & Appio Claudio consulibus, de quibus Liuius, lib. 2. Et illa ob Appij Claudij libidinem in Virginiã, vel Virginij filiam, de qua Liuius, lib. 3. & Pompo. in l. 2. § initium. ff. de origi. iur. Et illa Octaui Mannolij, pro qua sedãda primus dictator creatus. T. Largius apud eundem Liuium lib. 2. Et illa ob quam M. Valerius Volusus, quartus dictator creatus ob eã sedandam, ibidem Liuius, vbi in oratione eiusdem Valerij ad populum dicit, discordias intestinas, & bellum externum fecisse, vt Resp. dictatore indigeret, qua oratione plebem placauit. De qua oratione & Cicero in Bruto, & Valer. Maxim. lib. 8. capi. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Plutarch. in Pompeio. Et alias quã plures seditiones refert Boeri. in tract. de seditio. in princi. vbi & inquit ex Florentino, in. 2. part. suæ summ.
4 titu. 4. cap. 8. §. 3. quod tria sunt, † quæ generant seditionem, & discordiam in ciuitatibus, & villis. Primum pro-
5 prij commodi procuratio † inordinata, quando aliquis nimis intendit suę vtilitati, quod alij inde grauantur, & modicam cum eo possunt habere cõcordiam, vnde ait Seneca, in Prou. principum discordiæ est aliquid ex communi suum facere: turpiusque nihil est, quàm cum illo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris, propter quod dicitur in capi. erit autem lex. 4. distin. quod lex, quæ ligat homines subditos ad sui obseruantiam, ligat in concordia, & pace, quod nullo priuato commodo, sed pro cõmuni omnium vtilitate debet esse scripta. Exemplum de Roboam, qui nimis voluit prouidere bursæ suæ, vt posset facere expensas superfluas in curia sua, vt pater eius Salomon: Et dimittere noluit exactionem tributorum seu talliarum, ex quo tanta est orta discordia super tribus Iuda, & tribus Israel, quod nunquam tolli potuit, & amisit magnam partem Dominij sui, vt habetur. 3. Regum. 12. super flue enim & sine causa id voluit Roboam grauare subditos suos, secus cũ adest causa, vt propter iustam status defensionem, secundum Innoc. in. c. quod super. de voto, Bald. in cap. cum ab Ecclesiarum de offic. Ordin. & alibi diximus. Secundum verò seditio-
ni præbẽs causam est, quando aliqui
6 nimis vexantur in collectis, † & in alijs laboribus, & alij nimis alleuiantur, vel cum honores, & officia aliquibus copiosè conferuntur, alijs verò parum aut nihil. l. quis tam inueniri, C. de Decurio. lib. 10. vnde generatur discordia inter eos, vel etiam quando rectores, & administrat ores Reipu. nimis grauant subditos, propter quod subditi minus diligunt eos, ex text. in Authen. de manda. princ. §. deinde conueniens est, vt nulli populi ciuitatum alterutri seditionẽ faciãt, sed omnem pacem Dei esse ciuitatibus dum æquitas seruatur hic nostris subiectis, & neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partiũ declinatur, vnde dicit Grego. in. cap. ad hæc. 89. distinct. dum reuerẽtiam minores potentioribus exhibent, & potentiores minoribus dilectionem impendunt, vera concordia fit, & ex diuersitate contentio. Tertium per quod discordia, & seditio causatur est
7 non punire delicta, † nam per hoc datur audacia malis ad lædẽdum alios, ex quo seditiones, discordiæ, & inimicitiæ sequuntur. Et si puniantur aliqui impotentes, & non alij potentes, & maiores oriuntur indignationes, & murmurationes, vt de tribu Benjamin, quę noluit punire scelus commissum ab hominibus ciuitatis Gabaa, qui erant in tribu sua: inde orta est discordia inter eos, & alias tribus, & ob hoc mouentes bellum contra eos, penè totam gladio peremerunt: & hoc in casu errant claues iustitiæ, vt dicit gloss. in. l. ad splendidioris. C. de diuer. offic. lib. 12. quando delicta potentum celantur, & non puniuntur: hæc etiã & alia prosequitur Brunus, in tractat. de seditios. c. 1. cum sequentibus aliquibus parte. 1. volum. 11. diuersorum tractatuum, & vnde-
8 cim seditionum causas † enumerat Aristot. Politi. lib. 5. cap. 2. &. 3. Et sedi-
9 tio dicta est, † à, se, aduerbio, quod apud antiquos idem erat, quod apud nos, seorsum, & à nomine. itio, quod scilicet seorsum eant, & in varias trãseant partes, quia in diuersum vadũt, aliosque trahunt, vt per gloss. in. l. 1. & 2. cap. de seditiosis, Tullius tamen lib. 6. de Rep. diecbat, seditionis proprietatem à dissensione ciuium ortã, vt putà cum populo discordante alij contra alios rixam mouent, vt legitur apud Virgil. lib. 1. Aeneidos.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est,
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus:
Iamque faces, & saxa volant: furor arma ministrat.

Et dicitur seditio in ciuitate, in
10 exercitu, in classe, & vbique. Diffiniturque seditio † quietis publicæ perturbatio, ex. d. l. 1. &. 2. C. de seditios. & not. in cap. seditionarios. 46. distin. & per Bonifa. de malefi. sub titul. de seditios. & Boeri. de seditios. quæstio. 2. & Ioan. Andr. Archi. & Dom. in. c. decet, de immuni. Eccles. in. 6. Decia. in. l. nõ est singulis, in fi. ff. de reg. iur. & cõsi. 256. in princip. importatque seditio (secundum Beat. Anton. in. 2. parte suæ summæ, titul. 4. c. 8. §. 1.) discordiam non quamcunque sed inter partes alicuius multitudinis, quia discordia est sexta filia inanis gloriæ, sub qua continetur seditio, secundũ B. Thom. 2. 2. quæst. 47. articul. 1. ideò Isidor. in lib. Etymo. dicit, quod seditiosus est, qui dissensiones animo-
11 rum facit, & sic discordias gignit, conuenit autem, † secundum Thom. vbi sup. in aliquo cum Schismate rixa, & bello, & in aliquo differt. Et conuenit in hoc, quia importat quandã cõtradictionem, sicut illa. Differt autem à Schismate, quia Schisma opponitur vnitati speciali, scilicet, multitudini ciuitatis, à bello autem & rixa, quia bellum est contra extraneos hostes, quasi multitudinem, rixa verò est vnius ad vnum vel paucorum ad paucos, vt per Bartol. & Ang. in. l. si in rixa. ff. de Sicar. &. l. quoniam multa facinora. C. de vi public. sed seditio, propriè est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, putà, cũ vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam, vt colligi potest ex dictis. l. 1. &. 2. C. de seditios. & tenet Carreri. in dict. capi. seditionarios, post Archi. ibi, & Ang. in sum. verbo, seditio. Differunt etiam bellũ
12 † & rixa à seditione, quia bellum, & rixa important impugnationem in actu, sed seditio dici potest, siue fit hu iusmodi impugnatio in actu, siue fiat præparatio ad impugnationem huiusmodi, vnde gloss. dicit. 2. ad Corinthi. quod seditiones sunt tumultus ad pugnam, scilicet, quibus se præparant, & intentant pugnare, vt dicitur Iudicum cap. 12. Ideò seditio habet lõcum in exercitu, & classe, & campo, in Schola, & vbicunque multitudo
13 est hominum. Ideo secundum Bonifa. de vitali. in dict. tract. de malefi. titu. de seditios. inquit, seditiosus est ille, qui seditionem, vel proditionem tractat, de aliqua ciuitate, vel Castro habendo, vel dando, causa faciendi guerram cõtra publicam vtilitatem, vel tractat facere nouitatem, in ciuitate, vel bonum publicum statum ipsius, vel tractat se fieri dominum terræ, vel alterius loci: & ex seditione tumultus exoritur, qui quidem dicitur quasi timor multus, & grauior est bello, vt Seruius declarat in interpretatione illius carminis Virgiliani. 8. Aeneidos.

Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium:

Ex qua Etymologia ad probandum tumultum arguit Tullius Philip. 8. in princip. & Quintilia. lib. 7. cap. 4. tumultum autem excitare, & turbare ciuitatem est, quando congregantur homines armati, & fit aliqua violentia, ita vt claudantur Apothecæ popularium, & omnes arma capiunt, secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum Andr. Sicul. consil. 71. numero. 22. cum pluribus sequentibus vol. 2. & ideo cum tumultu tota ciuitas perturbatur, furtum factum eo in
13 tumultu † grauius punitur. l. 1. §. 1. ff. depos.

Ibi. *Ni ayuntamiẽto de gente.* Quot requirantur, † vt dicatur gens, vide gl.
14 *Que fazen*, in l. 16. titulo. 26. partita. 2. & Decian. dict. 2. Tomo de delict. lib. 7. cap. 7. num. 13.

Ibi. *Las casas derribadas.* Cum domus fortes seditiosorum demoliri in præsenti iubeãtur, quod est proprium illorum qui committunt crimen læsæ maiestatis, vt apparet ex l. 6. titul. 13. partit. 2. & ibi gloss. *Las casas*, manifestè hic probatur, seditionis crimen
15 esse læsæ † maiestatis humanæ, prout & probatur ex l. 1. ff. ad l. Iuli. mai. vbi quod maiestatem lædit, qui id facit dolo malo, vt seditio, tumultus vè aduersus Remp. fiat, & in l. denunciamus. C. de ijs qui ad Ecclesia conf. & in l. si quis aliquid. §. authores. ff. de pœnis, & l. 1. versicul. *A la setena*, titul. 2. partit. 7. & in l. 1. versiculo. *La octana*, titulo. 18. infra isto lib. 8. oportet tamen ad hoc, vt seditiosus dicatur cõmittere crimẽ læsæ maiestatis, quod
16 aduersus Regem, † aut Remp. patriã suam seditionem talẽ faciat, & quod in exitium Reip. fiat, & ita deprehenditur clarissimè ex dictis legibus, & tenet Bosius, in practi. titul. de crimi. læsæ maiest. num. 30. cum seq. potest enim seditio fieri alia ratione, quam in damnum prouinciæ, vt apparet ex l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. ff. de cap. & postli. reu. vbi dicitur, quod in ciuilibus dissensionibus, quanuis sæpe per eas Respubli. lædatur, non tamen in exitium Reipub. contenditur, & ideo in ijs factionibus capti nõ efficiuntur serui, not. Bald. consilio, 1 8
459. volumine. 2. Angel. l. 2. C. de seditios. Sali. in. l. 1. C. eodem titul. Alexand. consil. iii. column. fin. libr. 1. Bosius, vbi supra, numero. 17. Carrer. in practic. crimin. in princip. numer. 97. per totum, & sic in ijs seditionibus, quæ potuerunt fieri alia ratione, quã in damnum Reipub. vel Principis, vt fit crimen læsæ maiest. oportet quod fiant aduersus populum Romanum, vel securitatem eius, & sic eo animo vt lęderetur populus Romanus, secundum Bosi. vbi supra, numero. 31. Et qui seditionem excitat duo crimina committit † si est aduersus Regẽ,
17 vel Remp. videlicet maiestatis læsæ ex dictis iuribus, crimen de vi publica ex l. 3. in princip. & in versicul. & eadem. ff. ad l. Iuli. de vi pub. & ideò vt diximus seditiosus grauissimũ crimen committit. Gigas tamen in tracta. de crimi. læsæ maiest. quæstio. 23. & 34. part. 1. volumin. 11. tractatuum Doctorum, declarando supradicta, inquit, quod si quis contra propriam patriam seditionem facit, volendo so Dominum illius facere committit † crimen læsæ maiest. secus verò si tantum suscitando dissensiones, & partialitates inter ciues, sed si in alia ciuitate seditiones quis concitaret contra eum tunc si ciuitas illa non recognosceret superiorem crimen læsæ maiestatis committitur, secus verò si recognosceret superiorem. Inquit etiam ipse Gigas in dict. quæstio. 24. numer. fin. vnum singulare, scilicet, quod quando quis incurrit crimen læsæ maiestatis ob patriam proditam vel occupatam tali casu locum non habẽt pœnæ, de quibus in l. quisquis C. ad l. Iuli. Mai. contra filius talium delinquentium, nec rei aut reorum memoria post eius obitum damnatur, vt in. l. fin. C. eodem titul. vides igitur seditionis grauitatem qua de
18 causa ex sola suspicione seditionis, † punitur quis licet nondum seditiosus verè appareat, & talis puniendus

dus est pœna relegationis, & pecuniaria, vt consuluit Bald. consil. 502. cum ciuitas Saxonæ, volum. 5. & Cravet. consi. 224. num. 9. Decia. tomo. 2. de delict. lib. 7. cap. 19. de seditios. n. 2. & l. 2. titul. 1. p. 7. Item intellige tunc demum talem seditiosum puniri grauissima pœna, quoties aliquid principaliter actum est, quo seditio concitaretur, secus si incidenter, secũdum Bald. in l. 1. §. huius studij. num. 6. ff. de iust. & iur. & Gramma. voto. 19. num. 2. Meno. de arbit. lib. 2. centu. 3. casu. 266. num. 4. licet vt ibi denotat Menoch. arbitrariè puniendi sint attenta delicti grauitate, damno secuto, & perturbatione Reipub. considerata, & Bosius, vbi supra, numer. 17. & sic inquit Paul. lib. 5. senten. titul. 24. authores seditionis, & tumultus, vel concitatores populi pro qualitate dignitatis, aut in crucem tollantur, aut
19 bestijs obijciantur, aut in insulam deportẽtur, † quæ verba habentur etiã in l. 2. §. authores. ff. de pœnis, & ex l. nostra probari videtur dum dicitur, in verbis sequentibus, *Y fecã traydos presos ante nos, para que nos le demos aquella pena que entendieremos que deuen auer*, & Decian. dict. cap. 19. numer. 4. vbi inquit authores seditionum grauius esse puniendos, nam vt ibi dicit, numer. 7. & Bosius, dict. num. 17. authores seditionum capite puniuntur, cæteri verò Assecłę ad damnum tantum, & interesse, vt not. in l. 3. §. item qui author, ad l. cor. de Sicar. & in l. quoniã multa. C. ad l. Iuli. de vi pub. autores autẽ
20 seditionũ dicuntur † principales illi, quorũ authoritas maxima est, & qui primi sunt in cõcitãda plebe, vt not. in l. quisquis. C. ad l. Iuli. Mai. & Carreri. in pract. crim. in principio, nu. 98. & sic inquit Consultus in l. 2. C. de seditios. quod nullus debet tumultuosis acclamationibus populum concitare, alias punietur vti author tumultus, veluti cum quis percurrit ciuitatem turbulenter acclamando, arma,
21 arma, † vt in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis, Bald. in l. obseruare. §. nunquam. ff. de offic. proconsul. Barba. consil. 71. volum. 2. columna. 8. relati per Bosium, in dict. titul. de crimi. læsæ maiest. num. 17. & Alberi. in eod. §. solent, & Casan. in consuetud. Burgũ. Rubrica. 1. n 50. fol. 17. vel cum acclamationibus, viuat viuat talis, vel mo
22 riatur † moriatur talis, vel tumultũ excitat, vel conuenticulũ collecta multitudine in aliqua parte ciuitatis, vel domo in secreto, aut in publico, quia ex hoc communis pax loci, & tranquillitas violatur, & idem si qualitercunque ad se trahere plebem aduersus publicam disciplinam aliqua ratione tentaret, ex l. 1. C. de seditio. vel si pro inuadendo aliquo officio, vel
23 honore in ciuitate, aut in fauorem, † aut dãnum alicuius officialis tumultuosis clamoribus populus concitatur, vt probatur in l. 2. C. de seditios. tradit Lucas de Pen. in Rubrica. C. de pub. læti. lib. 11. & Capitius, decis. 130. numer. 34. in additio. acclamationes enim istæ multum perturbant ciuitatem, & magna pariunt scandala, vt de illo, qui acclamabat, ruina, ruina, de quo per Decian. consil. 556. num. 7. & de ijs per Decianum, dict. 2. Tomo de delict. lib. 7. cap. 19. numero. 8. cum. 4. sequentibus, vbi numero. 13. inquit, quod publicæ acclamationes
24 in laudem, vel vituperium † alicuius iudicis non sunt prohibitæ, modo veræ sint voces, nec ad libidinem per clientelas effusæ, vt dicitur in l. iustissimos. C. de offi. recto. pro. prout sunt Scholarium voces pro aliquo † Cathedræ oppositore acclamantium, victor, victor, talis, licet & hæ acclamationes maximè sunt vitandæ, concitant enim in contrarium animos aliorum Scholarium contrariam partem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem defendentium, daturque occasio scandalis, & subornationibus, vt & consulit Decianus, in dict. num. 13. Et sic in. l. 5. infra eodem etiam campanarum sonitus vitãdos disponitur
26 debentque seditiones citò, & tuto, & iocundè curari, & mederi, serpunt enim sensim seditiones, & quod sanũ est in Republica vitiant: AEterne enim forent Respub. ęterna regna benè instituta, & iustis legibus munita, si seditiones forent incognitæ, & sic ad illud Nasonis recurrendum.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum est, nè pars syncera trahatur.

Et sic in authores huius tam sæui maleficij ac pestis statim præcipuè ac grauiter sæuiendum est, & licet (vt diximus) arbitrio Principum eorum punitio relinquatur, grauissimæ tamen de iure sunt aduersus hos seditiosos pœnę statutæ, nam ex canonicis constitutionibus † excommunicantur seditiosi ij, ex text. in. c. coniurationum, & in. c. conspirationum, 11. quæstio. 1. & in. c. seditionarios. 46. distinct. Abb. in. c. fin. de testi. cogen. text. in. l. 16. titul. 26. part. 2. & ibi glo.
28 *Dieron*, temporalibus verò pœnis † puniebantur grauissimè, vt apparet ex l. 1. C. de seditios. & lege Iulia de vi, ex l. 3. de vi publi. & crimine læsæ maiest. in casibus à nobis in hac glossa relatis, repellunturque à testimonio, secundum Innoc. in capit. cum. I. & A. numer. fin. de re iudi. Bald. cap. 1. §. cõuenticulas, de pace iur. fir. Carrerius, in pract. crimi. in lect. 1. obseruare in principio numer. 97. Decian. in dict. 2. Tomo de delict. lib. 7. cap. 19. de seditios. num. 32. vbi à num. 26. cum sequentibus pluribus annectit pœnas plures talibus infligendas: sed de iure
29 nostro regio † aliter puniebantur, nã ex dict. l. 16. titul. 26. parti. 2. tales seditiosi indignationem regis incurrunt, & regno expellebantur, & quod damnum ab eis incussum cum septuplo soluerent, ac satisfacerent, vbi glos. *A siete doblo*, inquit, non reperisse legem, septupli pœnã pro hoc delicto imponentem, & quod in. l. 17. sequen. eiusdem titu. 26. partit. 2. in fine pro septuplo imponitur nouenarum pœna, sed vt ibi inquit ipsamet glos. ex lege sequente post hanc nostram huius nostri tituli, quæ erat. l. 2. titul. 10. lib. 4. Ordinam. vet. pœna quadrupli fisco applicanda imponebatur damni illati, & dupli parti damnificatæ, secundum quod in ijs legibus continetur, & insuper ex lege nostra in præsenti domus fortes horum seditiosorum sunt diruendæ, & personæ eorũ sunt Regi præsentandæ, vt eis imponat pœnam congruentem. Et an appellare possint tales seditiosi, † ex. l.
30 constitutiones. ff. de appella. vbi Bar. & alij, videtur probari, quod non, & tenet Alexand. l. si quis à filio. §. hi autem. ff. de iniuf. rupto testa. & in. l. Patonius. §. rei perduellionis. ff. de adqhære. cum adductis per Carreri. in. d. numer. 97. Decian. in dict. cap. 19. nu. 5. & 31. inquit tamen Carreri. vbi supra, quod licet non admittatur appellatio tamen differtur executio, & rescribitur superiori. Excusantur tamẽ
31 illi, † qui per lasciuiam accurrunt ad rumorem, & nihil faciunt, secundum Angel. & Salic. in l. 1. C. de seditios. Capici. decis. 30. numer. 6. quidquid ibi contrarium velit sentire, numer. 70. versicul. vnum dicit Salice. sed ibi loquitur contra text. in dict. l. capitaliũ §. solent. ff. de pœnis, & ideò tenenda est opinio Ang. & Sali. in dict. l. 1. pro qua videtur text. in. l. sequente huius nostri tituli, dum dicit, *Vienen con el principal*, vbi & alia dicemus in propositum, & tenet Decianus, dict.

capit.

capit. 19. numer. 39. vbi numero. 40. inquit, quod excusantur illi, qui aliud delictum committentes dederint oc
32 casionem † tumultui, & seditioni, secundum Bald. l. 1. §. fin. ff. de iust. & iure, vbi inquit, quod statutum puniẽs turbantem quietum statum ciuitatis intelligi debet si principaliter turbat secus si incidenter, vt per Carreri. in dict. numer. 97. versicul. tempera autem, & Grammati. voto. 19. nume. 1. & sequen. Alexand. consil. 111. colu. fin. versic. nec prædictis obstat, volu. 1. & Iulius Clarus, lib. 5. recep. sentẽ. quæst. 68. num. 30. etiam si Bald. consil. 459. volumi. 2. aliud velit sentire, super cuius consilio reliquit cogitandum Decianus, in dict. titul. de seditiosis num. 50. cum ipse, vt vides contrarium dixerit, cum incidenter rumor succedit. Et sic excusatur quis si propter priuatam inimicitiam vleis-
33 cendam † tumultũ excitet, nam non ita grauiter puniretur, ex text. in. l. in genuũ. ff. de capti. & postlim. reuer. Carreri. vbi supra, vel si tumultum excitasset quis, vel seditionem conflasset incumbens rei licitæ, & ad finem
34 licitum, † putà vt liberaret patriam à tyranno, secundum Boeri. in tractat. de seditio. in. 5. & 7. præsuppositis, & Carreri. vbi supra, dict. numer. 97. in fin. & præter eum Thom. 2. 2. quæsti. 42. artic. 2. & sic in terminis. l. 5. infra eodem inquit, ibi, Didac. Perez sub. l. 5. titu. 10. lib. 4. Ordinam. veter. quod si Rusticus videns homines cum armis in sua patria diruentes aliquas domos, vel aliam rem designatam ad seruitium oppidanorum tetigerit vel
35 pulsauerit cymbalum † publicum Ecclesiasticus, non ęrit puniendus pœna illius l. 5. cum habuerit iustam causam subueniendi suam patriam, & bona oppidanorum & sua, ab oppressione, & damno sibi, & alijs illato, prout solent facere multoties transeun-
tes per villas, & loca aliqua, qui solẽt excedere multum contra vicinos loci illius, & ad hoc euitandum solent pro congregando populo pulsare cã panam, vt euitentur oppressiones illius, nam excusandus esset talis pulsator saltem à pœna ordinaria, licet ego non consulo hæc fieri, quia fortasis multa exinde homicidia, & vulnera oriri possent, quæ vitanda sunt. Sed dato quod rusticus aliquis ignoranter id faceret supradicta sunt norandа pro eo excusando, quia tunc pulsatio punitur cum dolosè fit, secundum Didac. Perez, vbi supra pariter etiam ex dictis excusatur quis, si verba eius, quibus est vsus in acclamatio
36 ne † poterunt interpretari in bonam partem exemplum in illo, qui acclamauit alta voce, quod Marchio Mãtuæ malefaciebat auocando quendã carceratum de manibus potestatis Asulæ, quia hoc facere non poterat, nam Decius, defendit illum, in cons. 256. quòd ideò non posset dici seditiosus, quia verba sua debebant interpretari, quod non poterat Marchio de iure id facere, & sic se referebat ad terminos iuris, quod ei licitum erat.
37 Idem si quis lubrico linguæ † aliquid dixisset, quod ad seditionem interpretari posset, quia mitius erit puniẽdus, secundum eundem Decium, cõsil. 536. numer. 3. in fin. cum numer. 6. Animus enim, & affectus seditionis requiritur in isto delicto prout in alijs, nam si quis protulit ista verba ac clamando in populo, ruina, ruina, si tamen non dolosè, neque animo cõcitandi seditionem fuerint prolata, neque etiam fuerit secuta seditio nõ poterit puniri vt seditiosè, secũdum Decium, consil. 256. num. 7. vbi vtrũque, scilicet, quod animus & effectus
38 † requiratur pluribus comprobat debet tamen probari animum hunc defuisse, etiam si effectus defecerit, nam

in du-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in dubio acclamationes istæ, tumultus, & seditiones ad malum finem factæ censentur, imò & in deteriorem finem, scilicet, quod factæ sint contra Rempubl. secundum Bosi. in practic. titul. de crimi. læsæ maiestat. nume. 24. & 25. & Decianum, in dict. titul. 19. de seditiosis, numer. 54. nisi cõtrarium probetur, vt ibi, licet quoties actus non sequitur facilior erit probatio boni animi, quam si actus sequatur aliquis. Et qualiter 4 probe
39 tur seditio, & quomodo debent testes in in ea concludere, glo. 1. in dict. l. 16. titul. 26. partit. 2. se refert ad Alexand. consilio fin. lib. 2. & Didac. Per. l. 1. titul. 10. libr. 4. Ordinamen. gloss. 1. versic. dubium est, vbi dicũt, quod testes debẽt dicere coadunationem factam fuisse cum numero decem personarum ad inducendam vim seu malum, & secundum Bosium, vbi supra, numer. 26. ad essentiam seditionis requiritur, quod concludant testes, quod in certo loco fuerit facta cõgregatio & quod dux pro ea fuerit aliquis electus. Consuetudo etiam si sit in ciuitate acclamandi, & excitan
40 di populum excusabit, † vt non puniatur quis vti seditiosus, secundũ Cravet. consil. 4. numer. 19. vel si quis congregaret amicos, vel consanguineos
41 ad se tuendum † ab inimico, secundum Afflict. in capit. 1. §. conueticulas, numer. 2. de pace iur. firm. & Bart. in l. hostes. ff. de captiu. Bosius, vbi supra, num. 23. itidem si ex punitione seditiosorum maiora sequerentur scã
42 dala consilium est optimum, † vt impuniti remaneant, exemplo Pompeij Magni, qui victo Sertorio, dũ in eius tentorio reperiret Epistolas summorum virorum, qui clanculum studebant res Romanas innouare, omnes ipsas Epistolas igni mandauit, vt refert Plutarchus in vita Pompeij, & Decianus, in dict. titu. 19. nu. 45. quod ego intelligo, vt quod pro tunc punitio relinquatur ne scandala imminentia excitentur, puniantur tamen in tempore in quo non timetur de scãdalis maioribus, ne talia delicta remaneant impunita. Quæ omnia sic retuli, & ab alijs desumpsi, vt in vnum cõgesta habeamus, & in loco proprio scripta, & relata. Sed an sciens conspirationem contra Regem, vel Remp.
43 teneatur illam reuelare † aliter teneatur crimine læsæ Maiestatis, & in hoc Natta, consilio. 668. nume. 13. inquit cum Bald. contra Bart. in l. vtrũ ff. ad. l. Pompe. de parricid. communiorem, & benigniorem esse opinionem, quod si reuelationem non potest probare, non teneatur illam facere, & alibi fortasis latius dicemus.

Ibi. *No pueda querellar*, & ibi, *Y ellos que sean tenudos de responder.* Nam cum vt diximus in gloss. præcedente isti seditiosi in pœnam excommunicationis incurrant, nimirum si tanquã actores petere aliquid non possint, neque se excusare pro respondendo, si alij ab eis aliquid perant, quod est proprium illius, qui excommunicatus est, vt probatur in capi. intellexi-mus, de iudic. l. 4. titul. 10. libr. 2. fori, vbi Montal. & denegatur audientia, in cap. excommunicamus. §. credentes, de hæret. & sic inquit Abb. in. d. capit. intelligimus, numero. 2. quod excommunicatus repellendus est, à
44 iudicio nisi † in casibus à iure expressis, de quo in hoc libro. 8. latius diximus.

Ibi. *Yendo a las affonadas a aynder.* Quasi secus si casu ad rumorem, & tumultum accessit quis, & nihil fecit, nam non punitur, vt in gloss. 3. huius legis diximus.

SVMMA-

SVMMARIA.

Ex hac non est correctoria præcedentis, numer. 1.

Damnum parti prius est soluendum, quam pœna fisco. num. 2.

Amicus ignoranter ambulans cum amico, non tenetur ex successu contingente. numero. 3.

Commodans alicui equum, vel ensem ignoranter, non tenetur ex delicto succedente, numer. 4.

Lex Secunda.

Summarium.

Faciẽtes damnum in assonatis ad quid pro damno teneantur, disponit hæc lex, quæ non est correctoria præce-
1 dentis, † nec restrictiua, sed ampliatiua potius, quia præcedens quoad pœnas personales disposuit, hæc nostra quoad damni satisfactionem, & pecuniarum impositionem.

IBI. *Pagué a nos el quatro tãto.* Per. l. 16. titu. 26. parti. 2. septuplũ soluendũ erat, de quo dictum est in gloss. 3. legis præcedentis.

Ibi. *Con q̃ pague a la parte lo tomado con el doble.* Hic habes rex expressum pro bantẽ, quod etiã si damnum parti factũ iubeatur solui ipsi parti læsæ etiã in vim pœnæ, prius est soluendum,
2 quã pœna fisco, + vt diximus in. l. 3. nu. 62. tit. 10. lib. 4. supra vbi considera uimus legem nostrã in præsenti dum ex ea videtur probari, quod etiã calumnia', & mera pœna iubetur prius solui parti quã fisco sua calũniæ pœna dum in præsenti dicitur, quod duplũ damni sit etiam prius soluendum parti, quam fisco quadruplum, quod est contra cõmunem ibidẽ per nos asser tam, quod mera pœna, & calumnia prius fisco quã parti est soluenda, ergo cõtra rex. hic, ob quod Auẽd. ibidẽ Azeuedo super. 8. per me relatũ, dixit, per nostrã legem esse correctã cõmunẽ illã, ego tamẽ ibidẽ dixi non corrigi, sed legem nostrã esse intelligendã, cum ob damni rationẽ, & in eius cõsequentiã pœnã dupli dãdã esse lex disponit, quia tũc eũ damni naturã sequatur, & non videatur mera pœna, nimirũ si prius parti quã fisco soluatur. Vel dicendũ erit legem nostrã id specialiter disposuisse in hoc casu, vt sic cõstituamus Regulã esse in contrariũ ex dicta cõmuni, & cõsequẽter nullo modo cõmunẽ esse correctã per tex. nostrum, sed potius communem declarari, vt non procedat, vbi aliud lex disposuisset, vt hic disponitur.

Ibi. Y *vienen con el principal.* Secus vero si incidenter, & à casu se aliquis immiscuit inter seditionarios accurrẽs ad videndũ, quænã essent acclamationes illæ, & nihil faciens, vel cõmittens, nam tũc nõ punitur, vt diximus in. l. præcedente in glo. 3. & sic cũ absque malitia, & dolo, quis accurrit acclamationi, vt optime aduertit Dida. Per. hic sub. l. 2. tit. 10. lib. 4. Ordi. colu. 1512. vbi ex hoc infert ad quæstionẽ, de vocãte amicũ suũ, nec dicente ei, quo ire velit, nec quid facere, sed rogante, vt cũ associet, & ipse accepto ense cũ associat, & obuiãt inimico illius, & eũ interficit, quod non tenebitur talis associator si auxiliũ non præstitit, † neq; probatur, quod delictum
3 illud esset cõmittẽdũ, ex tex. vbi DD. maximè Cepol. nu. 4. in. l. quis sit fugitiuus. §. idẽ ait seruus. ff. de ædili edict. Hippol. in. l. 1. n. 12. C. ad. l. Cor. de sicar. parcitur enim facienti aliquid bona fide. l. quicunq;. C. de ser. fugi. & sic si cõmodaui alicui equũ + vel arma,
4 quia dicebat se velle ire in viã, & ibat ad occidẽdũ hominẽ non tenetur dominus delicto ab illo perpetrato ex Bal. nu. 22. in. d. l. quicunq;, & Hippo. vbi sup. & Dida. Per. vbi supr. vbi alia allegat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

RIco ome. *Quis sit.nu.* 1.
Conducho. *Quid sit.nu.*2.
*Pignus dans pro debito aliquo non dicitur soluere debitum.nu.*3.

Lex Tertia.

Summarium.

Nullus in assonatis debet capere alimẽta, sustentationem, neque aliam rẽ ab aliquo, nisi ab illis, à quibus vocãtur, sub nostræ legis pœna.

1 BI. *Rico hombre.* Quis sit iste† declarant.l.10.titu. 25.partit.4.&.l.2.titu. 28. partit.7.

2 Ibi. *Conducho.* Quid sit † vide. l.1. titu.23.parti.1.

Ibi. *Vayan con su conducho, o de aquellos que los llamaren.* Limitatio est hæc præcedentium, vt clarè vides, & in summario diximus.

Ibi. *Si lo pagare luego, o diere prendas,* no: Disiunctiuam hanc, ò, quæ ponitur inter diuersa, vt ex eo notare possis, & eum allegare ad hoc, quod qui pignora dat pro debito aliquo non
3 dicitur soluere debitum, † vt diximus in.l.18.numero.2. titu.21.lib.4.supra, nam cum in precedentibus verbis de solutione loquatur lex nostra, in sequentibus, *O diere prendas*, clare disponit per pignora nõ solui debitum regulariter.

SVMMARIA.

P*Opuli homines etiam principaliores tenẽtur fauere iustitiæ.nu.*1.

Lex Quarta.

Summarium.

Iudicibus fauendum à rectoribus, & officialibus ciuitatum, & populorum ad sedandas seditiones, & tumultus in ciuitate per aliquos concitatos.

BI. *Que los concejos, regidores y officiales de la tal ciudad, sean tenudos de les dar todo el fauor.* Hic est text. probans, non solum officiales, & gentẽ populi verum etiam rectores ac principalio
1 res† teneri fauere iudicibus, & iustitiæ administratoribus non potentibus mederi, & sedare seditiones, & tumultus aliquorum ciuitatis illius, quem text.ad hoc considerat Auenda.cap.1.prætorum num.31. versicunonus casus est lib.1. & culpabuntur non præstantes tunc auxilium, secundum Capici.Decis.149.quod intelligo ex text. nostro in illis verbis, *Que les pidieren*, si ad hoc requisiti fuerint, prout regulare est, quoties quis de negligentia arguitur, & de non præstito auxilio, vt alibi diximus, & de ijs aliqua retulimus in.l. 8.titulo.23. libro.4. supra, titulo, & intitulo.22. infra hoc libro alia dicemus Deo volente.

Lex Quinta.

Summarium.

Nullus ausus sit pulsare tintinabulum, & cymbalum absque iustitiæ mandato, & rectorũ populi hic designatorum sub nostri text. pœna.

Ibi.

BI. *Ninguno sea osado a repicar las dichas campanas.* Eã in hoc allegat Auiles, cap. 2.præto.gloss. ni confederacion, num.6.&.7.& vide dicta in.l. 1.gloss.3.supra, isto titu. ibi cam intelligo, cum dolose pulsatur, secus alias.

SVMMARIA.

P*Artialis morient cum signis partialitatis non est sepeliendus in Ecclesiastica sepultura.nu.* 1.
*Principes non enitantes partialitates peccant.nu.*2.
Peccat exercens officium per partialitatem obtentum.nu. 3.

Lex Sexta.

Summarium.

In Montagnis, ciuitatibus, & populis iuxta mare existentibus nullus audeat partialitates inducere sub nostrę legis pœna.

BI. *Del Reyno de Galicia.* Cũ lex hæc sit particularium populorum dispositiua, & prohibitiua, videtur quod in alijs locis quam hic expressis locũ non habeat, cum limitata causa limitatùm producat effectum, vt.l. age. C.de transf.& à contrario sensu argumentum, vel à sufficienti partiũ enumeratione validũ est in iure,& quod sic lex nostra, & eius pœna non practicetur in alijs locis quã hic expressis, imò quod in alijs partialitates permittat, & sit peccati inductiua, cum partialitas sit opus Satanæ, & partialis moriens cum signis suæ partialitatis non est sepeliendus in sepultura
1 Ecclesiastica, † secundum Bartol. relatum per Syluam Nuptialem, verbo est nubendum, nume.173.vbi à num. 122. pluta de partialitate congesit, & numero.124. in fin. inquit, grauiter
2 peccare Principes non † euitantes partialitates, & quod peccat exercẽs
3 officium † per partialitatem obtentum, vt ibi num.173. ergo lex nostra est nutritiua peccati, & iniustè dispo nit. Sed ijs non obstantibus dicendũ est, legem nostram esse iustã eo quod quanuis lex nostra partialitates in locis hic designatis prohibuerit, nõ est censendum in alijs populis eas permisisse, sed potius reprobasse, cum sit eadem ratio, & gratia frequentioris vsus populi, & prouinciæ hic descriptæ sunt designatæ, cum ibidem magis ab antiquis temporibus pullu lent partialitates, & consequẽter in alijs locis, & populis vbi est eadẽ ratio seruabatur etiam legis nostræ dispositio, & argumentum à contrario sensu, vel à partium enumeratione non procedit, vbi resultaret absurdum, vt est materia peccandi. Et faciũt dicta per nos in Rubrica titu.4.lib.3.supra.

Ibi. *Aya y alcance nuestra ira.* Quid significent verba hæc, diximus in.l.1. titu.14.supra isto lib.

Lex Septima,

Finalis.

Summarium.

Personarum vsus in præsenti prohibetur sub pœna.

BI. *Porque del traer de las mascaras, resultan grandes males.* Notanda est dictio hæc, *Porque*, Latinè, quia vel quoniam, quæ denotant causam, & pro causa apponuntur, imo & pro causa finali hanc constituẽdi legem, vt de ijs diximus dictionibus in.l.1. numero.1.titulo.1.libro.6.supra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex ijs intelligamus, quod non semper & ad semper sunt prohibitæ personę hæc, vulgo, *Mascaras*, sed tunc demũ cum ad malum finem trahuntur, & portantur, vel quia in loco illo solent communiter delicta perpetrari, cum personis ijs, vel adiunt inimicitiæ inter populares formatę, ex quibus verisimiliter timetur aliquis malus successus ex earum portatione, tunc enim loquitur lex nostra, & procedit, prout ex ijs verbis colligitur, & clarius ex originali curiarum ann. 1523. petit. 75. ex qua lex nostra sumpta est. Sed vbi deficerent, & cessarét hæ suspiciones non esset illicitum eas portare personas causa solatij, & in diebus festiuis, & solẽnibus in quib⁹ ex vsu ciuitatis autp opulvid solet fieri, prout est in solenni festiuitate dei Corporis Christi quotannis celebrandi, prout in hac Placentiæ ciuitate in tali die solet fieri magna cum solennitate, & applausu, tunc enim cum deficiat ratio legis nostræ cessabit eius dispositio, & pœna; cum etiã sit Regula, quod in quocunque legis præcepto positiuo satisfaciens rationi præcepti, satisfacit præcepto, ex text. & ibi Doctor. in cap. quoniam de proba. nor. Curti. Iunior, in Auth. præterea, numer. 25. C. vnde vir, & vxor. hæc pro hoc titulo.

TITVLO. XVI. DE LA Remisiõ delos delinquentes, y deudores a sus juezes.

DE furibus latronibus ac seditiosis dictum est in titulis præcedentibus verum tamen quia plerumque delinquentes delinquunt in vno loco, & se ad alium transferunt, & iudices loci vbi delictum est commissum petunt sibi ipsos remitti, vt ibidem, vbi deliquerunt castigentur, ideò sequitur nunc titulus noster disponens quando vbi, & de quibus sit talis remissio facienda.

SVMMARIA.

Dictio, Qualquier, vniuersalis est omnia includens. nu. 1.
Maleficium pro quocunque crimine, & delicto. nu. 2.
Remissioni an sit locus in leuibus criminibus nu. 3. & 4. & 5. & 6. & 7.
Remissio an sit de necessitate facienda, vel de voluntate. nu. 8. & 9.
Verbum sum, es, fui, denotat substantiam. numer. 10.
Italiæ & Franciæ loca habent iurisdictionẽ separatam sub diuersis Dominis, & Principibus constitutam. nu. 11.
Remissioni non est locus de vno Regno ad aliud. nu. 12.
Remittendus delinquens graviter ad locum delicti. num. 13. etiam si ibi, vbi detentus est aliud delictum commiserit, nume. 14. ponto prius de delicto, ibi commisso. numero. 15.

Fiscus

Fiscus præferendus est in executione, sicut in hypothecis. nu. 16. & 17.
Index incarcerans malefactorem præuenit in punitione eius. numer. 18. nisi vt numer. 19.
Remittere debet iudex delinquentem ad locum delicti etiam si index requisitus non sit iudex delinquentis. nu. 20. & 21.
Remissio cessat ad locum delicti si accusator in loco capturæ accuset. nu. 22.
Remissio est facienda vbicunque delictum remaneret impunitum. nu. 23.
Remissio est facienda ad locum delicti etiam si detentus sit à iudice originis, vel domicilij, nu. 24. & nu. 25. ampliatur, & num. 27. idem, & nu. 28. & 29. & nu. 30. & 31. limitatur.
Fori delicti fortius esse iudicant iura. n. 26.
Fur etiam & latro remittendus est ad locum delicti. nu. 32.
Vagabundus etiam remittendus est ad locũ delicti. nu. 33.
Index requisitus nolens remittere cogitur per superiorem. nu. 34.
Mandator delicti remittendus est ad locum delicti. nu. 35.
Remissioni tunc est locus quoties à parte petitur non vero alias. nu. 36. nisi vt num. 37. & 38.
Remissioni non est locus in leuibus delictis, vel in grauibus si eiusliter agitur. nu. 39.
Remissio vt fiat debet requisitoria informationem delicti, & locum continere. n. 40.
Remissioni non est locus in crimine hæresis, nume. 41.
Remissioni an sit locus in crimine raptus. n. 42. & 43.
Remissioni non est locus in ciuitate Romæ, num. 44.
Remissioni non est locus si delictum remaneret impunitum. nu. 45. & 46.
Morosus vel contumax non potest allegare pendentiam litis in alio loco. nu. 47.
Index remittens potest præfigere terminum remisso vt causã diffinat, alias, quod ipse procedet. nu. 48.
Consuetudo nõ remittendi, an valeat. n. 49.
Remissio non est facienda de maiori ad minorem. nu. 50. & nu. 51. infertur ex hoc.
Remissio an habeat locum ad ciuitatem fœderatam. nu. 52.
Remissioni non est locus quoad clericos delinquentes. nu. 53.
Clerici minorum ordinum tenentur præsentare titulos ordinum, vt remittantur ad suum iudicem Ecclesiasticum. nu. 54.
Clerici remissi ad Ecclesiasticum nõ sunt ignominiosè remittendi. nu. 55.
Index Ecclesiasticus non tenetur stare aliis per secularem remittentem. nu. 56.
Remissioni an sit locus vbi prouinciæ sunt multum distantes. nu. 57.
Remissioni vt sit locus quæ requiruntur. n. 58. & 59.
Confessio facta coram remittente an noceat coram remisso. nu. 60.
Torquere an possit index remissas delinquentem captum torquéri coram remittente, num. 61.
Delinquens sortitur forum in loco, vbi deliquit, & sic ratione delicti. nu. 62. & nu. 63. & 64. rationes apponuntur, & vsque ad num. 116. ampliatur, & limitatur.
Forum quibus modis quis sortiatur. nu. 66.
Mandans, vel tractans de delicto, vbi puniri debeat. nu. 72. & 73. & nu. 74. quid si eum sagitta, & n. 75. quid in iniuriate.
Delictum de iure communi denominatur à fine, & sic à consummatione. nu. 76.
Mensuratio fit per vias terræ frequẽtiores, num. 82.
Superior adeundus est cũ duo iudices discepiant super iurisdictione. n. 86.
Archidiaconus potest punire Episcopum delinquentem in suo territorio, quia etiam maior delinquens in alieno territorio pro priuato habetur. nume. 88. & 89.
Archiepiscopus habet ordinariam iurisdictionem in diœcesi sui suffraganei. nu. 91.
Domini duo si habent Castrũ, & vnus delinquat ibi, an potuit puniri per aliũ. n. 93.
Delegatus maior est ordinario circa causam delegatam. nu. 96.
Clericus falsum corã seculari deponẽs, an possit ab eo puniri. nu. 97. vsque ad. 102.
Remittendus est delinquens ad locum delicti etiam si esset priuilegiatus, quod in certo loco puniretur. nu. 116.
Exemptus ratione delicti perdit priuilegium nisi delinquat in loco exempto. num. 117. vsque ad. 120. declaratur.
Declaratio ad Auth. clericus. C. de Episcopis, & cleri. nu. 118.
Priuilegiorum Principis quædam inserta in corpore iuris, quædam non. nume. 119. & ibi de milite delinquente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Prima.

Summarium.

Delinquẽtes possunt extrahi à quibuslibet locis castellis, & fortalitijs etiã priuilegiatis, vbi se confugerunt, & quod remittantur ad ciuitates villas, & populos, vbi deliquerunt, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, & exemptionibus contrarijs.

EB I. *Mandamos que qualesquier malhechores.* Nimis ponderanda sunt verba hęc generalia, *Qualesquier malhechores*, vt ex eis deducamus hic esse text. probãtem remissioni locum esse etiã pro leuibus delictis, dictio enim illa, *Qualesquier*, vniuersalis est omnia includens, & nihil excludens, † vt diximus in l. 7. tit. 3. num. 1. & in l. 2. tit. 6. num. 1. & in l. 2. tit. 11. nu. 1. & 2. & in l. 1. titu. 8. nu. 57. lib. 5. sup. & sic omnia maleficia cõprehẽdit, verbũque illud, *malhechores*, quoslibet includit malefacientes, nã maleficium pro quocunque † crimine, & delicto sumitur, vt in l. ex maleficijs. ff. de actio. & obliga. ergo, & malefactor quilibet delinquens dicitur, etiam in actione legis Aquilię, in qua, vt alibi diximus, criminaliter agi potest, & sic etiam si pœna pecuniaria, vel parui exilij veniret imponenda pro maleficio, erit locus remissioni, ita vt, ex lege nostra, etiam pro leuibus criminibus † remissio locum habeat, idque etiam ex l. 1. tit. 29. p. 7. deducitur, cum ibidem remissioni locus detur pro quocũque crimine cõmisso de contentis in omnibus titulis præcedentibus à titulo. 1. illius partitæ. 7. vsque ad eius titulũ. 28. inclusiue, in quib' quidẽ titulis de leuibus, etiã criminibus actũ erat, & sic licet antea de iure cõmuni locus non erat remissioni in leuibus delictis, † vt probat Geminian. in c. Romana. §. cõtrahentes, de foro comp. in. 6. & ibi cõmuniter Doctores, & in c. 1. de raptori. Cassa. in consuet. Burg. Rubric. 12. num. 7. Montal. in l. 1. titu. 1. lib. 2. fori, & in Cõpila. fori verbo. delinquẽs, & in verbo. remissio, & in l. 18. titu. 1. parti. 7. & ita communiter Doctores tenere asserebat Abb. relatus per Duenas, Reg. 278. limi. 3. & Couar. in practi. q. 11. post. n. 7. versi. octauo, & eos referens Iulius Clar. in praxi. §. fin. lib. 5. quæst. 38. nume. 23. & 24. & Decian. lib. 4. de delict. Tomi 1. capi. 19. num. 5. hodie tamen ex lege nostra, † & ex dicta partitarum lege, correcta hæc sunt in nostro regno, ita vt in leuibus delictis sit etiam locus remissioni huic, & ita hanc opinionem videtur tenere Dida. Petez, in l. 2. titul. 17. lib. 8. Ordin. pag. 337. col. 1. & Auẽda. Respon. fin. num. 3. vbi in versi. neque obstat his, respondet. l. 3. infra isto tit. quæ cõtrariũ probat, scilicet, quod remissioni non sit locus, nisi in delictis in quibus corporalis pœna venit imponẽda, quia legem hanc. 3. inquit ipse Auend. non negare quin in leuibus etiam non sit locus remissioni, neque est præsumendũ velle legẽ nostram corrigere. Item lex illa. 3. secundum Auend. ibidem versi. item illa lex. cum sequenti versic. vnũ nouum inducit, scilicet, quod etiã si nõ mittatur iudici requisito informatio delicti, sed sententia solũ in qua delinquens ille est cõdemnatus pœna corporali teneatur illam remittere, sed vbi non adest hæc sententia corporis afflictiua missa delicti etiam leuis informatione remissioni locus sit, & consequenter lex illa. 3. nihil obstat supradictis. Nihilominus tamen in hoc

in hoc puncto ego tenui semper, & teneo pro Regula vera, & in praxi recepta, quod remissioni non est locus in
6 leuibus delictis, † vel etiam pro non leuibus in quibus ciuiliter actum est, & pœna pecuniaria, & non corporalis venit imponenda, secundũ dictos Doctores, maximè Decia. vbi supra, sed quod tantum pro delictis in quibus deliquens corporaliter puniendus est erit locus remissioni, & quod lex nostra, & dicta lex partitarum, nõ corrigunt ius commune, sed quod potius generalitas earum declarãda est ex speciali dispositione iuris communis sic disponentis, cum correctio omnino vitanda sit, generalesque dispositiones per speciales declarãtur, & de habilitate sunt intelligendæ, & restringendę, nè demus correctionẽ, & sic in casibus, in quibus alias de iure commuui erat dispositum esse locũ remissioni, in illis etiam hodie sit & non in alijs, & generalis dispositio dictæ. l. partitarum comprehendens
8 omnes casus à titulo. 1. vsque ad. 28. dictæ partitæ. 7. intelligatur de illis casibus in quibus leges illę pœnã corporalem delinquenti imponunt, & lex. 3. infra eodem non exemplificatiua, sed dispositiua sit, & non tantum veniat disponere de casu in quo per sententiam est pœna corporalis iam imposita, sed etiam vbi non est causa
9 per sententiam diffinita, sed venit diffinienda, & per eam respectu informationis factæ est imponẽda pœna corporalis delinquenti, & petitur eius remissio per iudicem loci delicti, & sic hanc etiam opinionem sibi contrarius tenuit idem Auenda capit. 7. præto. num. 5. versi. iustæ autem causæ lib. 2. & Couarruui. in dict. cap. 11. pract. quæst. num. 7. versic. octauo remissioni, & glos. fin. in fine in dict. l. 1. titu. 29. parti. 7. & Orosci. in l. præses num. 6. & 7. colu. 446. ff. de offi. præsi.

Azeuedo super. 8.

sic dicens declarandam esse, & intelligendã dictam. l. 1. titu. 29. parti. 7. & Auiles. cap. 27. præto. glos. *Entreguen*, num. 6. & 7. vbi in additione considerat pro hac opinione. l. 3. nostri tituli, & Villalo. in ærario com. opinio. verbo Remissio. nu. 36. ita vt hæc inter nostros Hispanos sit etiam cõmunis opinio cõtra Auend. in d. Resp. fi. vbi primã contrariã voluit tenere, sed hæc secũda nostra, & cõmunis reneda est
7 †, scilicet, q; remissioni locus tãtum est, vbi venit pœna corporalis imponẽda, & hęc cotidie practicatur, & recepta est in praxi, & cõtraria explosa, & minime sunt mutanda, quæ certã interpretationem habuerunt.

Ibi. *Deudores*, Pro declaratione horum verborũ vide quę diximus in l. 1. glos. *Otras*, num. 54. tit. 21. lib. 4. supra.

Ibi. *Sean remitidos*. Sed an de necessitate remissio hæc facienda est in casibus, in quibus locũ habet ad locũ delicti, an vero de honestate esse voluerit index requisitus, † & in hoc sicut in alijs fuerũt opiniones inter DD. Bar. enim in Auth. vt nulli Iudicũ collat. 9. per tex. ibi, in verbo, iubem', inquit remissionẽ esse faciendã in criminalibus de necessitate, cò quòd verbũ illud, iubemus, est necessitatis inducti vũ. l. 1. & 2. ff. q; iussu, & not. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Bal. verò in addi. ad Specu. tit. de accusato, versi. sed quid si offensus, & addit Abb. in. c. fi. de foro compe. eorumq; imitatores tenẽt, se nusquã legisse legẽ vllam in criminalibus remissionẽ admittentem, & consequẽter non esse de necessitate faciendã, & sic hodie esse de consuetudine, vt remissio non fiat, tenentque Cyn. & alij plures relati per Iuli. Clarum in libr. 5. recep. sent. §. fin. q. 38. num. 20. vbi inquit sic esse consuetum in Francia, & in Italia, in hac tamen opinionum contrarietate tenenda est pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma opinio præsertim in nostro regno, † scilicet, quod de necessitate est
9 facienda remissio delinquentis ad iudicem loci delicti cum petenti quoties criminaliter agitur de delicto pro quo est imponenda pœna corporalis, & hanc cum Bart. vbi supra tenent Auiles, cap. 27. prætorum glos. *Entregues*, numer. 1. cum sequentibus aliquibus, & Oroſci in l. præses, num. 7. ff. de offi. præſi. column. 446. vbi inquiunt pro hoc esse l. 1. & 2. titul. 29. part. 7. & probatur itidem ex l. nostra in præsenti in ijs verbis, *Sean remitidos*, verbum enim illud, sean, latinè sum
10 es fui, † denotat substantiam, ex glos. in l. mercis appellatione. ff. de verbo. signi. quam ad hoc allegat Ioan. Garsia, de nobilita. glos. 1. numero. 38. & cum substantia denotatur, necessario est intelligendum, dispositum esse adimplendum, aliter enim non esset de substantia. Item ex verbo, *Mandamos*. nostræ legis id etiã deducitur & latinè interpretatur, iubemus, quod vt dictum est importat necessitatem, & sic etiam de iure communi hæc erat communis opinio teste Claro, in dict. quæstione. 38. numero. 19. & hanc etiam è nostris tenent Couarruui. in practic. capit. 11. numer. 4 in fine, & Auenda. capit. 7. præro. numer. 7. libro. 2. versicul. sed iure cum sequent. & Boeri. decisi. 29. & Guido Papæ, decis. 102. Et communis illa contraria consuetudo Franciæ, & Italiæ non remittendi delinquentes fortalsis procedit, quia loca quælibet Italiæ, & Franciæ habent iurisdictionem separatam sub diuersis Dominis, & principibus con-
11 stitutam, † vt inquit Clarus, vbi supra, numer. 21. inter dominia sub diuersis principibus existentia non est locus remissioni, prout non est regulariter de vno regno ad aliud regnũ,
12 † & tradit Couarruu. vbi supra, nu. 10. vbi tamen inquit debere tunc puniri per iudicem loci illius vbi captus est, ne delicta remaneant impunita, & pars offensa sine satisfactione, sed hoc non video fieri, & male: Sed si sub eodem Principe sint dominia diuersa, tunc omnino si petatur est facienda dicta remissio, vt dictum est. Et quia ista materia remissionis est ampla, & cotidie prę manib' habetur ideò eam per conclusiones ampliationes, & limitationes declarabo, & vt scias quid sit remittere vide per Rebuf. in l. munus. 18 pagin. 163. ff. de verbo. signifi. Et in hac materia facio cõclusionem generalem, scilicet, de
13 linquens † captus in alio loco quam vbi deliquit in criminibus gravibus, & non leuibus, & sic vbi pœna corporalis venit imponenda remittendus est ad locum delicti si petatur, vt ibi contra eum procedatur, & pœna cõdigna puniatur, & hæc est vera, & in dubitata conclusio, & ex text. nostro probata, & ex dicta l. 1. titul. 29. parti. 7. & ex alijs iuribus supra allegatis, & in progressu allegandis ad probandum quod ratione delicti sortitur quis forum, & quòd hoc forũ est fortius quam forum domicilij, & originis. Quæ quidem conclusio amplia tur primò, vt procedat etiam si talis delinquens in loco vbi captus est, cõ
14 miserit aliud delictũ, † adhuc enim tunc postquam punitus fuerit de delicto ibi commisso remittendus est ad locum delicti, vt ibi de eo puniatur, habet enim tunc iudex loci detinens delinquentem fortius ius propuniendo delicto ibi commisso, quã iudex petens remissionem, cum possessor huius delinquentis huius sit hic iudex capiẽs eũ, & sicut possessor est præferendus, vt prius ibidẽ puniatur quã alibi remittatur vt sic satisfiat Reip. & parti læsis, & sit alijs in exemplum hæc punitio, vt. ff. de pœnis. l. si

operis,

operis, in fi. & de seruis fug. l. cũ verũ, in fi & de furtis. l. si quis seruo, in fin &. C. de hær. l. quicunque. §. vniuersi, quæ iura ad hoc allegat Iacob. de Bellouis. in practi. crimin. libr. 2. cap. 10. nume. 7. vbi numer. 2. ponit exemplum putà si crimen commissum in loco capturæ mortis pœnam nõ meretur, & aliud primum commissum & pro quo remissio petita est, mortẽ exigat, tunc enim primo de minori pœna, deinde de maiori tractandũ est, vt. l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. & sic in loco capturæ potest manũ vel pedem, vel auriculam amittere, vel flagellari, si qualitas criminis hoc totũ, vel partem exigat, & deinde remitti debet ad aliam iurisdictionem in qua maius vel æquale crimen commisit, & ibi alia manus, vel auricula amputabitur vel flagellabitur & ab inde in triremes portabitur, ad quas per primum iudicem, vel per secundum, vel per vtrumque cõdemnatus erat, vel furca suspenderur per secundum iudicem, si furcæ pœnã meretur, & sic vna executio non debet aliam impedire ex dicta l. si cui. §. fi. cum ibi notatis, nam in pari crimine, vel pœna imponenda iudex, qui cum detinet est
15 in executione † præferendus, cum possidentis sit potior conditio, iuxta notata in. l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exim. & l. vti frui. ff. si vsusfr. peta. veteresq; Romani in omnibus penè rebus magnã semper temporis rationem habuerunt, vel vt honorem deferrent senectuti, vel vt hominum diligentiam atque vigilantiã excitarent, vel vt tollerent occasiones contentionũ inter pares, vel denique vt nemini ius adquisitum auferrẽt. Et supradicta vera esse inquit Bellouiso, vbi supra. d. n. 2. pag. 332. in paruis, nisi alter, qui non possider, es-
16 set priuilegiatus, vt fiscus, quia tunc ille est in executione † præferendus, iuxta not. in l. falsus. §. solent, super verb. Petãt. ff. de furtis, & pro hoc etiam. C. de bon. vacan. l. 1. & l. vacantia. lib. 10. & ff. de iure fisci l. 1. §. an bona, prout sunt quæ dã alia in fisco specialia, quiã præcedit in hypothecis †,
17 vt. l. assiduis C. qui potio. in pig. hab. cũ ibi notatis, & idẽ inquit Bellouis. vbi supr. num. 4 pagi. 333. si delictum esset cõmissum in iurisdictione duorum, quia ille, qui incarcerauit male-
18 factorem posset † cognoscere & punire, vt. l. vna. §. 1. ff. de offic. consul. & l. fi §. quoniam. de rebus dub. nisi esset contentio inter ipsos cõdominos de subiectione carcerati, & de iurisdictione illius loci, quia tunc non po-
19 test vnus, neque alius † interim de eodem incarcerato cognoscere, sed habet vnus condominus actionem suam contra alium intentare super subiectione, & iurisdictione eiusdem vt. ff. si serut. vendi. l. is cuius familia, & de seruituti. l. fi. §. fi. & de ędili edic. I bouem. §. fi. & C. de agricolis & censit. l. litibus. §. 1. cum ibi notatis super verbo, Remaneant. libr. 11. & faciunt dicta per glo. l. 2. tit. 14 part. 5. & Iuli. Clarum. lib. 5. pract. crimi. quæst. 38. num. 11. & sic hanc ampliationem tenet Iacob. de Bellouiso, vbi supra, & Bosius in pract. crim. tit. de foro comper. num. 58. & Iulius Clarus in dict. quæst. 38. num. 26. Secundo ampliatur nostra cõclusio, vt procedat etiã si iudex ille, qui cepit delinquẽtem nullo modo sit iudex talis delinquẽ
20 tis †, neque super eo habeat aliquam iurisdictionem, adhuc tenetur illum remittere iudici petenti sibi remitti, eò quod ibidem deliquit, nam debet attendi iurisdictio iudicis eum petentis, non autem eius à quo petitur remissio, secundum Calderi. relatum, & secutum per Abb. in cap. fi. de foro comper. & hanc sequitur Couarr. in pract. cap. 5. num. 6. in princ. & Iulius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clarus, vbi supra, nu.22.& hanc sine dubio sequendam iudico,etiam si cõtrariam dixerit communẽ Bossius,relatus per Clarum, in eod. num. 22.& etiam si eam sequatur Auenda.Resp. fin.num.9.conclusi. 10. & Decianus, in tomo.1.de delict.lib.4. cap.19. nu. 2.& 4.quoties iudex ille qui petit remissionem & ille,à quo petitur eundem superiorem habent & recognoscũt, sed prima opinio mihi indistincte plus placet & in practica recepta videtur, neque obstat text. in cap.fi. de foro comp. nam vltra intellectus per doctores,ibi assignatos & per Couar.vbi sup,ex ipsomet rex.colligitur responsio, scilicet,quia ibi Episcopus ille Romã adijt nulla necessaria causa intercedẽte, ideo nimirum si ibidem conueniri possit pro delicto alibi commisso,cum Roma communis patria sit,vt ibi inquit rex.& quia cũ ibidẽ actor & accusator causam proposuerit, nimirum si remissio ad locum delicti non concedatur,cum,vt infra dicemus, accusatore petente, contra delinquentem in loco capturæ, cessat remissio † ad locũ delicti & cum hæc in dicto.cap fin.concurrissent felices,partis accusatio in Roma, & ꝙ Roma cõmunis patria est, & quod voluntarie & non vocatus Romam accessit, neq; itidem iudex delicti remissionem petebat, nimirũ si non remittatur ad locum delicti, & sic nihil ille text. pro secunda opinione facit, ijs tamen deficientibus omnino (vt inquit Couar.dict.capit. 11.num.6.ad finem) est facienda remissio iudici loci delicti eam petenti ad instantiam partis coram eo accusantis. Imò & vbicunque delictum † remaneret impunitum debet fieri remissio,vt communem testatur Ana. relatus per Clarum dict.quæstio. 38. num.19.sed vbi non est iudex ille,qui capit,punire non potest,igitur tenetur remittere iudici delicti petenti, tertio ampliatur nostra conclusio. vt procedat etiam si talis delinquẽs pro delicto alibi commisso detentus † & captus sit per iudicem sui domicilij vel originis procedentis ex officio nõ verò ad partis petitionem, adhuc enim tunc remitti debet iudici loci delicti petenti sibi remitti, vt ibidem contra eum procedatur & puniatur, vt tenuerunt Per. Cyn. & communiter Doctores in authent. qua in provincia. C. vbi de crimin. agi opor. & Bar.in.l. si cui.§.fin.num.1.in fine, de accusatio &hanc communem testatur Cæpola, consil. crimin. 59. vers. primum est an de iure,& Curti. iunio. in.l. hæres absens.§.1.nu.5.ff. de iudicijs,& Sapia. relati & secuti per Clarum,in dict.quæst.38.nu.19. in princ. & e nostris tenet Couar.in dict. c. 11. num.6.vers.contraria sententia placuit in fin.& de iure canonico istam etiam opinionem tenet glo. De more,in Clem.2.de re iudi.& glo.vlti.in cap.fi.de raptori.& Anchar.in cap.postulasti,in repet.nu.12.de foro comp. Quæ allegat ad hoc, ita tenens Decianus,in dict.cap 19.num.7.in prin. & Couarru. vbi suprà, hoc ampliat etiam si iudex domicilij & originis prævenerit in cognoscendo ex † officio iudicem loci delicti, imo etiam si sententiauerit ex officio debet remittere ad partis & iudicis loci delicti petitionẽ,vt tenere asseritur glossam.in prouincijs in.l.à Diuo Pio. §.1. ff.de re iudi. & ibi Alexan. num.3.& 4.& Fulgos.in.l.1.C.vbi de crimin.agi opor.Imol.in.l.1.in princ.ff.de publi. iudi.& Oroscius.in dict.l.præses.n.9. pagin.446. ff.de offic.præsid. optimè Auenda.Respon.fi.num.6. conclu.5. per totam, & sic teneo etiam si Decianus,vbi supra,num.12.&.14. aliud voluerit, & ad hanc contra Decianũ & ab eo relatos tenendã opinionem non

non me mouet opinio asserẽtium & forsan verius, quod iudex domicilij, vel originis ex officio nõ potest contra subditum procedere pro delicto extra suam prouinciã commisso, de quo per Couar.vbi suprà,& latissimè per Decianum,vbi suprà,in dict.1.tomo,lib.4.cap.16.num.1.cum pluribus sequentib. non inquam hoc me mouet ad tenẽdam dictam opinionem, sed quia lex nostra,& dict.l.1.titul.29. partit.7.& iura communia forum delicti fortius esse † iudicant, & quòd ibi sit delinquens puniendus,& ibi remittendus,ad hoc me inclinant,prout seipsum inclinare inquit Oroscius, vbi supra,dicens, nam quæ rationes condemnandum, eædem cõdemnatum remitti oportere,suadent, & id iustis de causis statutum est, tum vt satis fiat Reip. læsæ.vbi quis deliquit, tũ etiã quia ibidẽ regulariter & a cõmuniter accidentibus facilius reperiuntur testes, quibus posit probari delictum,quam in loco domicilij & originis, & quia iudex domicilij & originis nõ posset compellere testes in alieno territorio existentes ad se venire.l.3.§. fin.ff. de testibus, neque etiam posset eorũ examinationem alteri committere.l.apud eloquẽtissimum.C.de fide instru.& sic facile delicta impunita remanerent, ita Ancharra. in dict. cap. postulasti.nu.12. Item & quia afflictis non est danda afflictio, neque expensis maioribus quis est vexãdus,sed actor percussus, vel eius hæredes, si mortuus est percussus,affigerẽtur magis, & maiores facerent expensas si alibi deberent se qui litẽ,quam in loco delicti,vbi faciliter probationes reperiret, maximè si ibidem est domiciliarius talis accusator. Itẽ & percusso & cognatis eius & affinibus solatiũ erit interemptorum eodem loco reddita pœna, quo homicidia & percussiões factæ sunt, quas & alias rationes in propositum considerat Decianus, dict.cap.19.nu. 8.& Couar.in dict.cap.11.num.3.Igitur omnino tenendum est ijs fundamentis & rationibus remissionẽ esse faciendam per iudicem domicilij vel originis,siue prævenerit,siue non, siue sententiauerit † ante requisitionẽ siue nõ. Ex quibus assero quod id procedit non solum in foro seculari, vbi communis erat & verior opinio de iure ciuili, quod iudex domicilij, vel inquisitionis ex officio procedere nõ poterat contra subditum suum pro delicto alibi commisso, verum & in foro Ecclesiastico † & inter iudices ecclesiasticos, inter quos de iure canonico determinatũ erat subditum suum ratione domicilij vel originis punire posse de delicto alibi cõmisso, vt testatur Couar.dict.cap.11.num.6. nam adhuc in ijs casibus & inter hos iudices erit remittendus delinquens ad locum delicti,ex dictis rationibus, quæ sunt ad id tenendum vrgentissimæ,& tunc iudex domicilij & originis procedet interim quod per iudicem loci delicti nõ petitur remissio. Et hæc non tantum procedunt si iudex domicilij sit æqualis, sed etiam si sit † maior, secundum Bald.in.l. fin. num.16.C.si à non comp. iudi. & tenet Decianus,dict.cap.19.num.9. vbi hoc & benè ex Oldrado. consil. 124. intelligit, modo sint ambo sub codẽ Principe,secus si sub diuersis Principibus, vel iudex domicilij nõ recognosceret † superiorem,nam tunc remittere non teneretur, vt ibi per eũdem Decianum,num.10.Item & hæc limitatio non procederet quoties pars offensa accusaret † delinquẽtem coram iudice domicilij vel originis, nã tunc non erit locus remissioni ad locum delicti,cum tunc iudex domicilij vel originis sit competens ad punitionem talis delinquentis cessetque remissio

Universidad de Deusto
Biblioteca

remissio parte nolente accusare coram iudice loci delicti, sed coram iudice domicilij, vel originis, vt dicunt dicti Doctores, & maxime Auend. dict. conclu. 5. vt & in limitationibus nostræ regulæ dicemus, & sic vidimus in chancellaria Pinciana determinatum, & tenet Couar. dict. c. 11. n. 6. in fi. & pro hoc allegat Auẽd. vbi sup. l. 15. tit. 1. p. 7. & ibi in versi. Hoc intelligo, ita dicit loqui Bal. pro contraria opinione allegarum per Decia. in d. nu. 12. Quarto ampliatur nostra cõclusio principalis, vt procedat etiam
32 in fure, & latrone †, qui si alibi aufugiat & incarceretur quantũuis reperiatur cum re furata adhuc remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur, & contra eum procedatur, vt in hoc libr. 8. dictum remanet, & praxi communi admissum videmus, & tenet Couarru. in dict. cap. 11. num. 9. etiam si Auend. Respons. fin. num. 10. conclu. 14. aliud velit per l. 4. titu. 14. p. 7. quę nihil pro eius opinione facit, quia loquitur quoties pars offensa petit coră illo iudice, vbi fur captus est, vt ex illa patet in princ. dũ dicit, quod corã iudice loci delicti, vel vbi reperitur accusare potest, ergo cũ petit coră eo lex illa loquitur & non aliter, etiã si gl. 1. in ea. l. 4. alio modo diuinatiuo tamen velit eam intelligere, vt non obstet opinioni cõtra Auendaño. Quinto ampliatur nostra conclusio, etiã si delinquens sit vagabun-
33 dus † adhuc enim tunc si petatur per iudicem loci delicti remittendus est illi, vt tenet Couarr. in pract. cap. 11. n. 7. in princ. cum Innoc. & alijs ab eo relatis, cum in eo militent eædem rationes iustam remissionem efficientes, sicut militant in eo, qui vagabundus non est, & tenet Auendaño, vbi suprà, nu. 7. & contraria opinio, quæ communis est procedere posset, vel quoties non petitur remissio à iudice loci delicti, vel etsi petatur pars offensa non accusat coram iudice petente remissionem, sed coram iudice vbi est detentus, & incarceratus, prout colligitur clarè ex. l. 15. titu. 1. part. 7. versi. *Otrosi dezimos.* cum sequẽtib. iuncta ibi glo. *A otro.* & tenet Dida. Per. in l. 2. tit. 17. lib. 8. Ordin. pag. 338. col. 2. Et sic etiam intelliges circa hæc alibi dicta per me in hoc libr. 8. de vagabũdo accusando. Sexto ampliatur nostra conclusio, vt procedat etiam si delinquens ipse exemptionis priuilegium habeat respectu certi loci, non verò si generaliter, ex tex. in capit. 1. de priuileg. in sexto. quem text. sic tenens declarat procedere isto modo, Couar. in dict. cap. 11. Practic. quæst. num. 5. sed ex lege nostra videtur idem disponi etiam si sit priuilegium non respectu certi loci, sed generaliter, dum in plurali lex nostra loquitur. Septimo ampliatur, vt
34 si iudex requisitus noluerit remittere cogi possit per superiorem †, vt tenent communiter Doctores, teste Bosio, in pract. crimin. titul. de foro compet. num. 48. Octauo & finaliter ampliatur, vt etiam mandator delicti remittendus sit ad locũ delicti †
35 si petatur, vt per Auenda. dict. Respon. fin. num. 5. etiam si mandauerit extra locum delicti, vt ibi per eum. Quibus ampliationibus sic discussis deueniendo ad limitationes nostræ conclusionis limitatur primo, vt procedat quoties remissio petitur à iudice loci delicti. nam tunc omnino est facienda, secus verò si non petatur, nam tunc de vrbanitate †
36 non verò de necessitate fiet, sed iudex ipse domicilij, vbi captus est delinquens poterit eum punire de delicto illo, iuxta legẽ primã. C. vbi de crimin. agi oport. iuncto intellectu Barto. ibidem, & tenet Grammati. decisione. 26. num. 3. & Oroſci. in l.

in l. præses. num. 6. col. 446. ff. de offi. præsid. & hæc est communis Bart. & aliorum opinio, teste Couar. dict. c. 11. num. 5. versic. Quarto erit. & Deciano, in dict. lib. 4. tom. 1. de delict. c. 19. num. 1. multa enim, secundum eum ibi, concedeuntur ad requisitionem alterius iudicis cum suis literis publicis, quæ alias non concederentur, licet ex vrbanitate, vt dixi, vel ex volũtate id fieri posset, vt per dictos Doctores, maximè Decia. dict. cap. 19. n. 6. & Didac. Per. in l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordin. glo. 1. col. 2. & hæc limitatio vera
37 est, nisi in casu in quo de iure aliud esset † expressum, prout in iudicibus fraternitatum ex l. 13. titul. 13. supra isto lib. vel in casu, in quo pars ipsa offen-
38 sa † accusat delinquentem coram iudice à quo captus est & incarceratus, nam tunc etiam si in lex delicti petat sibi remitti non erit locus remissioni, prout ex dict. l. 15. tit. 1. p. 7. tenet Auenda. Respon. fi. nu. 6. versic. hoc intelligo, & vt dictum remanet ita sic vidi in Pinciana chancellaria determinatũ. Secũdo limitatur nostra conclusio, vt procedat in delictis grauibus, & in quibus venit imponenda pœna corporalis, & ad eam imponẽdã criminalis proponitur accusatio, secus in delictis leuibus, vel etiam in grauibus in quibus ciuiliter & ad pœ-
39 nam pecuniariam proponitur † accusatio, vt in glo. 1. huius legis remanet dictum. Tertio limitatur nostra conclusio, vt procedat in foro fori, secus in foro poli, & sic cõscientiæ, nam in hoc etiam si quis delinquat in aliena parochia, nõ est remittẽdus pro pœnitẽtia iniungenda ad parochũ parochiæ illius vbi peccauit, sed per proprium parochum est ei pro peccato illo imponenda pœnitẽtia sacramentaliter, & sic in foro poli nõ est locus remissioni, secundum gloss. in. c. placuit in. 1. 16. quæst. 1. & tenẽt plures relati per Dueñas in regula. 378. limi. 1. & per Couarru. in dict. cap. 11. Pract. quæst. num. 4. vbi hanc communem testatur contra Palud. & Hostiens. relatos per eum, & quidquid per. l. 22. tit. 4. part. 1. aliud etiam decisum extet, nam in ijs foto canonico stãdum est, præsertim attentis decretis Concilij Tridentini, & alijs à nobis dictis in. l. 5. ti. 1. n. 5. lib. 1. supra & sic quãuis Coua. nõ referat tenet nouissime Humada, in l. 22. tit. 4. p. 1. gl. vni. Quarto limitatur nostra cõclusio & restringitur, vt tunc demum iudex requisitus remittere teneatur quoties insimul cum requisitoria, quæ mittitur per officialem requirẽtem, & cum ea mittitur etiam summaria quædam
40 causę cognitio † & informatio, ex qua quidẽ cõsset de delicto tali & in quo loco commissum est, aliter enim remittere non tenetur secundum glo. De more. in Clem. Pastoralis, de reiudi. quam omnes sequũtur, vt per Conar. in dict. c. 11. nu. 8. & in praxi communi sic receptum videmus, & tenet Oroscius, in l. præses ff. de offic. præsi. pag. 446. num. 8. & Deci. in dict. c. 19. n. 15. & licet ipse ibi dicat quod hãc causæ cognitionem faciet iudex requisitus, tamen cõmuniter fit per requirentem, & in requisitoria inseritur informatio facta per requirẽtem de delicto & per quem, & vbi cõmissum est, & tenet Didac. Per. in l. 2. tit. 17. pag. 339. in fin. cum sequent. lib. 8. Ordinam. vbi respondet nostræ legi sententiam requirenti, & cum iudex requisitus non faciat hanc informationẽ iure optimo asseruimus in hac glo. iudicem requisitum etiam si nõ habeat iurisdictionem teneri remittere illum. Quinto limitatur nostra conclusio, vt non procedat in crimi-
41 ne † hæresis, quia potest vbicunque puniri, nec fiet remissio, vt in l. Arriani. C. de hæreti. & tenent plures relati per

Universidad de Deusto
Biblioteca

lari per Decian. dict. cap. 19. num. 23. & Dueñas, reg. 378. num. fin. quòd intelligit Couar. vbi sup. & eum referēs Decianus, vbi suprà, hoc, scilicet, modo quod si quis palam crimen hæresis Granatæ commiserit, & fugerit Valentiam ibique in eodem crimine perseuerauerit, petaturque remitti per inquisitores Granatæ, remittendus est illis, sed si non petatur remitti Valentiæ puniri poterit, quòd si Valentiæ etiam palam vel occultè hæresim commisit, & ibi capitur, ibi punietur nec remissio fiet, vt per Couarru. vbi suprà, quem sequitur Decian. vbi suprà, & late Didac. Perez, l. 3 gloss. 1. versic. est præterea dubiū, vtrum hæreticus, titul. lib. 8. Ordin. & in l. 2. pagin. 339. colu. 2. titul. 17. cod. lib. 8. Ordin. Sexto limitatur nostra conclusi. vt non procedat in crimine rapt-
42 us, † in quo quilibet, qui carceratur raptorem, punire eum poterit, ne que erit locus remissioni, ex text. in L. 1. §. fin autem, post. C. de rapt. virgi. vbi Hippolyt. num. 109. &. 123. & ex textum. l. raptores. vbi Paul. num. 7. & Folgos. 9. C. de Episcop. & cler. & Bal. num. 8. in dict. l. 1. vbi dicit quod tanquam vagabundus non habet priuilegium fori & Cass. in consil. Burg. titu. *Des Adnena*. 12. Rubr. §. vnico. nu. 11. fol. 364. & Ludouicus Peguera, in suis Quæst. crimi. cap. 43. num. 13. & hoc esse speciale in raptu testatur Tyber. Decia. tom. 2. de delict. lib. 8. c. 8. num. 4. & in cap. 9. num. 3. &. 5. vbi inquit rationem esse, secundum gloss. in. d. l. 1. verbo, Sine fori præscriptione, quia ratione delicti sortitur forū vbi est captus, quam rationem reprehendit Hippolyt. num. 232. versi. Capio. gl. Sine fori, nam regulariter nullus sortitur alibi forum, quam ratione originis, domicilij, vel delicti, sed dicit Hippolyt. rationem esse ob delicti atrocitatem, cui rationi adhæret Decia. in dict. num. 5. sed dissentire inquit in eo, quod non putat glossam ibi hoc voluisse, quod dicit Hippoly. sed hoc sensisse, quod scilicet raptor si cum rapta aufugiat, vbique reperiatur, dicitur ibi ratione delicti forum sortiri, sicut fur, quia donec retinet rem dicitur eam contrectare, & sic vbi cum re furtiua reperitur, poterit puniri, quia & ibi furtum dicitur fecisse eam contrectando, secundum Barto. in. l. si dominium. num. 2. ff. de furtis. Ita ergo & raptor ducendo raptam nolentem vbique videtur rapere, & ideo potest vbique puniri, sed si reperiretur sine rapta tunc procedat ratio Hippolyti, scilicet, atrocitas delicti. Ego tamen si licet mihi inter tot ac tantos viros meam proferre sententiam, & teneo nihil specialitatis
43 in hoc crimine raptus † circa remissionis denegationem adesse, & neq; posse, ratione esse nō remittēdi, atrocitatem criminis, tū quia nulla ratio specialitatis dari considerarivè potest, cum eam nō reperiamus expressam in iure, & l. 1. & l. raptores, suprà allegatæ, non eam inducunt, vt apparebit ex responsionibus infra dandis legibus ijs, tum etiam quia atrocitas criminis non potest eam inducere, quia in grauissimis criminibus, prout læsæ maiestatis humanæ, falsæ monetæ, perduellionis, nulla datur specialitas, quin in eis non sit locus remissioni si petatur per iudicē loci delicti, ergo neque in raptu, & sic cum hæc specialitas cessaret & dicta ratio atrocitatis criminis, à ratione cessante efficitur falsam esse hanc limitationem, & consequēter q; etiā in crimine raptus sit locus remissioni si petatur: & itidē cessat illa alia ratio ex cōtrectatione sicut & in furto quia in furto iā diximus esse contra Bar. cōmunem opinionem & in praxi receptam quòd habet locū remissio: neq;

itidem

itidem obstant dict. l. 1. §. fin autem post, & dicta. l. raptores, pro prima opinione allegatæ, quia vel intelligi possunt & bene, quòd procedūt, quoties per iudicem loci delicti non est petita remissio, secus alias, non est enim mirum vna iura per alia intelligi & declarari: vel dicendum, vt inquit glo. fine fori, & ibi Ang. per eam num. 3. Sali. 10. & Fulgosi. 3. in dict. l. raptores, quòd ibidem in illis legibus tantūmodo loquitur cōsultus, quando aliquis est priuilegiatus, vt non possit conueniri, nisi sub certo iudice, nam tunc dicunt prædictæ leges, quòd si iste priuilegiatus est raptor, illud sibi non prodest priuilegium, nō tamen negat ibi cōsultus quin remissio non sit facienda si petatur, sicut fieret si raptor non esset priuilegiatus, nam remanet in dispositione iuris cōmunis, prout mihi videtur facienda etiam in crimine raptus, quicquid dicti doctores velint, contra quos voluit succincte tenere dicens hanc limitationem non esse veram, neque in dictis iuribus probari, Dueñas reg. 378. nu. 6. in fine. Ex quibus elicitur, secundum hanc meam cum Dueñas opinionem ampliandam esse nostrā conclusionem etiam in raptore, vt in eo sit etiam locus remissioni si petatur per iudicem loci delicti. septimo
44 limitatur nostra conclusio, vt non procedat in ciuitate Romæ, † vbi Curia Romana nunquam in aliquo casu remittit delinquentes ad aliā ciuitatem, seu prouinciam, eo quòd Roma est communis patria, & sic inquit vsitari Oldrad. consil. 124. in fine, secutus per Couar. in pract. cap. 11. nu. 9. in fin. & Decia. in dict. cap. 19. libri. 4. num. 25. & Clarus, in dict. quæst. 28. num. 25. & sic neque de regno vno ad aliud ex dictis per Couarr. ibidem nu. 10. & colligitur ex. l. 5. infra eod. debent tamen tūc ibidem puniri alii-
ter malefici. Octauo limitatur nostra conclusio, vt non procedat quoties iudex à quo petitur remissio, videt aut suspicatur, quòd facta remissione iudex ad quem facta fuerit, non puniet ipsum & relaxabit impunitū,
45 † quod est contra rempublicam, cui expedit nè delicta remaneant impunita, ita Calderi. in capit. 1. de rapto. Abb. in cap. fin. de foro compet. Maria. Socin. in cap. postulasti, num. 15. eod. titu. Ias. consi. 121. volum. 1. num. 1. quos sequitur Decian. tom. 1. de delict. lib. 4. dicto cap. 19. num. 24. nam etiam iudex secularis non tenetur re
46 mittere ad Ecclesiasticum, † quando opponitur exceptio remissionis calumnioſæ, vt late per Felin. in cap. sicut, de foro compet. in. 6 & sic tunc iudex à quo fuit facta remissio, si iudex ad quem fuerit negligens, vel iniustè relaxauerit delinquētem, poterit procedere & punire, eò quòd morosus vel contumax non potest allegare pendentiam litis in alio loco, †
47 secundum Bar. in. l. vbi cæptum. ff. de iudic. & sic iudex ad quem si negligēs est, non poterit opponere remissionem esse iam factam, secundum Decia. dict. cap. 19. num. fin. vbi inquit, cum Alexan. quòd iudex remittens poterit tunc vti cautela, vt præfigat
48 terminum remissio, intra † quem faciat expediri causam, aliter quod ipse procedet, hæc tamen si seruarentur, quot litibus iudices ij implicarentur, ita vt suspenderetur delictorum punitio, & plures causarentur expensæ, quòd vt euitetur, nunquam vidi super ijs disceptationem aliquam neq; crederē quòd per superiores admitteretur, licet tāta posset esse certitudo negligentiæ iudicis petentis remissionem, quòd dicta cautela per superiores approbaretur & omne virtute talis cautelæ factum à iudice requisito ea vtente. Nono limitatur nostra

conclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

conclusio.vt non procedat, quoties
49 adest consuetudo non remittendi † in loco illo vbi captus est delinquẽs, quia tunc non fiet remissio,prout nõ fieri hodie de consuetudine testatur Cyn.in auth.apud eloquentissimum not.3.C.de fide instrument. & quàm plures alij relati per Clarum, in dict. quæstio.38.num.20.& Decia. in dict. cap.19.num.18.lib.1. inquit hoc esse verum dum tamen iudex negans remissionem procedat& puniat delinquentem, aliter enim non valeret consuetudo, sed quicquid dicant dicti doctores in nostro Regno hæc nõ procedent, cum non valeat consuetudo contra ius Regium,vt tenet expresse Auenda.capit.7.perto.num.7. lib.2.Decimo limitatur nostra conclusio,vt non procedat, quoties remissio facienda est à iudice maiori
50 ad minorem, † putà quoties iudex loci delicti subditus est illi iudici,qui ad remissionem requiritur vt tenet Oldrad.consi.123.relatus per Coua. in practi. quæstionibus dict.capit.11. num. 10. versic. decimotertio illud, eò quòd remissio debet fieri de minori ad maiorem, vel à pari ad parem non autem à maiori ad minorem. l. ad cognitionem.ff.ex qui. caus.in possess. catur.l.ad Principem.ff.de appellat.in auth.de appellatio. in princip. not. Cassan.in consi.Burgun. rubric. 12.num 16.& Oroscius,in l.præses.ff. de offi.presi.colum.446.num.8.quòd quidem optimè Couar.vbi supra, intelligit esse verũ vbi iudex hic maior vel superior poterat alioqui causam iam cæptam à iudice inferiori aduocare ad se ipsum, aut retinere cuiuscumque appellationis occasione, nã hic iudex maior & superior cũ remissio petitur,vel causam auocabit, vel eandem retinebit, vtcunque appellante reo ab inique petita remissione,etiam si æquissime eadem petita fuerit, sed si iudex hic superior non posset causam talẽ apud inferiorem pendentem auocare,neque eius cognitionem adsumere aliter quã per legitimam appellationem,tenebitur vtique requisitus remittere delinquentem ad locum delicti, quanuis illius loci magistratus inferiores sint, & hunc superiorem habeant.Ex quo ipsemet Couar.ibidem infert, quòd si in Hispania delinquens à loco delicti fugeret ad locum vbi est dux vel Marchio loci delicti Dominus, &
51 iudex ordinarius loci delicti † petierit remissionem,non poterit eam negare,nec impedire dux ille,Comes, vel Marchio, etiam si superior sit iudicibus ordinarijs loci in quo delictum commissum fuit,vt probare videtur Cassan.vbi suprà,& Iacob.àBellouiso relati & secuti per Couar. vbi suprà, & Auendan. Resp. fin. num.6. & est singularis declaratio & vera & tenenda in iudicando & cõsulendo. Vndecimo limitatur nostra conclusio,vt
52 non procedat si ciuitas, † ad quam delinquens aufugit, fœderata sit, nam detracta remissione ibi puniri poterit: quæ Bart. in. l. non dubito.ff.de capti.& Ias. in. l. vbi pactum, num.18. C.de transactio. & Hippol. in pract.§.opportune, nu.36. opinio fuit,Baldo,in l.executorem, num.21. C.de execu.rei iudi. quantunuis affirmante eam Bartoli & sequacium opinionem nequaquam à cõsuetudine neque à sapiẽtibus admitti: Oroscius tamen in dict.l. præses, num. 8. colu. 446.ff.de offi.præsi. dicit sibi videri in his capitula Fœderis, si quæ sint, sequenda esse (sunt autem aliàs alia inter populos fœderatos. l. conuentionum.ff.de pact.) alioqui Bar. & sequacium opinio tenẽda est ita Oroscius, ibidem & bene asserit, & ab hac Bar. opinione in practica non esse recedendum quoties ex capitulis confœderatis,

deratis aliud non constat testatur Clarus,in libr.5. practic. crim.in quæstione. 38. num. 10. Duodecimo limitatur nostra conclusio,vt non procedat quo ad clericos delinquentes
53 in aliquo loco †, ij enim si suus iudex Ecclesiasticus in alio loco habitans petat ad se remitti, remittendi omnino sunt, neque per iudicem loci delicti puniendi, secundum omnes,teste Ioan. Campe. inter consilia Alexand. de Neuo.consil.56. numero.3.& in facti contingentia consuluit Ias. consil. 121. in.1.dubio lib.1. & Clarus,vbi supra,dict.quæst.38.nu. 27:Debet tamen de clericatu constare per informationem per ipsum iudicem Ecclesiasticum factam quam mittere debet iudici requisito vt remittat, vt inquit Clarus, vbi supra, quæst. 36 num. 20. & id cotidie praxis demonstrat præsertim in clericis minorum ordinum, de quibus solẽt lites maximæ tractari inter secularẽ & ecclesiasticum iudicem super remissione eorum ad ipsum Ecclesiasticum, præsertim ho die attenta dispositione Cõcilij Tridentini, de qua fit mentio in.l. 1. & per totum titul. *De los clerigos de corona.* supra,lib.1.qui quidem clerici minorum ordinum, vt
54 gaudeant tonsuræ † priuilegio & ad Ecclesiasticum iudicem suum in delictis remittantur, tenentur præsentare originaliter titulos suorum ordinum, & se per Episcopum eos ordinantem probare fuisse deputatos ad seruitium suæ parochiæ, vel ad studium, & quod in deputato loco seruierit saltim ad missarum celebrationem, vel in studio deputato extiterit, & habitum clericalem vsitatum in illo loco & tonsuram apertam portauerit, & quòd sunt quieti & pacifici, & bonorum morum, aliter enim non fiet remissio eorum ad iudicem Ecclesiasticum, eorum tamen, qui aliquo ex sacris ordinibus sunt decorati, constito de hoc fiet statim remissio ad Ecclesiasticum. Et cũ remissio hæc fit per iudices seculares ad Ecclesiasticos non
55 sunt clerici ignominiosè † remittendi, vt alibi diximus, & tradit Clarus,dicta quæstione.36. num. 48. vbi num.49 inquit, non teneri iudicem Ecclesiasticum stare actis per secu-
56 larem factis contra clericum †ipsum. Decimotertio & vltimo limitatur nostra conclusio, vt non procedat, quoties prouinciæ essent multum
57 distantes †, putà si à iudicibus Indorum petatur remissio alicuius delinquentis in Hispania, nam ab Hispania ad Indos dura, & periculosa & grauis esset remissio & expensæ magnæ fierent, ob quas euitandas multa in iure statuta sunt, & sic punietur talis delinquens vbi inuentus fuerit, secundum Angel. in lege non dubium. ff. de custodia reorum relatum & secutum per Auendan. dicto Responso fin. num. 10. conclusione. 12. Qua conclusione sic ampliata & limitata, resolutiuè, vt remissio fiat concurrere debent requisita à Doctoribus proposita, putà à Guidone Papæ, decisione Delphin. 202. incip. In remissione. & Auiles, cap. 27. præto. glos. *Entreguen.* num. 12. Tyberio Deciano, in dict. libr. 4. de delict. cap. 19. de remis. reorum, num.20. qui proponunt sex requisi-
58 ta †. Primum, quod constet de delicto, id est, quod crimen fuerit commissum. Secundum, quod constet etiam crimẽ fuisse cõmissum in territorio iudicis petentis remissionem. Tertiũ, ꝙ accusatus, id est, delinquẽs non sit vagabũdus, secundũ aliquorũ opinionem. Quartũ, ꝙ delictum de quo agitur nõ sit hæresis, quia de tali crimine potest à quocunque puniri. Quintum quòd nõ cõmiserit crimẽ aliquod

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquod in loco, à quo petitur remitti ad locum alterius delicti, quia si & ibi illud commisit debet prius ibi puniri Sextum quòd iudex debitè requiratur. Sed certà multa ex istis non sunt requisita ad esse remissionis, vt ipse Guido Papæ præsupponit, sed sunt casus, in quibus debet remitti, vel non remitti, de quibus supra in progressu diximus. Et ideò vera &
59 necessaria requisita sunt, † quòd per processum & requisitoriam per iudicem requirentem missam iudici requisito, ei constet delictum esse per illum hominem commissum, & in territorio iudicis requirentis, & quòd est tale delictum, pro quo pœna corporalis venit imponenda, & cum ijs satis tenet iustificata petitio remissionis, neque amplius aliquid aliud requiritur. Sed an si reus hic confessus fuerit delictum coram iudice remittente operabitur aliquid contra
60 ipsum talis confessio in iudicio iudicis requirentis † ad quem fit remissio, & Bart. in l. Diuus, ff. de custo. reorum, inquit quod non nocebit, sicut neque alia acta nocebunt, sequitur Guido Papæ, decis. Delphi. 419. idem tamen Guido Papæ, dicta decisio. 202. num. 6. refert Angel. in tract. male dicentem, quòd duos pariet effectus confessio facta coram iudice remittente, primus est, quòd faciet saltim indicium ad torturam coram iudice ad quem fit remissio. l. capite quinto, vbi Bar. ff. de adulte. secundus est effectus, quòd à iudice, ad quem facta fuit remissio poterit reus cogi tormentis, vt in confessione illa persæueret, vt notat Innocent. & alij in capit. at si clerici, de iudicijs, & Angel. in tractatu malefic. in verbo comparuerunt dicti inquisiti & confitétur totum, num, 14. vbi etiam August. de Arimi. in additio. idem tenet, & plures concordan. adducit,

& sequitur Decian. vbi suprà, nume. 22. vbi & inquit cum Hippoly. quòd si reus coram iudice remittente fuit indebitè tortus, putà sine indicijs, etiam si post coram iudice ad quem fit remissio ratificet confessionem, nihil sibi præiudicabit, & inquit Decian. ibi hoc non fundare Hippolyt. sed tantum dicere naturalem rationem hoc dictare, sed ipsemet Hippoly. in eo. §. opportune in practic. crimin. hoc late fundat, scilicet quòd si peruertatur ordo iuris, qua peruersione facta reus cõfiteatur in tormentis, nihil sibi præiudicat confessio etiã si millies ratificet eam. Et an si coram iudice remittente reus hic cæ-
61 ptus fuit torqueri legitimè, † sed nõ fuit perfecte tortus, poterit nè de nouo iudex ille ad quem fuit remissus torquere vel teneatur computare, & inquit teneri computare, quòd verũ dicit Decianus, vbi suprâ, dict. num. 22. quoties iudex remittens erat etiã competens, secus si esset prorsus incompetens, quia tunc omnia per eum acta nulla sunt, & ijs finitur prolixa hæc gloss. in materia remissionum satis per alios diffusa, sed nunc in breui compendio declarata.

Ibi. *Donde delinquieron*, Regula est enim iuris tritissima & generalis, q
62 delinquens † ratione delicti sortitur forum in loco, in quo deliquit, etiam si alias non sit suppositus iurisdictioni illius loci, & ideò ibidem accusari debet. l. fin. ff. de accusat. l. 1. C. vbi de crimin. agi opor. cap. 1. vbi gloss. & omnes de raptori. l. solent. ff. de cõf. reo. gloss. in l. à Diuo Pio § sententiam. ff. de re iudic. cap. fin. & ibi glo. de foro comp. l. 1. C. vbi Senato. vel clarif. cap. si peccauerit. 2 q. 1. & in capitulo placuit. 6. quæstione. 3. l. 32. titul. 2. partit. 3. Ibi, *La dezena es por razon de yerro, o de malfetria que ouiesse hecho en la tierra*, & in l. 15. tit. 1. p. 7. &

ex

ex lege nostra in ijs verbis etiam probatur. Cuius regulæ rationes plures assignantur, prima est, quia
63 maximè † expedit Reip. delicta eo in loco puniri, in quo fuerint perpetrata propter exemplum, vt qui nõdum deliquerunt, à criminibus abstineant delinquentiũ punitione territi. l. capitalium. §. *Famosos*. ff. de pœnis. Clem. 1. de offi. ordi. c. quapropter. 2. q. 7. c. ad liberandum, de Iudæis. cap. 2. de calumniat. & quæ dixit Couar. in c. alma mater, in princ. nu. 9. ideircò, qui deliquit est puniẽdus vbi crimen cõmiserit, text. optimus, in Auth. vt nulli iudi. §. si quis. verb. Cõprehensorũ, & in Auth. vt omnes obed. iud. §. hoc cõsiderãtes. l. si cui. §. fi. & l. fi. ff. de accusat. c. si ille. 23. q. 4. Secũda ratio est, quod Resp. illa in cuius territorio delictũ est perpetratũ absq; dubio, spe-
64 ciali afficitur iniuria †, vt cõstat, cum Magistratus illius, maximè offendantur, quibus cõuenit prouinciã malis hominibus expurgare, nè ab his quieta hominũ vita illius Reipu. quæ illis extitit delegata passim turbetur, & ideò iustũ est, quod ijs iudicibus conueniat eorũ criminũ punitio, vt publica fiat vindicta, & denique satisfactio illi Reipub. quæ læsa fuit, vtque in ea tutior sit inter improbos innocentia. l. 3. & l. congruit. ff. de offi. præsid. cap. factæ sunt leges. 4. dist. Tertia itidem est ratio ex eo quod punitio scelerum admodum necessaria Reip. facilius fit ac cõmodius dum de criminis authore discutitur, si ea causa in loco delicti cõmissi examinetur, nam si alibi foret examinãda cotidie manerent scelera impunita propter occultam authorum cognitionem, quæ difficillimè posset in lucem prodire si in loco delicti nõ ageretur de criminis eiusdem punitione, quod satis constat & notatur in dict. §. hoc considerantes in Authent. vt omnes

obe. iudi. Quarta & vltima ratio est, quia iniuriam passi, & cognati eius publicam vindictam alieno in territorio prosequi, præsertim apud iudicem illius loci, cuius incolæ sunt & in quo domicilium habent delinquentes omitterent profecto publicã istã, vel priuatam accusationem, quam prosecuturi sunt multis expensis in eo loco, vbi qui iniuriam intulerunt amicos & cognatos habent, atque ideò parum esset tuti, nec temerè incerti de iustitiæ ministerio, quem admodum & in dicto. §. hoc considerantes insinuatur. Quibus quidem rationibus forũ ratione delicti fortius est quã ratione domicilij aut capturæ & ideò remittendus est delinquẽs ad locum vbi diliquit. Et quanuis de hac regula & iuridica conclusione, q ratione delicti sortitur quis forũ plu-
65 ra dixerint † Abb. & DD. in cap. 1. de raptor. Hippoly. in l. vnic. nu. 123. C. de rapt. virg. idem Abb. & alij in cap. fin. de foro comp. & Maria Soci. in c. postulasti, à nu. 5. vsque ad. 13. de foro comp. vbi circa eam ponit. 27. quæstiones, & Boeri. decis. 29. Cassa. in cõsuet. Burg. Rubr. 12. §. vnico, per totũ. Alciat. in cap. pernicioſam. à nu. 66. vsque ad. 73. de offi. ordi. Soci. in Regul. 335. Dueñas in Regu. 378. & Decianus, vbi sup. in dict. titu. 17. & quibus modis † sortiatur quis forum tra-
66 dit Hippoly. singu. 404 & Alex. cons. 166. videretur fortasse, vol. 7. Tamen quia iam circa hanc cõclusionem recurrendum est ad legem nostram ex dictis Authoribus principaliora & practicabilia desumemus, vt præmanibus hic habeantur. Et sic dicta regula, & conclusio, ampliatur primo, quòd adeo est principalius forum delicti, quòd etiam si in domicilio suo vel alibi capiatur ad locum delicti remittendus sit vt ibi puniatur, vt remanet dictum in gloss. præcedente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundo ampliatur noſtra concluſio & regula, vt de neceſsitate & non de vrbanitate ſortiẽdum eſt forum delicti & ad illud remittendus delinquens, ſecũdum Couar. d. c. 11. pract. n. 1. & in gloſſ. præcedente diximus. Amplia tertio, in Imperatore, vel Rege, qui ſi delinquat in territorio Epiſcopi poterit per eũ puniri, vt eſt glo.
67 in c. duo. 96. diſt. & in c. quoniam. 18. diſt. facit tex. in. c. cũ apud Theſſalonicam. 11. q. 3. quod verum eſt præmiſſa tamẽ monitione canonica, iuxta tex. in. c. nouit, de iudic. ita tenent Hoſti. Anto. & Imol. in cap. perniciosam, de offi. ordi. quod ipſi reſtringũt, niſi princeps delinquens eſſet nimis ſeuerus vel iniurioſus, quia non debet Epiſcopus eum punire, ſed relinquere iudicio Papæ, quod dictum videtur eſſe potius de cõſilio, quam de iure, ſecundum Alcia. in. d. c. pernicioſam. n. 71. ita refert Dueñas in. d. Reg. 348. n. 1. Quarto ampliatur dicta Regula, vt procedat non modo, vt poſſit procedi per accuſationẽ, iuxta. l. fi. ff. de accuſa. Sed etiã per Inquiſitionẽ †,
68 quia cõgruit bono & graui præſidi curare, vt pacata & quieta ſit prouincia, quam regit, quod non difficile obtinebit ſi ſolicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eoſque conquirat, & prout quiſque deliquerit in eũ animaduertat, vt inquit Vlpianus in. d. l. cõgruit. ff. de offi. præſi. Quintò ampliatur, vt procedat etiã
69 in ſeruis †, quia poteſt iudex loci delicti punire ſeruum cuiuſcunque in quocũque territorio habitãtis, imo, dominus eo in loco tenetur exhibere ſeruum delinquẽtem, & ibi illũ defendere ſi vult. l. fi. ff. de noxal. Sextò
70 ampliatur etiã in perſonas † clariſsimas & alias quacũque dignitate inſignes, infrà tñ illuſtres, vt eſt text. in. l. 1. C. vbi ſena. vel clariſ. & ita intelligit & declarat gl. & ibi Sali. in. l. Magiſtetriæ. C. de iur. om. iud. quod hodie difficulter procedet, cum ex Regia ſchedula pro quolibet delicto à milite cõmiſſo data ſit iuriſdictio eius capitaneo. Octauò amplia, etiã ſi actus cœptus in vno territorio fuiſſet cõſummatus in alio, nam ſi delictum erit †,
71 diuiſibile poterit in vtroque loco puniri, vt ſi quis in vno territorio cepit aliquem, & cõmiſit priuatum carcerẽ, & in alio expoliauit, nam de captura iudicabitur à iudice loci, in quo cepit illũ, & de ſpolio à iudice loci in quo ſpoliauit eum, ita pulchrè Bald. in. c. 1. in. §. iniuria. nu. 11. verſic. quæſiuit. Iacobus Butr. de pace iura. firm. prout etiã in mandato, quando mandatũ de per ſe nõ ſecuto effectu eſt punibile, vel quãdo non tractatur de puniendo mandantem pœna, qua puniẽdus eſt mandatarius, qui executus eſt, ſed extraordinaria, vt declarant Bart. & Inno. in. l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſor. & per Barto. in. l. non ſolum. §. ſi mandato. n. 9. ff. de in iur. & idem pulchrè declarat Bal. l. fi. n. 17. C. ſi à non comp. iudi. licet aliter videatur dicere in. l. non ideò minus. n. 13. q. 6. C. de accuſa. Sed intelligendum eſt eius dictum ſecũdum præcedentem diſtinctionem, & ita intelligit illud Alex. cõſ. 216. põderatis. n. 10. cum ſeq. & nu. 13. volu. 6. & Ange. in Tract. maleſi. verſi. Semproniũ mandatorẽ. quæſt. 7. nu. 18. vbi etiam pulchrè Ang. de Arimi. in hanc ſententiam diſtinxit & limitat, & idem Angel. in verſic. exiſtens Florentiæ. q. 1. nu. 2. & ita etiam intelligendum eſt dictum Angel. conſil. 178. viſis actis, in prin. & ſequitur Ancha. in repet. c. poſtulaſti, de foro compet. quæſt. 2. num. 36. Hippoly. in. l. fi. ff. de iur. om. iudic. n. 209. Abb. conſi. 24. & Rodulf. colu. 1. verſi. Venio ad primum, lib. 1. Sed vbi mandatum non eſt punibile, prout regulariter non eſt, ſecundum Clarũ,

Clarum, in lib. 5. pract. crim. q. 38. n. 6. & nos alibi diximus in libro 1. ſupra,
72 tũc vbi delictũ † eſt perfectũ mandãs eſt puniẽdus & ibi remittẽdus, vt puniatur, ſecũdũ Clarũ, ibi, & Dueñas, Reg. 378. n. 3. Auend. Reſp. fi. n. 5. concl. 3. ſic etiã ſi duo fecerũt tractatũ de occidẽdo Titio & vnus ipſorũ illum interfecit
73 † in alio loco, poterũt puniri de tractatu in loco in quo illũ interfecerũt, quia tractatus eſt delictum de per ſe, & ſic iſtud homicidiũ cum tractatu diuidi poteſt, ſecũdum Bart. in. l. & ſi amicis. §. 1. in prin. ff. de adul. q. 7. & Beroius. q. 89. per totam, & Iul. Clar. vbi ſup. q. 38. nu. 8. Pariter etiam ſi dubitatur an qui exiſtens in vno territorio ſagitta vel archibuſio
74 † aut ſcoplo, occidit quempiam exiſtentem in alio territorio erit diſtinguẽdum an per ſtatutum vel legem ſint diuiſi vel diuidi poſsint iſti duo actus, ſcilicet ſagittare, exonerare, vel percutere, nam ſi ſtatutũ dicat, ꝙ quicunq; ſagittauerit, vel exonerauerit ſcoplum, punietur tunc etiam à iudice in cuius iuriſdictione exiſtẽs exonerauit, dato ꝙ in aliena iuriſdictione occiderit, ſecus ſi ſtatutũ puniret percutientem, vel vulnerantem, vel occidẽtem, ita determinauit Pet. relatus per Cyn. in. l. 1. C. vbi de poſſ. agi opor. & fuit etiam quæſtio determinata hoc modo per AEgid. de Cremo, vt refert Ioan. And. in. c. 1. de priuile. in. 6. & plenius in. c. in obſcuris, eod. titu. in. 6. in nouel. refert Clarus, in. d. q. 38. n. 9. & idem videtur tenere Bart. in. l. libellorum. n. 7. ff. de accuſa. quãdo tractamus de percuſsione, vt ibi, idem tenet Petr. de Anchatr. in Repe. c. poſtulaſti, de for. comp. n. 37. verſi. In alia quæſtione, & Floria. in. l. air lex. n. 7. ff. ad. l. Aquil. Hippol. in. l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. n. 210. & 211. vbi quid ſi puella fuit rapta in vno territorio, & cognita in alio. Idemq;

dicẽdum ſi ſtatutũ punit proferentẽ
75 † conuitia, punietur cõuitians alium in loco in quo protulit, ſi vero punit conuiciãtem vel iniuriãtem, attendetur locus in quo ille paſſus eſt iniuriã & conuitiũ, non exiſtẽte aũt ſtatuto. Et in hoc & in præmiſsis caſibus de iure communi cõfunduntur mandatum, tractatus, carceratio, & expoliatio, ſagittatio, & percuſsio, probatio iniuriæ, & paſsio ipſius, quia de iure
76 cõmuni, delictum † denominatur à fine, & ſic à confirmatione, vt tradit Bart. in. d. l. libellorũ. n. 7. & oẽs in locis ſupra allegatis ſequũtur. Idẽ quoque dicẽdum ſi quis in vno loco iuraſſet, & in alio falſum depoſuit, vel rapuit puellã in vno loco, & in alio cognouit eam, vel ratificat delictum in vno loco in alio cõmiſſum, vt per Tyber. Decia in. d. tit. 17. n. 11. 12. & 13. primi tomi, & lib. 4. de delictis, à quo hæc & alia hic propoſuimus, vt præmanibus habeãtur. Nono ampliatur noſtra principalis cõcluſio, vt procedat etiã ſi delictũ conſiſteret in non
77 faciẽdo †, putà ꝙ prælatus exiſtẽs in vna diœceſi incurrit negligẽtiam circa prouiſionem eccleſiæ ſuæ exiſtentis in alia diœceſi, Epiſcopus loci in quo ſita eſt Eccleſia, quæ paſſa eſt negligentiam ſupplebit, quia ibi dicitur cõmiſſum delictum, quanquam prælatus negligens, quãdo Eccleſia paſſa eſt damnum, fuiſſet in alia diœceſi, ſecundum glo. eorum in Clemen. 1. de ſupp. neg. præla. vbi Card. allegat Innocen. in capit. Paſtoralis, de priuileg. Aduertendum tamen, inquit Decian. vbi ſuprà, numer. 14. quòd quanquam ille Epiſcopus ſuppleuit negligentiam, putat tamen, quòd ſi talis negligentia erat punibilis, quòd punietur ab Epiſcopo ſuæ diœceſis, quia quoad ſe conſummauit ibi delictum, dato, quòd effectus illius delicti quoad damnum ſe extẽderit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia diœcesi, per ea, quæ dicta sunt su
prà de mandato, fagitatione, tractatu
& alijs similibus. Decimo ampliatur
nostra conclusio & regula, vt procedat etiam si ex vno actu plura sequã
78 tur delicta † in diuersis territorijs facta, quia in singulis territorijs per iudices illorum locorum poterit puniri, putà si quis furtũ commisit Vincẽtiæ, & rem furtiuã Patauium asportauit, & ibi vendidit, nã ex quo denuò Patauij cõtrectauit, & sic nouũ furtũ fecit poterit etiam puniri per potestatem Patauij, secundum Bart. in l. si dominiũ. ff. de furt. quem sequũtur relati per Decian. vbi supra, n. 13. vbi allegat Socinum, dicentem quod hæc Bart. opinio fecit suspẽdi vltra cẽtum millia hominũ, & quod antè Bart. cõtraria opinio erat cõmunis, & supra in hac lege contra Bart. tenuimus in hoc de fure, prout semper tenuisse inquit Docia. d. n. 15. Vndecimo ampliatur nostra conclusio, vt procedat etiam si in confinibus duorum terri-
79 toriorum factum sit delictum †, nam si ignoratur cui territorio locus ille sit applicãdus, ambo iudices illorum territoriorum de rigore poterũt cognoscere, quia locus ille dicitur communis, per text. in §. insula. Instit. de rerum diuis. & glo. fi. in cap. licet. 16. q. 3. Bart. & alij post Dyn. in l. iurisperitos. §. cum omnes. ff. de excus. tutor. & alij plures relati per Decia. vbi supra. n. 16. & licet aliqui dicant, vt cõstat ex Iulio Claro. d. lib. 5. pract. crimi. q. 38. n. 11. cõmunem esse opinionem, esse locum præuẽtioni †, quod
80 & ego credo verius, tamen secũdum Clarum, ibi, vsus obtinuit, quod ambo iudices procedunt, & puniunt, in suo territorio, & hoc nisi ille locus in
81 aliquo etiã minimo † esset vicinior alicui territorio, licet esset in confinio, nam ille iudex territorij vicinioris præferretur, iuxta text. in dict. §. insula versi. quod si alteri parti, & habetur Deutero. c. 21. quod si repertũ sit cadauer in confinio aliquarum ciuitatum, quod vicinioris ciuitatis seniores expiabunt illud delictum facta mensuratione à singulis ciuitatibus vicinis ad locũ cadaueris, quod si dubitetur quomodo sit faciẽda men
82 suratio †, dic quod per vias terræ frequentiores, vt est communis, teste Deciano, vbi supr. n. 17. contra Bart. in l. 1. nu. 6. ff. si quis cau. vbi à Paul. & Ias. num. 3. & 9. reprobatur. Item limita nisi vnus ex istis iudicibus horum duorum territoriorũ esset inferior, alter vero superior, nam hoc casu de
83 fertur superiori †, argum. cap. si à sede, de præbend. in sexto, vlterius limitatur, nisi cum altero ex istis iudicibus cõcurreret aliquis alius modus †,
84 quo quis sortitur forum, vt quia esset iudex domicilij, aut originis delinquentis, quia tunc is præferretur, qui duplici iure fuerit iudex, quia duo vincula magis adstringunt, Authentic. itaque. C. communia de success. cum concor. & notat in cap. ex parte, de for. comp. Item limitatur, vt nõ procedat de æquitate †, quia nè reus
85 vexetur duobus iudicibus deberent inter se cõcordare, vt alter vices amborum sustineret, vt per Maria. in dicto cap. postulasti. nu. 7. de foro compet. Et ideò crederem in practica tenendum in tali difficultate, & iudicum contentione adeundum esse iu
86 dicem, vel iudices † superiores dicto rum iudicum, vt ipsi declarent, quis eorum cognoscet, & superior adhærebit iudici præuenienti, ex dictis per Iul. Clar. vbi suprà, dicto num. 11. & nu. 9. & 28. ibidem, & vbi nullus præuenit, considerabit an concurrat aliqua ex limitationibus supradictis, quod si nulla earum concurreret, neque præuentio, tunc superior ipse cõpellet eos, vt se cõcordent, quia non est iu-

non est iustum, reum pluribus iudicibus, & iudicijs molestari. Et an propriè loquendo habitans, vel delinquens in confinibus dicetur habitare, vel delinquere in tali prouincia, vt cõprehẽdatur, vel non sub statuto loquente de habitantibus, vel delinquentibus in tali prouincia, Decianus, vbi suprà, nume. 21. concludit, quod non comprehenderetur propriè loquendo, & aliqua ibi ex hoc infert. Duodecimo ampliatur nostra conclusio, vt procedat, etiam si delin-
87 quens esset superior iudicis loci in quo deliquit †, vt si Archiepiscopus delinqueret in loco Episcopi, qui sibi esset subditus, dummodo non esset eius suffraganeus, quia ratione criminis, quis perdit priuilegium suum, in Authen. qua in prouincia, & l. 1. C. vbi de crimi. agi oport. & cap. placuit. 6. quæstione. 3. & dicit Anchar. in Clemen. 1. not. 1. de foro compet. quod etiã si Patriarcha delinquat in diœcesi Bononiensi poterit puniri ab Episcopo Bononiæ, & tenent Innocent. Panormit. & latè Felin. in capi. cum inferior, de maio. & obedien. columna 1. & 2. vbi Ioann. Andr. dicit, quod etiam Archidiaconus poterit punire extraneum delinquẽtem Epi
88 scopum † in iurisdictione sua, nam
89 etiam maior in alieno territorio † habetur pro priuato, vt de præside dicitur in l. 3. ff. de offi. præsi. & tradit Ioa. Andr. in cap. cui licet, de reg. iur. in. 6. & Ancha. in dict. c. postulasti oppo. 6. de for. comp. refert Decia. vbi sup. nu. 22. qui in. n. 23. limitat primo hãc cõclusionẽ, nisi esset ille Episcopus suf-
90 fraganeus ipsius † Archiepiscopi, secũdum Ioan. de Ana. in d. c. cũ inferior, quia vt inquit Ioa. And. in d. c. cui licet, negari nõ potest, quin Archiepi
91 scopus habeat † ordinariã potestatẽ in diœcesi sui suffraganei Metropolitani. c. pastoralis, de offic. ordi. & ille Azcuedo super. 8. suffraganeus subest Archiepiscopo, sicut clericus suo Episcopo, & idẽ tenent Archid. & Domi. in. c. 13. q. 8. & ideò Archiepiscopus delinquens in diœcesi sui suffraganei erit cõuenien dus corã Patriarcha, vel Papa, & tradunt etiam omnes in. d. c. cum inferior, quod restringe cum Decian. vbi supra, num. 24. & Feli. latè in dict. cap. cum inferior num. 3. quando Archiepiscopus deliquit in diœcesi suffragãnei sui, secus si deliquisset in diœcesi sui suffraganei, sed non vti suffraganei, sed qui erat ex dispensatione alterius diœcesis Episcopus, & sic quo ad illum Episcopatum non erat subditus Archiepiscopo, quia tunc posset illum punire, quia non puniet eo casu tanquam suffraganeus, sed tanquam Episcopus illi non subditus. Decimotertio ampliatur nostra conclusio, etiam si essent duo domi-
92 ni pares in iurisdictione †, quia vterque procedet, vt per Decia. vbi supra, num. 25. nisi administrationem diuiserint inter se. Sed an si domini ij aut iudices vnius Castri, qui administrationem habent diuisam inter se, vnus eorum delinquat in iurisdictione alterius nunquid poterit ab
93 alio puniri †, ex Barto. in l. inter tutores post num. 6. ff. de administr. tuto. communis secundum Feli. in cap. prudentiam. de offic. dele. quod non & Velascum, in l. imperium, post nu. 186. ff. de iurisd. omn. iud. & Iul. Clar. lib. 5. pract. crim. q. 38. nu. 3. & Decia. dict. lib. 4. de delict. d. c. 4. n. 33. tom. 1. Decimoquarto principaliter ampliatur nostra conclusio, vt procedat
94 etiam si delinquens esset delegatus Principis, quia poterit puniri à iudice ordinario eius loci, in quo deliquit, quod proculdubio verum est, si deliquit extra terminos causæ delegatæ, quia tunc non deliquit vt Delegatus, sed vti priuatus & quilibet

Universidad de Deusto
Biblioteca

alius, vt per Ioa. And. in cap. fi. de rescrip. & per Cyn. & alios in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. opor. & præsertim si fuerit finita delegatio, vt in §. damus, in authen. vt iudi. sine
95 quo suf. Quinimo & si circa † ipsam causam delegatam deliquisset, puta quòd pecunia fuisset corruptus, vel per fraudes & sordes pronunciasset, videtur quòd possit etiam ab ordinario loci puniri iuxta doctrinam Cyni. & hanc partem post Ioa. And. tenuit etiam Pet. de Anchar. in repet. dict. cap. postulasti, nu. 32. de foro comp. & ibidem etiam Maria. quæst. 11. nu. 9. qui ad literã refert dicta Petri, Decianus tamen in dict. titu. 17. lib. 4. to. 1. de delict. num. 26. inquit se putare, quòd neque si fraudem commisisset, aut sordes in facienda sententia in causa, in qua fuerat delegatus, quod non posset puniri ab ordinario, sed à delegante, quia circa materiam & cõcernentia dictam causam delegatus
96 maior est quocunque † ordinario c. studuisti, de offic. del. & notãt omnes in Rubr. de offi. eius, & in omnibus est subditus quoad illam causam deleganti, & ab eo ad delegantem appellatur, & hoc securius esse iudico, vt alibi dixi, & sic delegãtem si iudex essem ordinarius illius loci facerem, vt mederetur, & puniret delegatum ipsum, non vero contra eum procederem, solent enim ex contrario facto scandala & dissensiones oriri inter ordinarium, & delegatum & populares, de quibus maximè indignantur superiores delegantes, & ex certioratione de excessibus delegati superioribus ipsis facta, honorant ordinarium iudicem eos certiorantem. Decimoquinto ampliatur nostra cõclusio, vt procedat etiã si clericus in
97 causa corã laico deponeret falsum, † quia ex quo falsum cõmisit in loco laico iudici subiecto, & coram eo, & sic ipsius iurisdictionẽ offendit, ab eo puniri poterit, quæ opinio maximè procedit si Episcopus cõsensisset, & clericus corã laico deponeret, vt videtur sentire And. Sicul. in. c. verũ, de foro comp. & Marian. in dict. cap. postulasti, quæstio. 18. num. 21. & Deci. dict. titu. 17. num. 27. vbi se remittit ad ea, quæ dixit in eo. lib. 4. tomi. 1. titu. 9. limit. 4. num. 82. vbi videtur remanere cum hac opinione, quòd possit secularis punire clericum coram eo falsum deponẽte, dummodo procedat ex officio, & non ad partis petitionem, & eum condemnet ciuiliter in bonis, non verò corporaliter: sed quo ad hanc ampliationem melius processit Iuli. Clarus in dict. libr. 5. pract. crimi. quæst. 38. nu. 14. dicens,
98 quòd in hoc fuerunt † tres opiniones. Prima fuit glos. 1. in l. nullum. C. de testi. dicentis, quòd iudex laicus possit talem clericum punire de falso, sed ista cõmuniter reprobatur, vt per Clarum ibi. Secunda fuit Freder. de Senis, consi. 93. factum tale, dicentis quòd iudex secularis non ad accusationem partis, sed ex officio possit punire talem clericũ falsum coram eo deponentem in pœna pecuniaria, & hanc opinionem dicit in Francia seruari, Guillel. Bened. in. 1. parte repe. cap. Raynutius, fol. 79. nu. 142. relatus, per Cassan. in consu. Burgun. fol. 52. num. 87. & idem attestatur Aufred. in Clem. 1. de offi. ordi. in. 2. Fall. regul. 1. Sed tertia fuit opinio Hosti. q̃ iudex laicus, neque pecuniariter, neq; corporaliter possit illũ punire, & hanc tenẽt cõiter Canonistæ secũdum Afflict. decis. 230. & cõem etiam testantur Felin. & alij relati per Clarum in dict. num. 14. & Didac. Perez, in. l. 1. glos. fin. in fine, tit. 6. lib. 8. Ordi. pag. 189. colum. 2. vbi idem dicit si esset aduocatus & delinqueret in officio, & hæc. 3. opinio seruatur in pra-

ctica

99 ctica in Hispania, † & iuste & benè, nã neq; inciderter cognoscit secularis cõtra clericũ. Benè tamen potest iudex laicus in ipsa causa ciuili cognoscere super falsitate, nõ quidẽ ad effectum puniẽdi ipsum clericũ, sed ad effectũ expediẽdi ipsam causam corã eo vertentem, & hoc omnes fatentur, secundum Couar. in pract. quæstio. 18. in fine, relatum per Clarum, vbi suprà, & communiorem testatur Bern. Diaz, & eius additio. in pract. crimin. Cano. cap. 93. falsi, num. 2. & sic ampliatio nostra non procedit, neq; est tenenda, sed potius per eam limitanda est nostra conclusio, vt non procedat in clerico falsum coram iudice seculari deponente, quia non poterit vllo modo ab eo puniri. Diuersum verò est in laico, qui si coram Ecclesiastico † falsum deposuit ab eo puniri
100 poterit, & erit tunc locus præuentionis inter iudicem secularem, & Ecclesiasticũ, secũdum Afflict. decisio. 219. & Clarum dict. quæstio. 38. nume. 15. & additio. Bern. Diaz, vbi suprà, in addit. fin. versic. si autem laicus, vbi in versic. sequentib. ex hoc inquit posse iudicem Ecclesiasticũ procedere cõtra laicũ cõtumelijs ipsum afficientẽ, vel cõtra litigantes corã eo vociferãtes, vel rixantes. Decimosexto sequẽdo ordinem præcedentem ampliatur nostra cõclusio, vt procedat etiã
101 si testis laicus ad instantiam alterius iudicis deposuisset † nam poterit puniri à iudice, qui ipsum examinauit, & coram quo falsum deposuit, datò quòd ille, qui eum examinauit non esset causæ illius iudex, secũdum Bal. in. l. nullum, nu. 6. C. de testib. Innoc. in cap. dilectus, de pœnis, & alij relati & secuti per Decian. dict. tit. 17. num. 28. Decimoseptimo ampliatur, quòd etiam delictum commissum in mari
102 adiacente territorio suo poterit † iudex illius territorij punire, secũdum Bart. in. l. 1. C. de classicis. libro. 11. vbi Ange. & Alex. in addi. & videtur etiã tex. in. l. 2. C. de naufra. lib. 11. & l. quoties. & l. de submersis. C. eod. titul. & facit. l. 6. tit. 28. par. 3. & ibi glo. 1. & tenent alij relati per Decian. vbi supra, num. 29. Decimooctauo & finaliter ampliatur nostra conclusio, vt procedat etiam contra priuilegiatos †, vt
103 dicemus in hac lege in glos. sequẽte. Nunc autem, vt nihil omittamus limitatur primo nostra conclusio, vt non procedat in clerico delinquente coram aliquo iudice, putà si falsum deposuit, vt diximus in. 15. ampliatione. Secundo limitatur, vt non procedat si ille locus in quo fuit factum delictum esset quidem † sub iurisdictio-
104 ne ordinaria alicuius, sed tamẽ esset exemptus, quia paria sunt esse extra territorium, vel in loco exempto. c. cum Episcopus & ibi glo. de offi. ordi. in sexto. Ioan. Andr. & Domi. in capi. 2. de consti. in sexto. col. 5. vbi sicut statutum Episcopi non ligat delin-
105 quentem † extra territorium, ita nõ ligat delinquẽtem in loco exempto, idem tenet etiam Gemi. in cap. 1. col. fi. de priuile. in. 6. & alij relati per Decia. dict. tit. 17. n. 31. vbi inquit, quod potest dici, q̃ ista nõ est propriè limitatio, sed extensio ad regulam, cum iudex loci exempti, ita iudicauit de delicto commisso in ipso loco exempto, sicut iudicaret ordinarius, si non esset exemptus locus ille, & ideò si petita fuerit remissio, remittetur reus ad iudicem loci exempti, vt tradunt omnes in cap. fi. de foro comp. vbi Felin. num. 12. & latè Couar. in pract. c. 11. num. 5. & Decia. dict. titul. 17. nu. 31. qui quidem in eodẽ. lib. 4. tomi. 1. cap. 28. num. 2. id dicit fallere, quãdo persona delinquẽs in loco exempto esset immediatè subiecta illi iudici, qui vellet procedere, & locus etiam esset intra confines sui territorij, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

diœcesis suæ, quia licet esset exemptus, tamé posset adhuc contra personam sibi suppositam delinquentem in loco exempto procedere, vt in specie consuluit Frederic. de Sen. consi. 2. statuto Episcopi, & hanc cum Frederico veriorem dicit opinionem Decian. vbi suprà, dict. cap. 28. num. 2. pagin. 202. in principio, cõtra Domi. & alios per eũ relatos. neque obstant verba nostri text. ibi, *Y fortalezas aunque sean priuilegiados*, Quia procedunt quoties in illis villis, locis, Castris, & fortalitijs priuilegiatis non fuit commissum delictũ, sed ibi delinquens aufugit delicto alibi commisso, nos verò loquimur, quoties in loco exempto deliquit. Tertio limitatur nostra conclusio, vt non procedat, quoties delinquit quis & confugit ad ciuitatem confœderatam, † nam ibi puniri poterit. l. non dubito, in fin. ff. de captiu. & ideó Cataldi. in tractat. syndica. in versic. 211. incip. adde si sint, monet delinquentes ne transeant, vel aufugiant ad ciuitatem confœderatam, quia in illa tuti non erunt, Iaſ. in. l. vbi pactum, num. 18. C. de transact. & latè comprobat Hippolyt. in practi. §. opportunè, nu. 36. cum seq. & consi. 86. nu. 10. & alij relati & secuti per Decian. dict. cap. 17. nume. 32. Quarto limitatur nostra conclusio, nisi delinquẽs haberet parem iurisdictionem vel communem cum alio, † quia ille collega suus non poterit ratione delicti contra collegam suũ delinquentẽ procedere, & illũ punire, quia par in parem non habet Imperium. c. innotuit, de electio. & si duo sint constituti procuratores non potest vnus contra alium agere. l. qui duos. ff. de procurato. nam & asinus intumescceret auribus, si videret se per cõparem comprehẽdi, vt inquit gloss. in. l. hæres per seruum. ff. de acquirend. hæredit. & hoc tenet etiam Bart. in. l. si quis violauerit. ff. de rerum diuisi. tradunt Alexand. Iaſ. & alij in l. est receptum. ff. de iur. om. iudi. & Decian. alios referens dict. cap. 17. num. 33. & diximus supra in 13. ampliatione. Quinto limitatur in delinquente in Ecclesia, si delictum est seculare, † nam Ecclesiasticus, qui est iudex illius loci non iudicabit, sed iudex laicus, secundum Bar. in. l. si cui §. fin. num. 3. ff. de accusa. per capit. fin. de immunit. Eccles. & per. l. si quis in hoc genus. C. de sacrosanct. Eccles. frustra enim legis auxilium implorat, qui contra legem committit, capi. quia frustra, de vsur. quicquid dixerit Cyn. in l. præsenti. C. de ijs qui ad Eccles. confu. communiter reprobatus in hoc teste Deciano, in dict. lib. 4. tomi. 1. de delict. capit. 26. num. 12. qui tamen potest saluari in delictis Ecclesiasticis, vel quia fiunt Ecclesiastica ipso facto, vt in surripiente rem sacram, vel aliam è loco sacro, vel etiam in mixtis si Ecclesiasticus præuenerit, vt distinguit Marian. in dict. cap. postulasti, de foro compet. quæstio. 16. num. 10. Hippolyt. consilio. 32. num. 12. Couarruu. libr. 2. Variarum, capsi. nu. 18. versic. 35. & Deci. vbi sup. d. c. 17. nu. 34. vbi inquit quòd quamuis iudex laicus procedere possit, non tamen poterit capere delinquentẽ existẽtem in Ecclesia, sed Ecclesiasticus capiet, & tradet iudici seculari vt in auth. si quis ei, vbi Cyn. C. de adulte. Abb. & cæteri in cap. cum sit generale, de foro comp. nu. 27. Maria. nu. 25. & Barba. nu. 235. in fi. cum seq. & hoc verum erit si delictum repentinè succesit, secus si ex proposito, & spe gaudendi immunitate Ecclesiæ, vt diximus in lib. 1. istius Recopilationis in materia immunitatis Ecclesiast. Sexto limitatur si delinquens exemptus esset à iurisdictione † iudicis loci illius,

illius, quo deliquit, vt monachus delinquens, quia in quocũque loco delinquat cõueniendus & accusandus est coram suo Abbate, vt per Mari. in dict. cap. postulasti, quæst. 17. num. 11. & etiam in 26. quæstio. idem si impetrasset priuilegium exẽptionis post delictum commissum dummodo nõ post citationem, secundum Ioa. And. in cap. 1. de priuil. Maria. vbi supra, in quæst. 20. num. 12. quod intelligerem verum & procedere, quoties exemptio proueniret ratione alicuius prærogatiuæ yltra exemptionem, putà quia clericus est delinquens, vel monachus, secus vero si esset laicus, qui nullam aliam prærogatiuam haberet ad se eximendum à iudice seculari, nisi tantum exemptionis priuilegium, tunc enim hæc limitatio non procederet, sed nostra conclusio, vt apparet ex text. nostro in finalibus verbis, qui sic debet intelligi, aliter enim procedere non posset, vel intelligi debent hæc verba nostri text. vt supra proximè diximus, de alijs similibus verbis in principio eius appositis, vt procedant & loquantur quo ad loca vbi delinquens confugit, vt ab inde extrahi possit non obstantibus priuilegijs contrarijs illorum locorum, non verò quo ad personas delinquẽtiũ exemptorũ vt & in hac diximus lege, num. 105. vt sic non obstent nostræ limitationi. Septimo limita nisi iudex esset competens in duobus territorijs, & in vno existens in quo † non fuit factum delictum vellet cognoscere de illo delicto commisso in alio territorio, quod tamen etiam sibi subiectum erat, vt est text. & ibi not. omnes in cap. nouit, de offi. legat. tradit Iaſ. in. l. fi. num. 9. ff. de iur. om. iud. vbi Deci. num. 9. & Hippoly. nu. 11. & Decia. dict. cap. 17. nu. 36. quòd vltra eos ego intelligerem procedere, dum tamen executio sentẽtiæ fiat inloco illo territorij illius vbi commissum fuit delictum, tum vt reipu. illi satisfiat de delicto, tum etiam vt sit solatium damnificatorũ & illorum, qui iniuriati sunt, & terror aliorum, quæ sunt rationes ac cõsiderationes remittendi delinquentem ad locum delicti, vt supra diximus. Octauo limitatur nostra conclusio, in Magistratib⁹ expulsis à suo territorio, quia poterunt extantes extra punire expellentes, † ita Iaſ. in dict. l. fi. nu. 10. & pariter si impedirentur ingredi eorum territorium, vt & per Hippoly. ibi num. 12. & Decia. vbi supra, num. 37. Nono limitatur, nisi quis promisisset vni iudici non offendere aliquẽ sub pœna, & tamen illum offendisset extra territorium, † quia poterit iudex loci prohibitionis factæ punire illum delinquentem & offendẽtem extra territorium suum, secundum Bar. in l. illicitas. §. nè potentiores. ff. de offi. præsi. Iaſ. num. 12. Hippoly. 18. in dict. l. fin. ff. de iur. om. iudi. Decia. vbi supra, num. 38. quod ego intelligerem verum, † quoties iudex loci, vbi delictum est commissum non petierit sibi remitti, secus vero si petierit, nam tunc omnino debet sibi remitti, nam etiam si iudex domicilij & originis punire possit, tenetur tamen remittere si petatur, & sic multò fortius tenebitur ille iudex dictæ prohibitionis, aliter enim veram nõ crederem hanc limitationem. Decimo limita, etiam si delictum fuit in loco commissum respectiuè, vt si sit lex, quod qui non fecerit residentiam in suo beneficio per duos menses, priuetur, nam licet semper steterit extra territorium, † & etiam tunc reperiatur, tamen quia negligendo residere, dicitur ibi deliquisse, ibidem iudicandus est, vt consuluit Frederic. de Senis, consil. 182. in hoc puncto dubitabili, quem ad hoc & alios allegat Iaſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iaſ. in dict. l. fi. num. 20. & ibi Hippol. num. 26. & licet Decia. dict. capit. 17. num. 39. dicat ſe non reperiſſe illud conſilium Frederic. de Senis, tamen ego illud reperi, & Iaſ. eum bene allegauit, & incipit conſilium ſtatuto Epiſcopi, non verò vt dicebat Iaſ. incipere, & prębet ibi Freder. rationem ſcilicet, quòd quamuis iſte degat, & habitet extra diœceſim, non poteſt negari, quin ratione rei ſuæ beneficium ſubſit iuriſdictioni Epiſcopi, & ſic ſub eius ſtatuto ligatur. Vndecimo & finaliter limitatur noſtra cõcluſio, in foro pœnitentiali, quia in eo nunquam forenſis ſortitur forum
115 delicti, † ſed tantum ab Epiſcopo ſui domicilij, vel ſuo parocho abſolui poteſt regulariter, ſecundum gloſſ. in capit. 1. 16. q. 1. & diximus in gloſſ. præcedente, quod tamen intelligit Decian. vbi ſuprà, num. 40. eſſe verũ quoad abſolutionem, ſed quoad qualitatem peccati an ſit grauius, vel leuius abſoluens debebit conſiderare locum in quo commiſſum eſt peccatum. capitulo, illa. 12. diſtinct. Rochus, in capit. fi. num. 709. de conſue. quibus quidem regula & concluſio noſtra ſatis remanet ampliata & limitata.

Ibi, *No embargante qualeſquier priuilegios o exempciones que de nos o de los Reyes nueſtros progenitores tengan*, Nam & priuilegia hæc conceſſa locis illis in quibus delinquens eſt detentus nihil obſtabunt, quin remiſsioni locus ſit ſi peratur, vt diximus in principio huius legis. Imo & quod fortius eſt, ꝙ
116 etiam ſi ipſe delinquens eſſet priuilegiatus † vt in alio loco quã delicti iudicandus eſſet, adhuc tũc ad locũ delicti remittẽdus eſt, quia per delictũ amiſit priuilegium, & in loco delicti conueniri poteſt, ſecundum gloſſ. in authent. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & in cap. fin. de foro compet. maximè ſi non ſint priuilegia incluſa in corpore iuris, ſecũdum Bart. in ea. authen. & ideò dicitur in cap. 1. de priuileg. in. 6. quòd exemptus ratione delicti perdit priuilegiũ
117 niſi † delinquat in loco exẽpto, vt & latè per Abb. in dict. cap. fin. num. 11. neq; ijs obſtabit auth. clericus. C. de Epiſcopis & cleri. vbi habetur, ꝙ contra clericum delinquentem obſeruatis clericorum priuilegijs proce di debeat, & eſt text. in dict. cap. 1. de priuile. in. 6. gloſſ. in auth. qua in prouincia, verbo illic omni priuilegio,
118 quia reſpondetur † duobus modis, Primò quod quoddam dicitur priuilegium fori, hoc eſt, quòd in certo loco tantum quis conueniri poſsit, & non alibi, de quo in. l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſ. & hoc priuilegium amittitur propter delictum, dict. l. 1. in fine. Quoddam verò eſt priuilegium ſui iudicis, hoc eſt, quòd quis non corã quolibet genere iudicum, ſed tãtum ſub certa quadam ſpecie iudicum conueniri poſsit, vt clerici, qui non conueniũtur coram iudicibus laicis, ſed tantum coram iudice Eccleſiaſtico, & hoc priuilegium non amittitur propter delictum, ideò exemplificat Bal. in dict. authent. qua in prouincia, ſi clericus Gallicanus Bononiæ deliquerit, poterit quidem declinare iudicium, hoc eſt nè conuenia tur coram poteſtate ſeculari, ſed coram Epiſcopo Bononienſi cogetur reſpodere, velit nolit, qui eſt de genere iudicum, cui ipſe eſt ſubiectus, & dicit hoc eſſe valde notandum, & hanc reſponſionẽ approbant ibidem Bar. Bal. & Paul. ad dictum contrariũ. Vel ſecundo reſponderi poteſt cum gloſſ. ibi & forſitan melius, quòd pri uilegiorum quædam conceduntur à
119 principibus particulariter, † quæ nõ ſunt inſerta in corpore iuris, ſicut co tidie priuilegia poſſunt concedi per ſonis

ſonis ob merita, vel ex gratia, & illa poſſunt amitti ob delictũ. Quædam verò priuilegia conceſſa in corpus iuris redacta ſunt, qualia ſunt priuilegia clericorum, pupillorum, viduarum, & aliarum perſonarum, de quo in l. vni. C. quan. imper. int. pup. & vid. Item mulierum de quibus per totum ff. & C. ad Velleian. & illa non amittuntur propter delictum, & hęc ſolutio ſecundum doctores eſt ſingularis & vtilis & per eos approbatur, & præcipuè per Bart. in dict. auth. qua in prouincia, & in dict. l. vnic. & per gloſſ. expenſarum, in l. hæres abſens. ff. de iudic. neque huic ſolutioni obſtabit, quòd militum priuilegium, ſcilicet, nè alibi conueniantur, quàm coram ſuo iudice ad quem mittendi ſunt, eſt in corpore iuris incluſum & inſertum vt in l. deſertorem, cum ſimili. ff. de re milit. & tamẽ ſi miles graiter deliquit, poteſt puniri in illa prouincia vbi deliquit, neque eſt remittendus ad ſuum iudicem, non obſtante priuilegio, vt in auth. vt iudi. ſi ne quo ſuf. §. volumus collat. 2. & in dict. l. deſertorem, quia reſpondeo primo cum Cyno. in dict. auth. Qua
120 in prouincia, quòd aut delictum eſt atrox, † & tunc ſi priuilegium eximit priuilegiatum à particulari iuriſdictione, & retinet eum nihilominus ſub eodem genere iuriſdictionis, tũc priuilegiũ tollitur propter atrox delictum, quia ius eximit militem à iuriſdictione iudicum prouincialium, & tamen retinet eum ſub eodem genere iuriſdictionis, ſcilicet, ſub iuriſdictione iudicis ſui, vtrinque enim dependet iuriſdictio à poteſtate ſeculari. Si verò priuilegium eximit à certo genere iudicum transferendo ad diuerſum genus fori, ſicuti ſit cũ clerico, qui omnino translatus eſt à iuriſdictione laicorum ad iuriſdictionẽ Eccleſiaſticorũ, tunc non tollitur priuilegium propter delictum quãtumuis atrox, quia non remanſit ſub priori Principe in aliqua parte, ſed omnino eſt exemptus, vel ſecundo reſpondeo cum Abb. in cap. licet ratione, de foro. compet. quòd regula vera eſt, priuilegia iuris corpori incluſa propter delictum non amitti, niſi in caſibus à iure expreſsis, vt in militibus & clariſsimis viris, de quibus in l. 1. & 2. C. vbi Sena. vel clariſ. Quibus hæc gloſſa & tota noſtra lex. 1. ſatis remanet commentata, quæ omnia poſui vt in progreſſu vidiſtis, multa eorum à doctoribus allegatis deſumpta vt præ manibus hic habeantur, & ne ſit neceſſe ad tot volumina doctorum recurrere, & quia hic eſt propria materia vbi hæc inferenda ſunt, modernique noſtri temporis (& iure optimo) abhorrent ſcribentes remiſſiuè, & non dectſiue procedere, eo ꝙ aliter nihil excuſatur laboris, quem laborẽ omnes euitare & fugere procurant ob negotiorũ multitudinem, & quia hodiernis temporibus deliciis, ludis, ac comeſſationibus vita conſumitur.

SVMMARIA.

Receptans delinquentem ſcienter, & ip ſe etiam reus eſt, num. 1.

Debitori requiſitori per creditorem ne alteri quã ipſi ſoluat oſtendendum eſt publicum inſtrumentum, vel iudicis mandatum, numero. 2.

Iure noſtro Regio pro ciuilibus etiam. debitor incarceratur & cedit bonis. num. 3.

Debitorem occultare & receptare non debet aliquis. num. 4.

Certiorans debitorem vt fugiat, quia creditor vult eum capere tenetur ad debiti ſolutionem. num. 5.

Eximens debitorem captum demanibus familiæ tenetur ad ſolutionem debiti. num. 6.

Lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Secunda.

Summarium.

Receptandi non sunt delinquentes in fortalitijs,& domibus fortibus, neque debitores itidem.

HBI, *De receptar malhechores*, idem disponitur,in.l.5.tit. 12.& in.l.16.titu.13. supra isto libro vbi aliqua de receptatoribus diximus:receptãs enim malè agit, procurat namque delicta occultare nè puniantur eorum factores, quod si sciens fecerit, & ipse etiã
1 reus est,& pœna condignus:& de receptantibus reos criminis læsæ Maiestatis vide Decianum,tomo.2. de delict.li 7.c.34.per totum,& de receptãtibus hæreticos, eundem vide in tomo.1.li.5.c.51.n 64.cumsequentibus vbi de pœnis eorum, & an excusentur filij,vxores,consanguinei, & amici, ac ignorantes,& in titulis.ff.& C. de receptatoribus plura alia de ijs tractantur,quorum aliqua retulimus in dictis legibus.5.&.16 & est materia satis lecta per Doct.in locis ordinarijs, & de qua ibi diximus principialiora ideo hic non repeto.

Ibi,*Vi deudores que huyeren por no pagar a sus acreedores*,Intellige dum tamẽ constet per instrumentum, vel per idoneos testes de debito, aliter enim regulariter non teneretur quis credere nomen,vt. l. si quis inficiatus vbi Bart.C.quæ res pig.obli. post.tradunt Bar.& doct.in l.quod te mihi.ff.si certum pet.Anto.Natta. consi. 348.n. 2. li.2.sicut & cum quis asserrus creditor alterius protestatur debitori debitoris nè ei soluat,non tenetur parere, nisi sibi ostendatur veritas per publicum instrumentum, & copiam dimissam,vel si protestatio fieret coram iudice ei mandante † ne soluat,
2 tenetur credere, & mandato iudicis parere,secundum Bar.in.le.non solũ. §.morte,col.9.vers.secundo principaliter.ff.de noui ope.nun.l.fi.ff.de lege commisso. vbi idem dicunt Barto.& Paul.& Ancha.in cle. 1. de excessib. prælatorum.Alex.in.d.§. morte,col. 11.Natta,vbi supr.n.4. eoquod quoad iudicis præceptum præsumendum est pro eo.l.1.C.de offi.ciuil.iudi.quo ad creditorem verò extra iudicium protestantem non est credendum quia est quid facti,& nisi probetur nõ præsumitur.l.in bello.§ factę.ff.de capti.& postl.reuer.l.si emancipati. C. de colla.& ideo cum quis petit ne detineatur debitor suus debet ostendere de debito. Et ex.le.nostra habes iã quod licet de iure ciuili,non poterat agi contra debitorem ad illum exhibendum.l.fi.ad fi.ff.de lib.hom. exhi. & sic inquit Boer.deci.174.n.3. quod quis non tenetur,debitorem habitãtem exhibere,&.l. si quis liberum,§. secundum.ff delib.hom.exhib. cuius verba sunt, creditori non competit interdictum, vt debitor exhiberetur neque enim debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur,sed in bona eius edicto prætoris mittitur.ecce ergo quomodo non cogor exhibere debitorem fugientẽ in domum meã neque teneor ad interesse,quem textũ commẽdat Gerardus,sing.17.Hippo.sing.366.Platea,in.§.præterea,instit.de actio.vbi Jas.colu.10.dixit hoc dictum diligentissimè notandum, quia cotidianum,& fortè alibi non reperiri:Ex quo clare infertur in ciuilibus non habere locum titulum,de receptatoribus,sed solum in criminalibus,& hoc erat,quia de iure ciuili creditor non habebat aliquod ius reale in persona debitoris, neque eum carcerare poterat,vt diximus late in.l.fi. tit.de las entregas lib.4. supra tamen de iure nostro Regio & præsertim ex l.no

3 l.nostra rotum † contrarium statuit,& benè,cum de iure nostro debitor sit adstrictus ad realiter seruiendum creditori cessione facta,vt constat ex tit.16.lib.5.supra & eius persona capi potest pro debito,vt diximus in d.l.fi.tit.de las entregas.li.4.supra, & ideo non debet quis receptare de-
4 bitorem,& occultare † eum,sed manifestare & exhibere creditori: Imò, & secundum Hippo.sing.137.in iure clarum est,si quis notificauit, & certiorauit debitori,quod creditor suus volebat eum capere,& quod fugam
5 arriperet,tenetur creditor † ad soluẽdum debitum illud,si hac de causa fugit,& ad hoc citat Ancar. consil. 341. viso themate,in fine,Bal. & Præposi. in.c.dilectis,de appell.Hippo.in rub. col.7.in principio ff.de fide iussor. & sic à fortiori eximens captum de ma-
6 nibus iudicis vel suæ familiæ † tenetur ad debiti illius solutionẽ pro quo capiebatur,tanquam si pro eo fideiussisset.l.quoties.C.de exact.tribut. li. 10.Bald.in.l.ad dictos C. de Episcop. audi.& ibi l.fi.n.1.& ibi additio. C. de oper.lib.Bar.Bald.Angel.& Paul.in.l. sed eximendi cum sequen. ff. ne quis eum qui in ius voc.est.Hyppoli.in d. singul.137.

Ibi,*Y que este sea caso de corte*, adde ad positos per.l.8.tit.3.li.4.sup. & glos.l. 5.tit.3.partit.3.

SVMMARIA.

Remissioni non est locus in leuibus delictis contra Auenda.n.1.&.3.

Lex nostra locum habet vbi non sententia, sed testibus solum quis conuictus est.numer.2.

Dictio, quamuis,licet,quantumuis, inclusiua est, vel implicatiua.n.4.

Electa vna via an possit quis ad aliam etiã contrariam redire n.5.

Expensis cuius sit remissio delinquentis faciendaa n.6.&.n.7.quid de clerico remittendo.

Acta originalia an sint remittenda,vel eorũ exemplata.n.8.

Lex Tertia.

Summarium.

Delinquens,& committens delictum ob quod pœnam meretur corporalẽ remittẽdus est ad locum delicti suis expensis,vel accusatoris si pauperde linquens sit, vel si ambo pauperes sunt expensis officialium vbi repertus est, & hoc siue sententia siue testibus conuictus sit de delicto,secundum verum, & in practica receptũ intellectum:Et quam pœnam incurrat iudex vel alius nolens eum exhibere, & remittere.

HBI,*Que merecẽ auer pena en los cuerpos*, idem repetitur in vers.*Por ende mandamos*, quæ geminatio declarat enixã voluntatem legislatoris, vt remissio solum habeat locum, quoties pœna corporalis,& nõ alia mitior,quæ corporalis non sit,venit imponenda,pro ut in lege præcedente demonstrauimus,contra Auen.& sequaces † pro
1 quolibet etiam leui delicto vbi pœna corporalis non erat imponenda remissionem concedentes, in quo loquitur contra legem nostram, quæ quidem licet loqui videatur,cũ adest sententia mediante qua requisitio ad remissionem fit,& per eam delinquens condemnandus est pœna corporali, non tamen excludit casum vbi delinquens non sententia,sed testibus conuictus est de delicto † per
2 eum commisso, quin & tunc remissio facienda sit si corporali pœna plectendus est. Et id probatur per argumentum à fortiori,nam si ex lege nostra etiam vbi delinquens per sententiam legitimè discussam, & pronunciatam declaratus est reus, & perpe-

trator

Universidad de Deusto
Biblioteca

trator delicti vt remissio fiat debet esse condemnatus vel condemnandus pœna corporali, cur non & à fortiori idem dicemus vbi testibus tantum conuictus est de delicto & nondum sententia condẽnatus, & sic miror de Auenda. per me relato in l.1. supra eod. qui legem nostram ita restrinxerit, vt velit eam solum loqui & procedere, cum tãtum per sententiam delinquens est condemnatus & pro perpetratore declaratus, & sic, vt in eadem.l.1.tenui, dicendum est q̃ siue remissio petatur virtute sententiæ, siue virtute probationis factæ de delicto, debet delinquẽs is, cuius remissio petitur, esse condemnatus pœna corporali, vel saltim ea condem-
3 nandus † pro delicto illo.

Ibi, *Con la sentencia*, quæ quidem sola sufficiet absque alia informatione, eò quòd pro iudice sentẽtiæ est præsumendum, vt in.l.præcedente, nume.2. diximus: credendumque est iudicem non processisse ad sentẽtiam condemnatoriam proferendam sine sufficiente de delicto informatione, & ideò iustè lex nostra solum requirit sententiam condemnatoriam, nõ tamen est specialis prouisio, vt in gloss. præcedente diximus, quòd vltra ibi dicta probatur ex verbis pro œmialibus nostri tex. ibi, *Annũ Jondados por hechores*, nã dictio illa, aũque latinè, quãuis, licet, quantũuis, inclusiuà est, & implicatiua, † & addit præ-
4 cedentibus, vt dixi in l.7. titul. 8. nume.31. & 32. lib.5. supra, ita vt idem sit si non sententia, sed per informationem testium remissio est petenda, ita vt & tunc sit idem quod est cum per sententiam petitur.

Ibi, *Porque alli donde cayo en la culpa reciba la pena*, vt & in. l. 1. suprà, istomet titulo probatur vbi diximus.

Ibi, *Y que no lo dexen de hazer por el pedimiento que primero hizieron*, hic est, casus singularis, vbi electa vna via
5 potest eligens † ad aliam etiam contrariam redire, & hoc ob negligentiam iudicum nolentium exequi sententiam condemnatoriam in delinquentem latam, prout & de iure est, vt iudice negligente ministrare iustitiam possit adiri iudex alius qui eam ministret, vt hoc & alia plura de negligentia diximus in lib.3. suprà.

Ibi, *Que lo embien a costa del malhechor*, cuius expensis sit remissio facié
6 da delinquentis, † vltra Doctores, in locis ordinarijs tradunt è nostris Couar. in pract. cap. 11. ad fi. Dida. Perez, in l.1. tit.17. lib.8. Ord. pag.336. tomi 3. Auend. resp. fin. & diximus in l.32. tit.13. suprà isto lib.8. & de clerico cu
7 ius expensis remittatur † vide Boer. latè decisio.303. & Meno. de arbitra. lib.2. cent.3. casu.228. nu.8. & Addit. Capell. Tolos. decisio.100. Aufred. in Clem.1. de offic. ord. q.2. in fin. & an
8 acta originalia † sint remittenda vel eorum exemplum vide text. vbi dixi in l.16. tit.25. lib.4. supra & nota quòd dicit lex nostra, *Que lo embien a costa del malhechor*, vt intelligas, quòd expensæ faciendæ solum in mittendo delinquentem à loco vbi est derentus ad locum delicti, illæ solum soluendæ sunt expensis delinquenti secundum tenorem nostræ legis, non verò aliæ, si quæ factæ sunt in veniendo pro eo, quia has non declarat lex nostra, quis soluet eas, sed ex l.32. tit.13. supra isto libr. & ex ibi per me dictis decerpes & colliges, & vide legem nouam anni.1583. Madritij factam & insertam in primo quaterno addito huic nostræ Recopilationi & impresso anno 1592. & inserta sub illo.13. tit. supra isto libr.8. disponentem in hoc circa iudices, *De la hermandad*.

SVM-

SVMMARIA.

Obedire iustitiæ omnes tenemur, num.1. misi vt num.2.
Rectoribus ciuitatis in aliquibus casibus datur potestas iudicandi, num.3.
Campanam pulsare ad populum congregandum quando liceat, num.4.
Omnes pro sedanda rixa aliquando se interponere tenentur, num.5. licet regulariter ad id non teneatur aliquis, vt num.6.

Lex Quarta.

Summarium.

Quibus modis & personis compellẽdi sunt illi, qui nolunt remittere delinquentes ab eis receptatos, declarat lex nostra.

IBI, *No son obedientes a nuestra iustitia*, cui quidem iustitiæ
1 & eius mandatis omnes † obedire tenemur, & quire sistit potestati, Dei ordinationi resistit, vt inquit Augustinus relatus in.c. qui resistit.11.quæst.3. quod intelligit glo. in cap. non debet.11.q.3. & gloss. obtemperare, in l. toties locum. §. si cui. ff. de pollicitatio. nisi præceptũ potestatis sit apparenter iniustum, †
2 nam tunc non solum non est ei obtemperandũ, sed potius resistendum secundũ Bar. per text. ibi in. l. prohibitum nu.2. C. de iure fisci, lib.10. Deci. latè in.l. non videtur data. §. qui iussu num.4. ff. de reg. iur. & in. l. vt vim. ff. de iust. & iure, & diximus in. l. 2. nu.3. cum sequentib. lib.3. supra & per Casan. in consu. Burb. Rubric.1. des iustices. §.7. fol.75. num.1. cum pluribus super text ibi, de simple res couses, vbi, num.10. inquit, quòd si sit dubium an iniuste exequatur non debet ei resisti vllo modo.

Ibi, *o bolleseiendo ellos o ombres suyos la dicha ciudad*, Qui quidem vulgò, *Alborotadores*, vocãtur, & sic seditiosi, & scãdalosi & seditionis cõcitatores, & ij admodũ sunt odibiles Deo, & hominibus, de quibus plura dicuntur per doctores, in tract. de seditiosis, maximè per Boeri. & Brunum, in.1. part. 11. voluminis tract. doctorũ, & in titulo, *De los leuantamientos*, supra isto lib. aliqua diximus.

Ibi, *Y que los Regidores*, hic est vnus de casibus in quibus datur & cõceditur † rectoribus iurisdictio, vt ad
3 uertit Didac. Per. sub. l.3. titul.17. lib. 8. Ordin. glos. 2. pag.342. & alibi alios adnotauimus.

Ibi, *Hagan mouer todo el pueblo*, & sic in hoc casu licitum erit pulsare campanam † vt populus coadunetur &
4 congregetur, ad limitationem. l.5. tituli præcedentis prohibentis pulsationem campanarum.

Ibi, *Se junten todos a los hazer salir*, nota casum in quo tenentur omnes se
5 interponere † pro sedanda rixa: aliũ reperies in .leg. 3. titulo. 16. part. 2. colum.1. vbi gloss. *luego*, inquit quòd videtur ad hoc nullum teneri, ex leg. culpa caret. ff. de reg. iur. & ibi gloss. Bart. & doctores. & gloss. & doctores. in. cap. quantæ. de sent. excom. & sic quòd hoc sit in mera voluntate, vt in. leg. prætor ait. §. siquis aduentu. ff. de vi bon. rap. & ibi Angel. & ideo inquit gloss. dictæ. leg. 3. dicendum quòd ibi est casus specialis vbi quis debet rixæ se interponere, ratione fidelitatis, quæ debetur Regi, quem omnes subditi tenentur defendere, & toris viribus procurare nè lædatur, ex Bart. in extrauag. ad reprimendum, in glo. totius fidelitatis. Et idem in nostro casu dici potest, quod sit casus specialis, tum ratione defensionis Regis quæ in defendendis suis populis etiã consistit, tũ etiã ob defensionem suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriæ patriæ, quam itidem aduersus insultus seditiosorum & tyrannorum debemus defendere, ex text. & ibi gloss. & doctoribus. in l. vt parentibus & patriæ pareamus. ff. de iust. & iure, & tradit Meno. to. 2. de præsumptio. libr. 5. præsumpti. 12. num. 2. pag. 498. vbi & præsump. 13. num. 1. & libr. 6. præsump. 56. pag. 631. de ijs agit, & consequenter cum ij sint casus speciales, Regula generalis cõstituẽda est, q; culpa caret ille, qui non se interponit pro sedãda rixa, nisi vbi
6 aliud de iure † statutum reperitur, de quo latius dicemus Deo volente in l. 1 tit. 18. infra isto met libro. 8.

Lex. 5. & 6. Nouiter impressa.

Summarium.

In quibus casibus à regno Lusitano ad Regium Castellæ, & e contra debet fieri remissio personarum delinquẽtium ibidem confugientium, declarant leges hæ quinta & texta. Et hæc sexta lex fuit nouissime condita per nostrum catholicum Regem Philippum, II. in declarationem legis. 5. nostræ antiquitus factæ.

IBI, *Que los requiriessen*, qualiter, requirendi sunt, & cum quibus informationibus & actis declarat nunc lex noua sequens in eius cap. 1.

Ibi, *Ballestas*, idem si cum Archabusio vel Scopeta disponit dicta lex sexta noua sequens in cap. 4.

Ibi, *Y otros semejantes*, verba hæc confusionem generabant, & ideò per dictam pragmaticam nouam sequentem declaratum est, quæ sint hæc dicta, & ijs totus iste titulus satis remanet declaratus.

TITVLO. XVII. DE LOS Perjuros y falsarios,

Summaria Titul. XVII. in Rubricam.

Periurium est delictum atrocissimum, numero. 1.
Iuramentum timor appellatur, num. 2.
Periurium grauius crimen quam homicidiũ, num. 3.
Periurium omni iure est prohibitum & punibile. nu. 4. & 5. & 7.
Periuros è titanibus esse natos testatur Plutar. num. 6.
Periuria vt euitentur multa iuramẽta sunt à iure repulsa, nu. 8.
Periurium quid sit, numer. 9. & 10. & 11. & 12.
Periurus etiam falsi crimen committit, numer. 13.

DIfficulter titulus hic cõtinuari potest ad præcedentem, nisi dixeris, quòd cũ in superiori titulo dictũ sit, de remissione delinquentium ad locum delicti, pro quo delicto venit imponenda pœna grauis. & sit periurium atrocissimum delictum, & falsum, itidem. sequitur immediatè hic noster de periuris & falsarijs, vt & in eis sit locus remissioni

niquòties pœna corporalis periuro vel falsario est imponenda.

Et in huius Rubricæ declarationẽ duo aut tria consideranda esse iudico, primum quòd periurij delictum
1 est atrocissimum, † & detestabile, ex gloss. decerauit in cap. 2. de re iudi. in. 6. nam eo violatur iuramentum, quod est res sancta, & religio appellatur. l. 1. ff. de iureiur. & ideò iuramentum
2 † meritò appellatur timor, quo contentiosa litigãtium compescitur audacia. l. 1. C. de iuramen. calumn. & qui iurat proprio iuramento dicitur Deo consecrari, ideo iurans dicitur afici iuramento, nam vt inquit Imperator in l. fin. §. qui si actor, in fine, C. de iuram. calum. si & ipse principales partes litigantiũ per iuramentum lites exercẽant, & causarum patroni præbeant Sacramentum, & ipsi iudices propositis Sacrosanctis Scripturis tàm causæ totius faciant examinationem, quàm suum proferant arbitrium, quid aliud nisi pro hominibus Deum in omnibus causis iudicem esse credendum est? Et sic ex atrocitate huius delicti asserũit sanctus Tho. in Quodlibeto. 1. ar. 18. periurium grauius esse crimẽ quã homi
3 cidiũ, † vt & per Auen. c. 27. præt. n. 1. lib. 2. & Thomã & alios eũ sequentes refert & sequitur Meno. de arbi. iudi. lib. 2. Centur. 4. casu. 319. num. 2. contra Couarruu. in capit. quanuis pactum, 1. parr. §. 7. num. 1. cum sequentibus, de pact. in. 6. sed cõcordare nititur has opiniones Dec. 2. to. de delictis, lib. 6. c. 9. n. 3. vbi per totum illud capitulũ alijs modis periurij grauitatem demõstrat, & Auẽd. & Coua. vbi sup. Secundo est notandum periuriũ
4 † omni iure esse prohibitũ & punibile, iure diuino, † vt habetur in Le
5 uiti. cap. 19. non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei in vanũ. Et Matth. c. 5. & alibi: Ero testis velox maleficijs, & periurijs. Malac. 3. & Zach. 5. inquit, maledictio cõmorabitur in domo iurantis in nomine meo mendaciter, & cõmorabitur in medio domus eius, & cõsumet eã, & ligna eius, & lapides eius, & habetur trãsumptiue, in c. nõ peierabis. 22. q. 4. & in. c. quicũq;. 7. q. 1. & c. 1. de crimin. falsi & ideo inquit textus in cap. habemus. 22. q. 1. admonẽdi sunt omnes vt diligenter caueant periurium non solum in altari, seu sanctorũ reliquijs, sed etiam in cõmuni loquela, & secundum text. in capitu. fina. 22. quæstione 1. prædicandum est, vt periurij fideles caueant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & in prophetis, & in Euangelio prohibitum! Et sapiens recensens peccata ponit inter grauiora periuriũ, dicens Sapi. 14. omnia cõmixta sunt sanguis, homicidium, furtum, corruptio, infidelitas, periurium. Et pariter Paulus. 1. ad Corinth. c. 1. inquiens, iusto non esse legem impositam, sed impijs, mendacibus, & periuris, & hinc Augustin. de verbis Aposto. sermone 28. relatus in capitul. homines. 22. quæstione. 2. si quis scit falsum esse, & tamen iurat verum esse videtis quàm ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit, quod omnes homines detestãtur? & Zach. Prophetæ. c. & relati in. c. actione. 22. q. 4. & Augustin. quoque rescribens ad Seuerum Milenitanum Episcopum relatus in cap. inter cætera. 22. q. 4. inquit porrò iuramentum non ob hoc fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculũ iniquitatis, seu cuiuscũq; criminis, nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipienti etiam sit æterna damnatio, periurij

Azeuedo super. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

namque percutitur pœna, & velut homicida, in extremo examine à iudice degrandinabitur, per quem Sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & à nemine amabile, quasi testimonium iustæ & humanæ petitionis adducitur. Item iure naturali prohibitum est periurium ex Aristotel. in Rheto. ad Alexand. vbi agit de iureiurando dum ait, nemo vellet peierare, cum diuini supplicij metu, tum dedecoris apud homines. Idem Aristotel. libr. 1. capit. 15. Rhetor. omnia conuertit, qui non seruat, quod iurauit, nam ideirco legibus vtimur, & eas seruamus, quia iuratis & iudicibus paremus, quia iurati & si dignum putamus, vt iudices iudicando, legislatores leges sanciendo ea obseruent, quæ iurarunt, quanto magis & nos ea seruare debemus. Et ex hoc iure naturali apud omnium gentium nationes omnes maxima est semper habita iuramenti religio, grauissimumque semper habitum ea de causa periurium ipsum scelus. Nam Tulli. libr. 3. offic. inquit, nullum vinculum ad ad stringendam fidem iureiurando maiores antiquius esse voluerunt. Indicant grauissimę Censorum animaduersiones, quòd nulla de re diligentius, quàm de iure iurando, scilicet, violato iudicabant, quod & refert Lucas de Pen. in l. si vacantia, nu. 8. C. de bon. vacan. lib. 10. hinc lætabatur Agesilaus, quòd Tisaphernes Persarum Dux fœdus iuratũ secum initum dissoluisset, ac violasset, gratiamque se habere Tisapherni asserebat, ꝙ periurio Deos atque homines sibi infensos reddidisset, Agesilao verò seruare volenti, & decepto propicios, vt refert Plutarch. in Apophteg. & Aelia. Variar. lecti. libr. 14. capit. 2. & Gellius libr. 7. capit. 18. ait, legibus multis ostendi iusiurandum apud Romanos inuiolate, sanctèque habitum, & sic Plutarch. libr. 3. de legi. periuros è
6 titanibus † esse natos testatur, quòd scilicet, cum Dijs, quos in testes vocarunt, & belligerare, vt titanes videantur. Ex quo Specula. in titul. de legi. §. nunc ostendendum, num. 24. tradit quòd periurio offenditur ius naturale, & allegat. capitulum, etsi Christus, de iure iurand. & Parisi. consil. 53. num. 3. & 4. volum. 1. Craue. consil. 241. nume. 12. & sic multi populi variæque nationes periurij, ac perfidię nota fuerunt apud antiquos infames, vt licet videre ex Deciandict. tom. 2. de delict. lib. 6. capit. 10. num. 34. fol. 23. Item & iure huma
7 no † periurium est prohibitum & punibile, tum ex iure canonico, ex capitulis decreti suprà allegatis, & ex text. in capitulo cum non ab homine, de iudic. & in cap. querelam, de iureiura. cap. infames. 6. q. 1. quàm iure ciuili ex. l. si quis maior. C. de transact. Et ex iure nostro regio ex. l. 9. titu. 8. lib. 2. for, & ex. l. 8. titu. 16. partit. 3. & ex titulo nostro in præsenti. Ex quibus facile cognoscès quàm graue crimen sit periurium, cum omnibus iuribus damnetur, & puniatur. Qua de causa dicebat Socin. Iunio. consil. 89. num. 36. volum. 3. ex Auth. de nuptijs. §. quæ vero, ver sic. nos igitur, quod ex periurio Deus contristatur, si licet in eo, ob atrocitatem criminis tristitiam denotare. Et sic Plato in. 12. de legibus, dolès iuramenti religionem in dies magis negligi inquit, magna admiratione dignũ fuisse Rhadamãtum in iudicã do video, ille siquidem perspiciebat illis temporibus omnes confiteri Deos esse, & humana curare, ideò putabat Dijs & non hominibus iudicia esse committenda. Qua propter simpli-

simpliciter & cito iudicio peragebat, nam iureiurando in singulis causis requisito à litigantibus cito & tutò iudicare solebat, nunc autem cum alij Deos esse negent, alij eos humana non curare, plurimi etiam & pessimi Deos hostijs conciliari, & peccata omnia remittere putent, & sic impune liceat eis peccare, nio dus ille iudicandi, quę ferebat Rhadamantus, huic seculo minime congruit, nã si iurandi licentia in ciuitate cuilibet & in qualibet causa tribuatur, iam iã omnes penè periuri reperiẽtur. hactenus Plat. Quod si gẽtilishic, diuino lumine priuatus & gratia, hæc dicebat, & de ijs se dolebat, quid hodiernis temporibus de Christianis dicemus, quis dolore non cruciatur maximo, cum passim, & vbiq; vænalia habeantur testimonia, & periuria, imò & ipsi iudices pro suis particularibus commodis hæc multoties permittunt, ipsique cum iurauerint iustitiam facere, non faciunt, propter quòd iuste, vt periuria euitentur, multa iuramenta sunt à iudicijs re-
8 pulsa, † vt videbis ex dictis per nos in l. 2. in fin. titu. 16. lib. 2. supra & tradit Abb. in cap. 1. nu. 5. de iurament. calum. & hinc Plato lib. 12. de legib. litigantium iuramenta prohibuit, quod facile plures peieraturos credi derit, non est enim danda, neque aperienda via periurijs, capitu. cum contingat, de iure iurand. vt per Decian. vbi suprà, numer. 14. vbi numer. 19. inquit, non esse compellendum iurare illum, quem manifeste apparet se peieraturum. Ex quo iudices recti & boni prouident nè homines carcerati passim iurent, & puniunt iurantes sine causa in quadam leui summa, vt ab eis vitium iurandi repellatur, ex quo vitio iurandi facil ter ad periuria deueniri solet. Quibus sic discussis discutiendum nunc est, quid sit periurium, variè
9 enim à doctoribus diffiniri solet, † & Couar. in dict. cap. quanuis pactum, 1. part. §. 6. num. 4 in fine, & Clarus, in dict. pract. crim. §. periurii in princip. sequũtur diffinitionẽ sancti Tho. 2. 2. quæst. 18. & Boet. decis. 305. nu. 1. & Bal. secutus & relatus per Auend. cap. 27. præt. nu. 2. lib. 2. scilicet, quòd periurium est mendacium iuramen-
10 to † firmatum, & sequitur Ray. & Magist. senten. relati & secuti per Syluest. in summa, verbo periurii, in princip. hanc tamen diffinitionem reprobat Decia. vbi suprà, lib. 6. ca. 7. de periurio fol. 15. ex eo quòd non comprehendit omnes casus periurij, nam possum ego promittere cum iuramento, quòd dabo tibi cẽtum, vel ibo Romam intra mensem, & tempore promissionis habui animum adimplendi; postea pœnitui, & nolim obseruare, hoc non erit mendacium iuramento firmatum, quia quando promissionem feci cum iuramento non mentitus sum, quia animum habui adimplendi, post verò cum pœnitui non iuraui, ergo non aderat mendacium tempore iuratę promissionis, ergo patet hoc casu periurium esse, sed non ideo quòd fuerit mendacium iuramento firmatum. Ideò Decianus, vbi sup. inquit sibi magis placere diffinitionem glossi. fina. in capitulo tua nos, de iure iurand. quæ sic diffinit, quòd periurium est
11 transgressio iuramenti, † hæc enim diffinitio, omnem casum comprehendit, nam vel à principio in iuramento promissorio intendo obseruare, & postea pœniteat mè, tunc periurium dicitur, cum me pœniteat, & nolo obseruare, eò quòd tunc trãsgredior iuramentum, vel à principio non intendebam obseruare, & tunc statim perseuerando in ea intẽtione post iuramentum, dicor periu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus, quia transgreditur mente ipsa & animo iuramentum, & hæc est perfecta diffinitio, & probari videtur ex l. 1. nostri tituli, ibi, *Quebrantaren o no guardaren*, ita vt verbum illud, *Quebrantaren*, referatur ad transgressionem post iuramentum factum, verbum verò, *O no guardaren*, referatur tam ad mentem habitam tempore iuramenti de non obseruando promissa cum iuramento, quàm ad postea generatam non obseruandi illud, & est singularis hæc horum verborum ponderatio pro hac diffinitione. Sed vt omnia comprehendantur tempora & omnes casus periurij, melior diffinitio meo videri erit, si vtramque diffinitionem coniunxeris hoc modo, periurium est mendacium
12 iuramento firmatum, vel transgressio iuramenti ob contrauentionem vel omissionem implementi tempore conuento constituti: & in hac diffinitione comprehenditur tempus iuramenti si tunc non habui animum implendi, & tempus conuentum ad implendum promissa, siue contraueniendo eis expresse, siue tacitè non implendo ea tempore constituto.

In ea Rubrica, ibi, *Falsarios*, nota coniunctionem illam, y, vt intelligas, quòd & periurus & falsi crimen committit, vt supra dictum est ex capit. 1. de crimin. fals. & vt intelligas quòd titulus noster non solum de periurijs, sed etiam de falsarijs loquitur, vt ex eius legibus clare constat.

SVMMARIA.

PEriuria euitare conuenit Principi & eius iudicibus. nu. 1.

Iuramenti vinculum omnes ligat, numero. 2.

Hæres iurantis non incurrit periurium contraueniendo. num. 3. & nume. 4. infertur ad nostram legem.

Cessionarius an incurrat periurium contraueniendo iuramento cedentis. nu. 5.

Hæres iurantis an etiam excusetur quo ad alias pœnas. num. 6.

Lex nostra & l. si quis maior. C. de transf. in quocunque contractu procedunt. nu. 7.

An incurrat nostræ legis pœnam contrauenies iuramento etiam ex facultate Papæ, num. 8. & 9.

Dispensationem obtinenti post incursum periurij an prosit, num. 10.

Pœnæ non debetur in foro conscientiæ nisi quatenus interest. num. 11.

Pœna soluta sponte retineri potest, nu. 12.

Pœna contractus eatenus debetur quatenus interest, numero. 13. & numero. 14. & quòd idē est in pœnis iudicialibus in. n. 15.

Interesse dupli promissum in contractu tantum debetur in conscientia in quātum interest, num. 16.

Singularis successor non incurrit pœnas periurij contraueniendo iuramento sui prædecessoris, num. 17.

Procuratoris periurium non nocet Domino, num. 18. & num. 19. idem in amico.

Minor. 25. annorum contraueniens iuramento suo an incurrat pœnas, num. 20. & 21. & 22.

Venix ætatis impetratio quid importet. nu mer. 23.

Personæ ciuitatis collegij & rerumpub. non iurantes non incurrunt periurium si contraueniant iuramēto prædecessorū. n. 24.

Fœmina iurans contractum si contraueniat incurrit pœnas legis nostræ, nu. 25. & 26. quid in rustico.

Ob peierantis odium & cultū iuramenti non requiritur accusatio cōtumaciæ neque interpellatio ad incurrēdas pœnas, num. 27. & num. 28.

Tacitè sicut expresse venitur contra iuramē tum, putà si promittis soluere intra mensem, & non soluis, nu. 29.

Lite pendente super absolutione à iuramēto si venit dies solutionis facienda est solutio, num. 30.

Iurans contractū sine animo illum adimplendi si facto iuramēto perstitit in animo illo periurus est, nu. 31. licet cogitatione sola si ad aliquem actum non est peruentum non incurruntur pœnæ, num. 32.

Debitor an debeat offerre, vel deponere cum creditor est absens. n. 33.

Lex

Lex si quis maior, C. de transact. an haberet locum cum iuratur per alium, quam per Deum n. 34. vbi quid si fecit homagium, vel per fidem, & n. 35. & n. 36. & 37. & n. 38. quid si per sancta Euangelia, & n. 39. 40. & 41. hæc etiam prosequuntur, & concordantur.

Iurans per fidem in dubio per fidem Christianam censetur iurare num. 42. & nu. 43. quid si iurat ponendo manum super pectus.

Declaratio. l. 26. in fine tit. 11. par. 3. numero. 44.

Promittens in veritate se seruaturum promissa non erit periurus si non seruauerit nu. 45. & nu. 46 quid si iurat per caput suum aut salutem.

Infideles contraucnientes iuramento suo an sint periuri nu. 47.

Periurus an sit contraueniens iuramento illicito vel nulli nu. 48.

Lex nostra procedit in omnibus in quibus. l. si quis maior. C. de transact. periuri dici possunt. n. 49.

Lex si quis maior. C. de transa. an procedat in alio quocunque contractu iurato. n. 50 attenta nostra generaliter loquente.

Emphiteota non soluens pensionem, quam iurauit soluere statim potest expelli non expectato biennio nu. 51.

Actione euictionis priuatur non seruans iuratam promissionem, num. 52.

Lex dicta si quis maior. C. de tran. etiam ad compromissa extenditur, nu. 53.

Lex illa. si quis maior & nostra an in quasi contractibus procedant, num. 54.

Extensio est facienda vbi tractatur de obseruantia iramenti, num. 55.

Lex pœnalis loquens in contractibus non habet locum in quasi contractibus, num. 56. & num. 57. declaratur.

Lex nostra habet locum in omni contractu, vel quasi contractu, numero. 58. nisi quo ad contractus, qui cadunt in nomen officij, num. 59.

Tutor si ob culpam remouetur ab officio non incurrit pœnas periurij, num. 60. & numero. 61. idem in iudice gerente male officium suum, & num. 62. idem in alijs officialibus publicis.

Retrahens rem iurans sibi & non alij retrahere non punitur pœnis periuri etiam si aliud appareat, num. 63.

Periurus non est contraueniens effectibus ex contractu iurato resultantibus, numero, 64.

Gabellæ solutio non est contractus, sed effectus resultans ex contractu, numero. 65.

Periuri pœnis non punitur contraueniens alicui qualitati contractus iurati, num. 66. & 67.

Periurus an esset contraueniens incerto contractui, num. 68. & 69.

Periurus non est non adimplens cōtractum si aduersarius ex parte sua non adimpleuerit. num. 70.

Periurus non est reuocans actum reuocabilem, vt pœnis nostræ legis puniatur, licet in se periurus sit, num. 71. vt in testamento iurato, nisi vt ibi, num. 72.

Peierans se in lite non punitur pœnis nostræ legis, nume. 73.

Rationes quare durius punitur periurus in contractu, quam in iudicio, num. 74.

Legis nostræ dispositio qualiter hodie verificari poterit, num. 75.

Declaratio pœnæ incursæ necessaria est licet non condemnatio. num. 76.

Ipso iure inducitur per verba omissiua præsentis temporis, num. 77.

Periurij pœna amissionis bonorum an excludat alias, num. 78.

Periurus de iure canonico indistincte est infamis, de iure ciuili cum distinctione, nu. 79. & 80. & 81.

Iurans soluere vsuras & non soluens licet sit periurus non est infamis, numero. 82.

Periurij vndecim pœnas, remissiuè, numero. 83.

Lege nostra attenta eius solùm pœnam imponendam esse videtur periuro in contractu, num. 84.

Pœna legis si quis maior. C. de transact. non seruatur in practica. nu. 85. & num 86.

Periurium non incurritur si dolus non interuenit, num. 87.

Statuta pœnalia continent clausulam, si dolo contra ea factum fuerit, num. 88.

Quælibet causa excusat à periurio cum à dolo excuset, numero. 89. & sic raro incurretur nostræ legis & illius, si quis maior. C. de transact., num. 90.

Dolus verus & præsumptus habetur in iure, numero. 91. & numero. 92, diffininuntur, cum num. 93. & nu. 94. exemplificatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa vt à periurio excuset probanda & iustificanda est, num.94.& 95.
Creditor petens pœnam periurij contra alium debet probare quòd ipse adimpleuit ex parte sua, num.96.
Minor & rusticus restituuntur aduersus dolum præsumptum, num.97.
Excusant etiam à periurio plura, vt nu.98.
Iurans nõ diuertere ab vxore intelligitur secundum ius, idest si non fuerit fornicata, num.99.
Iudex ex officio potest procedere contra periurum non seruantem à se contractum factum, num.100.
Fisci fauore fit inquisitio in ciuilibus causis, num.101. nisi vt, num.104.
Procurator Cæsaris potest compellere notarios tertios penes quos extant instrumẽta & scripturæ bonorum confiscatorum vt ea exhibeant, num.102.
In crimine periurij procedi potest per inquisitionem, & per accusationem, nu.103.
Accusans periurum debet in libello periurii de quo accusat cecidisse in damnum sum, nu.105.& quòd sciẽter & dolose, n.106.
Periurij crimen licet olim esset priuatum hodie est publicum saltim contra testes periuros, 107. & 108.numeris, & nu. 109. opinio authoris in hoc.
Quinque modis cognoscitur de crimine falsi. num.110.
Accusans Titium quòd nõ soluit die promisso cum iuramento quid debeat probare, nume.111.&.112.
Periurium etiam ex contumacia & ex notorio probatur & tunc sine causæ cognitione puniri potest, num.113.
Periurium probatur etiam per scripturas, nume.114. ad declarationem regulæ, nu.115. propositæ quòd per scripturas non probatur delictum.
Periurium per indicia & coniecturas nõ probatur nisi tantum quoad capturã, nu.116.
Periurium testibus omni exceptione maioribus probandum, num.117.
Iuramentum suppletorium non datur accusatori in causa periurij, nu.118.
Periurium vel eius excusatio non probatur per purgationes vulgares, num.119.
Periurium est mixti fori, num.120.

Lex Prima.

Summarium.

Pœna non seruantium contractus iuratos ponitur in præsenti.

1 IBI, *Por quitar*, Principi enim, & itidem eius iudicibus conuenit per iuria † euitare, ex late dictis in præcedente Rubrica, & ex Deciano, dict. 2. tom. de delict. lib.6.cap.9.num.14. vbi plura in propositum adducit, & per Meno. de arbitrar. casu.192.num.1. cum sequentibus.

Ibi, *De qualquier estado preeminencia y dignidad que sean*, nullius personæ exceptionem, aut acceptionem facit. vinculum enim iuramenti omnes ligat, † & sic eius pœna ligabit si non
2 seruetur, dictioque illa, qualquier, vniuersalis ac generalis est, & neminem excludit, siue in dignitate vel qualitate constitutum, aut non, & sic siue sit actor siue reus, nã vltra quod semper oporteat inter hos æqualitatem seruare, ratio iuramenti, quæ totam hanc materiam regit, communis vtriusque est, ita glos. consecutus in l. si quis maior. C. de transactio. vbi Curti.num.28. communiter esse approbatam testatur, & alij etiam cõmunem testantur relati & secuti per Menes. in ea l. si quis maior, num.49. Adeò, vt secundum eum ibi, etiam in hærede contrahentis, qui iurato à defuncto contractui vel transactioni contrauenit, erit locus pœnæ illius l. si quis maior, & consequenter nostræ legis, & præsertim si ad obseruantiam contractus persona hæredis sit per defunctum obligata, prout cotidie

die fit, cuius opinionis fuit Angel. per Thom. Parpal. num. 96. ibidem relatus, & sequitur ibi Paul. Cast. Sed contrarium est omnino tenendum cum Menes. ibidem & ab eo relatis, imò
3 quòd hæres contrahentis nolens † stare contractui sui prædecessoris nõ incurrit periurium, & hanc ex Innoc. in cap. veritatis, de iure iur. Testatur communem Auendan. d. ca. 27. præto. nu. 11. & Decia. dict. lib. 6. cap. 11. num. 51. & Ioan. Gutier. in Auth. sacramenta puberum, num. 15. 16. & 17. C. si aduer. ven. & Didac. Per. l. 1. titu. 6. lib. 8. Ordin. glos. 1. col. 3. nam licet hæres ac defunctus vna eademq; persona fungantur, in quo Angel. se fundabat, id verum est quoad alios effectus, non verò quoad iuramenti religionem obseruandam, in quare vera propria persona, vt iuret, oportet, vt pœna periurij teneatur, neq; text. in. l. seruus si hæredi. ff. de statu liber. quicquam obstat, quia ibi nullũ verbum de iuramento, vt optimè aduertit Menes. vbi supra, num. 52. vbi nu. 53. illud sine cõtrouersia esse asserit, apud frequentiores, vt habeat locum illa l. si quis maior, & cõsequenter nostra in fauorem hæredis eius, cui fa-
4 cta est † transactio, si aduersarius trãsigens eam violauerit, idque optimè deducitur ex text. in dict. cap. veritatis, de iure iurand. Idemque in cessionario eius in cuius fauorem † fuit fa-
5 ctus contractus, esse dicit Menes. in dict. l. si quis maior. nu. 53. Licet Bal. in. l. sed si hoc in princ. ff. de in ius vocand. reliquerit cogitãdum, an etiam ex parte eius, cui iuratur, sit personale iuramẽtum, sed reprobatur per Menes. ibidem, & benè. Sed an quoad pœnas caducitatis & resolutionis con-
6 tractus † hæres iurãtis excusetur, fuerũt opiniones in Rota, de quibus per Cassiadorũ, decis. fi. de iure iur. nu. 11. Tertio ampliatur. d. l. si quis maior. & consequenter nostra in quocunque cõtractu †, vt ex. l. nostra clarius colligitur, & infra dicemus. Quarto
7 ampliatur nostra & illa lex, si quis maior, vt procedant, etiam si is, qui trãsactioni cõtrauenit, à Papa imploraset facultatem † contraueniendi, quo
8 niam nõ licet Papæ tollere effectum iuramenti inductum à lege ciuili, licet possit liberè dispẽsare in iuramento inducto à lege canonica, secũdum Paul. Castr. & Curt. Iuni. num. 2. in ea l. si quis maior, contra quos & melius tenet Menes. ibi num. 55. existimans, vt quàm primum iuramentum contractui accessit, vniuersi contractus
9 causam † ad Summum Põtificem pertinere. c. venerabilem. de electi. cap. fin. de foro compet. in. 6. poterit igitur Summus Pontifex dispẽsare causa cognita, ne qui transegit, aut alio modo contraxit, periurij crimen incurrat, cæteras autem pœnas hac lege statutas in præiudicium tertij, cui illæ ex suo contractu cõpetunt, auferre non poterit. Si quis autem postquam tran
10 sactionem iuratam violauit, dispensationem petierit †, indignus est, cui illa concedatur, quoniam frustra legis auxilium implorat, qui in ipsam committit. l. non dubium, de legi. l. auxilium, de minori. & similibus, tradit Asflict. Decisio. Neapo. 30. nu. fin. atque ita Iacobi. obseruauit. n. 60. teste Menes. dict. num. 55. Quinto ampliatur nostra lex sicut & illa, si quis maior, vt & in foro conscientiæ possint peti ac retineri pœnæ hæ incursæ ob violatum iuramentum, secundum Tho. Parpal. ibi num. 104. dicẽtem aliquando fuisse in contraria opinione, sed nũc hãc sibi placere, & sequitur Sylu. in summa, verb. Transactio. versic. Quintum, dispositio. l. si quis maior, & licet huic opinioni Menes. ibidem num. 57. dicat obstare glo. in. c. fraternitas. 12. q. 2. dicẽs pœnas non deberi

Universidad de Deusto
Biblioteca

in foro conſcientiæ etiam ſi ſint lega-
11 les, vel ipſo iure imponantur †, vt ibi plures allegans teſtatur communem de quo & nos diximus in Rubr. n. 23. 24. 29. & 30. titu. 1. lib. 2. ſupra, niſi petantur à parte, vt ibi per Meneſ. n. 59. debebuntur tamen, etiam ſi non petantur quatenus cum intereſſe concurrunt, ſecundum Nauar. in Manuali. cap. 23. num. 68. in medio, de quibus nouiſſimè & latè tradit & declarat plura Iacob. de Graſis, in ſuis deciſio. caſuum conſcientiæ. lib. 2. cap. 11. per totum, pag. 125. cum ſequentib. iſthæc tamen glo. communis cum ea
17 non aduerſatur noſtræ ampliationi: quia verum eſt quod pœna non debetur in foro conſcientiæ, ſed hoc nõ negat, quin ille in cuius fauorem pœna appoſita eſt non poſſit eam retinere †
12 ſi ſponte ei ſoluatur, vel fiſco, vel condemnatione & executione facta à iudice. vt in effectu ipſe Meneſ. ibidem num. 60. concludit, licet quoad pœnas ex contractu debitas partibus eatenus iã debeantur, & condemnatio earum ſit, quatenus intereſſe †
13 partibus contractum non ſeruari, vel ſeruari, & ſic quatenus cum intereſſe partis petentis concurrit, ſiue pœna ſit appoſita obligationi quanti
14 tatis, ſiue facti † ſecundum Matth. Afflict. deciſ. Neapo. 135. num. 3. & Rebuf. in. 1. tomo conſtit. Fran. titul. de ſenten. execu. artic. 1. gloſſa 8. num. 5. & Octauian. deciſ. Pedam. 70. nu. 10. etiam ſi ibi dem, num. 12. cum ſequentibus, & in deciſ. 66. num. 8. in fine cũ ſequentib. id velit eſſe verum in pœnis iudicialibus, non verò in conuen-
15 tionalibus, ſed in vtriſque † idem eſt, vt & inquit Gutierrez, de Iurament. Confirmat. 1. part. cap. 36. nu. 10. nam & in intereſſe dupli promiſſum in cõtractu tantum debetur in conſcien-
16 tia in quantum † intereſt, ſecũdum Rebuf. in l. vnica. 6. not. num. 2. pag. 369. C. de ſentent. Quæ pro eo quòd int. & ſic inquit Rom. in conſ. 510. nu. 8. pœnam in dubio etiam legalẽ cenſeri eſſe adiectam, vt intereſſe, non verò ad contumaciam puniendam: quibus ampliationibus ſic diſcuſsis limitatur primo noſtra lex & illa, ſi quis maior vt non procedant in hærede iurantis, qui ſi contractui iurato contrauenerit non incurrit periu
17 rium, & cõſequenter non tenebitur legum harum pœna vt diximus ſupra in ampliationibus. Secundo noſtra & illa limitãtur vt non procedant in ſingulari † ſucceſſore, prout frequentius omnes arbitrantur, quoniam eius remedium eſt condictio ex hac lege, & ex illa, ſi quis maior, & cõdictiones perſonales ſunt. §. Appellamus, Inſtit. de actio. & perſonales non dantur contra tertios poſſeſſores. l. fin. C. ſi aduerſ. credit. igitur vera eſt limitatio ſecundum Meneſ. in ea. l. ſi quis maior, num. 54. cum Curtio, & Parpal. ibi, & Alexan. conſil. 92. volum. 1. contra Alcia. & Cagnol. ibidem. Tertio limitatur vt non procedant lex noſtra & illa, ſi quis maior, ſi
18 procurator meus ſe peierauit, † nam ego non teneor de periurio, neque ad pœnam eius, niſi vel id mandauerim, vel ratum habuerim, ex cap. fin. de iure iur. in. 6. vbi gloſſ. verbo, debebit, cum duabus ſequentibus, & tradit Iacob. de Penna, in l. quoties, nu. 44. C. de dignitat. lib. 12. & ſequitur Decianus in dict. 2. tomo lib. 6. cap. 11. num. 92. alias. 52. vbi tamen inquit aduertendum quòd ſi amicus contraue-
19 niat iuramento nomine † meo me præſente & tacente, non tamen ideo operabitur mandatum, neque ego tenebor, ſecundum Iaſ. in l. fin. num. 2. ff. de iure iur. Quarto limitantur, vt non procedant in minore. 25. annorum, †
20 qui quidem ſi non impleuerit cõtractum à ſe iuratum, vel ei contrauenit

trauenit alio modo non incurrit pœnas legales, prout tenet glo. in dict. l. ſiquis maior, C. de tranſactio. ſecundum expoſitionẽ Sali. col. 2. & Tho. Parpal. ibidem, quaſi cum lex, ibi, de maiore loquatur, minorem excluſit, itavt non idem ſit quoad alias leges, quibus nõ excluditur minor, quoad quas tenebitur earum pœnis ſi iuramento contraueniat, ſed ſecundum Meneſ in ea. l. ſi quis maior, num. 3. animus illius glo. fuit, vt text. in illa l. ſi quis maior, habeat etiam locũ in minore durãte tranſactione, per tex. in Authent. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſus vendi. vbi eorum iuramẽta, qui minores ſunt ad vnguem quidẽ ſeruantur, & hanc opinionem inquit Meneſ. in dict. num. 3. tenere Pet. ibi, quæſt. 1. & ſecũdum eam conſuluiſſe Maria. Socin. conſil. 32. num. 16 volu. 3. & ex text. noſtro probari videtur per eius verba generalia, *De qualquier eſtado, preeminencia y dignidad que ſean*, ex quibus nullus excluditur, & conſequenter licet in terminis dictæ. l. ſi quis maior, opinio illa glo. ibi attenta declaratione Salicet. & Parpal. tenentis legem illam, ſi quis maior, non habere locum in minore cum in maiore loquatur, & pœnalis ſit, & ſic non extendenda, ſecuta ſit à Barto. ibi num. 1. & communem teſtantur plures relati per Meneſ. dict. num. 3. vbi eam tum veram, tum etiã receptiſsimam teſtatur, tamẽ quoad legis noſtræ diſpoſitionem, quæ minorem etiam comprehendere videtur, dum tamen ſit doli capax, cum generaliter loquatur, & fauorabilis ſit, quandoquidem de obſeruãtia iuramenti tractat, & proinde extẽdenda, vt ſignificat gloſſ. contractibus, in dict. Authent. ſacramenta puberum, & ibi Barto. nu. 19. quem ibi ſequuntur omnes, teſte Iaſ. nu. 72. Curti. 47. & alij plures relati per Meneſ. vbi ſuprà, nu. 4. videtur minorem non ex-
21 cuſandum à periurio † & per conſequens à fortiori ſi minor veniam ætatis impetraſſet tenebitur etiã pœnis
22 legis noſtræ † ſi iuratum contractum non ſeruauerit, vt per Meneſ. ibi. n. 5. vbi declarat quid operetur venię ætatis
23 † impetratio, licet poſsit reſtitui aduerſus periuriũ, vt tenet Matheſil. ſing. 164. latè Beroius, in quæſtione familia. 135. & alij relati & ſecuti per Decianum, vbi ſuprà. cap. 11. nu. 4. fol. 25. & hoc quatenus miſeratio ætatis patitur. Et idem quoque quod in minore videtur eſſe, quoad collegia &
24 ciuitates & Reſpublicas dicendum †, vt teneantur perſonæ illæ, quæ iurauerunt, non iurantes autem non teneantur, vt ſibi placere, & benè meo videri, inquit Meneſ. vbi ſuprà, nu. 7. vbi alios allegat tenentes, quòd indiſtinctè vniuerſitas, & collegium teneantur pœnis periurij ſi veniũt contra contractum iuratum, & Auenda. cap. 27. præto. num. 12. lib. 2. & Decia. dict. lib. 6. cap. 13. num. 28. fol. 39. nam & iuramentum repræſentat Rempu. maiorem, vt non reſtituatur, ſecundum Gutierrez, in dict. Authen. ſacramẽta, num. 19. C. ſi aduer. vend. mihi tamen plus placet opinio Meneſes, vbi ſuprà, quod iurantes incurrant periurium, non verò non iurantes.
25 Sic & in fœmina †, lex noſtra locum habebit, prout communem teſtãtur relati per Meneſ. vbi ſuprà, nu. 8. vbi
26 nume. 9. & 10. idem in ruſtico † eſſe dicit ſi ſagax ſit, prout nos diximus in l. 2. num. 33 titu. 1. lib. 2. ſuprà. Nam & ruſticus etiã & multo minus mulier non excuſantur à periurio ſi cõtraria dixerint teſtimonia, cum & hæc de genere prohibitorum ſint, & teneantur peritiores conſulere, vt ibi dixi.

Ibi, *Quebrantaren* Idque ex ſola iudicis interpellatione colligi ſufficit, neque alia requiritur partis cõtrariæ compa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 comparitio † vel contumacię accusa
tio,& hoc propter odium peierantis,
& ob reuerẽtiam & cultum iuramen
ti, ex solaque petitione contraria iu
ramento clarum est petentem fieri
periurũ,negari enim non potest con
traueniſſe iuramẽto per petitionem
hanc,ergo & illa sufficiet vt periurij
incurratur, & pœnæ legales ob periu
rium,lexque nostra nihil aliud requi
rit quam contrauẽtionem, & sic etiã
in termino l.si quis maior. C. de tran
sact. tenuerunt Fulgos. & Salicet. vbi
Alexand. num.4. affirmat ita Docto
res tenere,& num.22.eam secutus te
statur ibi communem Parpal.& Iaco
bi.nu.17. neque difficultates proposi
tæ per Doctores, ibi, & maximè per
Menes. ibi num. 11. cum quatuor se
quentib.aliquid nocent,cum lex hæc
nostra & illa, si quis maior, in odium
peierantis proditę sint,& sic commu
nis distinctio glos. ibidem, verbo,
Iudicemus dicẽtis interesse, quibus
verbis fuerit cõcepta promissio, nam
si quis dicat,non cõtraueniam,habet
locum text.in illa.l. si quis maior, vt
sola contrauẽtio sufficiat,sed si dicat,
amplius non petam, requiritur litis con
testationem, quam declarationem
cum Bart.ibi, num.3. communem re
stantur Fulgo.ibi.n.4.& alij relati per
Menes.ibi.n.11. Nihilominus tamen
28 quoad legem nostram †, communis
prima indistinctè solam contrauen
tionem considerans tenẽda videtur
ob reuerentiam iuramenti,& in odiũ
se peierãtis, vt dictum est,& quia lex
nostra generaliter loquitur, & sic ge
neraliter venit intelligenda,& conse
quenter sola supplicatio Principi por
recta sufficit etiam si rescripto vsum
non sit,secundum Menes. vbi suprà,
num.16.& ex verbis glos.sequẽtis cla
rius colligitur.

Ibi, *O no guardaren*, Nota disiunctiuam hanc, *O*, Latinè, Aut, de cuius natura est disiungere verba,& cõiun gere mentem dispositionis, ita vt si cut periurium committit ille,qui ex presse contrauenit iuramẽto dicẽdo se nolle illud adimplere,vt in præce dente verbo, *Quebrantare*, verificatur, 29 ita ille †, qui hoc expresse non dicit, tacitè tamen id affirmat, putà in illo, qui promisit cum iuramento solue re centum intra mẽsem, vel tali die, nam si nõ soluit in termino illo periu rus est,vt est text.in.l.26.tit.11.part. 3.& tradit Frederi.de Senis,cõsil.300. & Anto.de Butr.& Abb. Sicul.in.c.1. de iure iuran. secuti per Afflict. dict. decisi.Neapo.30.num.5. vbi amplius dicit,scilicet,quod si pendente lite su 30 per absolutione à iuramento † veniſſet dies solutionis pecuniæ promissæ debet fieri solutio, secundum Hostien.in summ. titu. de censibus, §.quis census, versicul. quod si pendente.& Ancar.in cap.1.not.2.de lit. contestat.in sexto,& probantur hæc ex verbis nostri text. simpliciter dicentis, *O no guardaren*, tantum enim lex nostra,& illa, si quis maior, defe runt iuramenti religioni,vt vel cogitationem videantur castigasse eius, qui animo concepit rumpere transa ctionem, vel contractum alium à se celebratum & iuratum, sicut in diffi nitione periurij dicebamus, scilicet, quod si quis cum iurat aliquem con tractũ absque animo illum adimplen di,si facto iuramento persistit in ani 31 mo illo † statim periurus est, vt & in quit Decia.dict.2.tomo de delict.lib. 6.cap.7. num.1. & sic animus solus & cogitatio periurium inducit, imò & quod plus est licet habeam animum adimplendi cum iuro, & cum itidem adest dies solutionis, si in illo die absque aliqua causa differo solutionem, sum periurus, licet non defecerit ani mus adimplendi,bene tamen verum 32 credo † cum Menes. in dict. l. si quis maior,

maior.num.16.quod cogitatione so
la,nisi ad aliquem actum processum
sit,in pœnas non incurri,ex.l.cogita
tionis pœnam.ff.de pœnis.& sic intel
liges dicta per Decian.dict.lib.6.cap.
10.num.13.& qualiter debeat intelli
gi non soluisse, vel nõ adimpleuisse,
& an debitor debeat offerre, vel de
33 ponere † cum creditor est absens,vi
de optimè per Alex.consi.92.perspe
ctis.col.4.volu.1.vel intelligi possunt
hæc verba nostri text. & præcedẽtia,
vt denotent dolum, vel culpam:siue
in faciendo,siue in omittendo,vt per
Auend.cap.27.præto.nu.10.lib.2.qui
tamen cõtra tenet quoad incursum
pœnarum nostri text. & similium,
quoad quarum incursum dolus omi
nino requiritur, vt & infrà dicemus.

Ibi, *El iuramento*, Lex nostra solum apponit verbum hoc, *El iuramento*, ne que specificat per Deum, vel Princi pem,prout specificauit dicta l. si quis maior. C. de trãsact.qua de causa ibi dem omnes Doctores dubitabant, an lex illa haberet locum in alio iura mento quam per Deum vel Princi 34 pem †,putà si iuratur solum tactis scri pturis, vel per clericum super pectus suum, vel quando quis iurat per fidẽ, vel facit homagium,prout hodiernis temporibus solet fieri,& in hoc inter alios Alexan.in dict.l.si quis maior,ad finem, referebat Doctores discordan tes,tandem tamen concludit legem illam habere locum etiam in ijs iura mentis & hanc communem testatur Curti. Iunior. ibidem numero.12. & quod male faceret qui ab ea disce deret, & sic quod si quis iuraret per fi dem vel faceret homagium, *A fuer de caualiero,o hijodalgo*, quod si id viola 35 ter,incurret legis illius pœnam†,fran gens enim fidem periurus est,& vt ta lis punitur, secundum Hostiens. & Ioan.Andr.in cap.querelam,nè præl. vices suas,& Feli.& alios relatos & se cutos,per Auend.dict.cap.27.num.6 lib.2.cum quoad Deum nulla sit diffe rentia inter iuramentum,& fidei præ stationem.cap. ecce dico.22.quæst.5, cap.& si Christus.de iure iurand. pro quo videtur glo.in cap. clericus, de iure iur.tenet Cyn.Specula.& alij re lati per Didac.Per.hic sub.l.1.tit.6.li bro.8.Ordinam.glo.1.pag.186. & sic quod lex illa,si quis maior, habeat lo cum etiam in ijs iuramentis & fidei 36 præstatione,& similibus † vsitatis,est de mente omnium. teste Curtio Iun. ibidem num.11. relato per Menes.ibi num.32.vbi in versic.Sed verior opi nio est,ampliat,etiam si non vsitẽtur hæ promissiones generaliter in po pulo, si tamen fiant, procedit bene lex illa, si quis maior, in illis, & hanc ibi veriorem testatur, & ibi Cagnol. num.75.hanc appellat communem, contrariam tamen sententiam, imò 37 quòd in fidei præstatione † locum nõ habeat lex illa, si quis constanter, af firmat Imol.in capit. cum tempore, num.2.de arbit.nam cum lex sub certa quadam forma iurari mandat, ex inde aliquid statuens id minime ha bet locũ, si aliter quàm lex præceperit iuratum sit, secundum glos. corporali,in cap.vt circa,de electio.in.6. quam ibi omnes sequuntur, & com muniter approbatam testatur Ias.in.l. iubemus, nume.12. C. de testament. & alij plures relati per Menes. vbi su prà,num.32.sic & in homagij præsta tione videtur probari in.l.26. in fin. 38 titu.11.part.3.sed si per sancta † Euan gelia iurauerit quis si non seruet per iurus est,& vt talis punitur, quoniam qui per Euangelium iurat, per Deum ipsum iurare videtur, cuius veritas in ipso Euangelio continetur,& qui per Crucem iurat,& Christum ipsum te stem afferre videtur, qui in ligno cru cis mortem pati dignatus est, quo ge nus humanum redimeret, vt in ter minis

Universidad de Deusto
Biblioteca

minis tenet Menes. vbi supr. num. 40. vbi num. 39. idem esse dicit, si per sanctorum aliquem iuretur. In dictis tamen contrarietatibus Doctorum, dicendum est, quod si de consuetudine
39 † sit introducta aliqua iurandi forma pro obseruantia contractus, illa forma iurans & eam non obseruans periurus est, & incurrit periurij pœnas, & hanc cõcordem esse omnium scribentium sententiam testatur Curti. Iunior. in dict. l. si quis. num. 11. secutus per Menes. dict. num. 32. reiecta tamen hac consuetudine, si per fidem promittatur obseruantia contractus, si de humana fide mentio fiat, putà, *A Fe de caualiero, o hijo dalgo, o hombre honrado* †. Tunc illam non seruans
40 non est periurus, neque punitur vt talis, sed si iuretur per fidem Christi, aut per fidem nostram Catholicam, siue Christianam, tunc vtique non seruans periurus est, & punitur vt ta-
41 lis †, ita optimè distinguit Alciat. in Rubric. num. 5. de iure iuran. Soto. in relect. de iura. 1. part. cap. 4. & eos referens Couarr. in capit. quamuis pactum. 2. part. §. 2. nu. 2. in fine. Sic concordans dictas opiniones contrarias, & Didac. Per. vbi supr. & Auend. d. c. 27. præto. n. 6. lib. 2. & Menes. vbi sup. n. 33. vbi. n. 35. optimè inquit, quod in dubio si cõtrarium nõ est expressum,
42 de fide Christiana † intelligitur, non verò de humana. Sic & iurans per sanctorum aliquem vel per Euangelia si non seruat periurij pœnas incurrit, vt diximus: sic & clericus iurans ponen-
43 do manum † super pectus suum punitur vt periurus si non adimpleuerit, quia id de consuetudine est introductum pro forma iuramenti clericorum sacris ordinibus ordinatorũ. Ex quibus affirmandum est, quod assertio facta per aliquem promittentem se aliquid impleturum, *A ley de caualiero, hidalgo, o hombre honrado*, Si illud non seruauerit, non est periurus, quia & homagium hoc differt à iuramento, vt colligitur ex dict. l. 26. ad fin. titul. 11. part. 3. quia licet Auenda. vbi suprà, insudauerit pro eius Respõsione, & nunquam ei satisfecerit, Gregorius tñ Lopez super ea acutè & vere eam declarat vt non obster, scili-
44 cet, quod lex illa. 26. referendo † singula singulis est intelligenda, quod vbi interuenit iuramentum sit pœna periurij, vbi verò tantum interuenit homagium solummodo incurratur pœna infamiæ, vt in l. 2. titulo. 5. part. 7. disponitur, ad quam lex illa 26. se in hoc refert, & sic nihil obstat illa. l. 26. & hunc intellectum sequitur Didac. Perez, vbi supra, & voluit etiam illum tenere Menes. dict. nu. 36. dum ad dicta per Gregorium Lopez, in illa. l. 26. se retulit, etiam si Humada, in. l. 22. gloss. 4. titu. 21. part. 2. velit homagium iuramento æquiparare. Ex quibus infertur, quod si
45 quis in veritate promittat se seruaturum promissa, non erit periurus si non seruauerit †, secundum Menes. vbi suprà, numero. 37. nisi secundum eum ibi ille, qui iurat in veritate in Deum iurare voluerit, nam tunc secus esset. Itidem si quis iu-
46 rat per caput suum, aut per salutem suam †, & similia non erit periurus si non seruauerit, nisi in ea forma deferatur iuramentum à parte, vel à iudice: nam tunc secus esset, secundum Bartol. in. l. qui per salutem. ff. de iure iurando. Jal. in lege tertia. §. iurari, in principio. ff. eodem titu. sequitur Decianus, in dict. lib. 6. cap. 10. num. 4. qui à num. 3. latè
47 examinat an † infideles cõtrauenientes iuramento suo sint periuri, & in num. 5. declarat an contraueniens iuramento illicito, vel nullo sit per-
48 iurus †, & tenet cp sic, licet tunc non punietur ordinarie, sed extraordinariè

riè arbitrio iudicis, vt ibi ipse Decian. significat, & tenet Auend. c. 27. præto. num. 3. versic. quam legem. libr. 2. Quæ omnia ad. l. nostram adaptari possunt & verius & clarius procedũt ea attenta, nam cum de iuramẽto sit
49 simpliciter locuta in omni illo †, ꝙ secundum dicta, est iuramẽtum, procedet. In eo verò quod diximus non esse iuramentum non procedet lex nostra sicut neq; dicta lex, si quis maior, vt in homagio & similibus, licet non seruans homagium & fidem humanam præsticam apud nos infamis reputetur, & in nihilo habeatur, sed quot sunt hodie hominũ nobilium non seruantium hon agium & fidem præsticam, dici non potest, adeò vt inter ipsos iam non reputetur infamia, cum verè in eis sit plus quam in alijs.

Ibi, *Sobre qualquier contrato*. Et sic nõ solum super tranſactione, de qua videbatur loqui dicta. l. si quis maior, ve-
50 rum & super quocunque alio † contracto, si iuramentum super eo interpositum non seruetur, incurretur legis nostræ pœna, generalis enim, & vniuersalis est dictio hæc, *Qualquier*, vt alibi diximus, ita vt nihil excludatur. Imo in terminis dictę legis, si quis maior, quæ non ita vniuersaliter & clarè loquebatur sicut nostra, in omni contractu loqui, tenuerũt omnes scribentes ibi, communem hanc dicẽtes, prout eos nouissimè refert Menes. ibidem nu. 44. vbi num. 45. infert, quod si Emphyteota Ecclesiæ nõ solu-
51 uit † pensionem, quam iurauit soluere, potest statim expelli nõ expectato biennio, neque posse moram purgare, & hanc ibi communem dicit, sic & secundum eundem Meneses, ibi, num. 46. in lex, qui malè officium administrauit propter iuramẽtũ ab initio præstitũ incidet in pœnam legis illius, de quo in hac gl. iterũ dicemus: ne-
52 que tenebitur vẽditor de euictione si emptor nõ soluerit in termino, quo iurauit soluere, licet post soluat, eo quod priuatur actione euictionis †, qui iuratam promissionem non seruat, vt per Menes. ibi num. 47. & esset hæc bona cautela euitãdi euictionẽ: sic & ad compromissa legem illam si
53 quis maior, extendit † Abb. in cap. per tuas, nu. 14. de arbit. secutus per Menes. ibi nu. 48. licet hoc vltimum nunquam vidi in practica fuisse dubitatũ quo ad nostri text. pœnam, licet videm non seruari compromissa iurata, & fortasis quia non fuit petitũ. Imó & quod plus est, quod etiam in quasi contractibus locus est dispositioni il-
54 lius. l. si quis maior †, & nostræ, est enim doctrina generalis, quod vbicunque tractatur de obseruantia iu-
55 ramenti † debet extendi & est fauorabilis, & non pœnalis dispositio, vt est gloss. in cap. sciant cuncti, de electio. & est communis opinio, vt not. Ias. in Authen. sacramenta puberum. num. 7. C. si aduer. vend. & in dict. l. si quis maior, in princip. & Regula illa, quod lex pœnalis loquens in contractibus non habet locum in quasi contractibus †, vt est glo. in cap. decet, de
56 immu. eccles. in sexto. Not. Abb. in. c. qua fronte, de appella. Ias. in. l. more. ff. de acq hære. procedit, vbi non interponitur † iuramentum, nam eo in
57 terposito lex non est pœnalis, sed fauorabilis, ideò ad quasi contractus extẽditur, vt expresè in propositum legis nostræ tenet Auendan. cap. 27. præto. num. 13. in prin. lib. 2. vbi & inquit, *Contratos*, Hispano sermone significare tam nominatos, quàm innominatos, de quibus in. l. 5. tit. 6. part. 5. & sic cõstituo Regulam ex ijs verbis nostræ legis, quod lex nostra habet locum in omni contractu, & itidem
58 † in quasi contractu. Quæ quidem limitatur primo, vt non procedat, quo
59 ad pœnas in cõtractibus, qui cadũt † in no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nomen officij, nam ibi specialis pœna statuta est à iure, cui standum est, & ideò si tutor, qui in creatione sui officij iurauit vtilia facere, & inutilia prætermittere, vt in Authen. vt ij qui perhib. oblig. se habere res mino. §. fi. collat. 6. & l. 9. titul. 16. part. 6. contra iuramentum fecerit, licet quantum ad damnũ minoris obligetur ex quasi contractu, vt in. §. tutores quoque, Institu. de obliga. quæ ex quasi contr. nas. tamen si vt suspectus talis tutor remoueatur ab officio non punitur propter periurium in amissione om-
60 nium bonorum †, vt in lege nostra, sed est infamis & condẽnatur in dam no minoris, vt in. l. fin. titul. 18. part. 6. iuncta. l. 9. tit. 16. eod. part. ita limitat Auenda. in dict. cap. 27. nu. 13. versic. hoc autem. qui in num. 14. in princ. infert ex hoc, vt idẽ sit in iudice, qui
61 iurat iustitiam † facere, nam si non faciat non punitur in amissione bonorum, & quia valet argumẽtum de tutore ad iudicem, secundum Paul. in. l. iusiurãdum. §. defensor. ff. de iure iur. nam si malitiose iudex fecerit cõtra iustitiam incurrit infamiam, & venit officio priuandus, secundum Bal. in. l. si ad excludendam. C. de rebus credit. & est text. in. l. 23. tit. 22. par. 3. facit. l. quod ait. §. miles. ff. de ijs qui not. infam. Si verò pretium accepit vt iudicaret, punitur pœna. l. fin. titu. 22. part. 3. & sic iudex hic licet sit periurus, & vt talis puniẽdus dictis pœnis, non tamen punietur pœna amissionis bonorum legis nostræ, etiam si aliud velit Menes. in dict. l. si quis maior. nu. 46. aliter enim quot bona iudicum essent iam fisci? Et idem dicen-
62 dum est in alijs officialibus publicis † vt in tabellionibus, & saltuarijs vocatis, *Guardas de montes y terminos*, prout in illo num. 14. optimè tenet Auend. & sic lex nostra in contractibus, vel quasi non transeuntibus in nomen officij locum habet, quo ad eius pœnas, in transeũtibus verò locum non habet, vt dictum est, secũdum Auen. vbi supra, qui in eo. n. 14. in versic. vbicunque ergo, inquit se semel dixisse,
63 quod retrahens rem, & iurans † in iudicio sibi & non alij retrahere, si constet post de contrario, licet infamis sit, & amittat actionem, & extraordinem alijs pœnis puniri possit, non tamen in amissione bonorum ex dispositione nostræ legis neque alterius. Secũdo limitatur nostra cõclusio, vt procedat in casu in quo cõtrauenit iurãs ipsimet cõtractui, secus verò si cõ
64 traueniret effectibus † ex contractu illo iurato resultantibus in fauorem tertij, nam propter cõtrauentionem cum tertio nõ incurritur periurium, vt si inita venditione, aut permutatione cum iuramento noluerit quis gabellam soluere gabellario, vel decimam debitam ex re illa, nam per hoc non inducitur periurium, quia solutio gabellæ non est contractus, sed ef-
65 fectus resultans † ex eo, & effectus & causa diuersa sunt, vt in cap. cum cessante, de appella. not. Bald. in. l. cunctos populos. 8. col. C. de summ. Trin. & ita limitat legem nostram Auend. dict. cap. 27. num. 14. versic. item dicta l. 1. vbi in versi. ex hoc quoque infert, legem nostram non habere etiam locum, si quis contraueniat non contractui iurato, frangendo eius effectum in totum, sed in aliqua eius qua-
66 litate †, nam contraueniens tali qualitati, quæ non minuit contractum, nõ punietur amissione bonorum, ex doctrina Bart. & Paul. in. l. cum qui. ff. de iure iurand. in quæstione illa, qua dubitatur, quæ faciant crescere
67 pœnam † per inficiationem negando factum. Vlterius limitatur nostra lex vt procedat, & habeat locũ, quando contractus, super quo interponitur iuramentum est certus, nam si esset in-

68 set incertus † & à nullo acceptaretur, tanquam nudus contractus esset nullus, & per cõsequẽs si facto postea contractu contraueniret iurans, non esset periurus, ad quod potest induci doctrina Bal. in capitulo, veniens, de iureiur. quem sequitur Las. in. l. duobus. §. fin. ff. de iureiur. vbi referendo
7° intellectum glo. in cap. licet, de iure iur. in sexto, dicit, quòd faciens iuramentum generale de non alienando dicitur nudam promissionem & animæ acceptam fecisse, vt sentit Fab. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vẽd. vbi dicit quòd dispositio illius Auth. non habet locum, quãdo minor iurauit, non cõtrauenire contractui, quia vt iuramentũ repræsentat eũ maiorem, debet esse speciale,
69 ego tamẽ neq; † percipio benè hanc Auẽd. in. d. c. 27. vers. itẽ quòd dicta. l. 1. lib. 2. sententiã, neque credo benè fundari ex dictis doctrinis ab eo relatis, doctrinæ enim illæ nihil meo videri faciunt quoad limitationem, & limitatio ipsa falsa mihi videtur, nam etiam si contractus sit incertus si potest certificari, tum ex implemento aliquo, tum vel per relationem ad alia, vel per instrumenta valet & tenet, itidem quia iam ex. l. 2. titul. 16. lib. 5. supra, qualitercunque quis se obligare voluerit, remanet obligatus, & præsertim vbi adest iuramentum in contractu, quod quidem iuramentum facit valere actum eo modo, quo melius valere potest, igitur cum faciens & iurans tenetur iuramentum adimplere, nisi intelligas Auendan. vbi suprà, loqui in donatione incerta & iurata in fauorem alicuius facta, quæ antequam acceptetur reuocatur per donantem, tunc enim quia incerta erat, & nondum acceptata & sic nullum ius acquisitum adimitur, videtur quòd licet sit periurus non punietur pœnis nostræ legis, sed in contractu cum tertio aliquo celebrato nescio quomodo hæc Auendan. limitatio procedere possit, præsertim cum lex nostra procedat etiam in contractibus respectiuis, in quibus vna parte cõtrauiente, alia pars ex parte sua adimplere
7° vult, secus si nulla earum † adimplere vellet, nam tunc non habebit legis nostræ pœna vt inquit Auendan. vbi suprà, versic. Item dicta. l. non procedit, limitatur etiam lex nostra vt non procedat in testamentis, vel in alia dispositione sui natura reuocabili, nam reuocans licet sit periurus
71 non tamen incurrit † legis nostræ pœnam ex dictis per Las. in dict. Authi. sacramenta puberum. nu. 68. & Yser. in cap. 1. §. sacramenta, num. 46. in vsi. feud. tenet Auend. ad. l. nostram in. d. cap. 27. nu. 12. in fine, quòd ego intelligo verũ nisi contrahatur in testamẽ-
72 tis † prout contrahi potest, ex. l. hæredes palam. §. fi. vbi gl. ff. de testa. nor. Auẽd. c. 29. præto. nu. 10. cõcl. 2. lib. 2. Itẽ ex dictis lex nostra nõ procedit in
73 deiterãte † se in lite ex l. 26. in princ. tit. 11. p. 3. vbi gl. 1. in fi. ita tenet, & Gutier. in d. Auth. sacramẽta puberũ, nu. 165. vbi nu. 164. legem nostram allegat, &
74 rationes quare durius punitur † periurus in contractu, quam in iudicio vide per Bal. in cap. testimonium, nu. 6. de testi. Sed dubium est nunc ab Auẽda. d. c. 27. nu. 14. versi. sed qualiter supradicta, propositum, quod & sensit Dida. Perez hic sub. l. 1. titu. 6. lib. 8. Ordin. pagi. 185. colu. 2. qualiter legis nostræ dispositio † verificari poterit hodie, cum ex. l. 11. titu. 1. lib. 4. supra, sit
75 prohibitum iuramenta apponi in cõtractibus, nè virtute iuramenti eludatur Regia iurisdictio, & Auenda. huic dubio duplici modo respondet. Primò, quod licet Regiæ leges vetẽt interponi per laicos iuramenta in contractibus, tamen si de facto fuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint per eos interposita, iudex Eccle-
siasticus potest adiri vt compellat se-
culares iudices ad obseruãtiam con-
tractus, in quo tale interuenit iura-
mentum, sed hæc responsio mihi nõ
satisfacit, tum quia dicta l. 11. annul
lat instrumentum, & scripturas cum
iuramento à laicis facta, & sicut dixi
mus hac in lege, contraueniens con-
tractui nulli iurato non est periurus
quo ad imponendas ei legis nostræ
pœnas, licet quoad alias extraordi
narias sic, tum etiam quia secularis
non compellet laicos sibi subditos
sic iurantes contractum contra dispo
sitionem illius l. 11. ad obseruantiam
eius, & dato quod ecclesiasticus ex
communicaret secularem iudicem
appellatione per eum interposita à
tali excommunicatione & protesta
to remedio auxilij, *De la fuerça*, &
in eius prosecutione processum ad
Chancelariam Regiam delato, tol-
letur quidem vis hæc & excom-
municatio & potestas ecclesiastici su
per hoc procedendi restringetur, &
sic hęc Auendani responsio nihil pro
dest neque est tenenda. Ideo secun
do & vere respondet Auenda. quòd
lex nostra per illam. 11. & 12. sequen
tẽ intelligatur, vt scilicet, loquatur
nostra in cõtractibus in quibus per il
las. 11. & 12. leges licitũ est iuramenta
apponi per laicos contrahentes, de
quo plura ibidẽ diximus in propositũ
& ne bis ea repetamus ibidẽ videbũ-
tur, & sic nouiter hac de causa addi-
ta sunt in lege nostra antiquæ literæ
verba illa, *En que aya lugar poner se*, quæ
qdẽ nõ aderãt in cõtextura antiqua.

Ibi, *Que por el mismo hecho*, & sic ip-
so iure, hoc enim denotant hæc ver-
ba, ita vt non sit necessaria con-
demnatio iudicis † pœnæ incursæ
76 ipso iure, licet sit necessaria decla-
ratio, vt diximus latè in l. 1. tit. 4.
nu. 61. cũ sequen. aliquibus lib. 4. sup.

Ibi, *Pierdan*, præsentis temporis est
ita vt licet verba præcedentia, non es
sent inserta per hæc præsentis tẽporis
& per sequẽtia, *ayan perdido*, quæ sunt
præteriti, ipso iure inducebat † amis-
77 sio, vt & in propositum dictæ legis, si
quis maior, dixit ibi glos. priuatus &
ibi omnes maximè Menes. num. 21.
& latè per Tyraq. in l. si vnquam ver
bo reuertatur. C. de reuo. dona. nu-
mer. 21. cum sequentibus pluribus.

Ibi, *Todos sus bienes*, Pœna hæc
non seruantis contractum à se iura
78 tum non excludit † alias pœnas à iu
re statutas dictæ. l. si quis maior. C.
de transactio. vbi prior est infamia,
nam de iure Canonico licet indi-
79 stinctè periurus † infamis sit, cap.
infames. 6. quæstione. 1. capit. quicun
que & in capit. si quis conuictus. 22.
quæstio. 2. & in capit. querelam, de
iureiur. & capi. peruenit, de fideiusso.
glos. fin. in capit. quanto, de iureiur.
glos. petiuro, in capit. fin. de iureiur.
in sexto, glos. fin. capit. 2. de solutio.
Lucas de Penna, in l. quoties, nu. 48.
C. de Dignitati. lib. 12. Ias. in. §. item si
quis deferẽte. n. 46. inst. de actio. Gra
tus cons. 6. nu. 31. volu. 2. tamen deiu-
80 re ciuili distinctione † proceditur, sci
licet quòd in iuramẽto promissorio
in cõtractibus apposito omnino per-
iurium irrogat infamiã, ex d. l. si quis
maior, & l. 26. tit. 11. par. 3. & l. 2. tit. 5.
p. 7. eò quòd tũc, vt dictum est, incur-
rit periurus hic pœnam ipso iure, &
sic hac de causa infamis etiam est,
qui venit contra iuramentum præsti
tum de futuro, vt per glos. Barto.
Plat. Luc. de Pen. in dict. l. quoties. C.
de dignit. lib. 12. vbi quòd ipso iure
eo casu infamiam incurrit tunc, &
hoc est ꝙ dicitur ꝙ de iure ciuili per
iurus non efficitur infamis ipso iure,
81 nisi in casu. d. l. si quis maior, † & no-
stræ ei similis, & si qui alij casus sunt
à iure expressi, si verò contraueniat

quis

quis iuramento de præsenti, vel de 84
præterito non efficitur infamis ipso
iure, nisi demum sententia periurus
declaretur, secundum glos. & Bar-
to. in l. Lucius. ff. de iijs qui notãt. in
fam. vbi Paul. numer. 5. dicit non vi-
disse glossam illam reprobari, & quòd
communiter ad eam recurritur, &
ibi Angel. inquit, hanc esse ipsam ve
ritatem, & esse communem testa-
tur Fulgos. & Paul. in dict. l. si quis
maior, & alij plures relati per Me- 85
nes. ibi numer. 17. etiam si ipse ibidem
cum duobus numeris sequent. aliud
velit, & sequitur etiam Couarruu.
in dict. capitulo. quamuis pactum. 1.
part. §. 7. nu. 4. vbi inquit quòd in hoc
casu non punitur vt periurus, sed cri-
mine stellionatus, & exilio ad tempus 86
ex l. 6. ff. de crimi. stellio. & hoc est ꝙ
dicit communis opinio per Fel. asser
ta in cap. testimonium num. 20. de te
sti. relatus per Iulium Clarum, in libr.
5. pract. crimin. verbo periurium nu-
me. 3. quòd regulariter periurus non
efficitur infamis infamia iuris, & hanc
differentiam inter ius ciuile, & ca-
nonicum refert Prosdocimus, in dif-
ferentijs iuris Canonic. & Ciuil. nu-
mero. 72. & Francis. Marcus, in de-
cisio. Dalfi. quæst. 707. partis. 1. &
glos. in capitu. Rex. 13. quæst. 5. glo.
fin. in dict. capitu. quanto, de iure iur.
Afflicti & alij relati & secuti per Deci
anum, in dict. 2. tomo de delictis lib. 6.
capitu. 13. numer. 11. fol. 58. vbi notan-
dum dicit, quòd si quis iurauit solue-
82 re † vsuras, & nõ soluit, licet sit periu-
rus, non est infamis, vt ante eum dixit
Couar. vbi suprà dict. nu. 4. vbi refert
Casan. in consuet. Burg. Rubric. 10. §. 87
83 12. vn decim pœnas periurij † referen
tem, & late prosequitur Decian. in. d.
cap. 13. per totum, & Iuli. Clar. vbi sup.
& Meno. de arbit. casu. 319. & Didac.
Per. in l. 1. tit. 4. lib. 1. Ord. col. 918. cum
sequent. sed quoad periorum ex con-

tractu videtur in nostro Regno † solũ
pœnam nostræ legis ei imponẽdam,
cum sit lex Regia, & per eam & non
per aliam sit in nostro Regno iudican
dum, ex text. vbi dixi in l. 3. num. 13.
14. & 15. tit. 1. lib. 2. sup. & ex dictis per
Doctores ibi per me allegatos, & per
Matienzo, in dialogo relatoris. 3. par.
cap. 34. per totum, & quia secundum
Roland. Valle, cons. 57. num. 46. vol.
1. pœna dictæ. l. si quis maior, non
seruatur in practica, † & consequen
ter nostræ, & non illa erit seruan-
da prout meo videri voluit Couar.
in dict. §. 7. partis. 1. num. 4. in dict. cap.
quamuis pactum, & Gutierrez, vbi
suprà, dum ad legis nostræ pœnam se-
referunt, licet ego nunquam viderim
in practica legem † nostram seruari,
vel quia fortasis non est petitum, &
multa per patientiam tolerantur,
quæ si in iudicio deducta fuissent nõ
tolerarentur, vel quia iam iudices, se
cundũ Coua. & eo relato, Gutierrez,
in dict. auth. Sacramenta puberum
num. 164. nõ ordinaria pœna (de qua
lex nostra loquitur) sed extraordina
ria frequenter periuria puniunt. Sed
in casu in quo lex nostra veniret pra-
ticãda vt eius pœna locũ haberet, li
cet non requirerẽ ego rot requisita,
quę in propositũ dictæ. l. si quis maior
Doct. ibi maximè Curtius Iuni. & Me
nes. apposuerunt, duo tamen infallibi
liter requirerem. Primum erit iuramẽ
tum super contractu illo inter positũ,
vt suprà super glo. iuramento, dixi-
mus & declarauimus: secundum verò
& principalius requisitũ erit, quòd
interueniat dolus, eo enim non inter
ueniente † non incurritur periurium
quoad pœnas temporales ex eo incur
rendas, iuxta text. in l. qui iurasse, vbi
omnes. ff. de iure iur. & glo. in ca. breui,
de iure iuran. cap. quæritur. §. item
opponitur. 22. quæstio. 2. statutaque
pœnalia semper videntur habere in

Universidad de Deusto
Biblioteca

88 se clausulam, si dolo contra ea † fa
ctum fuerit, ex gloss. in. l. ossa. ff. de
religio. & sump. fune. quam ad hoc
consideraui in. l. fin. num. 10. titu. 14.
lib. 5. suprà, facit etiam text in. l. 2. §.
quod obseruari. C. de iura. calum. ibi.
ex eo quòd ex animi sui scientia, siuè
sententia iurent, semper enim apud
Romanos scientia fallendi addeba-
tur in iuramento, vt est apud Liuium
libr. 22. ibi, ex animi mei sententia iu-
ro, vt ego Rempublicam non dese-
ram, neque alium deserere patiar.
Et Cicero comprobat in Academicis
quæstio. his verbis, quam rationem
maiorum etiam comprobat diligen-
tia, qui primum iurare ex animi sui
sententia quemque voluerunt, dein
de ita teneri si sciens falleret, quod
& indicat Gellius, noctium Athi-
ca. lib. 4. cap. fin. & ideò dicitur Psal.
22. nec iurauit in dolo proximo suo,
& ita hanc opinionem quòd dolus
in periurio requiratur ad incurrẽdas
pœnas, neque culpa sufficiat, tenuit
Bal. in. l. obseruare. §. proficisci. nu. 5.
ff. de offic. proconsl. quem sequitur
Alexan. legendo & consulendo, vt
eum refert Ias. in dict. l. si quis maior.
num. 2. C. de transact. vbi Curtius Iu-
nior. num. 17. in fin. inquit ab opinio-
ne Bal. in iudicãdo nõ esse recedendũ
& cõem testantur relati à Menses,
in ea. l. si quis maior, num. 41. vbi Ca
gnol. num. 185. cum pluribus sequen
tibus, hanc cõmunem testatur, & re-
spondet contrarijs, & sequitur plures
etiam allegans Decianus, in dict. 2. to
mo de delict. lib. 6. c. 13. nu. 14. & Iuli.
Clarus, in. d. §. periurium, nu. 9. & Hu
mada, in. l. 26. tit. 9. p. 2. glo. 2. nu. 1. &
in terminis legis nostræ Auẽd. d. c. 27.
præto. nu. 10. lib. 2. vbi hanc exquisi-
mam esse iudicat opinionem, & alios
allegat eam tenentes, quidquid alij
tenere voluerint dicẽtes culpam suf-
ficere, prout refert Ias. in. l. qui iuras-
se, in principio nume. 9. ff. de iureiur.
& Menes. vbi supra, nu. 42. in fine, vbi
refert Bolognetum, hanc dicentem
communẽ, sed prima est tenenda, &
ab ea non est recedendum in iudicã-
do, vt dictũ est, propter maximum ri
gorem illius legis & nostræ, quẽ ibi
putat cõuenienter mitigari debere
ex hoc requisito. Sed posset ista secũ
da opinio saluari vt procedat, quòd
culpa inducit periuriũ quoad Deũ,
quoad pœnas tamen temporales nõ,
& ita loquitur prima cõis opinio. Ita
Deci. in. d. nu. 14. in fi. vbi num. 15. in-
quit, quòd stante hac conclusione &
vera quòd dolus requiritur sequi-
tur, quòd quælibet causa etiã iniusta
excusabit à dolo, & per cõsequens à
periurio, & pœnis † eius. l. 4. §. 1. ff. de
89 liber. caus. cum alijs multis cõcordan
tijs, de quibus per Ias. in terminis in
dict. l. qui iurasse, num. 5. & sequent.
de iureiur. & in. l. videamus in princi
pio. n. 5. ff. de in lit. iur, Ex quo inquit
Menes. in. d. n. 42. in princ. raro euent
reposse, vt quis incidat in pœnas illius
90 legis, † si quis maior & nostrę, cũ quęli
bet causa etiã iniusta excuset à dolo,
& sic à periurio, & eius pœnis. Debes
tamẽ vt hãc Regulã, & materiã intel
ligas scire, quòd habemus in iure do-
91 lum verum, & dolum † præsumptũ,
vt inquit Bar. in. l. quòd Nerua, nu. 14.
C. depos. & in. l. dolum. C. de dolo,
& alij relati per Menoc. de præsump.
lib. 5. præs. 3. n. 5. & Sfortia, in tract. de
in integ. resti. p. 2. q. 83. art. primo, vbi
& diffiniunt hos dolos, scilicet, quòd
92 dolus verus est, † qui manifestis indi
cijs probatur. Præsumptus verò, qui
indicijs non multũ claris detegitur,
93 † sed quia vt inquit ibi Menoc. num.
6. improbauit hanc diuisionem &
differentiam Rebuffus, in. l. latæ
culpæ. ff. de verborum significat. cum
nulla adsit lex differentiam hanc
constituens, etenim verus dolus &
præsum-

præsumptas indicijs & coniecturis
probantur, ideò inquit ipse Menoc.
numer. 7. & 8. Dolum verum esse,
quem lex dolum verum statuit, &
si illum ex indicijs & coniecturis col
ligat, cum verum & manifestum il-
lud esse dicatur, quòd lex ipsa præsu-
mendo constituit. Præsumptum ve-
rò dolum dici posse illum, quem pru
dens iudex sumit ex alijs coniectu-
ris, & indicijs, quæ in iure scripta
non leguntur, velut inquit Sfortia,
vbi suprà, dolus verus est ille, qui
ex præsumptione necessaria resultat
& probatur, præsumptus verò, qui
ex probabili coniectura, & præsum
ptione colligitur. Exemplum doli
veri erit in delicto furti, iniuriarum,
Adulterij, homicidij, præmeditatè &
nõ incõsultè cõmissi, vel quãdo quis
commisit aliquod graue delictum, se
95 cundum Sfortiam, vbi suprà, num. 4.
& Menoc. vbi suprà, num. 45. Exem
plum verò præsumpti doli est, in om-
nibus delictis admissis ex lata culpa,
id est, negligentia supina, & quæ in
alijs regulariter non reperiremus, vt
si quis rem apud se depositam relin-
quat noctu in via vel in loco, vnde
infiniti homines transeunt, vel si
quis non solueret, vel non restitue-
ret id quod sciret se debere, vel suum
non esse, hisce enim casibus etiam si
facillimè credi posset, & debeat, q.
delinquens ex animo ita fecerit, &
tamen quia potest aliter esse, neque
necessario contingit ita esse, dicitur
præsumptus & non verus dolus. Ex
quibus ad nostram legem infertur,
quòd non implens contractum à se
iuratum, siuè contraueniat expressè
contractui illi, petendo iniustè illius
rescisionẽ, vel dicendo se nolle eum
implere, siue nõ soluendo pecuniam
promissam in termino cum posset id
94 facere, iisce casibus se periurat ex le-
ge nostra † & similibus, & commit

tit graue delictum periurij, & in do-
lo vero eum dicimus adesse, ita vt li
cet dolus non præsumatur. l. dolum
C. de dolo, Mascard. de probat. 1. to
mo, conclusione. 530. tamen in no
stro casu, & similibus vbi dolus præ
sumitur, de quibus per Mascar. concl.
531. & Meno. vbi suprà, num. 45. cum
sequent. sufficiet casum à creditore
probari, vt dolus appareat, ex l. dolo.
ff. mandata. latè Rolan. Valle, consi. 57.
num. 7. volum. 1. & sic quantumuis à
tali dolo, quælibet excuset causa,
debet tamen causam allegans illam
probare per vehemẽtes & probabiles
coniecturas, vt se à periurij pœnis ex
cuset, & quòd ex illa causa orta antè
incursum periurij fuit motus ad non
implendum contractum, & quòd si
illa causa non adfuisset, non ità fe-
95 cisset, † vt optimè inquit Alex. consl.
103. videtur prima consideratione di
cendum, num. 13. lib. 1. & Aretinum,
consi. 80. nu. 2. quos ad hoc in propo
situm dictæ. l. si quis maior, & conse-
quenter nostræ ei similis allegat ibi
Curti. Iuni. num. 17. & Rolan. Valle,
consi. 57. num. 12. & 13. volu. 1. & Gar
giarius, in patrocinijs aduoca. patroci
nio. 46. num. 7. & Didac. Per. huc, sub
l. 1. titu. 6. lib. 8. Ordinam. pag. 187. in
col. 1. cum sequent. debet etiam pro-
bare creditor petẽs pœnam quòd ip-
96 se adimpleuit † ex parte sua, & alius
nõ, & hoc probato constat de dolo, &
sic de periurio, vt apparet ex dictis
& maximè ex Rolan. vbi sup. n. 7. 8. &
9. 18. & 19. Ex quibus infero, q. si do-
lus non est verus, sed præsumptus &
de præsenti, vel de præterito minor
97 & rusticus nõ sagax restituentur † ad
uersus eum, secundũ Meno. & Sfor-
tiam, vbi sup. Secundo infero, quòd
plura sunt, quæ possunt excusare à
98 periurio, & eius pœna, † cum à do
lo excusent, scilicet impedimen-
tum, saltim de iure canonico, li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet non ale iure ciuili.secundum glo. cap.beatus.22.quæ.2.grauis inimicitia,vel pestis difficultas,paupertas,& multo magis impossibilitas, relaxatio à iuramento necessitas itidem, violentia facta ad iurandum, iussus iudicis,vel alterius superioris mandãtis ne adimpleat iuramentum, vel ne soluat,vel ex lege,aut statuto,quia semper intelligitur excepta authoritas superioris, & iuris, & sic iurans
99 non diuertere ab vxore† intelligitur secundum ius,ideſt,nisi fornicata fuerit.c.quemadmodum de iureiur.glo. 2.in. c.petitio,eo.tit. & ideo prorogatio termini facta à iudice excusat debitorem si non soluat in tempore modo fuerit facta ex iusta causa secũdum Decian.in. l.non videtur.§. qui iussu.ff.de reg. iur. & ibi addi. Beroi. consi.151.num.2.volu.1.prout hæc & alia excusantia à periurio referunt Iuli.Clarus, in dict.§.periurium,& Tyber. Decian.latissime,in dict.2.tomo de delict. libr.6. capit.11. per totum, & Auendan. dict. cap.27. prætor.nu. 20.cum seqüentibus, libr.2.quæ si referẽda essent, magnum ad legem nostram fierent volumẽ, sed per ipsos videri possunt, cum casus occurrerit.

Ibi, *Para la nuestra camara*, ex ijs verbis colligitur sequela quædam, scilicet,quod cum pœna hęc amissionis bonorum fisco Regio sit applicanda, iudex ex officio procedere poterit contra periurum † non seruantem
100 contractum à se iuratum, imo & ad petitionem cuiuslibet personæ de populo, saltim si in populo illo non adest Regius fiscalis, qui hoc petere possit, ex text.vbi Bart.in. l. si vacantia.C.de bon.vacant.lib.10.vbi num. 6.dicit speciale esse fauore fisci, quòd
101 fiat inquisitio † in ciuilibus causis, & (secundum eum ibi num. 4.) præses prouinciæ præsente fisci patrono diligenter inquirat, & facit text.in.l. si quis reum.ff.de cust.reo.& tenet notissimè.M.Anton. Peregri. in. tract. de priuileg. fisci, libr.7.tit.3. nume.8. vbi & inquit, quòd acerrima indagatio fieri debet,& si res expedierit etiã cum tormẽtis, gloss.in.l.defensionis. C. de iur. fisc.lib. 10. & ibi not.Bal.in l.1. num.7. C. de hære. ven. vbi ampliat etiam si bona sint delata fisco ex causa non punibili. Et potest procurator Cæsaris compellere notarios,& tertios penes quos† extant in
102 strumenta & scripturæ bonorum ad eorum exhibitionem, gloss.& Bar.in dict.l.defensionis, Angel. in.l. siquis, C.de bon. prof. relati per Peregrinũ in dict.num.8.nam super hoc crimine periurij potest procedi tam per in
103 quisitionem, quàm per accusationẽ † est tamen necesse quòd alicui noceat, vt possit procedere inquisitio & valeat, alias si vellet inquirere tantum ratione deserti iuramenti & vio
104 latæ religionis ipsius, non posset, † vt tenet in terminis Capella Tolos. Decisio.17. & Decianus, vbi supra, capit.12.num.11.vbi nume.12. inquit, quòd si per accusationem procedatur, sit cautus accusator, vt similiter
105 hoc includat in libello suo periurium de quo accusat, cecidisse in damnum seu præiudicium suum, non autem simpliciter concludat cecidisse in præiudicium animæ iurantis; nam si mentionem facit de damno tuo punietur ordinariè si probatum fuerit, alias punietur extraordinarie, & sic minori pœna, vt concludit Bal.in.l.si cum patrono in fin. C.communia vtri iudi. Roma.& alij relati per Decia.vbi supra,vbi& aduertit, q̃ debet etiam concludi in libello quòd scienter & dolose se periu-
106 rauit, † aliter enim non procederet, quia sine dolo, vt dictum est in præcedente gloss. non causatur periurium, & ideo dolus saltim allegari debet secundum Paul.in. l.qui iurasse in princ.ff.de iure iur. vbi Alex. tenet contra Paul.& benè, nam sola veritas attẽdi debet, & eo ipso, quòd dicitur, se periurasse includitur dolo se id fecisse ex eadem ratione quia sine dolo non adest periurium. Ex qui
107 bus licet olim crimen periurij † esset priuatum,& ideò de illo nemo accusare poterat, nisi ille cuius interat, vt in.l.fin.ff.de crimin. Stellio. & not.in.l.1.ff.de iureiur.nisi crimen coram iudice committeretur, vt in l.nullum.C.de testib. & sic non facilis dabatur aditus infamandi homi-
108 nes de periurio, hodie vero † iure nostro Regio, saltim contra testes periuros,inquit Auend.dict.c.27. prætor. nu.5.lib.2.quilibet de populo potest accusare, & indistinctè admittitur tanquam in crimine publico, vt in l.1.iuncta.l.5.titu.7.part.7.in alijs verò inquit ibi Auẽd.fortè iura communia seruari, & remanere incorrecta, & sic dicit intelligendam.l.26.tit.15. p.3.Sed salua eius pace, quoad pœnã fisco per legẽ nostram applicatã qui
109 libet comparẽs pro fisco † coram iudice audiendus est, saltim vt iudex ex officio fauore fisci inquirat,& sic dicebat Bal.in.l.actor.C. de probatio. etiam tertium posse accusare de periurio in cõtractu commisso, quicquid velit declarare Bal. alio modo Auend. vbi sup.n.15. vers.& quia Bal.& quicquid velit Dida. Per. in.l.1. tit.6.lib.8. Ordi.pag.187. colu. 2. nam quinque
110 modis cognoscitur † de quæstione falsitatis, vt per Salic. in. l. querela. C. de fals. Bart. in. l. si ex falsis. C. de transaction. & Castillo, l. 85. Tauri,numer.4. & inter hos modos sunt inquisitio & accusatio, & sic debent esse de effectu. Probandum tamen est periurium, vt remanet dictum, nam & in hoc crimine sicut in cæteris probare debet qui dicit, & accusat.l.alias.ff.de iure iuran.
111 & sic si quis accusat Titium, † quòd die promisso soluere, non soluit, debet probari periurium, hoc videli-
112 cet modo, † quòd si ille, qui accusat, & negat debitorem soluisse, est verus creditor, non tenebitur probare negatiuam illam, quòd non soluit die promisso, sed tantum promissionem iuratam cum termino assignato ad eius solutionem, vt resul tet lapsus temporis, sed si tertius alius, & sic non creditor, accusat, tunc vltra supradicta tenetur probare, quòd in termino non soluit, ita distinguit Cynus; in.l.2. quæstione .5. C. de iure emphyt. Bal.& alij relati & secuti per Auend. dict. capit. 27. prętorum numer. 16. & Decian.dict. libr.6.capit.12. num.13.vbi & inquit quòd tenebitur etiam probare, quòd ipse adimpleuit ex parte sua, etiam si non opponatur, vt & in hac diximus lege.Et in num.15.asserit itidem pro
113 bari periurium ex contumacia † & ex notorio, & tunc sine causæ cognitione puniri poterit, secundum Lucam de Pen. in. l.quoties, nu.21. C. de dignitat.lib.12. probatur etiam
114 periurium † per scripturas, putà per instrumentum contractus iurati, & per responsionem positionum,vbi declarauit iurans se contraueniſſe iuramento, ita vt licet per scripturas † regulariter non probetur delictum, vt facit regulam cum fallentijs Felin. in capitul. quæ in Ecclesiarum vers.c. authenticas, de maiori. & obedi. tamen periurium dicto modo bene probatur per scripturas, vt per Decian. vbi supra, nume. 16. vbi num.17. tradit etiam per sententiam contra iurantem latam probari periurium,& numero.19. inquit periurium per indicia & coniecturas non
115 probari nisi † tantum quoad capturam, quoad pœnas verò imponendas

Universidad de Deusto
Biblioteca

concludens probatio & luce meridiana clarior requiritur. Imò & testes (secundum eundem Decian.ibi, num.18.)debent esse omni exceptione maiores, † prout in alijs criminibus notatur in l.fin.C. de proba.eò quòd in dubio nullus videtur sepeierare, vt not.in cap.cum cõtingat, de iure iur. Gratus, cons.47.num.10.volum.1.Parisi.consi.172.num.7.volu.4. Osascus, Decisi.Pedam.66.nu.14.& sic in causa periurij non debet dari iuramentũ suppletorium † accusatori, vt communem dicit Alexan.consil.66.volu. 1.neque probari potest periurij, vel eius excusatio per purgationes vulgares, † vt per Decian.vbi suprà, nu. 66.vbi num.8.& 9. inquit, periurium esse mixti fori, † & sic Ecclesiasticũ & secularem iudicem posse de eo cognoscere, quibus quidem satis remanet lex nostra commentata.

117 118 119 120

SVMMARIA.

IVdæus vel Maurus iurantes per Christũ, vel è contra in christiano iurante per legẽ Moysis aut Mahumeti an puniatur legis nostræ pœnis, num. 1.

Lex nostra procedit cum quis intrat in forma iuris, num. 2.

Pœnæ periurij in iudicio commissi an seruẽtur hodie. num. 3

Intellectus l.2.C. de rebus credi. & l.26. tit. 11. part. 3. num. 4.

Lex Secunda.

Summarium.

Pœna iurãtis falsum describitur in præsenti.

1 HIBI, *Qualquier fiel Christiano*, quid autem erit in Iudæo iurãte per † Christum, vel in Mauro, vel è contra in Christiano iurãte per Moysis legem, vel per Mahometũ, tradit late Decian.dict.lib.6.de delict. cap.10 nu.3. per totum, & Maschardus, in tract. de Iudæis.2.p.c.8.n.12.&seq.Maran. in pract.3.part.in num. 38. cum pluribus sequent.sed cum apud nos nõ sit permittẽdum Iudæum aut Maurum iurare per Christum, neque Christianum per Mahometũ, ideo lex nostra loquitur per ista verba, *Qualquier fiel Christiano*.

2 Ibi, *Que jurare falso sobre la Cruz y santos Euangelios*, ex ijs verbis decerpes legem nostram loqui, quoties Christianus iurat in forma iuris coram iudice † iuramento à parte parti delato, vel per viam positionum, vel de calumnia, vel quando iudex compellit aliquem iurare ad petitionem alterius se iturum ad carcerem, & nõ iuit, tunc enim pœnis nostri tex. punitur, eò quòd iuramentum hoc super Cruce & Euangelijs quasi semper coram iudice, & sit ad frequẽtiora adaptantur iura, & sic nisi tactura adsit non habet locũ nostra lex, vt inquit Auendan.dict.cap.27.prætor.nu.28.infine lib.2. & licet quoad positionum vel calumniæ iuramentum per legem.2. titul.7.lib.4.supra periurans se in positione manifestè, si est actor amittit actionem, si reus habetur pro confesso, tamen, vt ibi dixi, cum illæ pœnæ 3 non obseruentur in practica, † fortasis obseruabitur legis nostræ pœna, quam semel vidi impositam à iudice quodam contra partem se periurantem in iuramẽto calumniæ, debet tamen, vt ex dict.l.2.probatur, & ibi dixi, notoriè & sic ex actibus processus cõstare de periurio, vt legis nostræ pœnã locum habeat, neque obstat text.in.l.2.C.de rebus credit.& l. 4 26. cum ea † concordans tit.11.part. 3.dicentes, quòd iurisiurandi contẽpta Religio satis Deum habet vltorẽ quia vltra dicta ibi per Doctores maximè

ximè Salic.& in.l.si quis maior maxime per Cagnol.& Menes.n.1.&.2.C. de transact.& Ias.in.l.3.§.iurati.ff.de iureiur.& in.§.item si quis postulante inst.de actio.& late Decia.d.2. tomo de delict.lib.6.c.13.n.1.in fine cum sequent.& Couar.in.c. quamuis pactũ 1.p.§.7.n.7.& Auenda.c.27.præto. n. 16.&.17.li.2.& Menoc.de arbitra.casu.319.n.5.cum sequent.Dida. Perez in.l.1.tit.4.col.318.cum seq.li.3.ordi. lex illa.2.C.derebus credi. loquitur cum, nulla ex iuramento illo iniuria, neque damnum sit proximo, secus aliàs, & iste est commu.illius.l. intellectus, vt ex Doctor.ibi patet, & ex Didaco Per. vbisup.co.920.in medio & Claro in li.5.pract.crim.§.periuriũ n.fi. sed ex iuramento litis decisiuo, delato à parte parti nulla fit parti deferenti iniuria, neque damnum, quia pars deferens videtur illud per delationẽ remittere, ergo nimirumquod illa.l.2.quæ in hoc iuramento decisiuo loquitur, secundum Doctores ibi & veriorem, & communiorem dicit Decian. vbi sup.num.2.versicul.ego vero, satis contentetur vltione Dei, & ita secundum hoc voluit declarare legem nostram glossa. prima. in dict.l.26.tit.11.part.3.scilicet quod illa.l.2. loquitur in iuramento decisiuo, cum tunc nulli fiat damnum, vt dictum est, & hoc credo verum, siuè ex iracundia, siue animo sedato pars illa, cui iuramẽtum decisiuum defertur, iurauerit. Ego tamen nouissimè propono & dico, quod illa. l. 2. C. de rebus credi. ex lege nostra declaranda est, scilicet, quod cum lex nostra generaliter, & indistinctè loquatur in quocunque iuramento siue decisiuo, siue de calumnia, siue ex compulsione iudicis, tanquam pars litis, non verò tanquam testis (quia de teste loquitur.l.4. infra eo.) in ijs casibus etiã si de iure ex dict.l.2. periurans se satis Deum habeat vltorem, tamen itidem erit aliqua pœna plectẽdus, quam ex traordinariam aliqui Doctores ibi vocabant, & nunc ordinaria vocari potest hæc sexcẽtorum morapetinorũ à lege nostra impositorum, siue damnum tertius ex tali periurio patiatur siue non, nam cum lex nostra generaliter & indistinctè loquatur, sic etiam erit intelligẽda, dum tamen notoriè ex actis processus vel alio modo constet partem iurantem se periurasse, & sic dolosè & scienter se voluisse periurare, vt apparet ex dict.l.2.tit.7.lib. 4.supra, vbi dixi, aliter enim si notoriè non constet & sic de dolo & malitia non debemus in dubio præsumere periuriũ, & hac de causa raro, vel nunquam partes iurantes de calumnia de perjurio non puniuntur quia non cõstat de hac malitia & eius notorietate, & ita vidi post voluisse Couar.in dict.cap. quamuis pactum.1.p. §.7.num.7.& sic iurans non comedere carnes si comedit sine causa punitẽdus est pœna legis nostræ, vt inquit Decia.vbi supra, cap.10. num.26.sicut & puniretur ille, qui ad mãdatum iudicis iuramẽto promisit se in carcerẽ statim, vel intra certum tempus iturum & nõ iuit, vel à carcere non exire & exiuit, etiam si tertius non læderetur. Sed an reus accusatus ob delictum poterit ob redemptionem sui corporis & pœnæ excusationem negare delictum, anceps quæstio est quo ad suorum cõscientiæ saltim, de qua nouissimè tractat Tyberius Decianus, in dict.cap.10. num.7.& Iuli. Clarus in lib.5.pract.crimi. quæst.45. versic. quid ergo, & idem Decia. vbi supra, cap.11. num.13. per ipsos videbitur & per Theologos. Notabisque finaliter quod si procurator se peieravit non est puniendus eius dominus de periurio, secundum Auenda. c.27. præto.num.17.in medio libr. 2. quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

ego intelligo, nisi ex speciali mãdato domini ad sic iurãdum id fecisset, vel dominus ratum habuisset ex alibi per nos dictis de procuratore mendace nomine domini.

SVMMARIA.

GRaue crimen falsificare Regis sigillum, & ideo grauiter puiendum.n.1.
Falsarius non comprehenditur in generali remissione delictorum.nu.2.
Falsarius non est liberandus à carcere, etiam ob publicam lætitiam.nu.3.
Falsitatis sola suspicio pro veritate habetur quoad capturam, non vero quo ad condemnationem quoad quam plena requiritur probatio, num.4.&5.
Falsarij grauiter à varijs nationibus puniti sunt.nu.6.
Falsitatis crimen lex puniens extendenda, ita vt non sit distinguendum an Regiæ literæ falsificatæ contineant gratiam vel iustitiam. num.7.
Literæ Regiæ si non sunt sigillatæ, licet non steterit per falsarium an puniendæ.n.8.
Mandans falsificare literas Regias an tenebitur sicut & faciens.num.9.
Falsitatis plura specialia. num. 10.
Iudex in hoc crimine falsitatis debet esse promior ad torturam, nu.12.
Sigillum est illud, quod est substantiale in literis Regijs.num.13.
Clerici falsarij pœna.nu.14. vbi quid in falsario capitulo.num.15.
Clericus falsificans literas Apostolicas qualiter puniatur. nu.16. & in num. 17. quid in falsario brevium, & num.19. quid in literis Nuncij, aut Episcopi & pœnitentiariæ.
Dispositionem cap. ad falsariorum apud Hispanos seruari debere.nu. 18.
Impetrans literas Papæ subreptitiè, vel obreptitiè, & eis vtens an teneatur falsificantis eas.nu.20.
Corrigens in minimis literas Papæ, vt mutando punctum vel similia non incurrit pœnas falsarij.num.21.
Clericus falsificans literas Regis qualiter puniatur.nu.22.
Nullus in facie signandus.nu.23.
Clericus falsificans literas inferiorum iudicum an puniatur eadem pœna falsificantis literas superiorum.num.24.
Falsificans sigillum Regis est sine fide.n.25.
Intellectus.l.8.tit.9.par.2.nu.26.&27.
Falsificans literas priuatas, qualiter puniendus, num.28.
Falsarius literarum Apostolicarum an possit ad beneficium præsentari.num.29.
Falsi crimen in re Ecclesiastica commissum est mixti fori.nu.30.
Falsi crimen publicum est, ibidem.

Lex Tertia.

Summarium.

Pœnam falsificantium sigillum Regis aut prælati alicuius describit lex nostra.

IBI, *Falsare*, idest veritatẽ, vel veram literam mutauerit, vel *Falsas promissiones & chartas*, fecerit, nam falsum nihil aliud est quã mutatio veritatis. l.1.ff. ad.l.Cornel.de fal.& in auth.de instr. cauf.& fide, in princip.l.1.titul.7 part. 7.& est crimen graue, & grauissimũ, & propter eius frequentiã solet à legi
1 bus,& statutis grauiter † puniri, vt inquit legislator in Rubric.dict. titul.7. part.7.habetque multa specialia propter eius grauitatem, nam in generalissima remissione delictorũ non cõ-
2 prehẽditur † falsarius,secũdũ Bart. in l.Lucius ad fi.ff. ad Turpili.Meno. de arbitrar.casu.306.n.11.Didac.Per.hic
3 glos.1.neque est liberandus à carcere etiam ob publicam lætitiam, vt per eundẽ Menoc. ibi casu.302.n.16. Item sola suspicio falsitatis pro veritate habetur,† vt per Didac.Per. hic pagi.190.col.1. q intellige quoad capturam non vero quoad condemnatio-
5 nem, quia quoad eam † plena requiritur probatio,ex.l.iubemus.C.de proba.nor. Decius,cons.175.in causa falsitatis,& Matth.Afflict.in cõst.Siciliæ lib. 3.

lib.3 Rubr.39. de falsarijs, num.5.& optimè Iulius Clarus in praxi crimi. §.falsum.nu 30. Item ex varijs hominum nationibus pœnis grauibus pu-
6 niebantur falsarij †, vt licet videre ex Meno.dict.casu. 306. nu.1.8.9. &.10. quod si hæc in quocunq; falsario procedebant,quanto magis sunt specialia constituenda in falsificante literas Regis, in quo ex Matth. Affli. vbi suprà,& eo relato ex Cassanco, in cõsuet.Burg.Rubr.1.fol.17.col.2.per totam, plura specialia sunt constituta, præsertim vbi lex loquitur generaliter,prout hic locuta est per verbum, *Falsare nuestros sellos*,ita vt ex hac generalitate sic generaliter intelligenda, & ex atrocitate criminis extenden-
7 da, † vt non sit iam distinguẽdum an regiæ literæ falsificatæ contineant iustitiam vel gratiam, vt distinguebant doctores in capit. ex literis, de fide instrumen.& in cap.accedens, & in cap.fin.de crimin. fal. neque itidem distinguatur,an fiat per notarios Chãcellarię, vel per partem vt distinguũt gloss. & doctores in capitu. licet, de crimin. fal. verumque enim per tex. nostrum æquiparari patet,& per tex. in l.1. in fin titu.2. & l.4 & 6. titu.7. partit.7.ad ampliationem.l.8.titu. 9. partit.2. neque distinguitur an talis falsitas noceat alicui vel non, prout distinguit gloss.Bar.& Salic.in.l. damus. C. ad.l. Corne.de fals. nor. Iuli. Clarus, in dict.§.falsum numer.35. & Menoc. in dict.casu.306. num.11.12. & 13.neque an modica sit, vel magna falsitas, vel in loco substantiali vel non, vt dicebat Gofred. in summa,tit.de crimin.fal.& Felin.in cap.
8 de rescrip.neq; fabricans falsas has literas, eis vsus fuerit vel non, quia fabricãdo tunc dicitur quòd vsus fuerit eis.l.qui falsas.C. ad. l.Cor. de fal. quod declarat Alberic.in. l. quicunque. C.de fer. fugi. neque itidem distinguetur an illæ literæ falsificatæ sint iustæ, vel iniustæ, prout dicebat Abb.Sicul. in cap.olim,de rescrip subdens quòd pœna in hoc esset moderanda,& hæc omnia ex generalitate nostræ legis & ex dictis legibus partitarum generaliter loquentis, & loquentibus deducuntur, ita vt necessaria iam non sint, sed indistincte hodie procedant leges nostræ Regiæ, cum indistinctè loquantur, maxime ob atrocitatem falsitatis in Regijs sigillis commissæ, quod delictum crimini læsæ Maiestatis humanæ æquiparatur, ex.l.1.in fin.tit.2.p.7.licet & dici poterit ob euitãdas correctiones generalitatem nostræ legis & similium declarari per dispositiones antiquas & distingui per eas, saltim vbi non in Regijs sigillis cõmittitur hæc falsitas,sed in alijs non ita grauibus, quæ vos suo tempore latius perpendetis & cogitabitis.Sed quid si literæ Regis non mutantur, sed totas quis falsificat,quia illas scripsit,& manu secretarij & aliorum secundum stylum Regiæ Chancellariæ falsificauit, sed
8 non sunt sigillatæ † licet non steterit per eum, vide Matth. Afflict. decis. Neapol.21.per totam.Sed an mã-
9 dans sicut & faciens tenebitur, † tradunt Bal.in.l. transigere in fin. C. de transac.Bar.cons.199.Tudertinus,& alij relati per Afflictis,in dict. Rubric. 39.num.3. & ex.l.6.tit.7.part.7. idem esse dicitur in vno, quod in alio. Alia
10 plura specialia falsitatis, † tradunt Domi.in cap. in memoria. 19. distin. Ana. in Rubric.de crimin.fal.colu.3. debetque in hoc delicto iudex esse
11 facilior & promior ad torturam, † secundum Bal.in. l.3. C. de Epis.audi. considerata qualitate personarum, vt inquit Afflict.dict.Rubri. 39.nu.5. nam non debet iudex ita festinanter se mouere in hoc delicto ad torquẽdum nobilẽ, vel hominẽ diuitem & bonæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonæ famæ, sicut moueretur contra pauperem non nobilem, suspiciosum vè hominem: sed an pæna nostræ legis & similium habebit locum si perfectis literis Regijs priuatus aliquis fe-
12 cit in eis interlineaturam † Afflict. in dict. rubric. 39. nu. 8. inquit q; sic, quia ista interlineatura est mutatio veritatis, vt in cap. cum venerabilis de reli. domi. & in l. si vnius, in fi. C. de testa. Paul. Castrens. consi. 151. videtur dicẽ dum quòd dictus presbyter.

13 Ibi *Nuestros sellos*, Sigillum enim est illud, quod est substantiale † in literis Regijs, secundum And. in capitu. 5. §. quoniam interdum, de prohi. Feud. ali. per Lotha. tam in lectura quam in addi. per. l. 2. de rebus ali. non alien. & Afflictis, in dict Rubrica. 39. num. 1. & in falsificante hæc Regia sigilla, vide. l. fi. C. de falsi. mone. cap ad audiẽtiam, de crimi. fal. l. 8. titu. 9. partit. 2. l. 1. infi. 17 titu. 2. part. 7. l. 4. & 6. titu. 7. part 7. l. 6. tit. 12. lib. 4 fori, & secundũ. l. 18. tit. 13. part. 2. debetur sigillo Regis magnus honor, & vt in glos. præcedente diximus assimilatur crimini læsæ Maiestatis. Et vide Menoc. de Arbi. in dict. 18 casu. 306. numero. 6. differentem quibus pœnis punitur apud Gallos & alios falsificans literas Regis.

Ibi, *Del sello del Arçobispo o Obispo*, ad idem est textus, in capitul. si Episcopus. 50. distin. vbi falsarius clericus in officijs & beneficijs priuatur, & de positus ab ordinibus in monasterium 19
14 detruditur, vt perpetuam † peragat pœnitentiam, notat Panor. in capit. olim ex literis numer. 2. de rescrip. & in capitu. tam literis colum. 2. de testi. vbi est bonus text. quòd falsarius ca-
15 pituli, vel prælati suspenditur † ab officio & beneficio, notat. etiam Hostien 20 sis in summa titul. de crimine fal. §. & qualiter versicul. falsarius ergo Episcopi, Ber. Diaz & ei⁹ addi. in pract. crimin. Cano. c. 117. & Didac. Perez. in 21 l. 22. tit. 19. libr. 8. Ordin. pagin. 373. vbi pro hoc considerat legem nostram, & l. 2. titul. 12. libr. 4. fori, & ibi Didac. Perez, quærit quid erit in falsificante literas Apostolicas, † & inquit cum Bernard. Diaz, vbi supr. quod degradatur actualiter, & traditur iudici seculari, vt in eius curia ab eo puniatur, argument. text. in capitul. nouimus, de verbo. significat. & in capitul. 2. de pœnis in. 6. bonus text. in capitul. ad falsariorum, de crimin. falsi. glos. relinquuntur in. cap. ad abolendam, dehæretic. text. in. l. 60. titul. 6. part. 1. & est excommunicatus ipso iure ex Bulla cœnæ Domini, & hæc in falsario literarum Apostolicarum procedunt, secũ dum Abba. in dict. cap. tam literis nu. 2. & alios plures relatos per Didac. Perez, in dict. pag. 373. col. 2. in princip. vbi ampliat etiam in falsario breuium literarum 4 apostolicarum, & quod postquam traditus est curiæ seculari debet mori, vt apparet ex. l. 6. titul. 7. par. 7. & ibi refert casum in facto, & alium casum refert Additio Bernar. Diaz, in dict. c. 117. in glos. 1. in princip. vbi inquit apud Hispanos obseruari, † debere inuiolabiliter decisio text. in dict. cap. ad falsariorum, quicquid velit Ana. relatus per Clarum, vbi Sup. §. fin. quæst. 36. versic. t⁹lemus, ex quibus additio Bernar. Diaz ibidem in versic. illud autem, inquit, non esse huic pœnæ locum si literæ nuncij, aut Episcoporũ falsificãtur, † vel etiam literæ pœnitentiariæ, quia hæ nõ sunt literæ Papæ, sed eius cõmissarij consti tuti viuæ vocis oraculo, secundũ Nauar. in manu. c. 27. n. 62. & ideo lex nostra de Papa non meminit, quia minorẽ pœnam imponit, neq; itidẽ subreptitiè, vel obreptitiè impetrans † literas Papæ, & eis vtens tenebitur dicta pœna, neque qui pũctum ponit vnũ, vel corrigit literam aliquam non mutando substantiam, † quia non falsificantur

ficantur literæ Apostolicæ, vt contra Hosti. & Caietan. tenet ibi Additio. Bernard. Diaz, sed si clericus falsifica
22 uerit literam Regis debet degradari, † & signo signari in facie, & à regno illo Regis illius expelli, ex tex. in cap. ad audientiam, de crimin. fal. &. dict. l. 60. tit. 6. part. 1. vbi glo. degradado, intelligit, de verbali non verò de actuali degradatione. Et hæc est vna de limitationibus ad. l. 6. tit. 31. part. 7. di-
23 centem, nullum in facie signandum, tquia nõ procedit in hoc casu, vt aduertit Humada. dict. l. 69. tit. 6. p. 1. n. 1.

Ibi, *O otro qualquier perlado*, putà nun cij Papæ aut Capituli, vt in glo. præcedente diximus, & tenet Maria Socin. in. d. c. ad falsariorum. num. 11. de crimi. fal. & omnis ille, qui Prælati appellatione de iure venit, censetur hic
24 contineri: sed an idem erit in literis † inferiorum iudicum tradit glo. de Papa, in. d. l. 6. tit. 7. part. 7. & Didac. Per. in. dict. l. 22. tit. 19. libr. 8. ordin. pagin. 372. in fine.

Ibi, *Porque es alcuoso*, falsans enim sigillũ Regis est sine fide, † vt inquit Afflictis, in. dict. lib. 3. consti. Sicil. Rubrica. 39. num. 6. omnis autem homo fi-
25 delis debet esse suo Regi, & qui sic nõ 28 est aleuosiam, & proditionem cõmittit, vt apparet ex. l. 1. titul. 2. part. 7. sed committens falsitatem Regi est sine hac fide, ergo iuste lex nostra eum aleuosum vocat, & sic inquit dicta. l. 1. in fi. tit. 2. part. 7. adnotãte ibi glos. *Sellos*, quòd incidit in crimen læsæ Maiestatis falsans Principis sigilla, & inquit ibi glo. quòd non reperit alium text. de iure communi ita expressum pro hoc, & quòd dicta l. 6. tit. 7. part. 7. nõ dicit falsantem sigillum Regis incide 29
26 re in crimen læsæ Maiestatis, neque bona amittere, & quòd illa. l. 8. titul. 9. part. 2. faciens mentionem de proditione † loquitur in officiali Regis falsante eius literas, & imponit ei pœnã 30 amissionis bonorum, vnde dicit cogitandum, an illa lex. 6. debeat limitari iuxta terminos dict. l. 8. vt ibi dixit in glo. fin. vel quòd sit speciale in omnibus falsantibus sigillos & literas Regias vt ij committãt crimen læsæ Maiestatis, & sic debeat mori secundũ illam, l. 6. & perdat omnia bona, secundum illam. l. 8. & miror de Gregorio, quòd legem nostram, quæ fuit veteris Ordinamenti scilicet. l. 3. tit. 6. lib. 8. Ordinament. non viderit, neque cõsiderauerit pro ijs, secundum quam Aleuosi, non verò proditoris, pœnam incurrit, falsans literas Regis Archiepiscopi, vel Episcopi, vel alterius Prælati vt tanquam talis aleuosus puniatur in amissione medietatis bonorum cameræ Regiæ applicandorum, & sic pœna omnium bonorum, quæ per dictam. l. 8. imponebatur officiali Regis eius sigillos falsificante, † in officialibus ijs tantum seruabitur, in alijs verò, qui non sunt Regis officiales nostræ legis pœna quoad bonorum amissionem, quoad pœnas verò corporales seruabitur dispositio illius. l. 6. titu. 7. partita. 7. & l. 16. tit. 19. part. 3. vt tradit Auend. cap. 30. prætorum. n. 1. lib. 2. vbi quid in falsificante † literas priuatas, nisi ex Principis gratia consulti super hoc ex aliqua vrgente causa aliud esset faciendum, & hæc specialia sunt in odium falsantis sigilla Regis, secundum glos. in. dict. l. 1. tit. 2. partit. 7. verbo, Sellos, & idem in faciẽte aliud id facere ex dict. l. 6. tradit Didac. perez. in. dict. l. 22. tit. 19. lib. 8. Ordinamen. pag. 373. ad finem, vbi pagi. 374. col. 1. quærit an falsarius literarũ Apostolicarum posit ad beneficium præsentari, † & respondet quòd non, quia est infamis, & excõmunicatus, vbi ipse Didac. Perez inquit crimen hoc falsi commissum in re Ecclesiastica esse mixti fori inter Ecclesiasticũ & secularẽ † iudices, quòd intelligo si delin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si delinquens est laicus, secus si clericus ordinis sacri, nam hic à suo esset ecclesiastico iudice puniendus. Et fal si crimen publicum est. l. 5. titu. 7. p. 7. & de abrasione vide Clarum in dict. §. falsum, num. 25.

SVMMARIA.

PRobatio requiritur ad conuincendum testem de periurio sicut in cæteris delictis, num. 1. & num. 2. quòd debet esse plena & concludens.

Falsitatis suspicio habetur pro veritate, n. 3. & num. 4. declaratur.

Lex in dubio ad legitimas & plenas probationes in dubio se refert, nn. 5.

Probatio propria & vera illa dicitur, quæ alterius patrocinio non indiget, nu. 6.

Dictio, quando, conditionem inducit. nn. 7.

Falsus testis licet sit solus in dicto punitur, num. 8.

Testis vnus & solus exprimere debet veritatem etiam non requisitus ad proximum liberandum, num. 9.

Testis non potest recipere pretium pro testimonio ferendo, nu. 10. licet possit recipere salarium pro itinere, nu. 11.

Rusticus mulier aut minor an excusentur à pœna falsi testimonij, nu. 12.

Testis falsum dicens in iudicio, offendit Deũ iudicem, & proximum, nu. 13.

Falsitas circa testes quatuor modis committi potest, num. 14.

Pretium recipiens nè dicat testimonium an falsum committat, num. 15.

Inducens falsum testem aut corrumpens dono quomodo puniatur, num. 16.

Subornans testes nõ excusatur, licet nõ vtatur attestationibus, nu. 17.

Testibus dicentibus se precio vel dono corruptos an credatur. nu. 18.

Testis recipiens pecuniam punitur de falso, num. 19.

Testes falsos scienter producens falsum committit, nu. 20.

Instrumentum falsum producens & co vtẽs falsi tenetur, num. 21. 22. & 23. & num. 24. quòd scienter id debet fieri vt puniatur & num. 43. an præsumetur scienter.

Practica aduocatorum petentium ab aduersario an velit vti instrumento producto, nume. 25. & 44. & 45. & 46.

Testis falsum dicens testimonium nulli dubium quin periurus & falsus sit, num. 26. & num. 27. & 28. qualiter puniatur.

Testis conuincitur de falso per alios testes numero plures, numer. 29. licet hæc testium contrarietas parum per iudices consideretur ad puniendum, nu. 30. nisi, vt ibi nn. 31. & 32.

Testes duo si se contradicunt an erunt puniẽdi de falso, num. 33.

Testis dicens Petrum fuisse præsentem Petro negante quis punietur, nn. 34.

Testis vnus si sibi ipsi contradicat quid erit, num. 35.

Testis super mera negatiua & non coarctata deponens suspectus est de falso licet de eo non puniatur, num. 36. & 37. & nu. 38. quòd extraordinarie punitur.

Negatiua coarctata loco & tempore est ac si esset affirmatiua, num. 39.

Testis de accisis denocte deponens suspectus est nisi dicat quòd luna vel lux aderat, nume. 40.

Testes alloqui vt verum dicant licitum est, num. 41.

Falsum committitur vtẽdo dicto falso testis, vel instrumento falso, n. 42. & nn. 43. cui præsumatur scienter factum mitius tamẽ punitur, nu. 47.

Instrumentum debet iuxta omni interpretatione nè falsum iudicetur, num. 48.

Testis falsus punitur eadem pœna corporali, qua erat puniendus ille contra quem falsum deposuit, num. 49.

Cap. 19. Deuteron. expenditur, nume. 50.

Puniri quis debet in eo in quo peccauit, numer. 51.

Testis falsus punitur etiam si dictum suum non noceret neque executa fuerit pœna cõtra illum contra quem deposuit, nu. 52.

Instruens testem vt falsum deponat punitur num. 53. siue deposuerit siue non, vt ibi.

Testis etiam non iuratus deponens falsum in iudicio punitur, num. 54. & num. 55. & 56. prosequitur veritas huius puncti vsq; ad numerum. 62.

Testis nulliter deponens non punitur falso, num. 56.

Testis deponens falsum extra iudicium si nõ iuranit non punitur de falso, num. 57.

Testis non iuratus deponens falsum in iudicio nullo non punitur, nu. 58.

Testis non iuratus si non dolose habuit non punitur. nu. 59.

Index

Iudex ex officio potest punire testem falsum. n. 62. & 63.

Testi falso etiam nobili imponi potest pœna nostræ legis, num. 64.

Testi deponenti falsum in causa hæresis an imponatur nostræ legis pœna, siue pœniteat, siue non. num. 65. & num. 66. an mitius agatur cum teste qui se detulit, & ibi, num. 67. quid si parum nocuit.

Testis falsus in probatione obiectionum alijs testibus impositarum extraordinariè punitur. num. 68.

Testem corrumpens, vt falsum deponat eadem pœna punitur. num. 69.

Filij aut nepotes testis falsi in causa hæresis an matrula patris, vel aui suorum coerceantur. num. 70.

Testis deponẽs falsum in causa adulterij eadem pœna punitur. num. 71.

Testis falsus etiam contra reum absentem punitur nostræ legis pœna. nu. 72.

Testis falsus punitur etiam si reus condemnatus ex remissione & indulgentia Regis non puniatur. num. 73.

Consulens & mandans testem iurare falsum eadem pœna punitur. nu. 74. & 75.

Testis falsus etiam si se deferat ob quod pars nõ punitur, adhuc debet talis testis puniri. num. 76. 77. & 78.

Testis tacens veritatem etiam falsum committit. nn. 79. & n. 80. Idem in deponente malitiose & obscure, nisi vt num. 81.

Rusticitas non excusat probata falsitate, nisi probetur error. nu. 82.

Testis iniuste dicens se non recordari an de falso puniatur. nu. 83. nisi vt nu. 84.

Obliuio an præsumatur in teste & credatur ei dicenti se non recordari. nn. 85. & 86.

Homo præsumitur scire quod antea sciuit & eius declaratio. nu. 87.

Testis accipiens pecuniam vt testimonium dicat etiam verum an puniatur ex nostra lege num. 88.

Testis non dolosus si falsum sine dolo deposuit non punitur. nn. 89.

Testis falsus nulliter deponens extraordinarie punitur. nn. 90.

Testis falsus si neminem lædit extraordinarie punitur, etiam si fiscus lædatur. nu. 91.

Testis deponens de accisso de nocte si non dicat quod erat luna, vel lux, extraordinarie punitur. nnm. 92.

Testis falsum deponens super non substantialibus extraordinarie punitur. nn. 93.

Processus & sententia factus & lata contra pronuncientes falsos testes non præiudicat testibus ipsis. num. 94.

Pœna falsi est deportatio cum publicatione bonorum. nu. 95. & 96. quod non est hodie in vsu deportatio, & est arbitraria erit. num. 97. & num. 98. quid de iure nostro Regio.

Testes plures falsos si quis produxit an sit condemnandus pluribus pœnis, & ibi an ipsi plures testes. nu. 99.

Lex Quarta.

Summarium.

Secundum verum, & literalem intellectum est testis falsus in causa criminali in qua ille contra quem testificatur pœnam mortis vel aliam corporalem subire debebat si verũ diceret, eadem est puniendus pœna etiam si eius dictum non sortiatur effectum, in alijs autem criminalibus casibus, vbi corporalis pœna nõ esset infligenda, vel in ciuilibus pœnæ à legibus impositæ contra falsos testes exequendæ in eis sunt & in bonis eorum.

IBI, *Se probare*, per accusatorem intellige, nã & in hoc crimine, sicut & in cæteris probare debet is, qui dicit, & accusat. l. alias. ff. de iure iura. † & actor ꝙ asseuerat probare tenetur, aliter enim reus & si nihil præstiterit absoluendus est, ex l. actor. C. de proba. cum similibus, neque sufficit quælibet probatio sed plena & concludens 1
debet esse, † ex l. iubemus. C. de proba. not Decius, cons. 175. in causa falsitatis, & communem testatur Gratus, in cons. 60. num. 16. lib. 2. & trita illa Regula apud omnes, quòd speciale est 2 in crimine falsitatis quòd suspicio falsi habetur pro veritate, secundũ Archid & Domi. in cap. in memoriã 19. dist. quos sequuntur plures relati per Deciũ, vbi sup. n. 4. procedit quantũ ad capturã, aut loquitur. d. lex, iubemus, secus quoad condẽnationem 3
de qua 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

de qua nos loquimur, ita diximus in hoc titulo, ex DD. ibi allegatis, & maximè ex Claro, in dict. pract. crimin. §. falsum num. 30. vbi hanc comunem in criminalibus, de quibus loquimur testatur, & id clare probat lex nostra in ijs verbis, se probare, eò quòd lex
5 semper ad legitimas † & plenas probationes se referre vult, in dubio nisi aliud expresserit, prout exprimere solet, nam lex semper in proprio significato non verò in improprio loqui videtur, & sic probatum illud esse dicitur, q. cõstat legi ita esse, & probatio propria illa dicitur & vera, quæ alterius
6 patrocinio non † indiget, secũdum Bald. in cap. 1. §. Sacramentum nume. 10. de consuet. recti. Feudi, secutum per Menoc. lib. 1. de præsump. quæst 36. numer. 11. & 12. pagin. 38. vbi & in quæst. 37. num. 1. inquit. quòd quoties probatio in vim conditionis requiritur, præsumptio secundũ cõm. opinionẽ non sufficit, sed in præsenti lex nostra cõditionaliter loquitur dicendo,
7 *Quando se probare*, dictio enim illa, † quando, conditionem inducit. l. cum ius. ff. de condi. & demonst. l. quod publice. ff. quando dies leg. ced. quæ iura ad hoc allegat Tiber. Decian. Respon. 93. vol. 2. nu. 126. ergo lex nostra probat expresse intentum nostrum, maximè in verbis sequentibus, *Auer iguandose.*

Ibi, *Que algun testigo*, nota quòd loquitur nostra lex in singulari, ad approbãdam communem opinionem, quæ habet, quòd & si testis falsus sit,
8 solus in dicto punietur, † legis nostræ pœna, secundum Auend. cap. 27. præto. num. 22. illatio. 4. lib. 2. communis, secundum Clarum, in dict. §. falsum num. 4. nam & vnus solus testis debet deponere veritatem etiam nõ requisitus † ad proximum liberandum, ex
9 text. in cap. intimauit, de testi. & in c. nolite timere. 11. quæst. 3. & ideò pre-
10 tium † pro testimonio ferendo non potest recipere, vt per Menoc. de arbit. casu. 310. vbi qualiter punitur si pretium recipit, potest tamen recipe
11 re † salarium pro labore & expensis itineris arbitrio iudicis moderandũ, & non aliter vt cotidie fit, vt & inquit Menoc. vbi sup. num. 10. sed an sufficiat probare quòd recepit pretium, vel etiã debet probari quòd dixit fal-
12 sum, 4 vide Iulium Clarum in dict. §. falsum numer. 13. & an fœmina in testem adducta, vel rusticus si sagax sit, vel minor, punientur si falsum dixerint testimonium, in. l. 1. sup. eo dixi.

Ibi, *Depuso falsamente*, testis enim, qui in iudicio falsum testimonium dicit, dicitur falsum committere. l. 1. ff. de fal. cap. 1. de crim. fal. l. 1. ad fi. tit. 7. par. 7. & in hoc offendit Deum, pro quo imponitur ei pœnitentia, & offẽ dit iudicẽ, propter quòd fit infamis,
13 & itidem offendit † proximum contra quem testificatur, & punitur pro modo læsionis, ex cap. 1. de crimi. fal. & sic offendit ius diuinum, naturale, & gentium, vt per Menoc. de Arbit. casu. 308. num. 4. estque testis falsum dicens multis nominibus execrãdus, & sic antiquitus apud Romanos e saxo Tarpeio dejciebantur falsi testes, vt inquit Couar. in dict. cap. quamuis pactum, part. 1. §. 7. num. 5. in medio, & eo relato Menoc. vbi sup. casu. 306. n.
14 5. & circa testes potest falsitas † committi quatuor modis, primo subornãdo testem ad dicendum falsum testimonium, secundo producendo in iudicio falsum testem: tertio dicẽdo falsum testimonium, quarto vtendo dicto falsi testis, a. de tu & quinto qui
15 recipit † pretium nè dicat testimonium, vt apparet ex. l. 1. ad fin. titu. 7. par. 7. Primo modo cõmittit falsitatẽ is, qui testem ad dicendum falsum testimonium induxit, aut testem munere & dono corrupit, vt aduersus veritatem

tatem testificaretur. l. 1. ff. de fals. dict. l. 1. tit. 7. p. 7. licet ex hoc causam non amittat, siquidem is tantum ius litis & causæ perdit, qui falsum com-
16 mittit circa acta † causæ, non qui circa testes ipsos, alia vè instrumẽta, quæ ad causæ acta non attinent, text. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci, quem ita Bart. ibi intellexit, & sequũtur plures relati per Couar. in cap. quanuis pactum. 1. parte. §. 7. num. 6. ad fin. vbi ex Alex. & alijs hãc cõmunem testatur, & Auẽd. dict. cap. 27. præto. n. 24. vers. Item corrũpens, & Iul. Cla. in d. §. falsum. n. 32. vbi siue cum priuato, siue cum fisco hæc procedere asserit esse magis cõmunem opinionẽ, adeò vt subornans testes
17 non excusatur, licet non vtatur † attestationibus, ex text. in l. 1. ad fi. tit. 7. par. 7. quem ad hoc allegat Auend. vbi sup. num. 24. in fine, vbi & inquit quòd tentans corrumpere testem punitur sicut tentans corrumpere iudicem, ex l. Imperatores. ff. de iure fisci.
1 Sed an credetur testibus dicentibus se precibus, vel dono alicuius † falsum testimonium præbuisse, dixi in l. 2. num. 44. tit. 8. lib. 4. supra. Sic & te
19 stis recipiens pecuniam punitur de falso, † vt per Meno. de Arbit. casu. 310. & ex dict. l. 1. tit. 7. p. 7. probatur: & hoc non solum procedit si falsum, verum etiam si verum dixerit, vt magis communem testatur Couarruu. in capit. quamuis pactum. 1. par. §. 7. nume. 5. in medio, etiam si ipse ibi aliud velit, de quo & pluribus alijs concernentibus ad hanc legem diximus in dict. l. 2. titul. 8. libr. 4. supra à num. 25. vsque ad finem legis. Quoad secundum modum, quo falsitas
20 committitur est de iure, quòd producens falsos testes scienter dicitur & ipse † falsum committere, secundum Bal. consil. 106. in. 2. dubio lib. 2. & consil. 446. lib. 5. quem ad hoc

Azeuedo super. 8.

allegat Iuli. Clarus in. dict. §. falsum, num. 4. vbi refert casum in facto, sicut & producens falsum instrumentum,
21 & eo vtens, † ex. l. maiorem. C. de fals. not. Iuli. Clar. in dict. §. falsum, num. 18. & Menoc. de arbit. casu. 315. num. 5. vbi num. 1. & 2. facit differentiam circa pœnam infligendam, an falsum quis fabricauerit, & eo vsus fuerit, vel solum iam falso fabricato ab altero, ipse eo solũm vsus
22 sit, vt priori casu cum † fabricas falsum, & eo vteris pœna ordinaria, & directa legis Corneliæ de falsis puniatur, ex dict. l. maiorem. C. ad. l. Corne. de fals. & ex dict. l. 1. ff. eod. titul. Secundo vero casu cum solum vteris falso ab alio fabricato, mitiori
23 pœna † puniẽdus eris, secundũ Cyn. in l. secunda, colum. 1. C. de fide inst. quem sequũtur relati per Meno. vbi supra, num. 3. vbi inquit mitiorẽ hanc pœnam esse relegationem ad tempus. Sed in vno & alio casu requiritur
24 quòd scienter, † & non ignoranter hoc faciat producẽs falsos testes, vel eis vtens ab alio productis, nam, vt in hoc diximus titulo, & tradit Meno. vbi supra, casu. 309. periurium & falsitas non committitur sine dolo, & ita tenet Iuli. Clarus, in dict. §. falsum, num. 15. vbi inquit quòd hac de
25 causa inuenta est practica illa, † qua vtuntur Aduocati & procuratores, quia faciunt partẽ testẽ producentẽ interrogari an velit dicto illius testis vti cum termino ad deliberandum & si dicit quòd sic, tunc habetur pro sciente & punitur hic vtens tali dicto, & num. 18. idem in vtente instrumento dicit. Quoad tertium modum, cum testis falsum dixit te-
26 stimonium nulli dubiũ, nisi q. † periurus est, & falsi reus, rex. in l. 1. in princ. ff. de fal. l. nullũ. C. de test. c. 1. de crim. fal. l. 1. tit. 7. p. 7. de qua materia latè diximus ampliando & declarãdo in. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.2.titul.8.lib.4.ſupra à nume.25. vſq; in finẽ.& per Deci.in.2.to. de delict. lib.6. c.10.nu.24.cũ.3.ſeq. & Auẽd. d. c.27. præto.n.18.cũ ſeq. pluribus lib. 2,& ibi Auiles,& Coua.in.d.§.7.nu.5. Et in hoc caſu ſi teſtis hic,in cauſa capitali vbi pœna mortis vel alia corporalis veniebat† imponẽda, falſe depoſuit,eadem illi imponetur pœna,quæ imponeretur reo contra quẽ falſe depoſuit,ſi verũ diceret,& hæc eſt principalior noſtri tex.deciſio,ibi,*Le ſeada da la miſma pena*, vbi videbis,ſed ſi cauſa eſt criminalis in ea tamẽ pœna corporalis non eſt imponenda, † vel eſt merè ciuilis,alijs pœnis à iure deciſis punietur hic falſus teſtis,ſecũdũ text. noſtrũ ibi.*Se guarden y executen las leyes*, vbi dicemus Deo volente. Conuincitur tamẽ teſtis de falſo per alios teſtes numero plures, † qui contrariũ depo nunt,licet hæc teſtium contrarietas ſuper facto litis & cauſę exiſtens rarò † aut nunquam conſideratur per iudices ad puniendum teſtes contrarios minores numero de periurio & falſitate,niſi expreſſe & directè teſtes ſint † examinati ſuper probanda tali falſitate, & periurio, non verò ſi ſuper facto litis ſint contrarij, licet tanta poſſet eſſe contrarietas & tam clara, quòd præberet occaſionem † ad conuincendum de falſitate clara, nam tunc puniri poſſent ſaltim extraordinarie. Ex quo minus dubitabile eſt dubium tactum per Clarum vbi ſuprà, nume.6. vbi in dubitationis modum proponit, quid ſi duo teſtes tantum † interſe contradicant,nunquid erunt puniendi de falſo, & reſpondit Aretin. conſil.71. nu.3.ibi relatus,communẽ eſſe quòd ſic, quòd vterque de falſo punietur, ſed reuera vt inquit & bene Iuli.Clarus in dict. §. falſum, nume.6. neque eſt vera, neque communis hæc opinio,& dato ſine veri præiudicio quòd eſſet communis, eſſet vna de cõmunibus opinionibus notiſsimè falſis, nã ſi vterque teſtis de falſo foret puniendus, negari minimè poteſt,quin vnus ex iſtis verũ dicat,quòd ſi dicit, nonnè innocẽs puniretur,ſed melius eſt nocentem impunitum relinquere,quam innocentem condemnare, ex. l. abſentem.ff. de pœnis,ergo nullus eſt puniendus, quia neſcitur quis eorum dixerit verum, & quis falſum, ſicut & cum teſtis dicit, quòd cum ipſe tale quid vidit Petrus erat præſens, & Petrus ipſe† in teſtem adductus hoc negat, & dicit ſe non fuiſſe præſentem,tũc enim nullus eorum punietur, quia neſcitur, quis eorum mentiatur, vt ex Bal. & alijs dixi in dict.l.2.tit.8.num.46.lib.4.ſupra & ſic neque torturæ tales teſtes ſubijciẽdi ſunt, etiã ſi alias eſſent ſuſpecti,quicquid dixerit Boſsi.in pract.tit. de falſis.n.24 ſed erit occaſio, vt bonus iudex diligẽs ſit in inquirenda veritate, quis eorũ falſum dixerit, aliter enim iniuſtiſsima eſſet eorum punitio, præſertim ſi poſſunt ad concordiam reduci, prout quantum fieri poteſt,reducendi ſunt,non ſolum ſi plures teſtes ſint inter ſe diſcordantes, verũ etiam ſi vnus † eorum ſibi ipſi contradicat, licet hoc de vno teſte difficulter admittitur, vt apparet ex Auẽd. in d.c. 27.præto.nu.26.lib.2.notandũ tamẽ eſt,quod licet teſtis deponens ſuper mera negatiua non coarctata loco & tẽpore ſit ſuſpectus de falſo,† quia regulariter negatiua eſt improbabilis, ſecundum Clarum, in lib.5.pract.crimi.§.fin.quæſt.52.verſic.ſcias autem, tamen ex hoc ſolo quòd deponat ſu per negatiua † non poteſt de falſo puniri,vt per Auend.dict.cap.27.præto. num.25.verſi.aduerte,lib.2. & cõmunem ex Boſ.teſtatur idem Iuli. Clarus,in dict.§.falſum, num.8. niſi ſecundum eum ibi, ex alijs probationibus conuin-

cõuincatur falſum depoſuiſſe, poteſt tamen puniri pœna extraordinaria † ob temerariam aſſertionem,vt ibi cõmuniter Doctores tenere aſſerit,licet in dubio verba talis teſtis ſuper negatiua deponentis ſunt intelligenda & ſumenda, vt falſitas euitetur,ex gloſ. contrarium in.l.iuris gẽtium.§. quòd ferè.ff.de pactis,quam dicit communiter approbarã Curt.Iun.in,l.vni.in princ.nu.9.ff.ſi quis ius di. nõ obtẽp. Sed ſi ſit coarctata loco & tẽpore eſt ac ſi eſſet affirmatiua, † ſecundum Ruinum, conſi.145.num 2.lib.5.quia tunc negatiua nõ minus cadit in ſenſum teſtis, quã affirmatiua, ſecũdum Inno.in.c.bonæ, de electio. Et idem etiam ego dicerem de acciſis de nocte† ſuper quibus teſtis deponit, † nec dicit quòd luna vel lux tunc aderat, præſumitur enim ſuſpectus de falſo, non tamen vt de eo puniatur ſi alijs probationibus de falſo non cõuincatur, punietur tamen extraordinarie ſicut in deponente ſuper mera negatiua dictũ eſt,alia de teſte deponente circa accidentalia,vel dicente ſe non dixiſſe id quod ſcriptũ eſt, vel tacẽte veritatẽ in ſæpe dicta.l.2.tit.8. lib.4 ſupra diximus,nu. 25. cũ ſeq. Et vlterius eſt notandum, ꝙ licet corrũpere teſtes non ſit licitũ, benè tamen licet eos loqui & informare † de veritate negotij,ſecundũ tex. vbi dixi in l.8.tit.6.lib.4.ſupra. Quoad quartum modũ,quo quidem falſitas committitur,ſcilicet vtendo dicto † falſi teſtis vel inſtrumẽto falſo,habem' text.de hoc in l.maiorẽ.C.de falſ. & l.1.tit.7. p.7.tradit late Men.de arbit.caſu.315. Perrot.& Auẽd.d. c.27.præto.n.24.in prin.vbi quid ſiquis vtatur falſis teſtibus & inſtrumẽtis à procuratore productis debet tamen ſciẽter vti dictis, vt in hac diximus lege. Et an præſumatur quòd ſcienter † factum ſit,tradit idẽ Meno.vbi ſup.caſu. 308. ſed vt ſupra proximè diximus ex Claro, in d.§.falſum,nu.15.& 18.practica eſt † quòd interrogetur producẽs vel vtẽs falſis teſtibus aut inſtrumẽtis, an velit eis vti, ꝙ declaret intra talẽ terminum, & ſi dixerit ꝙ ſic, præſumitur ſcienter feciſſe,teneturq; ſtatuto termino reſpondere & ſine vlla conditione,vel adiectione †,& hoc ſiue factum ſit proprium, ſiue alienũ, vt in dict.nu.18.cõmunẽ dicit ipſemet Clarus debet tamen,ſecundum eũ ibi, ſi agatur de facto alieno de quo veriſimiliter non eſt inſtructus,dari maior dilatio ad reſpondendũ, † quã ſi ageretur de facto proprio,& ita vſu obſeruari inquit,mitius tamen,ſecundũ eundẽ Clarum ibi,punitur vtens falſo inſtrumento,quam ille, † qui illud fabricauerit, nam fabricans falſi pœna,vtens verò pœna relegationis punietur,& ibi hanc ex Salicето, in.l.ſi vteris,num.4.C.de fide inſtrum.dicit communem.Imò,& debet inſtrumẽtum iuuari omni interpretatione, † nè falſum iudicetur,ſicut in teſtib' dictum eſt, ita Clarus, vbi ſuprà, num. 36. vt ſic eo vtens excuſetur à falſitate.

Ibi, *Merecian pena de muerte,o otra corporal*, hæc eſt principalis noſtri text. deciſio, & in qua poterat adeſſe dubium an eius pœna,quæ,vt vides, eſt pœna Talionis, hodie eſſet imponẽda tali teſti periuro, cum habeamus de generali conſuetudine introductum, quòd pœna talionis iam non habet regulariter locum, & cum leges Tauri de quibus eſt hæc noſtra dubitatiores decidãt opiniones,ideò in præſenti hæc deciditur, ſcilicet,ꝙ ſi delictum in quo eſt teſtis falſus productus pœna mortis aut † alia corporali plectendum erat, eadem punietur talis teſtis, etiam ſi dictum ſuum nõ ſortiatur effectum. De quo & etiam dubietas aderat, an requi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reretur executio vel non, vt infra vi debimus. Vbi vero pœna corporalis non erat reo imponenda, imponentur tunc tali testi falso pœnæ per leges alias statutæ, de quo in finali dispositione nostræ legis agendum est.

Ibi, *Aueriguandose*, vide quæ diximus supra, in gloss. reprouare.

51 Ibi, *Le sea dada la misma pena*, desumpta fuit, ex cap. 19. Deutero † vbi dicitur, si steterit testis mendax contra hominem accusans eum prævaricationis, stabunt ambo, quorum est causa ante Dominum in conspectu Sacerdotum, & iudicum, qui fuerint in diebus illis, cũque diligentissime perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audiant facere, non miserearis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Et Danielis, cap. 13. idem in falsos testes contra Beatã Susannam factum fuit. Et probatur ex. l. 1. ff. ad l. Corne. de sicar. in. §. præterea, ibi qui vè falsum testimonium dolo malo dixit, tex. etiam in. l. 1. & in l. lege Cornelia. §. pœna legis, & in. l. eos. ff. ad l. Cor. de fals. tex. in. l. 26. tit. 11. p. 3. tex. in. l. 11. tit. 8. p. 7. Bal. & Salic. in. l. 2. C. de rebus cred. Bal. in. l. presbyteri col. 2. C. de Epis. & cler. & in. c. 1. §. iniuria, in fine, de pace ten. & iur. fir. in vsi. feud. & alij plures relati per Coua. in. c. quanuis pactum. 1. p. §. 7. nu. 6. vbi legẽ nostram ad hoc allegat, & Siman. de Inst. Catho. tit. u. 64. nu. 90. & Auend. dict. c. 27. præto. nu. 21. lib. 2. & ita practicari inquit Gregorius, in d. l. 26. in glo. 2. & per hoc fuisse quendã decapitatum in ciuitate Perusij, testatur Anton. Gom. in præsenti sub. l. 83. Taur. nu. 7. & tradit Dida. Per. in. l. 1. titul. 6. lib. 8. Ordina pagin. 188. colum. 1. & ita Senatum fecisse sulpendi quendam testatur Iuli. Clarus, in. 6. §. falsum, nume. 5. & hoc etiam vidimus iam in nostro Regno, ratioque id suadet, vt quis in eo in quo peccauit puniatur, † cap. cum olim, & ibi glo. pen. de offi. dele. c. an sit, de appe. c. prouida, de elect. in. 6. l. ex facto, §. Iulianus. ff. de vulga. in Auth. de statut. contra lib. eccles. §. omnes, ibi vt in eo puniantur in quo deliquerunt, gloss. in. §. item surdus, Instit. qui non est per. fa. tes. & pro istis est etiã tex. in cap. satis hinc apparet. 33. quæst. 5. ibi in alijs autem causis, eum, qui testimonio falso cuiq; nocuerit, quòd si probaretur, iussit occidi, eadẽ plecti iubetur pœna, qua fuerat, si verũ esset, ipse plectẽdus, & alias gl. & doctores, allegat ad hoc Didac. Per. in dict. pag. 188. colu. 2. vbi inquit, iure Lusitaniæ pœna mortis puniri talem testem, & ex lege Fracorum nouissime statutũ est, quòd testis falsus, siue sit causa criminalis, siue ciuilis puniatur eadẽ pœna, qua puniretur ille contra quem deposuit, si verum deposuisset, vt testatur Auend. in dict. num. 21. ex legẽ tamen nostra in criminali causa, inquit ibi ipse Auend. punitur eadẽ pœna corporali, qua puniẽdus esset ipse accusatus si verũ testis diceret, in alijs autem causis ciuilibus, vel criminalibus vbi corporalis pœna non est imponenda pœnis aliarum legum punitur. Quæquidem principalis dispositio nostri text. procedit & ampliatur primo ex eadem. l. nostra, vt procedat etiamsi pœna † non sit executa contra illum cõtra quẽ testis hic falso deposuit, quandoquidem per eum non stetit, de quo multi ex doctoribus antiquis dubitabant, & ex. l. 26. tit. 11. part. 3. ibi, *Si por su testimonio mẽtiroso fue alguno muerto, o lisiado, que reciba*

52

reciba el mismo otra tal pena, quòd tamẽ, ex. l. nostra ampliatur, vt & idem sit &si pœna non sit imposita illi reo, & in hoc nimis necessariam fuisse legẽ nostrã testatur Auend. d. c. 27. præto. nu. 21. versi. & nimis, & tenẽt omnes maximè Ant. Go. n. 7. in. d. l. 83. Taur. vbi Gomez Arias. nu. 8. id confirmat aliquibus medijs, & Did. Per. in d. pa. 188. col. 1. & erat Baldi, in. l. 2. C. de ijs qui latro. occulta. Ita vt iam in hoc nulla sit dubitandi occasio. Et sic sufficit porentia & actus deductus ad actum proximum licet effectus non fuerit perfectus, nam testis ex sua parte cõsũmauit crimẽ, & in ijs atrocioribus hoc sufficit, etiam quoad pœnã ordinariam, iuxta notata in. l. siquis non dicam rapere. C. de Epis. & cleri. & est elegans text. in l. 7. titu. 8. par. 7. & melior. l. 2. titu. 31. ea. part. 7. & facit text. in l. 1. titu. 7 part. 7. vbi probatur quòd instruẽs † testem vt falsum deponat, punitur, siue deposuerit, siue non, & de pœna talis instruẽtis, vide. l. fin. infra isto titu. vbi & in qua causa puniatur. Et quibus elicitur alia & secunda ampliatio scilicet, quòd procedat lex nostra siuè testis hic † iuratus deponat siue non, nã testis non iuratus deponens in iudicio falsum, ita punitur, sicut si iuramẽtum intercederet secundum Bar. in. l. si quis legatum, nu. 3. & sequentib. ff. de fals. & est communis opinio teste Alexan. in. l. edi. §. cum autem, nu. 6. ff. de edendo, Curti. Senior in tract. de testibus, conclus. 15. num. 34. quos refert Clarus, in dict. §. falsum, nu. 11. licet enim, secundũ eundẽ Clarũ ibi, testis non iuret, non tamen ob hoc dicitur eius depositio esse sine forma, vt declarat Bart. ibi, & ideò & meritò est puniendus, quia per testem non stetit, vt inquit lex nostra, & sic hanc opinionem pluribus fundamentis hinc inde adductis tenet in

53

54

55 nõ puniatur de falso †, tenuerunt Bal. Ang. & Sali. in. l. 1. C. de sepul. violat. Lanfran. in. c. quoniã cõtra falsam, in verbo testium depositiones, colu. 19. versi. solet in testium numero dubitari, de proba. & Ang. Aret. de malefi. in parte falsario col. 4. in paruis, idẽ Bal. in. l. iusiurandum, in fin. C. de testi. & hãc videtur meo iudicio tenere Pal. Rub. in. l. 83. Tau. in fi. & Castil. ibi nu. 15. dũ remanent referendo Baldi doctrinã, & hanc videtur tenere Auẽd. d. c. 27. præto. nu. 22. versi. infertur secundo, lib. 2. vbi q; quando testis nul-

56 liter † deposuit, non punitur de falso pœna ordinaria, sed extraordinaria, & cũ hac secunda opinione licet primã dicat de iure cõmuni veriorem Gomez Arias, vbi sup. remansit ibidẽ ipse Gomez Arias, in versic. hęcque vltima pars, ex iure nostro Regio scilicet ex. l. 3. titu. 12. lib. 4. fori, vbi Montal. ex ipsamet lege ita tenet, & inter has contrarias opiniones multum operabitur hæc lex fori, præsertim vbi eius vsus probaretur. Item quia si non est nocibilis, neque potest esse quia non iurauit, & testi non iurato non creditur, ex. l. iurisiurandi, C. de testi. nimirũ quòd talis testis nõ puniatur pœna ordinaria de falso, sed extraordinaria, si ob hoc, q; nõ fuit iuratus fuit reus absolutus, vt voluit Clarus, in d. n. 11. Itẽ nõ puniret de falso si nõ in figurã iudicij sed extra iudiciũ cor̃ tabellione testis nõ iurat' falsũ

57 deponeret, † secũd. Bal. in. d. l. si quis legatũ, versi. iuxta hoc quęro. ff. de falsis, & Casti. & Gom. Arias vbi sup. sicut & non teneretur si in totũ iudicium vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 depoſuit, eſſet nullũ, † vt per Gomez Arias, ibidem, vel ſi deponeret in priuata cedula vt poneretur in actis cauſæ & ſic factũ eſt, ſecundũ Maria. Soci. vbi ſup. nu. 89. vbi idẽ dicit, ſi neminem lædere voluit, † ſecus ſi dolo ſẽ id fecit, nam tunc puniretur eadẽ pœna, vt ibi per Soci. & tandẽ ibi nu. 93. cũ ſequẽt. dicit iſtam eſſe quæſtionem dubiã, & concordia† eam cõponit diſtinguendo, quòd aut nos loquimur de iure antiquo ante. l. iuris iurãdi, & hoc caſu procedat prima opinio, aut loquimur de iure nouo poſt d. l. iuris iurãdi, & tũc aut eſt talis perſona, cuius teſtimoniũ debet valere ſine iuramẽto, & hoc caſu etiã procedet dicta prima opinio: aut nõ eſt talis perſona cuius teſtimoniũ formaliter nõ valeat ſine iuramẽto, prout eſt regulariter hodie, & tunc ſi partes remiſerũt iuramentũ, procedet etiã prima opinio, ſed ſi nõ remiſerũt, ſed fuit omiſſum, in hoc caſu, inquit ibi Soci. nu. 95. poſſe attentari, quòd nõ puniatur tanquã falſarius teſtis pœna legis Corneliæ, quia cum dicta. l. iuris iurãdi pro ſubſtantiali formali requirãt iuramentũ, ergo defectus iuramẽti, qui eſt in euidenti ex toto facit deficere ipſum teſtimoniũ, & per conſequens tanquã falſus teſtis non debet puniri, & ita hac cõcordia componit ibi opiniones has Maria. Socin. qui tandẽ in nu. 100. reliquit cogitandũ vt rem dubiam. Et ego in tali dubio adhærerẽ

61 vtiq; mitiori huic ſecũdæ opinioni, † quòd teſtis non iuratus nõ puniatur de falſo pœna ordinaria, ſi falſum depoſuit & ibi nu. 100. cum ſeq. declarat ipſe Soci. quid erit ſi deponit extra articulum. Sed an punietur extraordinarie, Mari. Soci. vbi ſup. nu. 96. inquit quòd ſi dãnificare poteſt partẽ, quòd quãdo ſit dixit ipſe, in. c. cũ olim eſſemus, de priuileg. tunc vtique licet nõ poſſet puniri tanquã falſus teſtis, puniretur tamẽ in genere de falſo: arbitrarie tamẽ crederem tũc puniendũ, & nullo modo ſi partẽ non potuit dãnificare ſuo dicto non iurato. Tertio ampliatur noſtra lex vt procedat etiã ſi vnus tantũ ſit teſtis, vt in hac lege in gl. 1. aut. 2. dictũ remanet. Quarto

62 ampliatur, vt nõ ſolũ ad petitionem partis, verum etiã iudex ex officio, † cũ loco partis ſuccedat, & nẽ delicta remanent impunita, poterit procedere, & punire talem teſtem, præſertim cũ hæc ſit pœna vniformis, quæ nec augeri, nec minui poteſt periudicem, niſi ipſe vellet pati in ſuã perſonã pœnam, quam omiſit † imponere

63 teſti falſo. l. ſeruus. C. ad. l. Iuli. de vi publi. commendata à Romano, ſing. 77. & cum à lege noſtra ſit ſtatuta pœna contra hunc falſum teſtem iudex ab ea recedere non poteſt, & ſic ex officio poterit ad eius executionem procedere, vt in noſtris terminis tenet Didac. Perez. in dict. l. 1. titul. 6. lib. 8. & Ordinam. pagin. 188. col. 2. Ampliatur quinto, vt & contra

64 quemlibet teſtem etiam nobilem † poſsit imponi legis noſtræ pœna, neque erit iugulandus etiam ſi ſit nobilis, ſecundum gloſſ. torquentur. in. l. deſertorem. §. 1. ff. de re milit. argum. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœnis, vbi aliter liberæ perſonæ aliter ignobiles ſunt puniendi, ſed per falſum periuriumque nobilis amittit dignitatem, & præeminentiam, ſecundum Auenda. dict. cap. 27. præto. num. 6. lib. 2. & nos alibi diximus in l. b. 6. ſup. eo. igitur puniri debet, ſicut ignobilis puniretur, prout in noſtris terminis tenet Dida. Perez, vbi ſuprà. Sexto ampliatur noſtra lex vt procedat etiã in teſte, qui contrariũ depoſuit in cau-

65 ſa hæreſis, etiam † ſi pœniteat, quia non punitur de crimine hæreſis, ſed de crimine falſi, ideò pœnitentia non habet locum, ita Anton. Gom. l. 83. Tauri, num. 8. & Rojas, de hæreti. 2. part. aſſertione. 8. nu. 159. cũ ſequentib. & Simancas, de Inſti. Cath. tit. 64. de teſtibus, nu. 98. vbi nu. 99. inquit,

66 mitius cum tali teſte agendũ, † quiſe ipſum detulit, & præſertim ſi alios etiã eiuſdem coniurationis indicauerit. Imo & inquit ibidem nu. 95. ipſemet Simanc. quòd ſi teſtis hic falſus in cauſa hæreſis ſuo falſo teſtimonio parum

67 nocuit, † extra ordinem puniatur, & n. 94. dixit etiã ipſe Sima. quòd falſus teſtis in probatione obiectionũ alijs teſtibus impoſitarum extraordinaria

68 pœna † & coertione nõ verò ordinaria eſſe coercẽdos, & n. 100. inquit, ꝙ eadem pœna talionis punitur ille qui

69 precio aut precibus teſtẽ † corrupit vt falſum diceret teſtimoniũ. Et in. n. 66 quæſiuit an filij & nepotes teſtis falſi in cauſa hæreſis macula patris, vel aui

70 huius † coerceãtur, & determinat ꝙ nõ cũ vt dictũ eſt; nõ de hæreſi ſed de falſo coerceãt, neq; ęque delinquit falſus teſtis, qui vni nocere voluit, atq; hæreticus impius Chriſtianæ reip. hoſtis peſtifer, & exitioſus, & ſic inquit nuſquã aliud vſum neq; receptum in hoc. Septimo ampliatur nra cõcluſio,

71 in teſte deponente † falſum in cauſa adulterij, prout tenet Ant. Go. vbi ſu. n. 9. & eo relato Did. Per. in d. pa. 188. co. 1. has duas ampliationes ſequens, & ita in Chancellaria Pinciana poſt cauſę remiſsionẽ fuiſſe deciſum, teſtatur Salaz. in tract. de vſu. & cõſu. c. 5. col. pen. vbi tamẽ ipſe inquit & nõ immeritò ſibi videri rem aſperam, nã ſi adulter erat tradendus marito, cur & non tradetur teſtis falſus reo de adulterio accuſato? Sed magna eſt authoritas Chancellariæ. Octauo ampliatur vt procedat noſtra lex non

72 ſolum † quando agitur contra reum præſentem, ſed etiam contra abſentem, cum poſsit in abſentia condemnari corporaliter ex diſpoſitione. l. 3. Azeuedo ſuper. 8.

tit. 10. lib. 4. ſupra ita Auẽd. d. c. 27 prę to. n. 22. in princ. lib. 2. Nono ampliatur ex dictis per eund. Auen. in eo. n. 22. verſi. infertur ex eadẽ ratione, ꝙ ſi poſtquam teſtis falſe depoſuit contra aliquẽ & fuit cõdemnatus veniã impetrauit à Rege & ſic condemnatio nõ fuit cõtra ipſum reũ executa, quia remiſſa per Regẽ, nihilominus tamẽ ſi teſtimonium fuiſſe falſum detegitur, quia poſſet illa pœna imponi niſi rex remiſiſſet eam, cuius regis voluntas impoſsibilis reputatur; tamen dictus teſtis ordinaria & illa eadem pœ

73 na † ſupplicij punietur, qua reus fuit condemnatus non obſtante dicta remiſsione, & dicit Auend. ita notabiliter tenere Ang. in l. ſi. C. de accuſa. & quòd per hoc elegãtiſsimè illuminatur intellectus noſtræ legis, & licet doctrina Auend. ex ſupra dictis inferatur, ego tamen non inuenio Angel. per eum allegatum hõc aſſerere. Decimo ampliatur lex noſtra vt procedat in conſulente, & mandante te

74 ſtem † iurare falſum, ex. l. 3. titu. *De los falſarios*, lib. 4 fori, vbi not. Mõtal. & facit. l. 1. titul. 7. partit. 7. imponens pœnam cãdem corrumpenti teſtem, vt dicat falſum, vel nè dicat in cauſa teſtimonium, vt in hac diximus lege.

75 Contrarium † tamen tenet Auen. vbi ſup. n. 24 in princ. eo quòd lex noſtra tantũ loquitur in teſte, & ſic non in alio eſt intelligenda, præſertim cũ ex l. ſi. infra iſto titu. & lib. diſponatur de inſtruẽte teſtem falſum dicere teſtimoniũ, quaſi ex diſpoſitione illa verificetur legẽ noſtrã in inſtruente nõ loqui, cum ſi loqueretur ſuperflua eſſet diſpoſitio illius. l. ſi. & conſequenter nõ in alio quã in teſte legẽ noſtrã locutã fuiſſe, vt inquit Auendan. vbi ſupra, neque eſt cenſendum quo ad alias perſonas legem noſtram leges alias corrigere de alijs loquentes. Vn decimo ampliatur noſtra lex & eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

principalis conclusio, quòd etiam si testis falsus manifestet falsum dixisse
76 taliter † quod per eius manifestationem pars illæsa remanserit, adhuc puniatur, ex l. qui ea mẽte. ff. de furt. vbi Bar. inquit, quòd licet delictum possit reduci per pœnitentiam in pristinum statum, si tamẽ ex illo ab origine oriebatur actio ad pœnam, non admittitur pœnitentia, à qua non stetit per eum a principio, vt inquit lex nostra, præsertim cum ex solo suo dicto non vitietur eius testimonium, nihilominus tamẽ in hoc casu Gomez Arias l. 81. Taur, nu. 8. in medio, tenet, quòd
77 non punietur pœna ordinaria, † si testis hic ita doceret de falsitate, quòd eius dictum vitiaretur, eò quòd tunc iam stetit per eum nolentem falsum testimonium occultare, & præbendo probationem, per quam cum sua confessione constare possit de falsitate, ita Gomez Arias, vbi supra qui & in num. 9. sequente inquit, quòd si dictũ testis haberet formam, vt quia in figura iudicij dictum fuit, licet alias esset
78 inualidum puniretur, † de quo & in hac diximus glo. & post hæc scripta vid. Salazar, de vsu & consu. cap. 5. n. 29. versic. ideò est, dicentem hunc testem pœnitentem pœna extraordinaria puniendum, non verò ordinaria, prout in teste super hæresi deponente dixit Siman, in hac glo. ad hoc per me allegatus, duodecimo ampliatur lex nostra etiam in teste tacente veri-
79 tatem, † nam & is ita falsum commit tit, sicut exprimens falsum, vt alibi diximus, & tenet in propositum Gomez Arias vbi supra num. 12. & nu. 13.
80 idem dicit in teste malitiosè obscurè loquente, † vel in studiosè reddente causam non cludentem, nam tenetur falsi sicut in tacente veritatem, quòd tamen ipse Gomez Arias, in eo num. 13. id intelligit, nisi ex simplicitate fue-
81 rit locutus, † sicut plerunque faciunt rustici, qui nesciunt melius reddere causam sui dicti, nam tunc non habet locũ pœna falsi, vt notat. in l. Lucius, vbi est glo. not. ff. de infam. secundũ Bald. in l. presbyteri col. 1. C. de epis. & cleri. quod & ego sublimito nisi rusticus ille sit sagax & astutus, nam tunc idẽ ego de eo iudicatẽ sicut de non rustico vt alibi dictum est, imò probata falsitate non excusat rusticitas, nisi
82 probetur error † secundum Auend. dict. cap. 27. prætor. num. 28. in principio libro. 2. Decimo tertio ampliatur etiam in teste dicente se non recorda-
83 ri, † quòd puniatur de falso quando verisimiliter recordari debebat, ex Bald. in. dict. l. presbyteri, & ex Ias. in. l. præscriptione col. 2. C. si contra ius vel vtil. publi. secus si adesset causa obliuionis, nam tũc secus esset, ita in propositum legis nostræ inquit Gomez Arias vbi supra num. 14. vbi nu. 15. inquit ex Innoc. in cap. qualiter &
84 quando de accusa. quòd testis † debet magis recordari de personis quam de die, vnde super tempore est multum excusabile dictum testis dicentis se non recordari, nam ob temporis diu-
85 turnitatem præsumitur obliuio, † secundum Luc. de Pen. in. l. 3. col. 4. præsum. 95. C. de apoc. publi. ex cap. lõginquitate. 12. quæst. 2. l. qui in prouincia §. 1. ff. de ritu nupti. & ·1 aut. de trien te & semis. §. illud, & sic inquit Nell⁹, in tract. de testi. n. 226. iustam esset testis excusationẽ dicentis se de aliqua
86 re non recordari ob id, quod † passus est infirmitatem, quia sentit memoriam sibi fuisse debilitatam, credique testi dicenti, quòd ob lapsum tẽporis memoria non teneat aliqua verba formalia, quæ ab aliquo iam audiuit, præsumiturque obliuio ex facto antiquo, & intricato, vt per Menoch. de arbit. casu. 308. num. fin. qui in lib. 2. casu. 26. tangit quanto tẽpore inducatur obliuio, & in lib. 6. de præ

præsumptio. præsump. 32. & late Mascar. in 3. tomo de probat. præsump. 1122. Ex quibus declaranda est doctri
87 na † Bart. in. l. filio, in princip. ff. de adim. lega. dicentis, hominem præsumi hodie scire quod anteà sciuit, nã procedit si est de recenti, & fuit factũ notabile, secus si trãsiuit tempus, vel habuit infirmitatem grauem, vel est super negotio intricato, quæ notabis vt scias excusare testẽ. Decimoquarto ampliatur lex nostra in teste accipiente pecuniam vt testimonium †
88 dicat etiam verum, vt dictum iam est & tenet Gomez Arias, vbi suprà, nu. 16. vbi secus dicit in teste precibus corrupto, de quo & in hac diximus lege: sed si testis hic dixit verum nõ vtique punirem eum pœna nostræ legis, sed alia de falso ex. l. 1. titu. 7. parti. 7. & quia cessat in eo ratio nostræ legis. Quæquidem cõclusio sic amplia ta limitatur primo, vt non procedat si desijt dolus in teste, nam requiri-
89 tur dolus vt de periurio puniatur, † vt in hac dictum est lege, vbi & diximus an præsumatur quòd scienter & dolosè dixerit, ita limitat Gomez Arias, vbi supra, num. 17. & Auend. cap. 27. prætor. num. 22. versi. infertur & sexto, neque sufficeret lata culpa, secundum eum ibi. Secundo limitatur
90 nisi testis nulliter deposuerit, † nam tunc extraordinarie punitur, secundum Auend. dict. num. 22. versi. infertur secundo, de quo iam remanet dictum in hac lege. Tertio limitatur vt non procedat quoties ex falso testi-
91 monio † nemo lædituꝛ, aut non potest lædi persona, sed filcus cõtra quẽ testis deposuit, & sic tunc extraordinarie punietur, secundum Auend. in eo. num. 22. versic. infertur tertio vbi ad hoc allegat Hippol. & alios. Quarto limitatur, vt non procedat lex nostra si testis deponit super negatiua,
92 vel delicto denocte cõmisso † vbi nõ erat lux, vt in hac diximus glo. Quinto limitatur vt non procedat si testis non super principali, sed super accessorijs & non substantialibus falsum
93 dicat, † secundum Auend. vbi suprà, nu. 27. versi. item nota, & in hac etiã diximus glossa. Et notãdum cum eodem Auend. in dict. cap. 27. num. 29. versi. sed ad imponendas, & processus
94 factus contra producentem † falsos testes, & sententia lata contra eum non præiudicat ipsis testibus, neque ècontra, sed iudex singulatim debet facere processum vnum contra testes, & alium contra producentem eos, vel saltim vnum processum contra ambos ipsos in simul.

Ibi, *Caso que en aquellos, contra quien depuso no se executo*, determinat quæstionẽ altercatã à doctoribus an exe cutio condemnationis requireretur illius, contra quem deposuit talis testis falsum, de quo in gloss. præceden te dictum est.

Ibi, *En todos los delictos de qualquier calidad*, supple in quibus pœna mortis, vel alia corporalis erat imponẽda accusato, si verum foret dictum falsi testis, vt in præcedentibus verbis legis nostræ disposuit legislator & præsup posuit, & corroboratur ex sæpe dicta à nobis doctrina gloss. in. l. si man cipia. C. de seruis fugi. dicentis, quòd quando vnum disponit lex, & alterũ præsupponit, vt habeat locum dispositũ, debet verificari præsuppositum hic tamen lex nostra præposuit quòd deberet esse delictum vbi mors vel pœna corporalis erat imponenda, ergo licet disponat in ijs verbis, vt procedat in omnibus delictis cuiuscunque qualitatis, debet intelligi cum præsuppositio illo, quòd in eis mors vel pœna corporalis erat imponenda, & ex sequentibus verbis etiam id probatur.

Ibi, *En las otras causas criminales y ci-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiles,hic ponitur secunda, & finalis disposítio nostræ legis probans quòd in alijs causis criminalibus vbi pœna corporalis non est imponenda,vel in ciuilibus pœnæ dandæ falsis testibus non erit eadem, quæ ipsi reo erat imponẽda si verum testis diceret,sed imponentur pœnæ per alias leges dispositæ:& notãda sunt coniuncti ua verba,*Criminales y ciuiles*,vt intelligamus, quòd iũgit crimınalia cum ciuilibus, ad denotandum quod istæ causæ criminales de quibus hic debent esse sicut ciuiles,ita vt in eis pœna corporalis non sit imponenda, & tunc testis falsus pœna falsi punitur,vt in.l.1.§.1. & ibi Bar.& Hippol. ff. ad.l. Corn.de fals.&.l.1.titu.7.partit.7.quę sic debet intelligi in ijs causis, nè per nostram
95 corrigatur,& pœna falsi † est deportatio cum publicatione omnium bonorum,vt per Clarum. §. falsum, nu. 5.&.31.vbi inquit quòd hæc pœna nõ est in vsu neque imponitur alicui de
96 cõ suetudine,quia hodie nõ ↑vtimur dèportationibus,& hoc erat in libero homine,in seruo autem pœna mortis,vt.l.1.§.fin.ff.ad.l.Cor.de falsi.& in §.lex Cornelia,inst.de pub.iud.l.1.versic.*E aun la faze*,iuncta.l.6.tit.7. part. 7. tradit Marian.Socin.in.cap.1. de crimin.fal.num.108.&.109. & cum non sit in vsu deportatio falsi pœna erit ar
97 bitraria† iudic.vt inquit Clarus dict. num.31.& Anto. Gom. in.l.83.Tauri num.13.& glo.in dict.l.6.&.consequẽter erit etiam arbitraria in teste falso in causa ciuili, vel in criminali, vbi nõ est pœna corporalis imponenda, Sed
98 in nostro Regno †ex.l.3.tit.de las falsedades lib. 4. fori imponenda est in hoc casu tali testi falso pœna quintationis dentium,secundum vnam literam,& secundum aliam extractionis omnium dentium,sed illam,*De quintar los dientes*,verior litera videtur,& sic legem hanc fori praxi admissam esse inquit Couar.in cap.quamuis pactum.1.part.§.7.infine, & sic etiã hodie in hac finali nostri text.dispositio ne hæc quintationis dentium pœna imponetur,& itidem condemnabitur in interesse partis cõtra quã falso deposuit,secundum Auend.dict.cap. 27.num.23.in princ. inquit tamen ibi ipse Auend.quod ipse non practicaret hanc legẽ fori, nisi in casu in quo ore proprio testis falsum fateretur, non verò si tantum testibus sit de falso cõuictus,quòd contra ius mihi videtur, cum ex dicta.l. fori hæc differẽtia de sumi non posit,ego tamen nũquam vidi hanc legem fori practicari,sed attenta qualitate testis,& causæ imponitur pœna,sed vbi lex hæc fori vsitata foret,vtiquè seruanda erit,& tunc ex l.6.infra isto titu.&.lib. pœna hæc dentium huic falso testi in causis ciuilibus imponenda debet commutari in pœnam verecundiæ publicæ & triremium per decem annos,vbi verò causa esset criminalis inqua tamen eademmet pœna non erat imponenda testi falso,in ea vltra verecundiam publicam in triremes perpetuas erit condemnandus, ex dict.l.6. vbi hoc ostẽditur ad inducẽtes testem falsum dicere testimonium, si inductor sit talis qualitatis vt ad tiremes posit cõdemnari. Et huic nostræ conclusioni huius partis finalis nostræ legis possunt adaptari etiam ampliationes & limitationes ad conclusionem præcedentem assignatas, & an si quis pro
99 duxit plures † falsos testes, vel testes plures falsum deposuerunt sint con
12 demnãdi pluribus falsi testis pœnis, tradit nouissime,Salazar,in dict.tract. de vsu.& consu.cap.6.num.15. &.16. ad quem & ad cotas quas allegat te remitto,nimis enim prolongauimus legis nostræ commentationem.

SVM-

SVMMARIA.

Monetam falsare graue, & enorme crimen num.1.
Falsificans etiam monetam suæ ciuitatis crimen læsæ Maiestatis committit.nu.2.
Falsæ monetæ crimen est de reseruatis Principi nume.3.
Moneta falsa dicitur etiam adulterina. nu. 4.& sic eam faciens dicitur etiã adulter solidorum & nummorum,num.5.
Monetam facere in pondere iusto & vero an liceat.num.6.
Monetæ perfectio in tribus consistit num. 7. & num.8.quòd tribus etiam modis sit in ea falsitas.
Moneta falsa quid sit num.9.
Monetam cudendi ius ad solam Principem spectat.n.10.
Nummi falsi censendi sunt qui nõ fuerint Regia authoritate percussi num.11.
Pœna aleuosi vltra alia est amissio medietatis bonorum num.12.
Falsum modis multis committitur circa monetam num.13.& num. 14.cum pluribus sequent.modi ij expenduntur & eorum pœnæ,& num.34.vsque ad.46.
Pœnæ fabricantis falsam monetam describũtur num.14.vsque ad.25.vbi nume.18. de socijs & præstantibus auxilium.
Domus vbi cuditur falsa moneta destruitur etiam si dominus eius sit ignorans nu.19. &.20.nisi domus sit mulieris viduæ, vel minoris num.21.
Falsificans monetam ciuitatis vel alterius, qui non sit Rex quando puniatur numer. 23.&.24.
Monetam reprobatam & minime expendibilem fabricans an excusetur à pœna ordinaria num.25.
Monetam nondum perficiens sed tentans facere an puniatur ordinaria pœna num.26. &.27. 1
Monetam cudens sub nomine & forma alterius Principis quam sui,an ordinaria pœna puniatur num.28.&.29.
Monetam falsam faciens si minor est & impubes an excusetur ab ordinaria pœna nu. 30.&.31.quid si est doli capax. 2
Monetam vilissimi valoris cudens an excusetur à pœna ordinaria num.32.
Monetam dictam cudens si pauper est an excusetur à pœna ordinaria.num.33.
Falsitas in moneta committitur adulterando eam num.34.vbi.num.35.quid in tingente eam.
Falsitas in moneta committitur radendo,vel tondendo eam num.36.37.&.38. & nu. 39.quid si totondit quis monetam excedentem iustum valorem & nu.40.& nu.41. quid siludendo cum ea minuta est, & numero.42. quid si in paruo valore minuatur.
Monetam falsam expendes punitur, eadem pœna fabricantis nu.43.&.44. ampliatur siue sit plumbea, vel stannea. & nu. 45.quid est de iure regio, & ibi limitatur nisi ignoranter expendat,& nume. 46. an probetur iuramento ignorantia.nu.47. prosequitur.
Monetas falsas ære contaminatas habensludendi causa non punitur num.48.
Monetam veterem expulsam à regno expendens an puniatur,si alias falsa nõ erat numero.49.
Monetas veteres & exteras potest princeps reprobare.num.50.
Conscius huius criminis non denuntians monetarium an puniatur num.51.
Monetam falsam hosti mutuans an puniatur num.52.
Monetam dans pro ære an puniatur,& quid si auream vitiet.nu. 53.

Lex Quinta.

Summarium.

Cudens falsam monetam, vel mandans aut cõsulens vt fiat,quia aleuosus est punitur in amissione medietatis bonorum Regio fisco applicandorum.

TItI, *Que fabricare*, quod est enorme & graue crimen & læsæ Maiestatis,† iuxta l.2.C.de fal.mone.& in. l. 9.ibi,*Faze muy gran falsedad*,tit. 7. part. 7.melior.l.1.in fin.tit.2.par. 7.optimè Salic.in dict.l.2.vbi Bald.inquit.quòd non tantum falsificãs monetam Principis sed etiam monetam † ciuitatis suæ incidit in crimen læsæ Maiestatis,idem tenent Gigas, & alij relati

& secu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

&secuti per Decian .in.2. tomo de delict.lib.7.capit.23.nume.1 .&sic im propriè in.l.nostra dicitur & vocatur :Deuosus,cum deberet dici proditor & sic traydor,qui propriè est ille, qui committit crimen læsæ Maiestatis, vt in propositum nostræ legis cõsiderat Didac.Perez in.l.4.tit.6.lib.8.ord. pagin.192.colum.2.& sic hoc crimen semper atrocissimum est habitum,vt optimè prosequitur Decia. vbi suprà,
3 cap.24.num.1.cum sequentibus, vbi num.5.inquit ex hoc,ꝙ istud crimẽ † est de reseruatis Principi siuè de excepti,quia Deum homines & principes deludit & offendit, vt tradunt omnes in.c.1.versic.monet,quæ sint regal.in vsi feu.& in.c .quãto,de iure iur.& in.l.2.&. fin. C.de fal. mon. & multa sunt in eo specialia, quæ refert Decian.vbi suprà & Montalu.in.l.20. tieu.4.part.7.

Ibi, *Falsa moneda*, quæ etiam latinè
4 dicitur † adulterina.l.1. C.de falsa moneta,quæ sumpta est ex.l.2. C. Theodos. & in.l.2.C.ex qui caus. ser.pro præm.lib accipi.& in.l.lege.in prin.ff. a l.l.Cornel.de fals.& in.l.sacrilegij.§.
5 Tulli.lib.3.offi.&Plini.lib.33.c.9.sic& qui falsam monetã facit dicitur adulter solidorũ & nũmorũ.l.2.C.eo. Tul li. vbi sup si sapiens (inquit) nummos adulterinos acceperit imprudẽs pro bonis: est enim adultera arte aliqua quidpiam pro vero assimilare, & rem sinceram corrumpere,Græci autem falsi nummi, aut falsa numismata dicuntur, paratipa, & paracharagmata,& ipsi,qui cudunt falsos nummos paracharactæ vocantur, ita Couar.de numis mate.c.8.num.2. à quo licet corruptè eum allegãdo desumpsit Decianus,in dict.lib. 7.de delict. tom.2.cap.23.nu.5. vbi inquit, quòd falsa appellatur etiam,vt hic vides,& in.l.vix certis.C.de iudic. & in. l. qui falsam.ff.de fals.& in rubric. C. de fal. mon. & falsa etiam dicitur respectu ponderis,vt probatur in cap.quanto de iure iuran.vbi Iuan.And. Hosti. & Bald.hoc notant,reprobi etiam dicũ tur nummi,in.l.elegãter,§. qui reprobos.ff.de pigno. acti.ærosa etiam pecunia appellatur,quæ plus æris habet, quam argenti.l.cum creditor.ff. de solutio.Argentosum etian aurum dicebatur,quòd plus Argẽti habebat quã par esset,vt legitur apud Plinium lib. 33.& tanta fuit apud Romanos circa
6 moneram diligentia,vt illi etiam dẽ præsidentem facerent, nempe Iunonẽ monetæ Deam, quæ grauiter animaduerteret in eos,qui aliquid fraudis in moneta admitterent,& hac ratione doctissimi grammaticorum cẽ fuerunt,monetam dici,quæ moneat, nè quid fraudis in moneta fiat, vt refert,Corras. lib.3.miscellan.cap.13.n. 3.apud nullum tamẽ grammaticum inquit Decianus,in dict.cap.23.n.7. id se legisse, sed id ex Augusti. refert Didac.Perez in.l.4.titu.6.libro.8.ord. pag.192.col.1. sed cum text.noster & similes loquantur de falsa moneta licebit nè si iusta in aureo, argento vè vel ære,& in iusto pondere moneta fiat,fieri per † quemcũque sine pœna, etiã si absque publica authoritate facta sit,& videbatur quòd sic, quia cũ iura loquãtur per verbũ, *Falsa moneda*, vbi deficit hoc suppositum, quia nõ videtur falsa, quandoquidem habet perfectionem in requisitis monetæ, habet enim materiam iustam, habet itidem formam,habet etiam & pondus,quæ tria requirũtur ad perfectionem monetæ,vt probatur in.l.1. C. de vete. num.pen.lib.11.& ibi Lucas de Pen.ergo cui non conueniunt verba legis neque eius dispositio locum habet, cõtrarium tamen est omnino tenendum tam in iudicando quam in consulendo,imò quòd in hac quæstione

stione puniatur priuatus quilibet sine authoritate Regis, vel illius, qui concedere potest faciens monetam boni auri & iusti ponderis,& cum Regis effigie,& armis, sicut qui ex falso metallo faceret,& pœna ordinaria sit puniendus,vt tenet glo.obnoxij in.l. 2.C.de fal.mon.cum qua Doct. benè transeunt,& tenent Bart.in.l. qui falsam nu.66. ff. de fal.& Alex.& Afflict. Relati & secuti per Didac.Per.vbi supra pag.192.in fin.& Decian in dict.2. tom.lib.7.cap.23.num. 26. & optimè Menochi. de Arbit.casu.310.num.15. cũ 3.sequent. cõtra Hippol.in dict.l. qui falsam,dicentem, hunc pœna extraordinaria puniẽdum, non verò ordinaria,& maledicit, nam ordinaria
7 est puniẽdus, sicut enim monetæ perfectio cõsistit in dictis tribus, † in materia scilicet,põdere,& forma,ita eius
8 vitiatio violatio ac falsitas tribus † modis committi potest,videlicet in materia,forma,& pondere, vt per Curt. post Bald.ibi relatum,in tract. de moneta num.20. Afflictis in capi.1.verbo monetæ, quæ sint Rega.nu.5.& in.13. & in constit.Neapoli.adulterinam.n. 5.Bal.cons.376.volu.3. Cuman. cons. 139.num.5.in fin.quòd materia consideratur quoad valorẽ, forma quoad authoritatem,& hanc vocat causam efficientẽ Bald.vbi suprà pondus quò ad vsum & consequenter tribus modis falsum in moneta cõmittitur, materiam corrumpẽdo, authoritate, seu signo abutendo,& põdus minuendo, vt habetur in glos.patrio in dict.cap. quanto,de iure iur.cum igitur in nostra quæstione peccet in moneta in forma,quia non est constitura authoritate illius,qui cudere eam potest, vel id mandare, merito falsæ monetæ crimẽ incurritur: ex quo diffinitur in nostra materia falsa moneta hoc modo scilicet,quòd falsa moneta est illa,quæ ceditur ab eo, qui non habet publicam
9 cudendi † authoritatem, vt not. Bart. in dict.l.qui falsam.ff.de fals. & co relato Couar.de vet.coll.a.numisma. cap. 8.nume.1.& Didac. Perez in dict.l.4. tit.6.lib.8.ord. pag.374.col.2.nam (secũdũ eos) authoritas Reip.vel Principis vires tribuit nũmis, vt in.l.1. in prin.ff.de cõst.prin. Arist.lib.5.Ethi.c. 5.&.lib.1.polit.cap.6.qua ratione obtentum est ad Principem & rempu.
10 pertinere † hoc ius cudendi monetã cap.1.& ibi Doct.quæ sint Regal. l.1. titul.1.part.2.& id nulli dubium,& id circo falsi censendi sunt nummi, qui nõ fuerint Regia authoritate percus-
11 si, † ex.l.pen.tit.7.partit.7. vel qui ex adulterina materia fiunt, etiã si facti sint,& signãti ab his,qui huic fabricæ & muneri sunt à Rege præpositi & instituti,sicuti & hi, qui non habẽt formam à lege,vel Principe statutam, & hi qui pondus legitimum non appendunt,ex Bald. in Margarita Innoc. in verbo,moneta, Angel. l. 1. C.de falsa mone.Placea, in.l.1. C.de vet.numis Afflictis,in constitu.Sicil.li. 3. Rubri. 20.col.2.& Tira.de utroque ret.titu.1. §.1.glo.10.num.13.& 14.quæquidem vitia & fraudes circa quodlibet horũ requisitorum materiæ,formę,& ponderis laríssimè & benè plurà in progressu considerãdo declarat Decian. in dict.cap.23.num.10.cum omnibus sequent,quæ quia longum esset referre, omitto ea,nam quoad declarationem nostræ legis ac eius verborum hæc sufficiunt, alitèr enim si omnia essent dicenda scripta de falsa moneta, vnum integrum immitteretur volumen.

Ibi, *Porque es aleue*, melius diceret, porque es traydor, cum vt dixi in hac lege in crimen læsæ mai. incidit fabricator falsæ monetæ, & sic impropriè loquitur hic per verbum, aleue, vt dixi in glo. 1. hic,sic etiã & impropriè in.l.3.suprà isto titu. loquitur per

ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vetbũ aleuoso,cũ & illecrimen proditoris incurrat, vt ibi dixi, sed cum per indirectum videatur proditor, leges hæ per aleue loquuntur.

Ibi, *Pierda la mitad de sus bienes para la nuestra camara.* Hæc est enim vltra alias pœna aleuosi, amissio scilicet
12 medietatis bonorum fisco 4 Regio applicandorum, vt apparet etiam ex l,3.suprà eod.& ex.l.6.10.&.11.titul. 26.infra isto libr. 8.alias verò pœnas vltra Doctores in locis ordinarijs referunt Anto.Gom.in.l.83.Taur.num. 3.4.&.5.& Couar.in dict.ca.8. devet. numis. numer.3. cum sequent & Iuli. Clarus,in pract.crimi.§. falsum num. 37.cumsequent.& Decian.in dict.lib. 7 tomi.2.de delict.c.28.pertotum, & Didac.Perez in dict.l.4.titu.6.libro.8. ordi.& in.l.23,tit.19.eo.lib. & Bernar. Diaz, & eius additio. in pract.crim. Cano.& Meno.de Arbitrar.casu.316. & multa bona de falsa moneta tradit Addit.Bar.in.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.acti. sed breuiter nos ab ijs expediemus colligẽdo ex dictis Doctor. breuiora. Et vt hæc scias, scire debes, quòd multis modis potest quis
13 falsum committere circa monetam† in maiorem explicationẽ dictorum trium iam à nobis relatorũ in quibus committitur hoc crimen. Et primo committitur falsum fabricãdo falsam monetam, secundo adulterãdo eam, tertio diminuendo. quarto illam sic falsificatam vel adulterinam, vel diminutam expendendo. Primo modo 17
14 licet iure digestorum lege † Cornelia de falsis puniebatur fabricator falsæ monetæ ex. l. qui falsam. ff. ad. l. Cornel. de falsi & ex.l.1.§. fi.ff.eo,tit. ita vt si erat liber homo damnabat ad bestias & cõfiscabantur ei' bona, si ser u' vltimo supplicio afficiebatur, & sic apud Athenienses olim deportationis pœna erat, qua quidẽ dicitur mulcta tum fuisse Diogenem Cinicum, qui 18 cum patre Argẽtario monetam adulterauerat, vt est author Diogenes Laertius in illius vita, hodie † verò ex Imperatoris Constãtini sanctionibus pœna est vltimi supplicij, & sic igne concrematur, vt in.l.2.C.de fal.mon. cui non est contraria † .l. 1.§. si verò C. eod.quæ videtur solum pœnam capitis infligere, nã vltra glo.ibi tenco cum Menochio, vbi suprà numero.9. &.10.quòd licet antè declarationem illã Constãtini posset in hoc casu esse dubium an pœna illa capitis esset vltimi supplicij, quia pœna capitis intelligenda erat de perpetuo exilio, iuxta gloss. in.l.1.C. nè christ.manci.& in.l.in criminali, verbo.capitalẽ.C.de iur. om. iud. omnes in.capit.quanto,de iure iuran. quo loco in specie refert Iuan.And. Ioannẽ glossatorem antiquum defendisse Bononiæ quendam qui falsam monetam fabricauerat, nè morte puniretur, post declarationem tamen Constantini nihil est dubitandum quin talis fabricator falsæ monetæ pœna mortis igni cõcrematus puniatur, ex dict.l.2.C.de falsi. moner. Secundũ interpretationẽ, quam dicit cõem Viui us.lib. cõmuniũ opinionũ, verbo monetã falsam Imperatoris,& Couar. in dict. c. 8. n. 3. & Clar. in dict. §. falsum n.37.Anton. Gom.in dict. l.83. Taur. .n.3.omniaq; eius bona publicãtur vt eadem lege constitutum est, & hoc casu dicitur committere, secundum eos crimen læsæ Mai. † & hoc siuè moneta sit aurea, argentea vel æ rea, vt ex. l. 9.titulo.7.partit.7.inquit Didac. Perez in dict.l.4.titu.6.libr.8.ordi.pag.192.colum.2.in medio,& ex lege nostra pœna amissionis bonorum est reducta ad dimidiam bonorũ partem,& nõ amplius, vt per eam tenent Couar.Anton.Gom.& Didac.Perez. vbi suprà & est sine dubio: Imò & socij. & qui præstiterunt auxiliũ † factũ vel consi

consilium principalibus ex dictis iuribus, vt latè per Decianum. vbi sup. c. 25. de præstantibus opem. Imo &
19 eadem † pœna puniuntur, qui domũ propiam vel fundũ ad hoc delictum committendum præstiterunt, & do-
20 mus ipsa vel fundus etiam si sit aliena vel alienus confiscantur, † etiam si Dominus eius sit ignorans, dum tamen sit prope ipsam domũ vel locum vbi fit, & non valde longè, vbi verisimiliter potuit ignorare, & non prouidere, dumtamen sit masculus & maior.14.annorum, secus verò si talis do-
21 mus, vel fundus sit alicuius mulieris viduæ vel minoris † quia tunc non confiscatur, ex textu. in. l.1.C.de fal. mon.&.l.pen.& fin.tit.7.part.7.& l.7. titu.12.libro.4 fori, ita Anto. Gom.& Couar. vbi suprà, vbi inquit hac de re Diuum Hieronymum in vita Antonij eremitæ scribere, huius criminis authores, nè ipso strepitu deprehenderentur, ad eum vsu m in eremis antra sibi parasse vt furtiuæ & falsæmonetæ essent officinæ. In Gallia autem
22 † falsificantes monetã Regis in aqua feruente, seu bulliente suffocantur, secundum Igneum relatum per Clarum, in dict.num.37.& per Meno. vbi suprà num. 13. vbi quid Mediolani in hoc seruetur declarat in nu.14.& nu.
23 15.ampliat etiam si monetam talem† fabricauerit bonæ materiæ & formæ & iusti ponderis, vt in hac lege dictũ remanet. In falsificante verò monetã ciuitatis, vel alterius, qui non sit Imperator, neque Rex in suo Regno, vel principatu, inquit Couar. vbi suprà versic. quòd siquis,& eo relato Iulius Clarus in dict. nu. 37. pœna imponitur capitalis, quam ibidem Clarus, nõ de pœna mortis, sed deportationis, & sic perpetui exilij, intelligendã esse asseruit, ptout omnes Doctores intel
27 ligere testatur,& tenet Decian. vbi suprà dict.c.27.nu.12.& refert Menoc. vbi suprà num.27. qui videtur, in nu. 28 &.29.tenere contra Couar. & sequacium opinionem: sed tandem tandem meo videri eum sequitur, sed limitat eam vt non procedat, in Dominis iura Imperij obtinentibus, & idẽ ego in ciuitatibus idem ius habentibus crederem, vt si eorum monetæ
24 adulterentur in suis dominijs † eadẽ sit pœna sicut in moneta Imperatoris in suo imperio & Regis in suo Regno. Sed quicquid sit, communis videtur tenenda, tũ quia cõmunis, tum etiam quia si dicta limitatio procederet cõmunis de nihilo seruiret, cum Domini temporales recognoscentes superiorem non habeant ius cudendi monetam. Sed si tenueris hãc restrictionem & limitationem erit prima declaratio circa fabricantem falsam monetam. Secundo declaratur vt nõ procedat in eo, qui monetam reprobatã, & minimè expẽdibilem fabricauerit,
25 is enim non punitur pœna mortis, † ità latè respondit Alex. cons. 104. lib. 1. sic declarans statutum Ferrariæ: & sic erit pœna arbitraria, vt cum Couar. & alijs resoluit Menoc. in dict. casu. 316.num.19.cum.3.sequent. & Decianus, vbi suprà cap.27.num.9. & sic secũdum eos pœna punietur arbitraria. Tertio non procedit in eo, qui adhuc
26 non perfecit, sed solum † aliquid egit, vel tentauit, nam is pœna mortis non punietur, sed alia mitiori arbitraria, ita sensit glos. in.l.quicunque. ff. ad. l. Cor. de fal. quam & alios idem tenentes retulit Menoc. dict. casu. 316. nu. 24.& voluit Couar. in de numisma. d. c.8.n.4. versi. sed & an is, & Decia. in dict.2.tomo, de delict.lib.7.ca.27.nu. 7. quod Menoc. vbi suprà. nume.25.& Decian. itidem dict.num.7. intelligũt verũ, quando sua volũtate pœnituit, secus quia non potuit, † vtpotè quia antequam perficeret fuit Principi denuntiatus. Quarto non procedit in eo, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo,qui fabricauerit monetam sub no
mine & forma alterius Principis quã
sui, & illius in cuius iurisdictione ac 31
28 territorio eam cudit, † nam tunc pœ
na mortis non punietur, sed alia capi
tali, vt tenẽt plures relati per Meno.
vbi suprà nu.26.& per Decian.in dict.
cap.27. nu. 3. vbi inquit esse rationẽ,
quia cum istud sit crimẽ læsæ Maiest.
non potest dici læsa Maiestas Princi-
pis sub quo repertus fuit, cum mone-
ta sit alterius Principis, & sic pœna or
dinaria non est puniendus, & quam- 32
uis Menoc.vbi suprà alio modo velit
intelligere locutos fuisse authores ad
hoc allegatos,& quòd nõ loquuntur in
hoc casu, sed in casu in quo falsifica-
tur moneta inferioris à Principe, & 33
benedicit, vt in. 1. declaratione dixi-
mus, tamen & hæc quarta non displi-
cet declaratio: sed attende quæso an
posset sublimitari hæc quarta declara
tio vt procedat dumtamen ibidẽ vbi
cudit monetam sub nomine forma &
effigie alterius Principis eam fabricãs
non expendat, secus si eam expende-
ret, nam tunc videtur non procedere
hanc declarationem, cum vt supradi 34
ctum est expendendo falsam monetã
sit falsum, tu latius cogitabis: vlte-
rius non placet Decian. vbi suprà do-
ctrina Thomæ Grãmatici decis. 74. 35
29 num.29.dicentis non puniri pœna or
dinaria cudentem † monetam alia
effigie, quam effigie Principis, & sic
eum reprobat Decian.vbi supra num.
21. sed meo videri idem videtur hoc
continere, quod continet dicta quar
ta declaratio, & sic idem dicendum
videtur: quinto nõ procedit in eo qui
30 ob ætatis † imbecillitatẽ excusari me
retur, vt in impubere, is enim hanc
mortis pœnam euitat, vt probat.l. 1.§.
impuberes.C. de fal.mone, quod in-
telligit verum Menoc. vbi suprà nu-
mer.31.&32.in impubere doli non ca
pace, alioqui si capax est punitur, sed
mitiori pœna extra ordinem iudicis
arbitrio, † verbaque nostri text. vni-
uersalia, qualquier, debent recipere,
& recipiunt restrictionem de habili-
tate, vt in specie,& in verbo, quicun-
que, scribunt glo.in §. nostra autem,
inst. de lega. & in.§.1. inst. de verbo.
obli.& de habilitate sunt intelligen-
da, ex.l. vt gradatim. ff. de mun.& ho-
no.& tenet Anto. Gom. in dict. l.83.
Tau.num.3.in fin, vlterius & sexto li-
mitatur vt nõ procedat in eo, qui mo
netam vilissimi valoris † cuderet, vt
ex Alex.& alijs tenet Menoc. vbi su-
prà num.33. item secundum aliquos
paupertas excusat à pœna ordinaria
† huius delicti, iuxta not. per Docto-
res in ca. quoniam, de simo. & in cap.
fin. de furt. tenet Decian. in dict. capi.
27. num. 6. sed ego cuilibet consulo
ne sub specie paupertatis id faciat, nã
quantumuis id probet dubito an ei
proderit,& hæc quoad primum mo-
dum committendi falsum circa mo-
netam: quoad secundũ verò modum,
quo falsitas in moneta committitur
est adulterando † eam, quod mihi
proprium videtur illorum, qui tingũt
eam, putà si monetam æream tingat
argenteam, vel argenteam tingat de
auratam, is enim punitur pœna, qua is
qui mutilat, † ex dict. l. quicunque
C. de fals. glos. & Doctores in. l. 2. C.
eod. Hippoly. in dict. l. qui falsam nu.
16. ff. de fals. Menoc. dict. casu. 516.
num.42. vbi allegat Plinium, libro. 33.
natura. histo. c. 3. in fi. dicentem quo-
modo tingatur, & inaurentur argen-
tea, in quo videtur monetam adulte
rari, cum fingatur argentea illa, quæ
ænea est, vel deaurata illa, quæ argen
tea: & Menoc. vbi suprà nume. 43. cũ
6. sequent. id ampliat etiam si quis exi
stẽs in vno territorio vel ciuitate tin-
git mutilet vel cudat monetas tam
alterius Principis sub cuius territorio
hoc facit, licet non sit de illo, quam
sui

sui met Principis,& ibidẽ rationibus
id fundat ipse Meno. per quem videri
possunt. Quoad tertium autem mo-
dum, quę falsitas committitur in mo
36 neta, est cum quis radit, † tondit, aut
alio modo minuit monetam, nam si
liber est bestijs subijcitur, si seruus vl-
timo afficitur supplicio, ex dict. l. qui-
cunque. ff. de fals. vbi est omnium ad
notatio, vt inquit Coua. de numisma
te dict. cap. 8. num. 5. & Anton. Gom.
dict. l. 83. Taur. num. 4. & Menoc. vbi
suprà, nu. 34. quòd quidem in dict. §.
falsum, num. 37. in fine, & clarius
37 Couarr. vbi supra, intelligunt prece-
dere, cum hæc quis facit † in moneta
aurea, vel tingit monetam æream
cum auro, non verò alias, & videtur
mihi verum, licet Menoc. vbi suprà,
ex fragili fundamento aliud velit, in-
quit tamen Couarr. ibidem, quòd ex
l. 9. titu. 7. par. 7. arbitrio iudicis puni-
tur huius criminis reus, & tandem ex
quadam regia lege, quam ibi ipse Co
uar. & Anto. Gom. vbi suprà, allegant
inquiunt, in hac ipsa specie esse statu
tum, tondentem monetam aut nu-
mismata puniẽdum esse indistinctè
38 pœna mortis & amissionis omnium
bonorum † quæ est lex. 67. titul. 21.
libr. 5. supra & quoad mortis pœnam
deducitur ex l. fina. C. de vet. numis.
pos. libr. 11. & idem per dictam l. Re-
giam in quacunque moneta asseruit
Didac Per. in l. 4. titu. 6. libr. 8. Ordin.
pagin. 193. colum. 2. & in l. 23. titu. 19.
eod. lib. 8. pag. 375. colu. 1. in fin. cum
prin. sequentis. Hæc tamen declara-
tur conclusio primo modo vt locum
non habeat in eo, qui totondit, &
mutilauit monetam excedẽtem iu-
stum pondus, ac ita eam ad iustum
39 pondus † redigentem, ita declarant
Marsili. & alij relati per Meno. vbi su-
prà, num. 36. & Decia. in dict. cap. 27.
num. 11. vbi inquit hunc casum dari
minimè posse, quia monetarij nun-
quam excedunt iustum pondus, sed
potius diminuunt, sed in casu in
quo verificaretur ipse Decianus re-
manet cum hac opinione, sed con
40 tra eam & fortasis melius † tenet
Menoch. vbi supra, numero. 37. cum
4. sequentibus, vbi optimas rationes
pro hoc considerat, vt per eum vide
bis. Secundo non procedit conclusio
quoties moneta ipsa ludendo cum ea
41 vel contrahendo minuta foret † &
minutus eius valor, etiam si affirma-
ret eam tenens esse maioris valoris
quam erat, vt consuluerunt Dyn. &
alij relati per Decian. vbi supra, num.
13. Tertio nõ procedit in eo, qui mo-
dicam quãtitatem, vel magnam sed
42 minimi valoris mutasset, is enim †
extraordinaria pœna punietur arbi-
trio iudicis, secundum Meno. vbi su-
pra, num. 41. Quoad quartum vero &
vltimum modum eorum, qui falsam
monetam expendunt, & ij, secũdum
Anto. Gomez, dict. l. 83. Tau. num. 5.
43 punitur † eadem pœna, licet non fe-
cerit monetam ipsam falsam, ex. l. le-
ge Cornelia versic. eadem lege. ff. ad
l. Cor. de fal. & sic inquit Sali. in. l. 2.
C. de fal. mon. indistinctè siue appa-
44 reat † eam esse plumbeam vel stan-
neam siue non, debere puniri, & hãc
dicit Hippoly. in. l. qui falsam, nu. 64.
ff. de fals. seruari in practica, & in cõs.
47. num. 11. relatus per Couar. de nu
misma. cap. 8. num. 4. ad fin. & per Cla
rum, in dict. §. falsum, num. 38. & Di
dac. Per. in l. 4. tit. 6. lib. 8. Ordin. pag.
193. col. 1. & in l. 23. tit. 19. eo. lib. pag.
375. colu. 1. qui tamen Couar. Clarus,
& Didac. Perez, tenebant opinionem
Bar. dicentis, quòd si nummi plumbi
vel stanni sunt, punitur expẽdens pe
na ordinaria falsi quæ traditur in. l. 1.
§. fi. ff. de falsis, sed si alterius materiæ
sint punitur pœna extraordinaria,
sed tamen inquiunt Couar. & Dida.
45 Per. ibidẽ, in Regno nostro † per pra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gmaticam, quæ de monetis est à Catholicis Regibus edita, §. 62. hos expendentes monetam falsam puniendos in exilio quatuor annorum, & publicatione dimidiæ partis bonorũ quam constitutionem ipse Couarr. vbi suprà, & Ant. Gom. vbi suprà, qui dictam pragmaticam non allegat, inquiunt esse veram & procedere quoties tales expendentes non indicãt personam à quo illã habuerunt nam tunc pœna dictæ pragmaticæ punientur, secus verò si eam indicarẽt, quia tunc pœna ordinatia falsi punirentur, ex l. 87. Styli, quæ vel ex eo procedit, quòd is præsumitur falsæ monetæ reus si non indicauerit à quo nummismata adulterina habuit, vnde cõstat suspicionem esse contra illos, qui talem monetam expendunt, sed ego credo legem stylli tũc obtinere, quoties eius vsus probatur nõ aliàs, quiales styli sunt leges fori declaratoriæ ideo vsus probari debet earum, ideo pœna dictæ pragmaticæ seruãda est, quæquidem prag. inseritur in l. 64. tit. 21. lib. 5. supra, verumtamen declaratur conclusio, vt non procedat quoties expendentes ignorãter id faciũt, nescientes monetã esse falsam, & demonstrant personam à quo eam habuerunt, & ita ex eademmet pragmatica colligitur, & voluerunt Anton. Gom. & Coua. vbi sup. ex l. maiorem C. ad l. Cor. de fals. ita declarat Meno. vbi sup. n. 55. 56. & 57. vbi inquit ignorantiam † probari iuramento si indicat illum, à quo illam habuit, nisi, secũdum eum ibi, ignorantia sit erassa, & supina, vel affectata, vel nisi sit aliqua præsumptio suspicionis, nam tũc maior probatio, quam iuramentum vltra indicationẽ personæ à qua monetam habuit requiritur, sufficiet cõsiderata qualitate expendentis ostendere se † ab alia persona pecuniam illam accepisse, etiam si in specie non probet, quæ persona esset, secundum Barba. consil. 51. col. 4. libr. 3. vbi ita in ciuitate Venetiarum determinatum esse inquit, & cotidie sic obseruant in dices, plurimum tamen operatur arbitrium iudicis in consideranda qualitate expendẽtis, secundum Meno. vbi supra, nu. 58. cum 3. sequentib. Secũdo declaratur quartus iste modus, vt non procedat in eo, qui ludendi causa † has habet falsas monetas ære contaminatas, nam illas pro ære contaminato ludendo non videtur delinquere, Bal. consi. 155. vol. 3. & Hippo. in dict. l. qui falsam num. 98. ff. de fals. & Meno. vbi sup. nu. 62. &. 63. vbi iudicis etiam arbitrio id defert pro pecuniarum quantitate, & personæ conditione, & num. 64. & 65. ipse Meno. idem esse dicit si in arca quis habeat has falsas monetas, inquit tamẽ multum ad hoc esse aduertendũ per iudicem, an verisimile sit, quòd is vellet expendere vel non, & qualitas personæ est consideranda. Declaratur etiam quartus hic modus vt nõ procedat in eo, qui † expendit monetam non ex eo falsam, quòd ære, vel forma contaminata sit, sed quia erat tanquam vetus reprobata & bannita, vt dici solet, nã is solum extraordinaria pœna punietur, secundum Bal. consi. 494. col. 1. lib. 1. relatum per Menoc. vbi sup. num. 67. cum sequẽt. vbi inquit, Principem posse veteres † monetas & exteras reprobare ac bannire. Et an conscius huius criminis non denunciãs monetarium puniatur eadem pœna, † vide Meno. vbi sup. nu. 70. vbi se remittit ad dicta in cas. 355. alia de excusandis expendẽtibus monetas vide per Decian. in dict. cap. 27. per totum, vbi num. 22. quærit, quid erit si quis monetam falsam hosti muauerit †. an excusãbitur, quòd derit opem hostibus, & inquit, quòd non, si ex pecunia illa hostis consecutus

Conatus in crimen læsæ Mai. etiam hodie punitur, num. 49. & nu. 90.
Læsæ Mai. crimẽ committit iurans occidere Principem vel magnum damnum ei illaturum, nu. 50
Consilium sceleratissimũ capiẽs ex inde quodammodo sua mente punitus est. n. 51. & 53. & 54. & 55.
Cogitatio an puniatur in crimine læsæ Mai. nu. 52.
Læsa Mai. crimẽ an incurrat, qui secreto cõtra Principem Machinatur, num. 56.
Reuelare an quis teneatur machinationẽ contra Principem, nu. 57. & quid si cõtra patrem vel dominũ, vsque ad. nu. 87. vbi declarationes, & multa circa hoc de reuelatione facienda dicta sunt inquibuslibet delictis & personis.
Ratificans crimen læsæ Mai. cõmissum an puniatur pœna eius, nu. 87. & 88. quòd præsumitur in dubio suo nomine factum, nisi contra probetur, vt nu. 89.
Rex honorari debet ita facto, sicut & verbo, num. 91.
Læsæ Mai. crimẽ an cõmittat adulterans Reginã, vel si causa erit, vt adulteret, & solus conatus adulterandi sufficit, n. 92. & 93. 94. & 95. & nu. 96. quid si nũtios mittat, & nn. 97. quòd tunc iussus Regis esset expellãdus eũ præsumptũ est adulteriũ, et quid in Regis sororibus, & consanguineis & in dantibus consiliũ, n. 98. & 99. & n. 101. quid si cognouit quis cameràriam Reginæ.
Lex. 2. tit. 14. parti. 2. an sit correcta in aliquo per nostram, nu. 100
Conuenticulas faciens de Papatu Papa viuẽte cõmittit crimen læsæ Mai. nu. 102.
Læsa Mai. crimẽ an committatur contra filium infantem sicut contra Regẽ & vxorem eius, nu. 103
Crimen aliquod non committũt vassalli pro Regis persona aliquid facientes etiam contra filium eius, num. 104.
Filius committens aliquam ingratitudinem cõtra patrẽ ex qua potest exhæredari, perdit priuilegiũ filij, n. 105. & n. 106. quid si adulterasset nouercã vxorẽ patris sui.
Filio an liceat insurgere contra patrem Regem dilapidantem bona Regni, nu. 107.
Ferire dicitur sine cum ferro siue sine eo. nu mero. 108.
Regis personam capiẽs perinde punitur ac si eum occideret, nu. 109.
Regis dominiũ super omnibus rebus est expectandum, num. 110.
Læsa Mai. crimẽ committit assumens arma contra Principem. nu. 111. & num. 112. quòd ij tales habentur tanquam recedentes à fide.
Læsæ mai. crimen committit factionem iniẽs ad bellandum contra eũ & quòd illud deber probari, num. 112. & 113
Operam dans vt hostes deprædentur Regnicolas an committat crimen læsæ mai. numero. 114.
Læsæ maiest. reus est hostes concitans contra suum Principem. n. 115. & 160. & n. 116. quid si oppugnat aliquã ciuitatem regni.
Opem vel consiliũ præbens an committat crimen læsę mai. nu. 117. & nu. 122. & 123. & 124. declaratur.
Vxor opem præstans marito delinquenti contra Regem an incurrat crimen lęsę maie. nu. 118. 119. & 120.
Consulens vt tributũ Principi non soluatur an committat crimen lęsæ mai. nu. 121.
Consulens aliàs facturo delictũ læsę mai. an puniatur ordinaria pœna, & quid in auxiliante, num. 125. & 126. quid in mutuante pecunias.
Mittens literas & nuntius portans vel mandans portari cõtra Regem vel aperiens literas ex quibus consiliũ iniit cõtra Rem publi. an committat crimen lęsę mai. nu. 127. & 128. & n. 129. quid de permittẽte literas hostium pertransire libere.
Scribẽs vel legẽs falsum ad præiudiciũ regis an incidat crimen hoc læsæ mai. nn. 130.
Ex denegatione obediẽtiæ Principis multæ species læsæ mai. committuntur, nu. 131. & nu. 132. Idem de subtrahente se obediẽtiæ Principis.
Arcem tenens contra voluntatem Principis crimen hoc committit. nu. 133.
Recusans assignare magistratum vel Arcẽ, vel exercitum Principis, vel qui Castrum ereptum ab alio alteri trædit sine permissu Principis committit crimen læsæ maiest. num. 134. 135. & 136.
Casus de Gallo quodam Castellano Casteleti Genuensis vendente illud Genuensibus recitatur, num. 137.
Iudex si dimittit officium, seu Imperium sine permissione Principis committit crimẽ læsæ maiest. num. 138.
Declarantur rigorosa verba nostræ legis & alterius paritatum, num. 139.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castrum committens nobili an excusetur, num. 140.
Culpa in nõ custodiendo Castrum sicut carcerem dolo æquiparatur, num. 141.
Mori potius pro custodia Castrorũ quã illa tradere visitatum est, num. 142.
Desereus Regem ante bellum inceptum ita committit proditionem sicut bello iam cepto. num. 143. neque ab vxore neque à filijs talis recedens recipiendus est. nu. 144.
Transfugæ vocantur fugientes ad inimicos, num. 145.
Fugientes ante vel extra aciem quomodo puniantur, nu. 146.
Desertores qui vocantur, num 147. & puniuntur grauiter, num. 148. & ab omnibus nationibus hoc est punitum. num. 149. & pœna eorum, num. 150. & num. 151. & 152. quid si rex ibi non aderat & nu. 153. vsque ad 157. qui excusantur à pœna desertionis.
Declarantur quædam verba nostræ legis, nume. 158.
Pacis turbator capite puniendus est, nu. 159.
Castrum in confinibus territorij neque illud tradens Principi læsæ mai. crimen committit. num. 161.
Castra sua munire incõsulto Principe nemo potest sisita sunt in confinibus, nu. 162.
Obsidum materia & qui dicantur & à quo deriuetur nomen obses, nume 164. vsque ad. 166.
Lex nostra solum cum obses occiditur punit pœna criminis læsæ Maiestatis, nu. 167. & 168. contra Decianum.
Obses cum ob priuatam inimicitiam occiditur non incurritur læsæ Maiest. crimen num. 169.
Eximens carceratum à carcere an incurrat crimen læsæ Mai. num. 170. & quid in emittente eum à carcere, num. 171. vsque ad. 173.

Lex Prima.

Summarium.

Quibus modis proditio committitur contra Regem, & eius Regiam progeniem, & contra ipsius Regnum, & Dominiũ, & contra cõmune commodũ terræ, declarat lex nostra, quæ cũ longa sit nõ potest breuius summari.

BI, *Traycion*, hic sumitur proprie verbum, *Traycion*, pro crimine læsæ Maiestatis, † vt in l. 1. in fin. ti 1 tul. 2. partit. 7. large tamen loquendo multipliciter dicitur quis proditor, secundum gloss. in capitul. nolite. 11. q. 3 Lucas de Pen. in l. fi. col. pen. & fi. C. de delatori. Yserniain tit. quæ sine Rega. in parte contrahentium incest. nupti. per Bal. in cap. 1. in princ. col. 4. quibus mod. feud. amit. capitur q; proprie & impropriè verbum, proditio, & læsæ Maiestatis crimen, proprie ca 2 pitur quãdo † committitur in primũ caput legis Iuliæ Maiestatis, scilicet, cum principaliter in personam Principis vel ciuitatis non recognoscentis superiorem, vel in collaterales Principis, qui sunt ad latus eius, licet ex. l. 1. tit. 22. infra isto lib. vt ibi dicemus in glo. 1. Aleuosiam nõ verò proditionem committit occidens consiliarios Regis. Anteà tamen proprie cõmittebatur in Remp. Romanam, vt dicitur in l. 1. ff. ad l. Iuli Mai. & per totum illũ titulũ, dum loquuntur Iurisconsulti ferè omnes de Republica Romana & populo Romano, Maiestas enim propriè erat populi Roma- 3 ni, † vt habetur ex Cicerone, in 3. Philip. & pro Rabirio, & ideò dicit Bal. consi. 59. licet eleganter, num. 1. vol. 1. ꝙ nulla est verè Maiestas præterquã Reipub. Romanæ. Postquã autem † tota atque vniuersa populi Ro- 4 mani potestas in Imperatorem translata est, ex. l. 1. ff. de consti. Princ. & l. 1. ff. de offic. præf prætor. Maiestas proprie dicitur Imperatoris, vt l. quisquis. C. ad l. Iuli. Maiest. circa principium, & in l. fi. C. de iudi. & in proœm. insti. & ita committitur hoc crimen 5 cõtra Principẽ, † sicut cõtra Rẽp. l. 3. §. 1. ibi, iniussu Princi. ff. ad l. Iul. maie. & in. l.

tus est auxilium, & commodum, vbi & nu. 23. inquit quòd dans monetam pro ære, nõ tamen faciens, mitius punitur, auream autem vitians grauius
53 punietur, † vt per Cœpol. consi. crim. 77. nu. 5. & 7. Et an fabricator hic falsæ monetæ gaudeat immunitate Ecclesiæ, nouissime post hæc scripta vidi per Gutierrez in lib. 3. prac. quæstio. quæst. 4. tenẽtem quod sic, & hęc pro huius legis declaratione.

SVMMARIA.

INfundens vel consumens monetam quãlibet punitur, num. 1. & nume. 2. pœna eius.
Concordatur. l. 67. l. 11. cum. l. 21. lib. 2. supra, num. 3.
Radens vel mutilãs monetam auream ad deauranda vasa non punitur, num. 4.

Lex Sexta.

Summarium.

Infundẽs vel consumens monetam aliquam ex declaratis in lege nostra incurrit pœnam à legibus ordinatam & præsertim à lege de Segouia anno 1561. super cudẽda moneta statutã.

IBI, *Mandamos que ninguno sea osado de deshazer ni hũdir la dicha moneda de reales y blãcas*, Idem dicendum est in
1 alijs † quibuscunque monetis, siue auri siue argenti, siue æreis, ex. l. 11. & 67. tit. 21. lib. 5. supra.

Ibi, *So las penas contenidas en las dichas leyes y ordenanças*, quibus quidẽ legibus scilicet ex d. l. 11. imponitur delinquẽti huic pœna mortis † & amissionis di 2
midiæ partis bonorũ, & ex dict. l. 67. imponitur eadem pœna mortis, & amissionis omnium bonorum, & sic istæ duæ leges ab eodem conditore factæ & sub eodem titulo & libro cõstitutæ quoad pœnam amissionis bonorum, sunt (vt vides) cõtrariæ, quid dicendum? & certè correctio vnius ad alteram nõ est inducenda, quia eodem tempore fuerunt constitutæ & sub eodem titulo appositæ, ideò dicẽdum erit, quòd diuersificãdo tempora concordabis iura hoc modo, † nã 3
illa lex. 11. loquitur quoad eos, qui consumunt, & refundũt aliquam ex monetis aureis Argenteis, siue æreis, vsq; tũc cusæ, vt apparet ex verbis illis, *Que hasta aqui son hechas*, lex vers. 67. loquitur & procedit, de monetis illis iussis tũc fieri, vt verba illa (*Que agora mandamos labrar*) Clarè demonstrant, & sic non sunt contrariæ, sed loquuntur de eisdẽ monetis, diuersis tamen temporibus factis, inquit tamen Didac. Per. hic, sub l. 5. tit. 6. libr. 8. Ordin. pag. 193. in fine, hoc non habere locũ in eo, qui bona fide radit, vel mutilat
4 Florenos vel aliam † auream monetam ad deauranda vasa, idem inquit Montal. in l. 7. tit. 12. lib. 4. fori, & sic idem erit in fundente ad hunc finem bonafide, vt cotidie fit.

Lex. 7. finalis nostri tituli est declaratoria. l. 4. supra eodem vt ibi diximus in glo. fin. & sic nihil in ea dicere erit necesse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO. XVIII. DE LAS Trayciones y Aleues.

ET cum superiori titulo dictum sit de periuris & falsarijs, sub quibus diximus continueri falsantes sigilla Regis & cudentes falsam monetam, qui aleues sunt ac proditores, nunc immediatè sequitur titulus noster generalis de proditoribus, & Aleuosis.

Et in hac Rubrica solum notabis ex eis verbis, *De las trayciones y aleues*, quòd cum copula, &, semper apponatur inter diuersa, verbum illud, *Trayciones*, ad Regum personas refertur, verbum vero, *Aleues*, ad inferiores & sic priuatas personas, prout alibi per nos dictum est.

SVMMARIA.

PRoditio, *Hispanè* Traycion, *pro crimine læsæ Mai. large tamen multipliciter quis dicitur proditor, nu. 1. & num. 2. quando proprie capiatur.*

Maiestas propriè erat populi Romani, nu. 3. & 4. & à contra Imperatorem, num. 6.

Crimen læsæ Mai. ita cõmittitur cõtra Principem, sicut contra Remp. nu. 5. & nu. 7. ampliatur.

Maiestas Papæ maior est Imperatoria Maiestate, nu. 8.

Faciens conuenticulam de Papatu viuente Papa crimen læsæ Maiestatis committit num. 9.

Conciliabula Cardinalium, quæ sæpe facta sunt aduersus Pontificẽ dicũtur in hoc crimen læsæ Mai. incidere, num. 10.

Extrahens aliquem inuitum, & cum violẽtia ab ecclesia committit contra Papam crimen læsæ mai. num. 11. & numer. 12. idem de occupante templum aliquod.

Læsæ mai. crimen non committitur cõtra tyrannum Regem, num. 13. nisi vt num. 14 & num. 15.

Reges Maiestatem habent, nu. 16.

Regem se faciens cum non sit cõmittitur hoc crimen læsæ Mai. nu. 17.

Læsæ Maiest. crimen generaliter cõmittitur contra Resp. Duces Comites & Marchiones nõ recognoscentes superiorem. nume. 18

Læsæ Maiest. crimen si committatur contra inferiores à Rege siue recognoscant superiorem siue non an habeat locum publicatio bonorum, num 19. 20. vsq; ad. 29. vbi & an memoria damnetur & quid si contra magistratus & Regios iudices ibidem & an contra Episcopum, num. 26.

Aliud est aliquem esse talem, vel haberi pro tali, num. 25.

Læsæ Maiest. crimen an incurrat obloquẽs de principe suo. n. 30. & 31.

Mendacium quid sit, nu. 32. & nu. 33. quòd à natura abhorretur

Proditor Regis dicitur etiam proditor Dei, num. 34.

Maiestas duplex est, num. 35. & num. 36. à quo dicatur Maiestas

Proditionis quindecim formas, remissiuè. nu. 37. & num. 38. quòd potissimè ad tria capita reducuntur, & nu. 39. quæ sit earum grauissima.

Perduellio à quo dicatur, numer. 40. & vltra quid perduellis, & nu. 42. quòd est grande crimen.

Læsæ Maiest. crimen etiam contra Regem in suo regno committitur, num. 43

Subditus qui non est Regis an committat cõtra illum crimẽ læsæ Maiest. n. 44. & 46.

Clericus an cõmittat crimen læsę Mai. n. 45

Reus Maiestatis differt ab hoste, nu. 47.

Vniuersitas an committat crimen læsæ Maiest. num. 48.

Cona-

& in l. 4. §. fin. & in l. non contrahit, & in l. qui statuas, & in l. famosi, ibi principalis maiestatis & in §. fin. & in l. fin. ff. eod. ibi Hostili animo aduersus Remp. vel Principem animatus. Ex quibus verbis patet æquiparari Maiestatem reipu. & Imperatoris, & sic dicta de Rꝑub. Romana, dicuntur etiam de maiestate Imperatoris,
6 & de hoc crimine † contra Imperatorem loquitur text. in l. meminisse. C. ad l. Iul. Mai. & hoc siue Princeps offendatur ex priuata inimicitia, siue
7 odio Imperij, †secũdum Bosi. in practi. crim. tit. de crim. læsæ Maiest. nu. 41. Et à fortiori contra Summum Pontificem committitur hoc crimen, ex tex. in c. fœlicis, de pœnis in sexto, arguendo à fortiori, quem ad hoc allegat Præposi. in capit. in primis. §. de persona, num. 17. 2. quæstione. 1. Bonifa. de Vitali. in Clemen. Pastoralis, §. sanè, nu. 24. de sentent. & re iudica. Maiestas enim Papæ maior est Impe
8 ratoria † Maiestate, quia Imperator Põtifici fidelitatem iurat cap. Romana, vbi omnes, de iure iur. & in cap. tibi Domino, vbi citatur forma fidelitatis. 63. dist. tradunt omnes in cap. solitæ, de maior. & obedi. & in cap. si Imperator. 96. dist. & ita ex dictis tenent Ancha. consi. 277. Gigas. in tract. de crimin. læsæ maiest. titu. qualiter & à quibus committatur, quæst. 1. Boeri. in tract. de seditios. in sexto præsuppositio siue quæstio. num. 17. &
9 ideò, qui Papa viuente † de Papatu conuenticulam facit, incidit in hoc crimen. secundum. Ioan. And. in cap. veniẽs, de test. Lauden. in tract. de crimin. læsæ maiest. quæst. 9. & sic con-
10 ciliabula Cardinalium, † quæ sæpè facta sunt aduersus Pontificem dicuntur hoc crimen incurrere, vt ibi dicit Laudẽ. Et Hipp. cõsi. 1. n. 23. Gigas vbi sup. q. 7. Afflict. in c. 1. verb. & bona cõmittentis, nu. 101. quæ sint Reg. Et qui etiam ab Ecclesia quẽ inuitum, & cũ
11 violentia † extrahit, cõmittit hoc crimẽ cõtra Papã, quia ipsius iurisdictionẽ turbat, secũd. Gigantẽ, vbi sup. q. 10. n. 1. sed si hoc exequeretur quot essent cotidie puniẽdi iudices, & ministri eius violantes passim Ecclesias, iniustissimè extrahẽtes ab eis ibidem se cõfugiẽtes pro gaudẽdo de eius immunitate, idq; medẽdũ esset, ne Paulatim immunitas Ecclesiastica vilipẽ datur. Sicque & qui templũ aliquod
12 occupat cõmittit † hoc crimen, secundũ Gigantẽ, vbi sup. q. 11. ex l. 1. ff. hoc tit. cõmittitur itidem proprie hoc crimen contra Reges (legitimos intelli-
13 ge) nã si tyrãni sint † non cõmittitur, ex glos. in ca. 1. de Baptis. vbi Cardi. & Imo. Soci. consi. 22. nu. 2. & 3. vol. 1. & consi. 57. nu. 16. & cõsi. 275. col. 3. vol. 2. & sic seditio cõtra Tyrannum nõ punitur, secundũ Boer. de Seditios. q. 5.
14 nu. 8. nisi Tyrãnus † haberetur pro legitimo Principe, vel interficeretur, vt nõ vero Domino, sed iniusto daretur
15 † Regnũ, secũd. Deci. in 1. 10. de delict. lib. 7. ca. 5. nu. 22. & 23. contra Reges tamen legitimos nulli dubium quin hoc crimen committatur, quia &
16 Reges Maiestatem habent, † l. 1. C. vt nemo priuatus, & in constitut. de pace tenen. in vsi. feud. vbi Afflictis,
17 nam & faciens se Regem, † cum non sit, cõmittit hoc crimen secũd. Gigãtem, vbi sup. q. 22. & ideò Reges nostræ Hispaniæ, Maiestad, vocantur, præsertim cum nullũ in tẽporalibus superiorẽ recognoscãt, retinent etiã iura Imperij in suo Regno. Et gene-
18 raliter committitur hoc crimen † contra Respub. Duces, Marchiones & quoscunque alios Principes non recognoscentes superiorem legitimè, ex gloss. per text. ibi in l. fallaciter verbo, prodita. C. de abolitio. vbi Salicet. & alij, Gigas, vbi supra, num. 28. dicẽs quòd neminẽ vidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

huic conclusioni contradicentem,& communem testatur Bossius, vbi suprà num. 51. & Iuli. Clarus, in pract. crimi. §. læsæ Maiestatis num. 2. & licet Soc. cons. 275. nu. 2. cum sequent. lib. 2. & Anchar. cons. 287. & Angel. cons. 223. Decius, con. 410. col. pen. ex glo. in vrbe in l. 1, ff. isto titu. & in §. publica, inst. de publi. iudi. vbi Fab. cõtra teneant, tamen communis est tenenda & sequenda: adeo vt procedat hæc communis etiam quoad publicationem bonorum, nam quoad eam etiam procedunt inferiores à Rege, & Reipublicæ non recognoscentes
19 † superiorem, imò & in recognoscente ita seruari de consuetudine inquit Iuli. Clarus, vbi suprà num. 9. &. 14. & infra dicam, & quamuis Soci. in cons. 121. volum. 4. & cons. 56. eo vol. & præsertim in cons. 22. num. 2. vol. 1. aliud velint, tamen vt inquiunt Rub. Alex. cons. 154. & Cravera, cons. 224. nu. 6. Ruinus cõs. 3. nu. 12. & sequen. vol. 5. Cæpol. con. 79. per totum, Soci. Iuni. cons. 105. n. 10 &. 21. vol. 3. nimiũ animose locutus est Socin. tenens contra in dictis consilijs, nam secundum eos, & præsertim Clarum vbi supra, & Soci. Iunior. vbi supra. n. 24 contrariũ de consuetudine seruatur, & ita se cõsuluisse inquit Decian. vbi suprà capi. 4 num. 7. in fin. cuius vestigia plurimũ sequor in declarationem nostri tituli, vt pote melius & brevius loquentis, secundum quem ibi num 2. &. 7. licet in hoc crimine memoriam defuncti damnari possit ex l. fi. C. ad. l. Iuliam
20 Mai. tamen hoc præcedit, † quando crimen hoc committitur cõtra Rempub. Romanam, Imperatorẽ vel Regem, secus verò si contra alios Principes inferiores, vel ciuitates, nam tunc nõ damnatur memoria, sed extingui tur morte, & hanc dicunt cõmunem Boeri. & alij relati & secuti per Clarum vbi suprà num. 16. vbi & inquit,
21 quòd tunc debet esse cõmissum † contra personam ipsius Imperatoris, vel Regis, vel directò contra ipsam rempu. & sic in primo capite, vt & inquit Ruinus consil. 3. numero. 12. volum. 5. secus in alijs, vt memoria etiam tunc extingui possit, imò & tunc quinquẽnio præscriberetur hoc ius accusandi & damnandi memoriam, & ibi Clarus, hãc etiam cõmunem testatur. Impropriè verò (vt ad incepta redeamus) cõmittitur hoc crimen contra Magistratus, vel milites Principis superiorem non recognoscentis, vel itidem cõtra Dominos inferiores, Comites, Marchiones siue Duces ipsum Principem recognoscẽtes in superiorem, prout in ijs Hispaniarum Regnis omnes ij Domini Regem nostrum catholicum in superiorem recognoscunt, & sic impropriè contra eos committitur † hoc crimẽ, vt in nostrum propositum succinctè inquit Cantera, in
22 quæstio. suis crimi. cap. 2. de crimi. læsæ Maiest. num. 1. &. 2. & latius Tiber. Decianus, in dict. 2. tom. de delictis lib. 7. cap. 4. num. 8. vbi plures idem tenentes allegat, ex eo quòd ij Domini licet in terris suis Regis personam repræsentent, vt diximus cum declarationibus in rubrica tit. 1. lib. 2. suprà & sic in omnibus se intromittere volũt,
23 hoc potius de facto, † quàm de iure obseruatur in ijs Dominis à Principe inferioribus cum recognoscentibus in superiorem, & ita omnes intelligere inquit Decian. ibi, dicens quòd & adhuc tunc Domini ij inferiores contra subditũ eorũ hoc in eos crimen committentem tantum procedere
24 possunt † a limpositionẽ pœnæ corporalis, & confiscationem bonorum, non tamẽ quoad memoriam damnã dam mortuo delinquẽte, neque quoad pœnam filiorum, vel pœnam extrauag. qui sint rebelles, vt omnes tenere inquit ibi Decian. & bene, & ex lege

lege nostra in fine probatur, & tenet glos. magna. in fin. l. 2. titul. 1. part. 7. & Cravcta, consil. 224. numero. 6. & consilio. 995. num. 12. & rationẽ ibi esse ait Decianus, quia licet ij Domini inferiores habeantur in terris suis loco Imperatoris vel Regis, cui subsunt, tamen non Imperatores, neque Reges, & sic non debent eis a læquari, aliud est enim aliquem
25 esse talẽ, vel haberi † pro tali. l. mercis. ff. de verb. signi glos. & Bar. in. l. 1. in princip. ff. de suis & legi. hære. & not. in specie Socin. dict. consil. 275. num. 5. in fin. versi. sed posito, & idem tenet Meno. de arbitr. casu. 316. num. 28. & 29. & sic vidisse semper obseruatiin variis locis & sub variis Dominis Italiæ, testatur Decia. in dict. num. 8. vbi ex hoc inquit dixisse Anchar. consi. 270. quòd si Episcopus habeat aliqua
26 castra † sibi ratione Episcopatus subiecta, & quis sit in causa vt Castra illa deficiant, non tamen ideo dicetur commisisse crimen hoc læsæ Maiest. & ad idem allegat consilium Calderi. fin. sub titul. de accusat. Ex lege tamen nostra regulariter subditus ho-
27 rum Dominorum † inuehens contra Dominos punitur tantum pœna Aleuosi nisi in casibus à lege nostra signatis, ibi, *Y qualquier que huziesse*, vbi pœna proditoris inquit tunc puniendum, quicquid aliud voluerit Anto. Gom. to. 3. Varia. cap. 2. nu. 10. ineo tamẽ quòd Cantera, vbi suprà, dicit de Magistratibus, & militibus, vt contra eos etiam cõmittatur impropriè hoc crimen, si hos Magistratus intellexit esse de Consiliarijs a latus Principis existentibus bene dixit, sed si de Magistratibus ciuitatum ac populorum intellexit, licet de iure ciuili ita esset, vt optimè, per Decia. vbi supra, cap. 5. quando contra consil. nume. 24. &
28 25. tamen hodie † contra hos non committitur hoc crimen propriè neque impropriè, cũ specialem in hoc dispositionem habeamus in. l. 5. titul. 22. infra hoc lib. vt expressè tenet Didac. Perez, hic sub l. 1. tit. 7. lib. 8. Ordi. pag. 196. col. 1. in fine cum sequẽt. debent tamen seueriter vindicari attenta qualitate talis Magistratus & iudicis & causa ob quam offenditur, nam acrius punietur si in offensam Principis quis iudicem suum occide-
29 ret, vulneraret, vel iniuriaret, † quási ob propriam iniuriam id faceret, vt optimè aduertit Ysernia, & Affict. n. 63 in cap. 1. §. & bona, quæ sint Regal. & Capici. decis. 30. num. 7. & Decian. vbi suprà, num. 25. vbi num. 29. inquit apud Romanos adeò seuerè vindicabatur offensa & irreuerentia in Magistratibus, vt Plutarch. in Grachis refert, Catum Beturium vltimo supplicio affectum, quòd Tribuno plebis in foro ambulanti de via non cessisset, & ibi cum sequentibus numeris ipse Decia. alia optima in propositũ adducit, quę apud nos, cũ habeamus d. l. 5. nõ est necesse discutere. Sed an is, qui de Principe suo, aut Domino suo ob-
30 locutus fuerit, incurrat hoc crimen? & non incurrere dicendum est vt ex multis probat Aymon Craveta, cõsi. 6. per totum & Ruynus, consil. 145. volum. 5. & tenet Didac. Per. hic sub l. 1 tit. 7. lib. 8 Ordin. pag 197. versicu. Est præterea, quia ex l. fin. tit. 2. par. 7. concordante. C. si quis Imperat. mal. non imponitur pœna hæc criminis læsæ maiestatis, & quia ex. l. 11. titu. 26. infra hoc lib. & ex l. 3. titu. 4. supra eod. lib. imponitur pœna particularis in hoc delicto, & sic illa seruanda, sed si ex verbis fieret aliqua commo-
31 tio † & seditio contra Regem, prout fuisse factum in communitatibus Hispaniæ inquit, Dida. Perez, vbi suprà, tunc vtique Rex est consulendus pro pœna huic delinquenti imponenda, vt ex d. l. 3. titu. 4. supra eo. colligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi *Mentira*, mendacium enim est falsa significatio vocis cum intentione † fallendi, secundum glos. in. l. de ætate. §. si cum esset. ff. de inter. actio. & sic ab ipsa natura mendacium abhorretur, † vt inquit. l. 5. titu. 13. part. 2. ex quo inquit Philosoph. 4. Ethico. quòd mẽdacium est perse prauum & fugiendũ: ideò inquit lex nostra quòd proditor vnum gerit in corde & aliud in ore, vt &. l. 1. tit. 2. part. 7. plura alibi dixi de mendacio.

Ibi *Qué yerra contra Dios*, proditor enim Regis dicit etiã proditor + Dei, secundum Iser. relatum & secutum per glos. *Contra Dios* in dict. l. 1. titu. 2. part. 7. & Didac. Per. in dict. l. 1. titu. 7. lib. 8. ordi. glo. 1. in principio vbi alios ad hoc allegat, & sic in principio titu. 13. part. 2. dicitur, quòd cum in tit. præcedente. 12. dictum sit qualiter sit Deus honorandus & timendus in illo sequente titu. 13. discutitur qualiter Rex à suis subditis sit honorandus cõiungendo vnum titulum post alium, vt sciãt Reges teneri Deo obedire, & delinquentes in ipsam diuinam Maiestatem puniri, & sciant homines humanam Maiestatem lædentes Dei præcepto contraire iubentis Reges obediendos & honorandos, & pœnis læsæ Maiestatis puniendos quasi ad similitudinem supplicij dandi diuinam ipsam Maiestatem lædẽtibus: duplex est enim Maiestas diuina, scilicet, † & humana. cap. duo sunt. 91. distin. Authen. Gazaros. C. de hære. Bald. cons. 59. in principio vol. 1. diuina consideratur respectu Dei tantũ, & ideò vnica est, cum vnus sit tantum Deus, cui obedire, seruire, ac cultum præstare debemus iuxta legem. 1. C. de sum. Trinit. humana verò concernit Personas humanas, videlicet Principes & humanas potestates omnes, de quibus in hoc titulo & similibus: & dicitur Maiestas à maiore, sicut honestas ab honore † vt inquit Prisc. & sic Maiestas dicitur quasi maior status, & maior potestas, vt notãt omnes in capit. fælicis, de pœnis in. 6. & alij Relati. per Decian. in dict. 2. tomo de delicti lib. 7. cap. 1. nu. 3. vbi inquit, Antiquos Maiestatem vti Deum coluisse, & in cap. 2. inquit ipsemet Decian. Maiestatem dici virtutis aut probitatis aut Dignitatis quandam summam excellentiam, & quòd anteà hoc crimen dicebatur crimen Maiestatis neque addebant vocem, læsæ, & quòd solus Papinia. illam addidit, in. l. in quæstionibus. ff. eo & Paul. in. l. meminisse. C. eodem.

Ibi, *Y caen los hombres en yerro de traycio en muchas maneras*, quarum † formarũ quindecim ponit Francis. Lucan. in tract. de fisco & eius priuil. tomo. 12. tract. diuersorum Doctorum fol. 85: col. 1. & quadraginta quinq; formas refert. Matthæus Afflictis in cap. 1. vet bo & bona committentium, quæ sint Rega. in vsi. feud. & late Capicius, decis. Neapolit. 130. per totam, & in. l. 1. 2. 3. & 4. ff. ad. l. Iuli. Maiest. plures enumerantur, adeò vt Angel. de malefi. in verbo, che ay tradito la sua patria in principio, dicit, quòd si vis scire in quibus casibus, quis incurrat hoc crimen recurtendum est ad dictas leges, refert Decian. in dict. lib. 7. cap. 6. in principio, vbi inquit, quòd potissimũ omnes formæ & modi ad tria capita deducuntur, nam aut Resp. & Imperium ipsum in vniuerso lædituraut Imperator & eius consiliarij, aut Magistratus secum adsistentes, de quibus in hac dictum est lege, & horum omnium specierum grauissima est, qua Resp. & Imperiũ lęditur, quę perduellio appellatur, † tanquam species læsæ Mai. cõprehendens, omnia enim perduelliomis delicta sub nomẽ Maiestatis cadunt, non autem omnia, quæ sub legibus Maiestatis continentur

mus. C. de pœnis, & Seneca, lib. de clemẽtia. 1. nihil Principi læso gloriosius, quam propriã iniuriam impunitam relinquere, de quo dicto meminit Isernia, in capitul. 1. §. porro. quæ fuit prima caus. bene. amitten. & an ille, qui solus secreto machinatur aliquid contra Principem † incurrat hoc crimen, vide Bos. in practic. crimin. tit. de crimin. læsæ Maiest. nume. 59. Imò & quod plus est, quòd sciens delicti huiusmodi † machinationem etiam nullo præcedente consilio aut subsequente non reuelãs, neque propalans tenetur huius criminis pœna, iuxta dict. l. quisquis, vbi scriben. & text. in l. 9. titulo. 13. partit. 2. ibi *Ca aquellos que entendiessen el mal o el daño de su señor, e non lo desuiassen farian traycion conocida*, & ibi glos. Farian, plura alia iura ad hoc allegat, namlicet regulariter nullus teneatur † indicare maleficium, vt. l. inciuile. C. de furt. in capitu. qui cum fure, de furt. imò etiam si sit præsens delicto, si non obuiat, non tenetur, & multo minus si non indicat delictum committendum, secundum glos. in l. culpa caret. ff. de regu. iur. & ibi communiter Doctores, teste Anto. Gom. tom. 3. capitu. 2. numer. 8. in princip. & tradit Couar. in Clementina si furiosus. 2. part. & §. 2. nume. 7. vbi se remittit ad dicta per eum in cap. peccatum, de reg. iur. in. 6. vbi inquit quòd extraordinarie saltim puniret illum, tamen cõmunis est opinio quòd nulla pœna est afficiendus non indicans, vel non prohibens delictum etiam si præsens sit, vt per Decian. in capit. 1. col. 5. de offi. deleg. & in dict. l. culpa caret, colum. fin. & hoc procedit tam de iure canonico quam ciuili, secundum Ias. in l. vt vim col. pen. ff. de iust. & iur. & Dec. vbi sup. & cõmunẽ Montolonius, in suo promptu. iuris verbo. reuelatio, & Iuli. Clarus in libr. 5. practic. crimin. §. fin. quæst. 87 numer. 1. & 3. vbi late, & Menoc. de Arbit. casu. 355 num. 1. cum sequen. & Oros. in dict. l. vt vim, & glos. Iuego. l. 3. titu. 16. par. 2. & ibi Humada, hanc cõmuniorem dicit, licet ipse ibi aliud velit, & hanc etiam tenet Anton. Gom. tom. 3. cap. 3. num. 4. in medio, nisi delictum illud tangat ipsum † scientem, & potẽtem prohibere & nolentem, puta si à filio seruo, vel famulo committatur ob rem Domini, vel patris, nam tũc puniendus esset Dominus vel pater sciens & non prohibens, cum potuit prohibere, ita Anto. Gom. vbi suprà, item & quoad forum conscientiæ non excusaretur † sciens & non prohibens dum potuit, secundum Montol. vbi suprà & Anton. Gom. d. cap. 2. nu. 9. & Couar. in dict. cap. peccatum. 2. par. §. 3. n. 4. sed Medina relat. per. Clar. in. d. n. 3. in fi. inquit ♆ comunis est resolutio Theologorũ, ♆ nõ tenebit ad emõdationẽ damni, de quo & p Meno. de Arbit. casu. 355. n. 2. vbi casu. 351. nu. 1. tradit quando cõscius criminis punitur: hæc tamen omnia licet ita se habeant, non tamen procedunt in crimine cõmisso per filium, vel seruũ vidente & sciente Patre vel Domino & nõ prohibẽtibus † cũ possent, quia tenentur ac si ipsi fecissent, ex tex. in. l. 2. ff. de noxali. & alia allegata per Ant. Gom. in. d. c. 2. n. 8. versi. ♆ tamen primo limita. vbi hoc intelligit & benè, quãdo † ad vltionẽ & vindictã patris vel domini, vt dictũ est, id facerent, secus aliàs, & bene dicit, imo & tunc secundũ qualitatem delicti & personarũ offensarũ, & causam offendẽdi punirẽ eos: item & in crimine parricidij tenetur filius vel seruus reuelare, secũdum Anto. Gom. in. d. c. 2. n. 8. versi. secundo principaliter, vbi se remittit ad dicta per eum in dict. capitu. 3. numer. 4. item & in casu. l. 3. titu. 16. partit. 2. vbi glos. luego, ita notat. & item in casu. l. 4. tit. 16. infra isto lib. vbi

in num.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in num. 5. ita nota. vlterius (vt ad noſtram materiam redeamus) punitur ſciens crimen læſæ Maieſt. eſſe com-
63 mittendum † & nõ reuelans, & prohibens nè committatur, ex dictis iuribus ſupra allegatis, tenetur enim pœna ordinaria ac ſi ipſe feciſſet, vt tenet Bart. in l. vtrum in fin. ff. ad l. Pompe. de parrici. argum. tex. ibi, & hanc ſequũtur plures relati per Anton. Gom. in dict. cap. 2. num. 8. verſi. 3. limita. & per Decian. in dict. lib. 7. cap. 34. num. 15. vbi allegat Gigantem, in tract. de crim. læſ. Maieſt. tit. de pluribus & varijs quæſt. q. 2. hanc verioré, & communem dicentem, & hanc licet fortiſsimam opinionem veram de iure, & tenendam teſtatur Anton. Gom. vbi ſuprà eam ſequens & fundans latè, ſemper enim ſcientia punibilis eſt,
64 quando delictũ † eſt committẽdum in perſona eius, cuius poteſtati ſuppoſitus eſt ille, qui cõſcius eſt delicti perpetrandi, vt ſeruus conſcius de morte Domini, & ſubditus de morte Principis, ex l. 1. §. ſi ſeruus. ff. ad Sylla. & in dict. l. quiſquis, & l. 9. tit. 13. part. 2. & filius conſcius de morte patris, vt leg. 2. ff. de Parricid. & pariter vaſſallus conſcius de morte domi-
65 ni, nam ij omnes tenentur reuelare & indicare † principalem: & quòd in hoc delicto conſcius puniatur vt Principalis, tenet etiam Socin. conſ. 22. col. 2. Brunus, conſ. 28. numer. 7. & relati per Decian. in dict. nume. 15. in fine, & ſic filius tenebitur reuelare Patrem contra Remp. Imperatorẽ, vel Regem machinantem ſi monitus pater noluit deſiſtere, † & ſi magnum
66 immineat periculum, non proficiet filio allegare pietatem circa Patrem, Impietas enim foret, ſi in perniciem Reip. Regis & Regni celaret patris conſilia, cum & Tulli. 3. de offi. dicat quod ſi tyrannide occupare patriam, prodere conabitur pater, ſilere ne debebit filius? imo vero obſecrabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiat, minabitur, accuſabit, ad poſtremum ſi
67 ad perniciem patriæ reſpectabit, patriæ ſalutem, † anteponat patris ſaluti, & hoc videtur probari in l. 2. ff. de parricid. vt refert Decian. vbi ſuprà num. 21. & gloſ. Faria, in dict. l. 9. tit. 13. part. 2. & ſic ex dict. Bart. doctrina in dict. l. vtrum, licet dura, vera & communiori, vt dictum eſt, filius, ſeruus vel vaſſallus non reuelantes crimen hoc læſæ Maieſtatis puniẽtur eadem pœna, qua ipſe Pater vel Dominus puniretur ſi id perpetrarent, ſed quia fortiſsima dura & rigida eſt hæc Bar. opinio ſaltim quoad filium, vel ſeruum
68 imo & contra extraneum, aliqui contra eam † tenuerunt, vt apparet ex Anton. Gom. vbi ſuprà. d. cap. 2. num. 8. limit. 3. & Decian. dict. numer. 15. &
69 inquit Crauet. conſ. 224. num. 7. & ſequent. ſe tamen ideo nolle contendere, quod non puniatur pœna mortis non reuelans, ſed ſaltim mitiori, & inquit Bald. in conſilio incipiẽte quãquã multa dicta ſint volumine ſolatus per Montol. in dicto ſuo promptuario iuris verbo reuelatio, q̃ animaBar. eſt ſepulta in Inferno propter illud dictum, quod dixit in dict. l. vtrũ, & inquit Salice. in l. 1. C. de rap. virg. quod officiales qui ſequũturBar. occidunt proprias animas, & magis cõmunem contra Bar. dicit Cagnol. in dict. l. culpa caret, num. 21. & relati per Clarum vbi ſuprà libro. 5. §. fin. quæſt. 87. nu. 2. vbi ipſe inquit in duobus Bart. doctrinam procedere, vnde dici poteſt, quod ſubditus ſiue filius, ſeruus, vel extraneus ſciens & non reuelans tenetur, non tamen eadem pœna, ſed extra ordinaria arbitrio iudicis imponẽda, & pro hac opinione cõtra Bar. ego cõſidero optimè facere
70 † dict. l. 9. tit. 13. p. 2. vbi poſtquã hos cõſcios & potẽtes phibere hoc crimẽ &de-

tur perduellionis ſunt, vt probatur in l. ſi ff. iſto titu. & licet ſecundũ Decian. vbi ſuprà num. 2. perduellio, ſecundum aliquos, à duello dicitur, ve-
40 rius tamen eſt, dictum † perduellem, quod ad perduellum, ideſt bellũ perfectè paratus foret contra Remp. vel Imperatorem, & ſic perduellis dicitur hoſtis, qui bellum in Remp. vel Impe-
41 ratorem aut Regem 4 exercet, & ſic qui hoſtili animo in Remp. vel Imperatorem animatus eſt, ſecundum Decian. vbi ſuprà num. 3. optimam. l. 3. tit. 2. part. 7. & ſic priuatus inimicus noſter nõ eſt perduellis, neque latro, vel Pirata vt ibi per Decianum, & eſt
42 hoc perduellionis † crimen grauiſsimum, vt ibi per totum illud ca. 6. pro ſequitur ipſe Decianus, quem videre ſufficiet vt ad alia deueniamus.

Ibi *La primera y la mayor*, idem diſponit. l. 1. tit. 2. 7. & in hac dictũ eſt lege, & l. 1. & ſeq. ff. eo. & in l. quiſquis C. eo. & in extra. qui ſint rebelles, & approbatur hic & in d. l. 2. opinio dicentiũ, non ſolum contra rẽpub Romanã & Imperatorem committi crimen læſæ
43 Maieſt. verum & cõtra Regem in ſuo † regno per ſubditum ſuum vt in glo. ſequenti. dicemus, Regi enim ſuper omnia temporalia debẽt ſubditi obedire, vt inquit tex. in l. 6. ti. 13 p. 2. etiã ſi ſit fœmina, ſecundũ gl. in dict. l. quiſquis. C. eo & Deci. dict. lib. 7. c. 8. nu. fi.

Ibi *Si alguno*, intellige, qui ſit ſubditus Imperatoris, vel Regis illius cõtra quem crimen hoc committitur, nam
44 ille, qui ſubditus non eſt † non incidit in hoc crimẽ, vt probatur ex Clemẽt. Paſtoralis vbi glo. de re iudi. Bal. in l. 2. C. de fal. moner. latè Boſsius, in pract. crimi. tit. de crimi. læſæ Mai. nu. 80. & ſequen. & tenent plures relati per Decianum, in d. 2. tomo de delic. lib. 7. cap. 8. nume. 5. vbi hanc teſtatur communem opinionem, & Iuli. Clarus, in pract. crimin. §. læſę maieſt. nu. 6. & Cantera, in quæſt. crimin. capi. 2. de crimin. læſæ Mai. nume. 3. & rationem aſsignat Oldra. conſ. 43. col. 3. nu. 8. ſcilicet, quia cum crimen hoc læſæ Maieſtatis humanæ conſiſtat in læſione maioris poteſtatis, ſi Imperator vel Rex non habeat poteſtatem in lædentem, non dicitur incidere in hoc crimen, & ſic non ſubditus non dicitur committere rebellionem aduerſus illum, cui non ſubeſt, vt per Pariſ. conſi. 101. num. 33. volu. 1. & per Decia. vbi ſuprà, cap. 32. nu. 10. ex quibus Decian. ipſe in dict. cap. 8. numer. 6. in
45 fert, quòd clericus † non poteſt dici incurriſſe crimen læſæ Maieſtatis cõtra Imperatorem dato quòd contra illum, vel eius conſiliarios aliquid Machinatus fuiſſet, & hanc teſtatur communem Iuli. Clarus vbi ſupra num. 7. vbi tamen inquit, cauere debere clericos ab hoc delicto, quia licet id ſit de iure, Principes de facto contrariũ obſeruant, vt & inquit Decian. dict. nu. 6. & melius ipſemet Decian. tomo. 1. lib. 4. cap. 9. num. 5. cum. 3. ſequen. vbi inquit, quòd Rex formauit proceſſum & mittet Epiſcopo, qui eum degradet, & tradat ei, vt & per Guid. Papæ, ſingul. 491. per text. in cap. ſi quis Sacerdotũ. 12. quæſt. 2. & tradit Ber. Diaz in pract. cano. cap. 119. læſæ Maieſt. vbi additio. 2. inquit ab ijs debere Chriſtianos abſtinere & additio. fin. dicit communem non eſſe, tradendũ curiæ ſeculari ad degradandum, & inquit Decian. in dict. cap. 8. nume. 5. aduertendum, quod licet non ſubditus non committat crimen læſæ Maieſtatis poteſt tamen committere proditionẽ & dici proditor, † vt per Bart.
46 in extrauag. qui ſint rebelles verbo rebellis, & ex ijs colligitur, quòd reus
47 Maieſtatis † differt ab hoſte, quòd hoſtis non eſt ſubditus, reus autem huius criminis ſubditus eſſe debet, vt dictum eſt, & ſic verba hæc noſtri text.

alguno,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alguno,ꝺ ſubdito ſũt intelligẽda,quia de habilitate reſtringũtur, put debẽt reſtringi,ex.l.vt gradat.ff.de mun. & hon. ſed an vniuerſitas t cõmittet hoc crimẽ,vide Deci.d c.8.n.9.cũ ſequẽt.

48

Ibi,*Trahajaſſe de le matar*,& ſic ſolus conatus ſufficeret in hoc crimine, ex text.in.l. quiſquis in principio.C.iſto tit.&.l.6.col.2.&.3.ad fin.tit.13.par.2. &.l.1.tit.2.part.7. nã in hoc læſæ Maieſt.crimine,& in crimine oppugnatæ patriæ adhuc nõ eſt derogatus co

46 natus † in alijs aũt ẽ leges conatũ punientes derogatæ cõſuetudine ſunt, ſecũdum Pau.Caſ.in.l.1.§.1.ff.ꝙ quiſque iur.& ibi Oroſci. col. 602. verſic. 40.& Decian.in.d.2.tom.de delict.lib. 7.c.35.n.1.vbi.n.2.inquit.quòd imò & ſola cogitatio punitur,ex.d.l.quiſquis in principio ibi cogitauerit,& in.§. emancipationes,ibi quo primũ memorati de incunda factione & ſocietate cogitarunt,& not.glo.moliri in§.1.inſti.de publi.iudi.& in.c penſandũ.6.diſti.& reſpondit Lofredus,conſ.21.nu. 8.& ideo ſi quis iurauit, vel certo aſſeruit ſe velle Principem occidere vel magnũ aliquod damnũ ei inferre, ex his ſolis minis & verbis dicitur hoc

50 crimen cõmittere † & incurriſſe per ſupradicta, & tenet Affli&is Relatus per Decian.in.d.c.35.n.3. vbi tamẽ inquit hoc tẽperãdum ſecundũ qualitatem perſonarũ loci,& tẽporis, vt per Gigan.de crimi.læſæ Maieſt.tit.qualiter & à quibus quæſt.52.pertot. & ſic ſi præter cogitationẽ interueniat etiã aliquis actus cõformis cogitationi ꝓ culdubio punietur eadẽ pœna, vt pro Soci.Iun'con.105.nu.34.cum ſequen.

51 vol.3.nã ex quo ſceleratiſsimũ † quis cõſiliũ capit exinde quodãmodo ſua mẽte punitus eſt.l.ſi.C.ad l.Iul.Maie. notã.dũ tamẽ eſt,ſecũdũ Dec.in. d.c. 35.n.10.cũ ſequen. ꝙ ſi ſteterit in puris terminis cogitationis † nullo ſecuto actu deſtinato ad exequẽdã cogita

52 tionẽ illã,nõ punietur eadẽ pẽna,qua puniend' foret,ſi animũ perfecte fuiſſet executus, quia hodie ex cõmuni

53 cõſuetudine etiã in atrociſsimis t cõnatus ſimplex nullo actu ſequẽte nõ punitur pẽna principali,& ordinaria,ſed mitiori,vt per plura etiã in hoc crimine cõcludit Grãmaticus.voto.19.n.4. & ſeq.Decius,cõſ.256.n.7.& Deci.eos referẽs in.d.nu.10. vbi.nu.12.ex ijs inquit,ꝙ conatus nõ punitur pœna or-

54 dinaria mortis,† ſed extraordinaria & publicatione bonorũ etiã ſi factus eſſet contra inferiores à Principe nõ recognoſcentes ſuperiorẽ, vt Reſpõdit Alex.cõſ.13.n.16.& ſeq.vo.6.& ſic Cato defendit Rhodienſes, ꝙ voluiſſent quidẽ Philippũ Regẽ adiuuare aduerſus populũ Romanũ, & illũ vincere, attamen ꝙ nihil effeciſſent,dicẽs voluntatis & cogitationis ſolius nullã pœnã,aut prœmiũ quẽ pati debere, quæ verba ſunt relata à Gellio,noct.Attic. lib.7.c.3.co.4.verũ hęc quoad cogitationẽ merã,verũ credo,ſed quoad conatũ metas cogitationis excedẽtem difficulter excuſabit à pœna ordinaria ſi ad aliquẽ actũ demõſtratiuũ ſuæ voluntatis proceſsit, vt inquit lex noſtra & illæ part.6.tit.13.part.2.&.l.1.tit.2. part.7.dũ dicũt,*Se trabajaſſe de le matar*, ſæpe enim, vt inquit Dect. vbi ſup. nu.14.cogitationes, imò & minatoria

55 verba in Principẽ impunita ſunt † relicta à Principib' nõ ſine fœlici ſucceſſu, vt de Aug.legim' apud Sueto.in Aug. c.51.cui' exẽplũ,& Claudi°, & Titus, & plures ſucceſſores ſecuti ſunt.Adeò vt quia atrocius in reos ſimiles ſæuierunt tyrannorũ nomẽ nõ euitarunt, vt Archid. & Hono. Authores dict. l.quiſquis.C.iſto titul.vt ita tyrannidem ſuam tutius firmarent, quam poſtea (ſi Budæo credimus) in.l.1. verbo Maieſtas. ff.iſto titul. abrogare conati ſunt alia noua lege edita, quæ à Iuſtiniano poſita eſt in.l.Sancimus

& delictum læſæ Maieſtatis, & non prohibentes inquit proditionẽ committere, inquit lex, *Por que deuẽ auer tal pena en los cuerpos, y en los aueres, ſegun fues ſe aquel mal que pudieran eſtornar y no quiſierõ*, ecce ergo quomodo,licet in præcedentibus verbis dixerit, *Farian traycion conocida*, adhuc noluit diſponere 73 pœnam mortis huius criminis omnino eſſe imponendam in corporibus & bonis, ſed quod relinquit arbitrio iudicis vt eam imponat conſiderato, quid ex illa occultatione reſultauit, vel reſultare potuit, & noluit prohibere reuelando, ita quod cum ibi indeterminatam relinquerit pœnam, noluit lex quod directe imponatur pœna ordinaria, ſed iudici relinquere arbitriũ in hoc, & iudex ſi eſſem nihil incõſulto Principe offenſo facerẽ in ſimili caſu, ſi occurreret, quaquidem doctrina ſic declarata declaratur primo vt procedat quando hic ſciens delictum hoc 74

71 poſſet probare, † ſecus vero alias, quia tunc non incurret pœnam ſi nõ reuelauit, argument. text. in. l. noſtris, in fine. C. de calumnia, & in l. qui accuſare. C. de edendo, quæ & alia ſic tenendo allegat Anton.Gom. tomo. 3. capitul. 2. numer. 8. verſic. 75 aduertendum etiam ſi ipſe in eod. to.capitulo.3. numer.4. in principio aliud velit, hanc etiam limitationem tenent plures relati per Decian. in.d. cap.34.num.16. & Menoc. de Arbit. iudi.caſu.355.num.10. nam ſi non habet probationes non tenetur ſeſe pœnæ nõ probantis ſubdere, neque tor- 76

72 turæ ſi non probat, vt colligitur ex.l. 3.C.ad.l Iuli.Maieſt.& incarcerem ſe ſupponere vt detineatur, prout detineretur ſi non probaret, ego tamẽ, vt teneatur indicare † etiam ſi probationes non habeat, ſi ſolum in terminis indicationis loquimur, non vero denunciationis, aut accuſationis, conſi

dero.l.27.tit.1.par.7. in principio vbi dicitur nõ teneri aliqua pœna, quod ſi non tenetur indicare debet, licet ſi non faciat in hoc caſu extraordinarie & leuiter puniendum credo, ſi probationes non habet. Secundo limitatur dict. concluſio vt non procedat in vxore,† quæ Maritũ machinãtem contra Principem denunciare, aut indicare non tenetur, ſecundũ Decia. vbi ſup.nu.17.vbi allegat conſtitutionẽ Siciliæ ad hoc,& Gigan.de crim.læſæ Maieſta.quæſt.2.nu.12.ſed ibi cum adſit conſtitutio relenari debet, vbi tamen non adeſt Principẽ conſulerẽ nam ſi filiũ diximus puniendum ſaltim extraordinarie, vt dictum eſt attenta dict.l. partiræ, qui filius dicitur pars viſcerum patris, & alter pater, cur & vxor impunita remanere debet,ſed antequam punirem cõſulerẽ Principẽ vt dixi ad vidẽdum quid iuben. Tertio limitat dicta concluſio vt nõ procedat in non ſubdito, qui non tenetur reuelare tractatũ cõtra Principem, cui ipſe ſubditus nõ eſt, vt per Angel.in.l.fratres.ff. ad. l. Pompe. de parricid,& alij relati per Decia.d.cap. 34.num.18. Quarto limitatur in ſacerdote, qui in confeſsione audiuit machinantem, contra Principem, quia nõ tenetur reuelare per tex.in.c. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ. Angel.in tra.de maleſi.verbo,che ay tradito.verſic. quæro an ſacerdos, diſtinguit,vt per Decia.vbi ſup.n. 19. vbi allegat Anton.in ſua ſumma theologo 3.parte.tit.17.ca.22.in prin.dicẽtem,quod indiſtincte † nullo in caſu tenetur ꝓpalare,& quod ſi cogeretur iurare de veritate dicenda poſſet impune dicere ſe nihil ſcire, quia ꝙ ſcit in cõfeſsione Sacramentali, de qua loquimur, non ſcit vt homo ſed tanquã Deus, imo & quod plus eſt, quod etiã ſi Papa mãdaret ſub pœna excõmunicationis, quod propalaret, nõ tenetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

77 tur † & sequitur id amplians Decia. vbi suprà num. 19. inquitque, quod si sacerdos hic posset aliquibus verbis indicare illi, quem pœnitens occidere intendit, modo non declaret pœnitentem, directè vel indirectè, benefaciet, † nam ex hoc euitabit mortem illius occidendi, & animam pœnitentis occidere volentis medebitur, & saluabitur ab homicidio: differens tamẽ esset in illo, qui iurauit non reuelare secretum sibi creditum, hoc enim propalare tenetur, † secundum Decian. ibi, num. 20. nam secundum eund. Decia in cod. lib. 7 cap. 17. num. 23. cõmunis est quod tenetur reuelare secretũ si in testem producatur iurans non reuelare † secretum sibi commissum, si cogeretur à iudice deponere, aliter enim sponte nõ debet se offerre, etiã si amico diceretur secretum sub sigillo confessionis non sacramentalis, vt per Decian. in cod. cap. 17. num. 14. & quod ibi dicit in dict. num. 23. in fine quod si secretum est mihi cõmissum de occidendo Titium licet non iuraverim tenere secretum, tamen non teneor hoc propalare † Titio vt caueat, id verum intelligo, nisi ille Titius occidendus, esset Rex vel Princeps cui subditus est, † vel alius in quo crimẽ hoc læsæ Maiestatis cõmittitur, item intelligo verum vt non tenear Titio & hæredibus ad damnum, † & supra dictum est, ex communi Theologorũ resolutione non teneri, sed à peccato non credo esse † immunem non reuelantem hoc Titio huic, cum quo non committitur crimen læsæ Maiestatis, secus si committeretur, vt dixi. Quinto limitatur nostra conclusio, vt non procedat in non propalante propter potentiã rebellis vel conIuratorũ, † quos timuit, vel quia persona illa, de qua id audiuit erat persona fidelissima, de qua non erat verisimiliter dubitandum, quod tractatum non exequeretur, vt qui esset consanguineus vel familiarissimus Principi, secundum Decian. vbi suprà in dict. cap. 34. nume. 23. & 24. ego tamen & tunc consulo ne minis quis fidat se in hoc: nam & si à muliere quis id audiuerit, quæquidẽ est animal mutabile, & fragile vel vassallus à Dño Id omnino ,ppalare tenetur, vt per Deci. ibi num. 25. & 26. vbi num. 27. inquit indicare debentes nõ debere morari in indicatione, sed statim cognita † machinatione propalare, nè scilicet differẽdo Princeps aut Respub. damnũ patiantur, inutilisque post factum sit futura indicatio. Quid autem erit in ratificante commissum delictum criminale † læsæ maiestatis, an punietur? Et in hoc Decian. in dict. lib. 7. ca. 34. num. 8. dicit, quod si suo nomine gestum sit & ratum habeat tenebitur eadem pœna, sed si commisso crimine læsæ Maiestatis per alium non nomine meo, ego lætatus sum, non sum propterea puniendus pœna læsæ Maiestatis, quia cogitationis pœnam nemo patitur, & voluntas in mente retenta nihil operatur, Iuli. tamen Clar. vbi sup. à quæst. 81. num. fin. in ratificante delictum iam commissum an puniatur distinguit alio modo, sed tamen remanet cũ dicta Decian. distinctione, dicens quod ad hoc vt ratificatio delicti obliget ad pœnã duo requiruntur, primum quod delictum fuerit commissum nomine meo, & ita communiter Doct. tenere asserit, secundum quod ego sciens nomine meo fuisse commissum, illud tanquã meo nomine factum ratificem, in dubio tamen eo ipso quod quis ratificat delictum præsumitur suo nomine † factum, & ita dicunt Doctores, secundum Salicet. in. l. non ideo minus, post, num. 31. C. de procurato. & ideo secundum Clarum vbi suprà tenetur ratificans probare † delictũ non esse factum

factum suo nomine.

Ibi, *Se trabajasse de le matar*, & sic conatus sufficit licet ad effectum nõ
90 deducatur, † vt in hac dictum est lege, & tradit in propositum Decian. in dict. 2. tomo, de delict. libr. 7. cap. 35. & Iuli. Clarus in dict. §. læsæ maiestatis, numer. 15. & de conatu plura per Felin. & alios nouissime dum hæc scriberem relatos per Ioann. Gutier. libr. 3. practi. quæst. q. 7. nu. 43.

Ibi, *O le hizieſſe deshonra, haziendo tuerto con la Reyna ſu muger*, inhonoratur Rex tam verbo, quam facto, nam sicut facto ita & verbo, & ècontra
91 debet † Rex honorari, alias punitur aliud faciens, vt vtrumque apparet ex. l. 17. & 18. titul. 13. partit. 2. & ex. l. fin. titul. 2. partit. 7. & de facto exemplificat lex nostra, scilicet, si quis adulterasset reginã, & idem si
92 esset in causa, quod ipsa cũ alio † adulterium cõmisisset, vt inquit singularis, l. prima, titul. decimoquarto, partit. secunda, vbi inquit quod hæc est vna de maioribus proditionibus, contra Regem factis, adeo vt in ea solus conatus sufficiat, puta si quis tangeret Reginam, vel manus intra pectus poneret, vel amplexa-
93 retur aut oscularetur eam, † quia hæc sunt præludia veneris, & id probatur ex dict. l. prima, vbi Gregor. Lopez eam ad hoc considerat, & tandem cogitandum relinquit, quia lex illa factum requirit, imo & nostra clarius factum requirit, & ideò in conatu in hoc crimine cum regina cum aliud nõ reperiatur dispositum, videtur factum requiri, sed cum ex dictis in hac lege inhoc crimine conatus puniatur, & cum regina sicut cum Rege hoc crimen committatur, vt ex dict. l. 1. tit. 14. p. 2. colligitur, merito q; & quoad reginã puniatur conatus sicut quoad Regem, sed quia antea de iure reperiebamus

decisum non committi crimen læsæ maiestatis ex adulterio commisso cum regina, vt inquit Decian. in dict. 2. tomo, lib. septimo, capit. trigesimotertio, nume. decimisexto, nimirum (si hodie id dispositum reperimus) quod intelligatur in adulterio cum effectu commisso, non vero †
94 si in affectato, quod ego intelligerem nisi affectus hic ad actum transisset, puta existendo in loco secreto cum regina eam deosculando &
95 proijciendo † ad coitum, nam tunc idem esset dicendum, sed in solo conatu existendo, cogitandum est de eo an pœna ordinaria esset puniendus, licet ex illa. l. prima, in ijs actibus osculi, amplexus, & tactus pectoris, cui dubiũ, nisi quod regina in honoratur, sed ibidẽ probatur, quod etiam alijs inhonoribus reginæ factis etiam committitur proditio, ergo & in hoc, nisi conatum in tali casu consideremus, solum cum procuranit quis adulterium committere cum regina, cum loquela ei hoc manifestando, vel Nuntios mittendo, tunc nimirum † quod pœna ordinaria non puniretur, sed procedendo ad dictos actus iam trãsit fines meri conatus, & sic idem videtur dicendum, vos latius cogitabitis, quia nulla maior iniuria quam hæc fieret Regi, neque regina vllum turpius opprobrium posset contra Regem committere, quam adulterium vt ex dict. l. prima, apparet, & sic Regi fit iniuria, & in eum committitur hoc crimen, & consequenter sicut cum eo conatus ad mortem sufficit, ita videtur sufficere conatus adulterandi vxorem suam ex dictis actibus solum, etiamsi perfecte adulterium non committeretur, sed quia rationes adsunt in contrarium, ideo
97 Regis iussus † in hoc esset expectandus pro pœnæ impositione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *O con su hija del Rey no siendo ella casada*, vt probatur in capit. primo. §. item si fidelis, qui. mod. feudo. amit. & capit. 1. §. rursus, quæ fuit priuil. causa. bene. amit. optim. l. 2. titul. 14. partit. secunda, quæ ad sorores &
98 Regis consanguineas ampliat, † vbi & inquit quod illis, qui ad hoc consilium dedissent sunt extrahendi o-
99 culi & capienda bona, † inquit tamen lex illa, in versiculo, *Pero esto se entiende*, id procedere, cum filia Regis, soror, vel consanguinea habitant in domo Reginæ, vel eas Rex in aliquo reliquisset loco, secus vero alias, & quoad filiam Regis non nuptam lex nostra indistincte seruanda est, siue habitet in domo reginæ, siue non, quoad sororem vero vel consanguineam Regis lex illa
103 partitæ seruanda est, neque per nostram censetur correcta quoad alias
100 † personas quam filiæ quia lex nostra cum exempla proditionis designet, non censetur aliarum legum dispositiones in alijs casibus loquentes corrigere. Sic & secundum. l. 4. eodem titul. decimoquarto, partit. secunda, si quis coiret cum nuttice filij alicuius à Rege procreati, vel cum cameraria reginæ, vulgo camarera, † quam, cobijera, vocat illa
101 l. quarta, proditionem committit, & ibi & in. l. tertia, ponit quid de alijs, qui coirent carnaliter cum alijs mulieribus vel ancillis Regię domus, & sunt notabiles leges. Notabis etiam verba. l. nostræ de filia Regis loquentis, dum adijcitur, *Que no sea casada*, quasi si nupta esset, cum iam in potestate mariti esset, & mariti personam concomitetur, nimirum quod de hac lex nostra non loquatur, nisi in domo reginæ habitaret, vel alibi de mandato Regis, nam & tunc posset habere locum illa lex. 2. partitæ. 2. titul. 14. Sed Regem in hoc etiam consulerem.

Ibi, *Se trabaja por le hazer perder la honra de su dignidad que tiene*, adde ex l. prima, versiculo, *La primera*, titul. 2. partit. 7. *Trabajandose con enemiga que sea otro Rey*, hic est enim proprie sensus horum verborum, & conatus illius, qui Regem perdere dignitatem contendit, sicut & faciens conuenticulas de Papatu Papa viuente,
102 † crimen læsæ maiestatis committit, capit. si quis Papa. 79. distinctione notat glos. *Otro Rey*, in eadem. l. prima.

Ibi, *Y otrosi qualquier que fiziere estos yerros susodichos al Infante heredero*, Pondero verba, *Estos yerros sobredichos*, vt intelligas quod omnia supra relata quæ contra Regem & vxorem suam
103 fiunt, sunt approprianda Infanti † Regni hæredi, & eius vxori, idque clarius probatur in. l. prima, titul. decimoquinto, partit. 2. & ibi notat glos. *De todas*, dum dicit, *Onde por todas estas razones los deuen honrar y guardar, assi como a el de muerte, e de ferida, e de todas las otras cosas de que les pudiesse venir deshonra o daño, o mal de aquellos que de suso diximos, de que deue el Rey ser guardado, y mayormente aquel que deue ser Rey*, & sic in hæredo regni, quæ quidem lex, amplia re videtur nostrã vt procedat etiam in alijs filijs quã primogenito, cum ibi loquatur in plurali de filijs, & cum loquatur per illud verbum, *Mayormente*, Latinè, maximè, vel præsertim, quæ alios non excludit, sed includit potius, licet quia lex nostra de filio Regni hærede loquitur, in alijs filijs fortasis liceret haberet locum pœna mortis & confiscationis bonorum, non tamen infamia contra filios delinquentis, neque vt damnaretur eius memoria si mortuus fuit ante-

antequam condemnaretur, & accusaretur, & ita videtur, vt iura inter se concordes, & sic Didac. Per. in præsenti sub. l. 1. titul. 8. lib. 8. Ordin. pag. 195. ad fin. inquit legem nostram in alijs personis quam hic expressis locum non habere.

Ibi, *Fueras ende*, limitatio est versiculi proximi præcedentis loquentis de filio Regis primogenito, vt contra eum idem crimen læsæ maiestatis committatur, sicut contra Regem patrem eius, vt scilicet hoc non procedat si filius Regis primogenitus aliquid mali in personam patris machi
109 naretur, nam tunc quidquid contra hunc filiũ vassalli fecerint pro defendenda Regis persona, non commit
104 tent crimen † aliquod, sed potius honorandi sunt, idem probat dict. l. 1. titulo. 15. decimoquinto, partit. secunda, ibi, *Fueras ende si el quisiesse matar o prender o ferir o desheredar a su padre*, vbi glos. *O desheredar a su padre*, inquit, nota & bene, & adde quod filius qui committit aliquam causam ingratitudinis contra patrem, ex quibus potest exhæredari perdit priuilegium
105 † filij, vt habetur in Authent. vtrum de appellatio. §. causas, collatione. 8. & tenet Bar. in. l. diuus. ff. ad. l. Pompe. de parricid. vbi idem dicit si adulterasset nouercam vxorem patris, inquit tamen ibi Gregori. Lopez,
106 quod quoad casum nostrum † prædictæ causæ non sufficerent, si non essent de expressis in illa. l. 1. & in l. nostra cum ea in hoc concordante & tunc quando fieret ob defensionem patris Regis, vt hic & ibi probatur, dum dicunt, *Por razon de defender al Rey su señor*. Sed an si Rex dilapidaret bona regni licet filio ob
107 hoc insurgere † contra patrem, & dicendum est quod non, cum Gregorio vbi suprà, & bene, quia neque hoc casu licet filio erigere ceruicem contra patrem, sed quod recurrendum est ad Papam, prout fuit recursum, in capit. intellecto, de iur. iur. & habetur expressius in capit. u. graui. de supplend. neg. prælato, in sexto.

Ibi, *O herir*, siue cum ferro vel sine
108 eo, nam vtroque modo † dicitur, *Ferir*, vt in propositum notat glos. *Que lo firiesse*, in. l. 6. titul. 13. partit. 2. & faciunt dicta per nos in. l. 3. nu. 9. ad fin. titu. 2. lib. 1. suprà.

Ibi, *O prender*, Nam detinens & capiens Regis personam, per inde puni
109 tur ac si eum † occideret, vt in dict. l. 6. ad fin. tit. 13. partit. 2. probat, & ibi notat glos. *Le prisiere*, & de capiente filium Regis vide. l. 1. titu. 15. eadem partit. 2.

Ibi, *O desheredar al Rey su padre*, & sic eum à dominio regni priuare, & non reconoscere dominium eius, quod quidem Regis dominium super om-
110 nibus rebus est † respectandum, & obseruandum. vt inquit lex nostra, ibi, *Porque el señorio del Rey deue ser guardado sobre todas las cosas*. & sic quilibet aliud faciens, (præsertim filius Regis qui etiam obedire patri tenetur & eum honorare) crimen læsæ maiestatis committit, vt hic probatur, & in. l. vndecima, titulo decimo tertio, partit. secunda, vbi glos. *Del señorio*, optime declarat principium & finem illius, ne videatur sibi contrariari, & sic filius Regis volens patrem Regem à dominio regni priuare nimirũ si per vassallos eis resistì possit ob defensionem Regis patris sui, vt & probat. l. prima, titul. decimoquinto, part. 2. vbi idem lex illa dicit de alijs Regis filijs, vel cum cõtra reginam idem filij sui facere vellẽt, nisi vt ibi, versicul. *Fueras ende si ella*, ipsa regina aliquid turpe commisisset ob quod Rex vel filij sui eam calumniare poterant, nam tunc cum Regis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mandato bene possent filij ipsi contra matrem Reginam insurgere, vt ibi,disponitur

Ibi, *Con los enemigos para guerrear o hazer mal al Rey*, Con. l. 1. in versiculo, *La segunda*, titul. 2. partit. 7. & l. quisquis. C. eodem, prout in exemplo, Alciat. consi. 456. & Socin. Iunio. consil. 105. volum. 3. de subdito qui fecit tractatum contra personam Domini, assumens enim arma contra Principem, proculdubio crimen læ-
111 sæ maiestatis † committit, iuxta l. 1. ff. eodem, & per Gigan. in tract. de crimine læsæ maiestat. titul. qualiter & à quibus, quæstione. 37. & vi. singularem, l. 2. ad fin. titul. 28. partit. 2. di-
112 centem quod ij tales habiti sunt † vt recedentes à fide, & grauissimis pœnis, vt ibi puniebantur. Sed quis magis arma mouet contra Principem, quam ille, qui cum eius inimicis se conformat ad bellandum contra Regem, lædendum? certe nullus, debet tamen in hoc casu probari illa qualitas, scilicet, quòd cum inimi-
113 cis Regis factionem † inierit ad debellandum contra eum, vel ad lædendum eum, & hoc ex verbis legis nostræ colligitur, dum dicit, *Si alguno se pone cõ los enemigos para guerrear o hazer mal al Rey*. Ergo tractatus, & concordia ac factio cum inimicis requiritur, sicut in aliud propositum sic intelligendo. dict. l. quisquis, dixit Decia. in dict. 2. tomo, de delict. lib. 7. capitulo. 5. numero. 6. folio. 106. nam cum l. aliquam qualitatem requirit debet probari illa qualitas, alias non habet locum dispositio, vt per Decium, consil. 434. nume. 3. & sic qui casu inimicum adiuuat, non incurrit crimen hoc, licet vt rebellis puniri possit, vt per Decia. vbi supra, capitulo. 32. de rebelle, quod idem est in effectu, velut transfuga, qui hoc crimen etiam commit-

tit. vt per eundem, Decian. eodem libr. 7. capit. 14. sed vt exaggeretur proditionis forma, quam exaggerare voluit lex nostra in hac secunda specie proditionis, Tractatus aut factio cum Regis inimico videtur requirenda, vt hæc secunda legis nostræ species verificetur, sed quid si quis det operã vt hostes deprędẽtur
114 † regnicolas, vel prædam cum eis diuiseris, vi. l. si quis Barbaris. C. de re milita. lib. 12.

Ibi, *O al Reyno*, nam qui hostes cõcitat cõtra Rẽpub. vel suũ Principem
115 reus † est huius criminis l. 3. in principio. ff. ad. l. Iuli. maiestat. l. proditores. ff. eodem. l. si quis Barbaris. C. de re milita. libr. 12. & con. dict. l. 1. tit. 2. partit. secunda, vbi gloss. *O al Reyno*, quærit, quid si oppugnat
116 aliquam ciuitatem, Regni, † & inquit quod idem erit, si adhũc finem proditur, & oppugnatur, vt Regi auferatur, secus si ad istum finem non fiat, nam tũc non incurritur hoc crimen, vt per Salyc. in l. Fallaciter. C. de abolitio.

Ibi, *O les ayudare de hecho, o de consejo*, Con. dict. l. prima titulo secundo, partit. septima, nam non modo puniuntur, qui vere ideſt actu ipso hoc crimen commiserunt, puta deficiendo à Principe, subtrahendo se ab eius obedientia, vel arma contra ipsum sumendo, sed & qui auxilium opem, & fauorem quoquomodo, vel
117 etiam † consilio præstiterunt, vt probatur & in. l. quisquis. C. isto titulo, & in l. fin. eodem, titulo, l. tertia in principio. ff. isto titulo. ideo Tusculani lege Flauia dãnati fuerunt, quod Veliternis Priuernatibusque opem & consilium dedissent contra populum Romanum, vt legitur apud Liuium, libr. 8. Deca. primæ, & lege Varia etiam latum vt quæreretur de ijs, quorum opera consilio vè Soci

cij contra populum Romanum arma sumpsissent, vt est author Tulli. pro Scauro, & etiam pro Cornel. & secunda Tuscula. & in Bruto, & Valer. Maxi. libr. 8. capitu. 6. Hi enim omnes in omni casu atroci æque puniuntur, vt in. l. raptores. C. de Episcopis & cleri. & in. l. 1. C. de rapt. virgin. & in. l. diuus. ff. de custod. reo-
124 rum, & in alijs pluribus iuribus allegatis per Decian. in dict. lib. 7. capit. 34. nume. 1. vbi numero. 3. am-
118 pliat ad vxorem † marito opem præstantem in hoc crimine, quod ibi intelligie dum maritus existit in actu
125 rebellionis, secus si iam eo finito & carcerato, nam tunc si alimen-
119 taret † eum secus esset, & bene. Et de opem præstante ibi plura dicit, & Anton. Gomez, in 3. tomo. de delict. capit. 3. nume. 48. cum sequentib. vbi quid ante delictum, & quid
126 120 in delicto, & quid † post delictum, & Iuli. Clar. in libr. 5. §. fin. quæst. 90. vbi ipsi alios plures allegant. De præstante autem consilium tradit ipse Decian. dict. capit. 34. vbi nu. 2. inquit, quod & consulens vt tributum
121 Principi † non soluatur incurrit hoc crimẽ, perinde ac illi, qui recusant soluere, & de ijs etiam cõsiliarijs tradit Anton. Gomez, vbi suprà, nume. 43. & Clarus, vbi suprà, quæstione. 88. inquit tamen Decian. in dict. capitu. 34. nume. 7. quod ad hoc vt præstans opem, vel auxilium, & fauorem, aut consilium huic delicto, puniatur oportet, probare, quod sciuit †
122 per principalem, cui opem fert, commitri crimen læsæ maiestatis, alias
127 non tenetur secundum gloss. in l. 1. 128 ff. de receptato. & tradit Ruynus consi. 1. num. 2. volu. 5. vbi quod ingnorãtia in dubio præsumitur vel probabi-
123 tur per assertionem † & iuramẽtum illorum, qui de auxilio, aut consilio imputantur, vbi & inquit quod vbi

potest dari aliqua causa colorata, propter quam moti fuerunt ad auxilium præstandum, non autem vt Principem offenderent, saltim principaliter, excusabuntur à pœnis criminis huius læsæ maiestatis. Sed an vt auxiliator vel consultor puniatur debet constare de delicto per principalem commisso † aliterquã per con
124 tumaciam, tradit Clarus in dict. quæstione. 90. nume. 6. & ego dixi in. l. 3. tit. 10. sup. lib. 4. sed an auxilians vel consulens, alias facturo delictum excusetur, † dic cum ipso Claro in eadem, quæst. 90. num. 7. & in quæst. 88. num. 1. quod non excusatur à toto, sed à tanto, & sic mitius punietur, quam ille qui alias non facturo opem vel consilium præstitit, de quibus & per Menoc. de Arbit. iudi. casu. 349. num. 4. 7. 13. & 14. & casu. 351. nume. 18. & 20. sic & mutuans † pecunias renetur vt per Decian. dict. lib. 7. cap. 13. num. 16.

Ibi, *O les imbiare carta o mandato porque se aperciban en alguna cosa cõtra el Rey en daño de la tierra*, Con. dict. l. 1. titu. 2. partit. 7. versiculo, *La segunda manera es*, l. 1. circa finem, vbi Bar. ff. ad. l. Iuli. maiestat. gloss. literis, in Clementina, si summus Pontifex, de sen ten. quæ & alia ad hoc allegat Decia. vbi supr, dict. lib. 7. capit. 13. nu. 15. vbi idem dicit de ijs, qui ferunt literas ipsas, licet non sint complices, & per Bar. in dict. l. 1. vbi Alexand. in additio, & Plaça de delict. capit. 15. numer. 9. vbi idem esse dicit in nun-
129 tio † mandanti alteri, nam vterque tenetur, sic & de aperiente literas, ex
128 quibus aperiens consilium ineat † contra Rempub. incidet in hoc crimen, vt per Decian. dict. num. 15. vbi hæc intelligit modo fiãt in damnum Principis vel Reipublicæ, vt per Bossi. in practic. crimin. titulo, de crim. læsæ maiest. num. decimoseptimo, & sequenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequenti.& probatur clare ex verbis ijs nostræ. l.dum dicit, *Porque se apercebian en alguna cosa contra el Rey en daño de la tierra*. Imo & qui currit velper-
129 mittit literas hostium libere † pertrã sire, hoc crimẽ incurrit, vt ex Decio, consil. 604.inquit Dectan.dict.capit. 13.num.21.vbi dict.num.4. ex.l.4. ff. hoc titulo. alia deducit in propositum, qui in eo lib.7.capi.33.num.12. idem dicit in eo, qui scribit aliquid,
130 vel legit falsum ad præiudicium † Principis, vel Reipub.vt per Alberic. in Rubrica.ff.isto titu. ex.l.2.ibidem, & hoc intelligit procedere, quando in libris publicis scripsit, vel ex illis legit aliquid falso in detrimentum Principis, ex Afflict.& Gigante, ibi per eum allegatis.

Ibi, *Se alçassen contra el que no le obedeciessen ansi como solian*, con. d. li. 1. tit. 2.part.7.& l.4 ff.eod.Afflictis,in dict. cap.1.§.& bona committentium,nu. 92.quæ sunt Regal.Gigas in dict.Tractat.de crimi.læsæ maiest. titu.qualiter &à quibus.quæst.49. ex denegatione enim obedientiæ Principi mul-
131 tæ species † læsæ maiestatis committuntur & oriuntur, vt si quis denegat soluere tributum iustum Principi ministranti iustitiam, facit enim contra honorem ipsius. Item contra securitatem,quia pecunijs, quas ex tributis exigit,securus redditur.Item quia non vult obedire Principi, cui præstatur tributum in signum supremæ potestatis, vt late per Gigan. vbi suprà,quæst.36.Item & subtrahens se quoquo modo, obedientiæ Princi-
132 pis † hoc crimen committit, vt per Alexand.consil. 13. num.6. volumine. 6. & ex lege nostra faciens aut consulens alicui subdito Principis vt contra eum se rebellet, & non obediat ei, crimen hoc committit, ita vt non solum ex inobedientia sua, sed etiam aliorum si-
bi subditorum per hunc subtractorum à tali obedientia committitur hoc crimen, & iuste.

Ibi, *La quarta*, Idem disponit dict. l.1.titulo.2. part.7. versic. *La quarta*, & text. in dict.l.4.ff.istotitu.

Ibi, *El que tiene por el Rey villa o fortaleza,y se alçare con aquel lugar*, Scilicet, cum illa villa, vel cum illo fortalitio, & con.dict.l.1.versic.*La quinta*, titul. 7.part.7.& l.lex.12.Tabularum,cum gloss.ibi,ff.eod. Nam arcem tenens
133 contra voluntatem † Principis crimen hoc committit, l.3. in principio.ff.eodem titul.Capiti.decisione, 130. numer.9. sic & recusans assignare Magistratum, vel arcem successori incurrit † hoc crimen, ex
134 text.in l.1.ad fin.tit.2.partit.7 & ibi gloss. *Fortalezas*, & l.48. tit.18 part.2. & late per Gigan.vbi suprà,tit.qualiter &à quibus quæstione,47.& quæstione.32.ibi quæstione.50. idem dicit in recusante consignare exercitum † ad nutum Principis. Itidem
135 & qui Castrum Principis è manibus vnius vicarij ereptum alteri vicario licet eiusdem Principis sine †
136 eius permissu traderet, quia hoc est sibi arrogare potestatem Principis, vt consuluit Cepola. consil. crimin. 17.num.14. & idem si castra ipsa inuaserit vel occupauerit, vt in casu Ruini, consi.1. & 2.lib.5.

Ibi, *O lo da a sus enemigos*, Idem disponit dict. l.prima,titulo secundo, partita septima & l.3.in fine, principi. ff. isto titulo, & Capiti. decisione. 130. numero nono, prout in quodam Gallo Castellano Casteleti Genuensis,qui vendidit ipsum Casteletum Genuensibus, & fuit pro-
137 pterea † capite truncatus & rotæ ligneæ insertus, vt refert Boerius de custodi. Claui. numero decimoquinto, vel etiamsi non vendidit, sed illud hostibus tradidit, vt in ca-

su Cornei, consilio. 96.libr.4.

Ibi, *O no lo da a su señor quando se lo pide*. Con.dict. l.1. titulo.2.partit.7. versiculo. *La dezena*, & in gloss. *El que tiene*, supra proxima diximus, & in l.3. ff. eodem, sed an si quis iudex dimittat officium seu impe-
138 tium sine permissione Principis incidat in hoc crimen, † ex l.3.§.fin. ff.eodem, dicit quod sic, gloss. *Dexa el oficio*. in dict. l.1. titulo.2. partit. 7. quod ibi intelligit in officijs magnis, quorum desertio præiudicium Reipublic. ingerebat, secus in paruis, vbi non esset hoc periculum,& iudici immineret necessitas recedendi.

Ibi, *O le pierde*, non muriendo, *En defendimiento del*, con. l.6. titulo.18. partit.2. colum.*fi*.vbi dicitur, *Y de mas de todo esto dene ser muy accucioso en guardar bien el castillo que tuuiere e non se partir del en el tiempo del peligro, e si acaecieese que gelo cercassen o se lo combatiessen, deuelo amparar hasta la muerte, e por tormentar, o ferir. o matar la muger e los fijos, o otros omes, qualesquier que amasse, ni por ser el preso,ni atormentado,o ferido de muerte,o amenazado de matar,ni por otra razõ,que ser pudiesse,de mal o de bien que le hiziessen o le prometiessen de fazer, non deue dar el Castillo, ni mandar que le diessen, ca si lo fiziesse caeria porende en pena de traycion como quien trae Castillo de su señor*. Quæquidem verba, *rigorosa*, ac terribilia prima facie videntur, & timore plena, est enim mors omnium terribilium maximum, vt inquit Philoso. 3. Ethico. præsertim sui ipsius, vxoris aut filiorum, siue amicorum, sed pro vno Castello tot vitas offerre,tot mala pati contra omne ius videtur esse & omnem amorem naturalem, ita vt vulgo dici soleat, quod hoc est forum famæ, & non lex religionis Christianæ. Sed attentis viuis rationibus in quibus lex se fundat, iu-
139 ridica laudabilis † & pietati conformis videtur, nam ratio legis est, ex eo quod in custodia vnius Castelli consistit custodia & tutamen Regis, & vxoris, & filiorum eius, imo & totius regni aut maioris partis eius, sed in conseruatione talium personarum & rerum, nonnè maius vertitur periculum, quam in morte vnius Castellani, ergo non est lex hæc rigorosa inhumana nec impia: Prout in eius propositum plura dicendo scripsit Doctor Anto. Aluaraez, super illãmet.l.sextam, titulo decimooctauo,partit. secunda, vbi fundat à quo originem habuerit lex hæc in prima parte, in secunda quæ fuerint eius rationes, tertia sustinet partem negatiuam contra Castellanum, qui viuus remansit tradito Castello inimicis. Quarta & vltima sustinet partem affirmatiuam pro tali Castellano, & an habeat aliquam iustam excusationem & super ea sit audiendus, pro qua vltima parte videndus Hieron. Gratus responso.100.parte secunda, & dicta per Hippolyt. in practic. crimina. §. vltima quæst. num. fina, & notandum quod si militi est commissa Castri custodia, qui quidem alij militi eam commisit, si post illud Castrum captum sit ab hostibus, primus miles non est in cul-
140 pa, quia † commisit illud nobili, secundũ quòd Palat.Rub.in Rubrica, §. nono, numero decimosexto, & Hippolytus in practic. in principio, numero octauo, quod tamen intelliges secundum quod disponitur in.l. septima,titulodezimooctauo, partita secunda, & in custodia Castri, si
141 cut & carceris, culpa † in non custodiẽdo dolo æquiparatur, secund. Suarez,de fideiussore in causa crim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fol.109.in medio,pag.1.in antiqua impressione,& nouissime vide Humad. super ea l.6. titu.18.part.2.vbi eam limitat quinque modis.

Ibi, *Temendo lo abaſtecido*, vt & probatur in l.4. tit.5.lib.6.supr.vbi aliqua diximus.

Ibi, *Segun fuero y coſtumbre de España*, quæ quidem consuetudo in custodiēdis Castris & fortalitijs præmaxime in Hispania seruata est cum omni rigore, vt apparet ex l.nīa & ex toto titu.18.p.2. adeo enim Hispani fideles semp fuerūt super omnes alias nationes, vt inquit tex.in.l.2.ti.18.par.2. vt p̄ custodia Castrorū mori potius quā illa tradere inimicis semper vsitatum
142 † est, cum sit res in qua fidelitas conseruatur: quod cognouerunt Hispani tanquam magis versati & intelligentes circa militiam & res militares, vt inquit.l.9,colu.1.tit.19.part.2. & ideo nimirum si lex nostra deferat foro Hispanico custodiam & conseruationem Castrorum, & idem decernitur ex.l.2.titu.27.ead.part.2.

Ibi, *Si alguno deſamparare al Rey en batalla*, notanda sunt verba hæc iunctis verbis sequent. ibi, *Ante del tiempo q̄ oviere de ſeruir*, nam ex omnibus ijs verbis colligitur, deserentem Regem ante bellum inceptum, ita committe
143 re † proditionem sicut iam bello incepto committitur si in eo Regem aliquis deserat, ita vt ij duo casus per legem æquiparantur, licet per l.9 tit.19.part.2. maior pœna imponebatur deserenti Regem in bello iam cæpto, quam ante bellum inceptum, & miror quod Gregor.Lopez, ibidem non meminerit de.l.nostra, cū meminisse deberet, neque etiam meminit in l.1.versi. la sexta, titu.2.partit.7.& vi. etiam.l.2.tit.4. supra, lib.6. ponētem
147 pœnam vassallo, qui ante impletum tempus seruitij abijt & recessit à Domino, & eius seruitio. Et isti receden-

tes à bello cæpto vbi Rex existit neque † ab vxore, neque à filijs recipiendi sunt ex dict.l.9.titu.19.part.2.

Ibi, *O ſe fuere à los enemigos*, Intellige cum præcedente suppositō, existente Rege in bello, vel volente intrare in eo, idque clarius colligitur ex verbis sequentibus, *O en otra manera ſin ſu mandado*, quasi si Rex ibidem non existeret, (nam tunc licet magnum delictum faceret) non tamen ita graue, sicut Rege existente, nisi ad inimicos fugeret vt Regi vel regno bellum faceret, vel ad eis damnificandum, vt dixit lex nostra, in versic. *La ſegunda*, & ij qui ad inimicos fugiunt, transfugæ† vocantur, de quibus per Deci. dict.lib.7.de delict. tomo.2.capit.14. per totum, & in locis ordinarijs plura dicuntur de his, & cons.l.2.ff.ad.l.Iuli.Maiest. & l.1.titu.2.partit.7.versic. *La ſexta*, & l.9.titul.19. & l.2. titu.28. partit.2. & not. Decian.in dict. lib.7. num.11.cum alijs ante & post capitulo.15.

Ibi, *O ſe fuere de la hueſte*. con. l. 1.titul.2.versic. *La ſexta*, part.7. & l.3.colum.fin.& l.9. titul.19. partit.2. vbi gloss. *Hueſte*, inquit quod lex illa taxat pœnam, quæ de iure communi erat arbitraria in ijs, qui fugiunt ante, † seu extra aciem, vt tradit Præposit. Alexand.in capit.ius militare, 1.distinctione, & inquit videndum quod habetur,in.l.3.quæ est.2. titul. 28.partit.2. quæ tamen non loquitur in fugientibus ab acie, sed in transfugis, qui ad inimicos se trāsferunt, qui transfugæ dicuntur, de quibus dixi in gloss.præcedente, nunc autem dicit lex nostra de fugientibus non ad inimicos, sed ab acie ante vel post bellum inceptum, qui quidem desertores † vocantur, & ij quidem proprie dicuntur, authore Modestino, in l.deserторem. §. deserтor.ff.de remi. qui per prolixum tempus euagati capiuntur

piuntur & reducuntur, ex l. qui cum
151 vno.§. edictum.ff.eo.tit.& ij deserto res Militiæ grauiter puniuntur, siue
148 in pace siue in bello ipsam † deserāt, nā qui in pace deseruit, si fuerit Eques gradu pellēdus est, si pedes Militiam mutabit, qui si in bello deserāt capite punientur, præsertim si in vrbe reperiantur, alibi tamen apprehensus ex prima desertione restitui potest, sed si iterato deserat capite punitur, hoc enim grauissimum est crimen, præsertim cum in maximis periculis destitui tur Princeps, nā si is, qui accusationē à se inſtitutam deserit, punitur l.1.§.si
152 quis autem ab accusatione, &.§.incidit.ff.ad Turpi. & in.l.3.C. vbi causæ fisca. quanto magis puniri debent, qui patriam, Dominum suum, fidem datam, Sacramentum præstitum, & disciplinam, quam profitentur, fraudantes deserunt, & ideo apud omnes nationes seuerissime semper
149 hoc crimen † est vindicatum, nam vt refert Plutar.in vita Agesilai Spartani militiæ desertores Magistratu omni repellebant, eis vxorem ducere non licebat, obuius quisque impunè eos cædere poterat, barbæ partem radebant, partem nutriebant, squalidi abiectique circuire ciuitatē singulis diebus cogebantur: & Auidius Imperator multis desertoribus, manus, alijs crura, & poplites incidebat, dicens maius exemplum esse criminosi vluentis miserabiliter, quam occisi. Ex dicta tamen. l. 9. distinguebatur, an Rex esset in bello & acies fuissent iam propositæ, nam tunc desertor morte puniebatur, tan
150 quam proditor & confiscabantur † eorum bona, & quod eorum domus demolirentur, & quod ab vxore & filijs recipi non possent, & in hoc casu videtur. l. nostra loqui in ijs verbis, iunctis præcedentibus, licet si bene
153 præcedentia inspiciantur, lex nostra
154 in ijs verbis, † *O ſe fuere de la hueſte*, etiā si Rex ibidem non esset, eadem mortis & confiscationis bonorum & aliæ proditoris pœnæ imponuntur, nam cum in versiculo, *Si alguno deſamparare al Rey en batalla*. dixerit, de desertore Regis, in ijs verbis, *O ſe fuere de la hueſte*, vt differat à præcedentibus, intelligēdum est loqui etiam si Rex ibidem nō extiterit & consequenter ampliet dict.l.9. in parte, & in parte corrigat, sed quia legum correctiones euitandas procuro, maxime legum Regiarum nostri regni, dicendum est, quod verba hæc, *Se fuere de la hueſte*. † intelliguntur vbi Rex aderat, non dum tamen erat bellum inceptum, neque acies propositæ, tunc seruabi tur dispositio dict.l. 9. quantum ad pœnarum impositionem, & quod sic lex nostra declaretur per illam, cum non sit nouum leges posteriores perpriores intelligi & ecōtra, sed quia lex nostra æquiparat hos duos casus siue quis fugiat à bello, Rege in eo relicto, siue non, fugit tamen à bello non dum incepto, & sic à militia, ideo videtur legem nostram seruandam tanquam nouiorem, & sic vidi iam schedulam Regiam prouidentem, quod milites deserentes militias suas in regno Portugalliæ existentes quod capti morte punirentur, & miror quod Greg. nihil in dictis partitarum legibus de lege nostra meminerit, benè tamen crederem quod in ijs fugientibus à bello nondum incepto, neque acie proposita recte fieret si considerato casu & effectu desertionis propœna Rex vel eius consilium consuleretur: pro prima tamen vice parcitur tyronibus vt alibi dixi, item excusantur absentantes se *De la hueſte*, si infirmi sint vel adeo vulnerati, vt arma
mouere † non possent, secundū text. in.l.3.ad fin.titu.19.part.2. & differt
154 desertor † ab emansore, quia eman-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sor est, qui diu vagatus ad castra reuertitur, cum nunquam animum deserendi habuerit·l.3.§.emansor.ff.de re mili, & sic leuius est hoc delictum quam desertoris, sicut in seruis leuius
155 est delictum † erronis, quam fugitiui, vt.l.quis sit fugitiuus, in principio, & in.§.erronem.ff.de ædili edict. & probatur expresse in.l.qui cũ vno.§.pen. versic.leuius.ff.de remili.examinantur tamen causæ semper emansionis, & cur, & vbi fuerit, & quid elegerit, & datur venia valetudini affectioni parentum & affinium, vel si setuum fugientẽ persecutus est, & ignoranti ad
156 hoc disciplinam † tyroni ignoscitur dict.l.qui cum vno.§.fin. qui autẽ stationis munus reliquit, plusquam emã
157 soresť, † ideo pro modo delicti aut castigatur, aut gradu deijcitur ex.l. desertorem.§. qui stationis. ff. de remili.

Ibi *Ante del tiempo que ouiere de seruir*, & secundum hæc recedens à seruitio Domini ante impletum tempus seruitij proditionem cõmittit, & pœna proditoris puniendus est, quod videtur contra l.2.tit.4.suprà lib.6. vbi pœna alia imponitur minor, & sic videntur contrariæ, nisi dixeris.l. nostram loqui cum Rex deseritur in actu belli existens, illa vero cũ dominus particularis, vel etiam si Rex non tamen
158 in actu belli † existẽs.

Ibi, *Y si alguno descubriere a los enemigos puridades de Rey a daño del*, con. dict.l.1.titul.2.partit.7.& singu.l.2.titul.28.partit.2. quam omnino vide & ibi glos. *Y es traicion*, & vi. Decian dict. libro. 7.de delict.tomo.2.capitul.13.numero.17.& latius eod.libr. capit.17.numero.1.cum sequent.vt in casu Hippol. cons.1.

Ibi *La ollana es si alguno hiziere bollicio, o leuantamiento del Reyno*, con. l.1.&.l. cuiusque.ff.eod.& ibi Angel. &·C.de seditiosis, per totum, &.l.3.titulo.19. partit.2.& diximus aliqua in.l.1.glos. 2.titulo.15.suprà isto libro. vt in casu Hippolyt.cons.127.per totum, nam &
159 turbator pacis capite † puniendus est.l.qui metu, in fine.ff.de remil.& lege Longobardorũ quinta cauetur, vt qui foris in exercitu seditionem leuauerit contra ducẽ, aut contra eum qui ordinatus est à Rege ad exercitum gubernandum, aut aliquam partem exercitus seduxerit animæ suæ incurrat periculum, & varia enumerantur exempla seditionum à Petro Bello tract.de re mili.parte.8.numer. 50.& qui hostes concitat contra Rem pub.vel Principem reus est huius cri-
160 minis † læsæ Maiestatis.l.3. in princ. ff.ad l.Iuli. Maiest.l.siquis à barbaris C.de re mil.lib.11.

Ibi, *La nouena quien poblasse castillo viejo del Rey, o de Peña Braua, segun mandado del Rey, para hazer desseruicio al Rey, o guerra, o mal, o daño, a la tierra*. con. dict. l.1.colum.2.titul.2.partit.7.& vi.l. 8.titu.5. lib.6. suprà vbi aliqua diximus, & in glo.sequente.

Ibi, *Y si alguno pobleſſe por sernicio del Rey, y no se lo hizieſſe saber* qui enim, arcẽ, seu Castrum tenet in confinibus territorij, neque vult dare † Principi
161 hoc crimine tenetur.l. 3. ff. ad.l.Iul. Maiest.vbi glos.verbo, tenuerint. l.2. C.de fund.limitro.vbi Platea, libr.11. vbi quòd nemo potest munire castra
162 sua inconsulto Principe si sita † sunt in confinibus, vt per Afflict.cap.1.§ & bona, quæ sint regali. Gigas de crimi. læsæ Maiestat.titulo qualiter & a quibus, quæst.46.

Ibi *O troſi, si algunos hombres son dados por rehenes*, con.l.1.col.3.titu.2. part.7.
163 l.1.ff.isto titulo & de istis † obsidibus vi.l.16.titulo.13.partita.2.& l.3. titulo.13.partit.5.& ibi Gregor.Lop. & per Decian. in.d.2.tomo de delict. lib.7.cap.18.per totum, vbi num. 2. in
164 quit quod obsides † dicuntur, qui loco pignoris pro fide seruanda dantur, vt si non seruetur, qui recipit, ius vitæ, necisque in eos habeat, & diximus
165 loco pignoris, quia vere homo † liber non potest pignorari.l.fin.ff.quæ res pigno. oblig.l.qui filios.C. eod.l. obses.cum Authentica ibi posita.C. de actio.& oblig.sed tãtum detinetur pro obseruantia pactorum capit· ex rescripto.de iur.iurando cap. exposita de arbit. & deriuatur nomen ob-
166 ses. † ab aduerbio, ob & fides, mutata litera .F. in. S. quasi ob fidem datus. alia videbuntur per Decian. vbi suprà.

Ibi, *O alguno mata todos los rehenes*, hic
167 videtur esse text. ponderando verbũ illud, mata, quod non sufficeret quæ liber offensio, vt pœnæ læsæ Maiestatis imponeretur, nam lex nostra solum cum obses † occiditur punit pœna huius criminis, & eodẽ verbo, loquitur dicta.l.1.col.3.titu.2.part.7. ergo nõ sufficeret alia minor offensa, quia quod lex non dicit, nec nos debemus dicere, & sic est hoc contra Decian.
168 + in dict.cap.18.num.11. in qualibet offensa contra hos obsides commissa crimen hoc læsæ Maiestatis committasserentem. & si lex aliud vellet expressisset, & ideo nõ occidens, offendens eos non punietur ordinaria pœna læsæ Maiestatis, cogita quia est in
172 ea consideratio contra illam nouam Deciani opinionem, quam à nemine se vidisse tactam asserit, & num.14.in quit ipse Decian. quod si ob priuatã
169 inimicitiam obses offendatur non incurretur pœna huius criminis, † & sic etiam si eũ occidat, sicut dictum est, suprà in offendente consiliarios Principum ob priuatam inimicitiã, quod non incurrit pœnam criminis huius læsæ Maiestatis.

O los sueltan o hazen huyr, idem probãt
173 l.1.ff.eod.&.l.1.tit.2 part.3. col.3. id que plerumque solet fieri vel prẽmio,

vel ne sint testes cõtra eos, vt per Bossium de crimi. læsæ Maiest. in pract. sua crimi.nu. 16. & hic videtur appro bata opinio quam alibi tenui, scilicet, quod eximens carceratum à carcere incurrit crimen læsæ maiestatis: nam
170 id verum quoties ille carceratus † erat pro crimine læsæ maiestatis, non vero alias, & probatur in vers. sequenti, vt in glos. sequenti dicemus.

Ibi, *Y alguno lo soltasse de la prision o huyesse con el*, Is enim in crimen incidit læsæ maiestatis, qui confessum in iudicio reum vel conuictum & ob hoc
171 in vincula coniectum † emiserit, ex text.in.l.cuiusque, circa finem.ff.hoc titu.vbi Bart.& alij & in extrauag. ad reprimendum, in verbo, tangit. in fin. Alexand.consi.35.num.4.vol.2.& ratio est, quia turbat Maiestatem Principis, & sibi arrogat maiorem potestatẽ, quã magistratus habeat, qui eum in carcere detinebat, ita Decian.in.d. lib.7.tomo.2. cap.11. num.1. vbi alia de ijs annectit, & tradit Didac.Perez, lib.2.ordi.col.557.per totam, & Aules cap.3.præto.verbo, iurisdictio. & Ant.Gom.tomo.3.vari cap.3.num.7. in principio, vbi etiam si ipse aliud velit, hoc dicit intelligendum, quoties erat carceratus pro crimine læsæ Maiestatis, secus si pro alio † crimine, secundum glos.in.l.4.versiculo, itẽ qui confessum.ff.ad.l.Iuli Maiest. quam ibi dicit esse communiter approbatã, & quod.l.1.in fine.tit.2.part.7. huius glos. opinio est approbata, & melius pro hoc legẽ nostram allegasset, imo & tunc requirit lex nostra quod ex mandato Regis sic incarceratus, & quod ex incarceratione poterat Regi aliquod damnũ euenire in corpore vel in suo Regno, itẽ intellige quoties iuste erat incarceratus, secus si in
iuste, † secundum Hippol.in Rubr.n. 26.&.27.ff.de quæst.& probatur ex

dict.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dict. l. cuiusque, requirente cõfessum esse talem incarceratum, vel testibus conuictum, & sic hæc alias alibi tenui & declaraui, & alias leges regias ad hoc etiam consideraui, & sic videtur sentire Decian. in dict. capitul. 11. num. 2.

Ibi, *Y qualquier que biziesse alguna cosa de las sobredichas contra qualquier señor con quien biniesse haria aleue conocido*, vi. pro exornatione huius. §. quæ diximus in hac. l. an cõtra dominos vassallorum cõmitteretur per suos vassallos hoc crimen læsæ Maiestatis, ad ibi dicta me remitto, vbi versiculum hunc pro decisione illius quæstionis consideraui, & hæc pro hac. l. 1. sufficiant.

SVMMARIA.

Index non potest proditori aliam mortẽ quã ignominiosam imponere, num. 1.

Proditio est vilior & peior res, quæ in hominis corde cadere pot est, num. 2.

Proditor Regis & Dei etiã proditor dicitur. nu. 3.

Vxori proditoris dos relinquenda est, & debita vsque ibi contracta, num. 4.

Vxor an perdet dotẽ si sciens maritũ proditorẽ adhuc contraxit cũ eo matrimoniũ, n. 5 vbi quid si Maiesta. diuinæ esset proditor.

Debita contracta vsque dum commissum est crimen læsæ Maiest. soluenda sunt non verò postea contracta. num. 6.

Alienatio facta à die proditionis nulla est. n. 7. sine oneroso sine lucrativo titulo fiat. n. 8. nisi vt, num. 9. & 10.

Bona restitutioni subiecta non confiscata censentur in bonorum confiscatione, etiam in crimine læsæ Maiest. diuinæ, num. 11. & 12. & sic bona fideicommissi, vel maioratus, vel alias alienari prohibita, nume. 13. præsertim attenta clausula solita hodie apponi in maioratibus, & nn. 15. quod valida est hæc clausula & conditio, & ibi vsque ad num. 19.

Bona à Principe alicui donata pro se & successoribus ob crimen læsæ Maiest. fisco adquiruntur, nume. 20. quod declaratur ibi, & num. 21. vt procedat siue in re ducatus aut Marchionatus & similis conferãtur, vbi quid si aliarum rerum, secus si sine titulo dignitatis cõferantur, nam tunc filijs & descendentibus deferuntur, num. 22. & 23. quid de bonis maioratus, & numer. 27. quid si habet dignitatem annexam.

Filij nati ante crimen læsæ Maiest. commissum an excludantur sicut nati post, nume. 24. 25. & n. 41. vsque ad. 46. excluduntur.

Vocatus ad maioratũ statim quòd natus est adquirit quoddam ius primogenituræ spe firma & immutabili etiam patre viuente, num. 26.

Bona maioratus eorum, qui conspirauerunt anno. 1520. En las comunidades, confiscata fuere, num. 28. & 29.

Priuatus bonis maioratus an restitui possit per Principẽ in præiudiciũ vocatorũ. n. 30

Domus proditoris maioratus ipsius an diruatur, num. 31.

Bona libera proditoris cõfiscantur, & alienationes per eum factæ confiscãtur & nullæ sunt, siue ignoranti siue scienti fiant, siue titulo oneroso siue lucrativo, nume. 32. & 33. & 34.

Memoria proditoris etiam post eius mortem damnatur num. 35.

Rebelles & adinimicos confugientes carere debent sepultura, num. 36.

Memoriæ damnatio post mortem faciendæ in duobus tantũ capitulis fieri debet, numero. 37.

Administratores & negotiorum gestores proditoris statim commisso delicto perdunt administrationem, num. 38.

Filij proditoris legitimis eius priuantur siue sint emancipati siue non, nume. 39. & 40.

Filia an comprehendatur quoad confiscationem bonorum, vel neptes, vel nepotes, numer. 46. vsque ad. 51.

Collaterales proditoris an comprehendantur eius macula, num. 51

Filij naturales & spurij talis proditoris an eius macula notentur, num. 52. vbi, num. 53. quid in adoptinis.

Filijs proditoris neque alimenta præbere fisens compelletur. n. 54.

Filij proditoris etiam consanguineis eius & extraneo insuccessibiles sunt ex parte testamenti, numer. 55. & ibi, & numer. 56. declaratur vt non procedat in crimine læsæ Maiest. diuinæ.

Pater hæreticus nõ nocet filio in successione ani paterni, num. 57.

Filio

Filio proditoris an auferatur hæreditas ei delata tanquam ab indigno num. 58.

Bona futura, vel sub conditione relicta an cõfiscata censentur, numer. 59. & quid si in alio territorio sunt sita, num. 60.

Pœna mortis ignominiosæ apponitur proditori, num. 61.

Proditor accusari potest, & per inquisitionem procedi. & de probatione proditionis, & de tortura, & defensionibus remissiue, num. 62.

Proditor an gaudeat immunitate Ecclesiæ, num. 63.

Lex Secunda.

Summarium.

Qua pœna puniuntur proditores declarat lex nostra.

BI, *El traydor es mal hombre*, idque facile decerpitur, cũ ab omnibus nationibus crimen hoc proditionis semper sit grauiter punitũ, & ab omnibus hominib⁹ execratũ, & sic ignominiose puniendi sunt secundum. l. 5. tit. 13. part. 2. vbi inquit glo. mas, quod iudex
1 non poterit facere gratiam † melioris mortis, licet in alijs casibus regulariter hoc potest prout dictauerit æquitas arbitrij, secũdum dignitatẽ, secundum ætatem, secundum merita prioris vitæ, secundum Bald. in. l. data opera, in principio. C. qui accus. non poss. non tamen posset imponi mors non consueta, sed consueta tantum crudeliori & viliori, quia proditio est
2 vilior † & peior res, quæ in hominis corde cadere potest, secundum text. in. l. 1. in principio, tit. 2. part. 7. & Dei etiam proditor dicitur proditor Re-
3 gis, quia vices Dei tenet † in terris in temporalibus, vt probatur in dict. l. 6. tit. 13 part. 2. cap. si apud. 23. quæst. 5. cap. nõ potest. 2. quæst. 7. Gigas & relati per Decian. vbi suprà, capit. 39. de proditoribus, qui in capitulo. 30. plura de atrocitate huius delicti prosequitur, & in cap. 35. plura singularia & specialia huius criminis ob eius atrocitatem describit, & in cap. 31. n. 1. & iterum in cap 39. prosequitur pœnas proditorum, & inquit Romulum legem tulisse primum aduersus recentem patroni proditorem, vt quilibet eum occidere posset, & ibi alia prosequitur, sufficit quoad hæc verba scire crimen hoc esse atrocissimum, & sic inficere non solum delinquẽtem, sed & suos & familiam ac genus, vt ex dictis legibus partitarum & alijs pluribus etiam huius tit. in iure communi & ex nostris hic videri & decerpi potest, & visum est cotidie.

Ibi, *Todos sus bienes son para la nuestra camara*, con. l. fi. ff. eod. & l. quisquis. C. eod. & l. 6. tit. 13. part. 2. & l. 2. tit. 2. par. 7. vbi dicitur quod debet excipi dos vxori huius delinquentis, & debita
4 omnia † vsque ibi contracta, vt probatur in dict. l. quisquis, imo & alia quæcunque vxoris bona debent ei reseruari, vt in. l. post hac. C. de bonis profe. etiam si sint de medietate lucrorum vxori per consuetudinem, vel leges regni obueniẽte, & est. l. 77. Tauri, nunc. 10. tit. 9. lib. 5. suprà vbi aliqua diximus, & tradit glo. dote in dict. l. 2. tit. 7. par. 7. vbi & quærit, quid si mulier dum contraxit matrimonium cũ marito sciuit maritum esse reum læsæ Maiestatis humanæ † an perdat dotem, & inquit quod non, secus si
5 sciret esse reum læsæ Maiestatis diuinæ, vbi perderet, & ibi assignat rationem differentiæ, quia in crimine læsæ Maiestatis diuinæ videtur de hæresi suspecta contrahens matrimonium cum marito, quem scit hæreticum, nõ sic in crimine humanæ maiestatis: sed quoad debita alia contracta per Maritum vsque dum crimen læsæ Maiesta-

tis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris humanæ contraxit & commisit,
6 illa tantum erunt de † suis bonis solnenda, non vero alia post, & in antea cõtracta per eũ, ex. l. pen. & fi. C. isto tit. & l. donationes. §. fi. ff. de donatio, nam à tempore cõmissi criminis huius priuatur committens ipso iure dominio bonorum suorum & sic quecunque alienatio ab eo facta abinde exquocunque titulo siue oneroso siue lucratiuo † nulla est, ex text in. l.
7 ex iudiciorum. versi. adde. ff. de accusatio. tex. in. l. donationes in cõcubinã §. fi. ff. de donatio. text. in. l. fin. C. ad. l. Iuli. Maiest. & vtrobique communiter Doct. teste Ant. Gom. tomo. 3. ca. 2. num. 12. & 11. & in cap. 14. num. 4. & apud nos hoc est siue dubio ex. l. 4. tit. 2. part. 7. ex quo reijcitur antiqua ali-
8 quorum Doctorum, distinctio † quo ad titulum onerosum, vt scilicet dicẽtium, quod emptor earum si iuste ignorabat delictum non possent ab eo bona empta vendicari per fiscũ, nam id ex. l. 4 non admittitur, sed indistincte ab emptore extrahuntur & fisco dantur, vt in ead. l. 4. aduertit & bene Greg. Lop. & Pelaez de maiora. 4. par. quæst. 23. nu. 70. & voluit Ant. Gom. vbi suprà qui in dict. cap. 2. num. 2. ver sic. quod tamen, hoc intelligit & bene præterquã si pretiũ sit conuersum in vtilitatem ipsius condemnati, quia pretium stat, vel aliquid ex eo comparatum vel subrogatũ est: quia tũc bene teneretur fiscus † illud soluere
9 & restituere, ex Bart. & alijs ibi allegatis & Pelaez vbi suprà num. 71. & tenet Coua. in. 4. cap. 6. §. 8. nume. 9. vbi idem dicit quoties alienatio est facta ex causa necessaria † puta alimen
10 torum ipsius condemnati: quia tunc fiscus non poterit ea vendicare, & ibi hanc æquiorem dicit opinionem, & sic cessant iam late dicta per Decian. vbi suprà dict. lib. 7. cap. 40. num. 6. & sequent. & per Ant. Peregri. in tract. de priuileg. fisci lib. 5. tit. 2. nume. 171. vlterius etiam & non publicantur
11 bona restitutioni subiecta, hæc enim restituũtur illi, cui post aliquod tempus relicta erant. l. imperator. ff. de fideicomm. liber. & in crimine læsæ Maiestatis diuinæ hæc & alia tradit Symã. de inst. catho. tit. 9. num. 39. cum aliquibus sequent. & diximus in suo loco, quod si hoc in crimine læsæ Ma-
12 iestatis diuinæ † statutum est, cur nõ & in humanæ, & consequenter bona subiecta maioratui aut vinculo nõ publicabuntur, nec confiscabũtur, cum alienari prohibitum est, & de sui natura accidentali sint inalienabilia: & de iure vera & solida sit conclusio, teste Pelaez de maiora. 4. part. quæst, 23. n. 1. & apud omnes omnium decreto recepta, teste Molin. de primoge. libr. 4. cap. 11. num. 1. & Sarmi. libro. 3. select. sent. cap. 4. num. 5. & Spin. de testam. glos. 19. princip. num. 47. &. 48. quod
13 bona primogenio † vel fideicommisso subiecta, vel alias alienari prohibita regulariter non possunt venire in perpetuam confiscationem, nec amitti possunt pro crimine cuiuslibet generis sit, à possessore cõmisso, idque pluribus iuribus & pluribus cõmunibus Doctorum doctorinis latissime dicti authores comprobant, & hoc præsertim procedit si apposita sit in ma-
14 ioratu clausula † consueta apponi, scilicet, quod si aliquo casu contigerit possessorem maioratus aliquo tempore cogitare de committendo crimen læsæ Maiest. diuinæ vel humanæ, vel perduellionis, aut sodomiæ, vel aliud quodlibet vna hora antequam id cogitauerit, priuat illum dictis bonis tã in proprietate, quam in possessione vsufructu & commoditate fructuum, acsi nũquam in eis successisset. & trãsfert omnia hæc in sequentem vocatũ nam tunc siue fiat maioratus ex legis permissu siue ex regia facultate in qua

qua aliquid huic volũtati & dispositioni obstans non inseratur, nã tunc clarior res est quod nõ confiscãtur, &
15 valida est hæc cõditio † & clausula, vt optime cõtra Symãcas sustẽtat Telli. Fernan. l. 27. Tau. nu 18. & tenet Oros. in. l. nemo paciscendo, co. 954. n. 10. ff. de pact. & Molin, vbi suprà & Pelaez, vbi suprà num. 20. sicut & concessio Regis in facultate ad cõdendum maioratum data & facta vt bona illa nõ amittantur illo crimine etiam læsarum Maiestatum, perduellionis, aut sodomiæ, valet & seruanda est, secundũ Molina, vbi sup. n. 34. vers. non etiã obstat quod tertio loco, sicut ecõtrario valeret condicio conditoris maioratus sine facultate Regia eum constituentis, quòd perderetur bona eius per delictum possessoris, vel si id in facultate Regia ad constituendũ maioratum concessa dictum sit, secundum Pelaez vbi suprà nu. 23. quæquidem conclusio supra proposita ampliatur
16 vt procedat etiam quoad crimina læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ, vel perduellionis, aut sodomiæ, quoties maioratus absque regia facultate constitutus est, puta per parentes inter filios & descendentes in tertio & quinto, secundum tenorem l. 27. Tau. vel ex omnibus bonis ab illo, qui neque descendentes vel ascendentes habebat, sed libere de suis bonis disponere poterat, nam bona talis maioratus nisi aliud ibidem prouideatur per institutorem non confiscantur per delictum aliquod etiam dictorũ quatuor per possessorem commissorũ, & hanc, licet aliqui aliud velint, dicit sibi videri probabiliorem Molina vbi suprà num. 31. &. 34. ex pluribus hanc communem profitetur. & quod in cõsilio Neapolitano nemine discrepante ita iudicatum fuit, & respondet ibi Moli. contrarijs fundamentis, & prosequitur hæc à num. 25. cum sequent.

aliquibus, & idem erit, quoties non constat an ex iure proprio, aut ex Re-
17 gia † facultate maioratus institutus sit, nam & in hoc casu cum secũdum ius commune factum cẽseatur, idem erit dicendum, vt sentit Moli. vbi suprà nume. 70. idemque dicendum est etiam in maioratu ex facultate regia constituto in quo non adsit clausula, quod ex dictis quatuor criminibus vel aliquo eorũ amittatur, tunc enim si non adest hæc clausula, & apposita non est, ex consulto censetur omis-
18 sa & cessabit etiam † in hoc casu confiscatio, secundũ Moli. vbi suprà. n. 64. versic. sed his nõ obstantibus cũseq. & sic in hisce etiam casibus cessabit confiscatio bonorum maioratus, vt dictũ est: quęquidem conclusio & assertio limitatur primo, vt non procedat, quotiescũque in facultate Regis data ad maioratũ cõstituendum excipiun
19 tur aliqua crimina † propter quæ maioratus perdatur, vel ipse institutor maioratus eum constituens absque Regia facultate iubet perdi ob crimina aliqua, tunc enim si possessor aliquod horum criminum commiserit perdentur bona maioratus, vt suprà dictum est, & tenet expresse sic limitãs Pelaez in dict. quæst. 23. num. 23. in. 1. & 2. casu, secundo limitatur, vt non procedat in casu l. 22. in fin. tit. 13. par. 2. vbi gl. ni ome, ita notat, & Pelaez in dict. num. 23. in fine. Tertio limitatur nostra conclusio, vt non procedat in bonis à Principe alicui & descendentibus eius in infinitũ per Principem donatis, nam si aliquis ex huius maioratus possessoribus crimen commise-
20 rit læsæ Maiestatis, ea bona fisco perpetuò † abijcienda erunt, quasi ea lege à Principe donata fuerint, & ita exclusis fundamentis contrariæ opinionis, tenet Moli. vbi suprà dict. capi. 11. nu. 39. cum sequent. vsque ad numerum 49. inclusiue, & glo. mandans, col. 2. in dict.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dict.l.2.tit.2.part.7.qui id intelligunt procedere, quoties iure ducatus, Mar
23 chionatus, vel comitatus, vel alterius dignitatis donatio hæc sit, & bene, & idem inquit Moli.ibi, suprâ nume.49. in fi, esse in donationibus Regijs oppi dorum, vel castrorum, vel aliarum
21 similium hæreditatũ, † & id est quod in dict.l.22.in fin.tit.13.part.2.proba-
24 tur, & ibi glo.vt in secunda retulimus limitatione: & tunc secundum eos, auferuntur bona hæc filijs & descendentibus talis possessoris delinquentis, & deueniunt ad collaterales vocatos secundum tenorem donationis
25 Regiæ, in alijs vero rebus à Principe donatis sine titulo dignitatis oppidi aut Castri, tali casu non priuabuntur
22 filij delinquentis † talibus bonis, nam cum eis non sit annexa iurisdictio &
26 dignitas, non est quid eis repugnet: Quarto limitatur dicta conclusio vt non procedat quando sequens succes sor est filius vel nepos vltimi maio ratus possessoris, qui crimen commi sit læsæ Maiestatis diuinæ aut humanæ, si vltimus hic maioratus possessor masculus erat, quia vsque ad secũdã generationem extendetur hæc priua
27 tio, secus si erat fœmina, nam tunc vs que ad filium eius, eò quid sunt incapaces dignitatum, ita Moli.vbi suprà, n.50.vbi.n.51.inquit quod Greg Lop. in.d.l.2.tit.2.par.7.verbo, mãdas col. 2. distinguit inter maioratum cõstitutum in testamento vel in contractu, vt priori casu procedat hæc limitatio, in secũdo vero non, sed in vtroque casu tam ex testamento quam ex cõtractu, ipse Moli.ibi, num.51.tenet, & verius meo videri contra istã limitationem, imo quod siue maioratus sit institutus ex testamẽto siue ex contractu, siue filius aut nepos sint filius vel nepos vltimi possessoris delinquentis in dictis criminibus læsæ Maiestatis (nam de nefando crimine nulla est dubitatio quin succedant) succedent & in hoc maioratu, † & sequitur Humada. l. 2. titul. 15. partit. 2. glos. 20. numer. 6. cum sequent. & vbi suprà cum. 3. numeris sequentibus Molin. prosequitur & nume. 55. inquit apud se id esse exploratissimum circa filium natum antequam committeret pater † crimen læsæ Maiestatis diuinæ, aut humanã, quasi secus velit esse si filius esset natus post, ego tamen saluo in omnibus melius sentientis iudicio, idem crederem in filio † post nato, siue ante delictum, quia maioratus hic non ab vltimo possessore, sed ab antiquo maioratum adquirit, & statim quod natus est adquisiuit quoddam ius primogenituræ formatum spe firma atque immutabili etiam patre 1 viuente, vt per eundem Moli.libr.3.capitul.6. & Auend.l.4.Taur. glos.7.numer. 10. & maioratus non est dignitas, vt alibi diximus, & tenet idem Moli. vbi suprà lib.primo cap.13.num.4.ideo nimirũ si illũ obtinere possit filius hic, quod si cum maioratu esset annexa aliqua dignitas puta iurisdictionis, Ducatus Marchionatus, vel Comitatus, † tũc quia hæc à maioratu distingui potest, non vtique illi talem dignitatem concederem, sed priuarem casolum sibi tradendo bona alia maioratus mobilia vel immobilia quæ de perse non inducunt dignitatem, etiam si Moli. aliud velit, cum est annexa dignitas vt vtroque priuetur, in num.54. & Dida. Perez in.l.1.titu.7.lib.8.ord. pag.199. col.1.nam si dignitas hæc Marchionatus, ducatus, aut cõitatus, iurisdictionis, Castri, aut oppidi distingui potest à maioratus bonis, non debet vitiari vti leper inutile nec debet dari incapaci dignitatis, non vero bonorum si ne dignitate, & hæc quoad hãc limitationem: Quinto & vltimo limitatur hæc dicta conclusio vt non procedat

cedat in primogenijs eorũ qui aduersus Carolum quintum Romanorum Imperatorem & Hispaniarum
28 Regem & Reginam Ioannam † eius matrem in his regnis conspiratunt anno.2520.in illis seditionibus, quæ vulgo dicuntur, *Las communidades*, eorum namque bona etiam maioratui subiecta fisco adijcienda erunt, ex quadam pragmatica, quæ eo tempore edita fuit apud oppidum deBormes, qua præceptum est, vt omnia bona eorum proditorum, qui aduersus Hispaniarum Reges eo tempore conspirauerunt, fisco adijcerentur, siue ea bona essent libera siue maioratui subiecta; in eaque apponitur for-
29 ma, † qua contra proditores siue laici siue clerici aut religiosi essent procederetur, & ita tenet Moli. vbi sup. num.57. vbi refert tenorẽ illius pragmaticæ in num.58.& 59. cum.3.sequentibus, aliqua prosequitur pro declaratione illius pragmaticæ, ex quibus habes hæc quoad bona vinculata & maioratui subiecta bene declarata. Infertq; multas quæstiones Pelaez in d.q.23.n.24.cum seq.pluribus, quę per ipsum videri possunt, & præsertim illa, quam ibi late examinat, scilicet, si possessor maioratus commisit delictum cuius occasione bona, ad se
30 quentẽ in gradu deuolui debebãt ex constitutione illius, qui maioratum fecit, an Princeps restituere possit talem delinquentem in præiudicium il
30 lius vocati, † & vsque ad nu.41. hanc quæstionẽ prosequitur, & Humada in l.2,tit.15.gloss.19,part.2. notandũ tamen est cum Moli.vbi sup.n.74.& 75. quod in casibus in quibus diximus bona maioratus confiscanda di-
31 ruentur & domus † maioratus, vbi vero non sunt confiscanda nõ diruetur & bene, & in propositum vide optimã quæstionem propositam per gloss. mag.colu.penul.in fin. versicul.quid autem retento, in.l.3.titul.13.part.6 Quibus sic discussis (redeundo ad inceptа) & sic ad confiscationem bonorum talis delinquẽtis in hoc crimine quæ non sunt vinculata neque maioratui, aut restitutioni subiecta, quod cõfiscanda sint etiam si mortuus fuisset reus ante condẽnationem, & post memoria ipsius damnata fuisset, ad-
32 huc tunc confiscantur, † imo & alienationes præcedentes factæ irritarentur, † vt tradunt omnes post Iacob.
33 de Aretio.in. l. post contractum. ff. dẽ donationibus, siue titulo lucrativo siue oneroso, siue emptori igno
34 ranti siue non factæ fuissent, † vt suprà dictum est, memoria enim de linquentium in hoc crimine damnatur etiam post eorum mortem, † vt
35 habetur in.l.penul.& fi. C. ad. l. Iuli. maiest. & in l.fin.ff.eodem.titul.&.§, publica. in fine.Instit. de pub. iudi. & in.l.ex iudiciorum, vbi gloss.ff.de accusat.& capit. in summa. 24.quæst.2. quo casu non defunctus, sed tantum memoria dãnatur, vt per Roma. singu.436.incipi.de crimine læsæ maiestа. Cæpol. consi. crimin.17. num. 3. Hippol.consil.1.num.36.Gigas de crimine læsæ maiest.tit.quali.in crimin. proced. quæstione.20.& facit.l.2.in fine.titul.28.part.2.vbi & inquit quod
36 debent carere sepultura rebelles † & ad inimicos fugientes, & si ibi exti terint ossa eorum sunt expelienda & concremãda, & bona eorum confiscanda, sicut & apud Athenienses olim rebellis sepultura carebat, qua carere apud eos maxima erat infamia, vt refert Deci.in dict.lib.7.c.39. nu.35.vbi num.38.inquit hanc damnationem memoriæ solum in duo-
37 bus capitulis imponẽdam, † videlicet quãdo cõtra Imperatorẽ, Regẽ vel rẽ pub. quis est moiitus, nõ verò alias, secũd.gl.d.l.pen ver.meminisse. C. adl. Iuli.mai. & idẽ in pęna infamiæ cõtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

filios, inquit gloss. *Sus hijos*, in fine d. l. 2. titul. 2. part. 7. imo & administratores & negotiorum gestores rei huius criminis statim commisso delicto perdunt administrationem, † &
38 omnia per eos acta reuocãtur, vt per Hippol. sing. 16. & consi. 121. num. 17. Quæ adeo vera sunt vt filij talis proditoris eius legitimis priuentur, † ex eo quòd bona sui patris confiscantur propter hoc delictum, & hoc siue filij sint in patris potestate constituti siue
40 emancipati, † eò quòd in vtrisque militat eadem ratio, vt tenet gloss. *Sus hijos*, dict. l. 2. titu. 2. part. 7. in princ. & est sine dubio, imo siue filij ij sint nati post delictum hoc à patre commissum, siue ante, prout tenuit Albe. in l. quisquis. C. ad l. Iuli. maiestat. & alij etiam plures tenuerunt, & cõmunem testatur Claud. relatus per Clarum, in nu. 12. infra allegandũ. Sed cõtrarium quoad filios natos ante delic-
41 tum commissum tenuerunt alij, † & hanc exloan. de Anania magis fauorabilem & æquiorem testatur gloss. *Sus hijos*, in dict. l. 2. & Clarus in practic. lib. 5. §. læsæ maiestatis, nu. 12. & ego eam tenui in l. 3. tit. 4. lib. 5. supra, in gloss. fin. & hanc etiam in crimine
42 † hæresis benigniorem testans sequitur Symanc. de Instit. Cathõ. titu. 19. num. 23. vbi à num. 22. incepit. quæstionem, vbi cũ pluribus numeris sequentibus, id prosequitur optime, & l. 6. tit. 27. p. 2. approbatũ id dicit, prout in crimine proditionis humanæ dixit illa glo. *Sus hijos*, in d. l. 2. & hanc sequitur Rojas, in singularib. fidei, in verb. filijs ante licet quoad delictũ hęresis aliud esse speciale dicat, vt filij ante concepti etiam comprehendantur, & hanc in crimine hæresis ibi di-
43 cit esse verisimam † contra Calde. Symanc. & alios, & communem testatur, Galin. relatus per Clarum in practic. libr. 5. §. hæresis, numero. 17.

quoad nostrum tamen intentum nihil dubitat Rojas, quin filijs nati ante delictum læsæ maiestatis humanæ à patre cõmissum non cõprehen-
44 dãtur, † & allegat ad hoc leges regni, propt. tenui in d. l. 3. in gl. fi. & licet de iure eõi esset cõmunis vt dixi, quod etiã filij antea nati cõprehenderentur in hoc crimine læsæ maiestatis humanæ, quã otiã magis cõmunem testatur Did. Per. in l. 3. tit. 9. lib. 4. Or-
45 di. tamẽ ex iure nostro regio non cõprehendũtur, vt optime considerãt Syman. & Greg. Lop. vbi sup. & Clar. Ant. Gom. to. 3. c. 2. nu. 16. vbi in fi. ita in iudicando & consulendo dicit tenendum. Neque obstat. l. 2. titul. 2. part. 7. dum dicit, *Todos sus hijos*, quia debet declarari per alias regias leges, vt intelligatur hæc. l. 2. in hoc verbo, *Todos sus fijos*, scilicet, natos post delictum commissum, cum non fit nouum leges priores per posteriores & ècontra intelligi, & sic in hoc crimine læsæ maiestatis humanæ, hæc mihi placet opinio, tum quia mitior & benignior, vt nati filij ante delictum hoc non comprehendantur, tum etiam quia legibus regijs à dictis doctoribus allegatis, & præsertim à Rojas vbi supra, hæc videtur approbata opinio, & hanc etiam nouissime sequitur Auenda. l. 4. Taur. gloss. 7. nume. 13. distinguens in hoc crimen humanæ, à crimine diuinæ læsæ maiestatis, prout supra diximus distinxisse Rojas. Sed an fi-
46 lia comprehendetur, † & communis est quod non, secundum Decia. in d. lib. 7. c. 41. nu. 13. & probatur in l. 2. in fi. tit. 2. part. 7. & Ant. Go. d. cap. 2. nu. 13. Sed an & nepotes cõprehendã-
47 tur, † & vera & eõis resolutio est quod attẽta dispositione iuris antiqui pœna huius criminis imposita filijs nõ extendatur ad nepotes (& in hoc differat hoc crimen à crimine læsæ maiestatis

48 tatis diuinæ, in quo nepotes † cõprehenduntur per lineam masculinam, & filij tantum per lineam fœmininã, ex cap. statutum de hæreti. in. 6. & ex l. 3. tit. 3. suprà, isto lib. Sed in crimine læsæ maiestatis humanæ filij tantum
49 non verò nepotes † comprehendun tur, & hoc tenendum esse ex. l. 2. tit. 2. partit. 7. testatur ibi gloss. *Sus hijos*, ad finem sic limitando dictum cap. statutum, & tenet Decian. in. d. lib. 7. c. 41. nu. 7. etiam si Ant. Go. tom. 3. c. 2. num. 15. aliud velit, & l. 6. tit. 13. part.
50 2. † quæ videtur nota & infamia proditoris maculare omnes eius familiæ & generis, & sic descendentes eius in infinitum, secundum gloss. ibi, *E todo su linaje para siempre*, Loquitur quoad notam & infamiam facti, & sic ad attendendum, quod hæc esset causa considerabilis, ad repellendum & non admittendos eos ad dignitatem & à dignitate, non tamen vt à bonis Aui proditoris nepos eius repellatur, si interim filius pater ipsi' nepotis moriatur, vt exemplificat Decia. vbi suprà, fratres autẽ & collate-
51 rales huius proditoris nulla † notãtur infamia, secundum gloss. dictam, *E todo su linaje*, in dict. l. 6. item nota quod non solum filij legitimi verum
52 & naturales & spurij † hac macula & infamia & priuatione notantur, vt communem testatur Deci. vbi suprà, nu. 5. vbi inquit quod non est idẽ in vulgo cõceptis, neque in adoptiuis, † vt ibi, num. 6. & adeo confisca-
53 tio bonorum patris locũ habẽt, quod fiscus cui bona hæc applicantur, de necessitate adstringi non potest ad
54 præbendum alimenta † ijs filijs, licet de æquitate & benignitate ne filij catholici fame pereant solet eis succurrere, maxime si essent pueri, & qui nescirent nec possent suo labore victum quærere, secundum gloss. Pal. Rub. & alios relatos per Auendan. in Azeuedo super. 8.

dict. l. 4. Tau. gloss. 7. num. 9. insuccessibilesque sunt filij patris proditoris non solũ ipsi patri, verum & consan-
55 guineis eius, † & extraneo cuilibet extestamento, vt probatur in dict. l. 2. titu. 2. partit. 7. vbi gloss. *Ni puedan*. & gloss. *Mandas*, ita videtur tenere & in hoc, vt aduertit Ant. Go. dict. tom. 3. cap. 2. num. 13. grauius punitur crimen læsæ maiestatis humanæ, quã diuinæ, quia in diuinæ læsæ maiestatis crimine licet nõ possit succedere patri vel ascendenti hæretico, descendentibus tamen & alijs collateralibus
56 † bene succedit tam ex testamento quam ab intestato, quia in hoc delicto non reperitur id prohibitum, vt per Anto. Gom. vbi sup. nu. 17. vbi ponit rationem differentię, & sic inquit Symanc. de institut. cathol. titu. 29. num. 19. quod pater hæreticus nõ no-
57 cet filio in successione aui paterni, † neque minus nocebit in crimine læsæ maiestatis humanæ, si tenemus vt dixi opinionem, quod nepotes in eo crimine non cõprehenduntur, secus alias. Sed quærit Ant. Go. d. c. 2. n. 14. an hæreditas delata huic filio proditoris auferatur ab eo tanquã ab indigno vt fisco deferatur, vel tãquã inca-
58 paci, vt veniẽtibus ab intestato ideatur vide ibi per cũ. Et an bona futura vel
59 sub cõditione relicta confiscẽtur tradit Pelaez. d. 4. p. q. 23. & late nos diximus in l. 3. tit. 10. nu. 141. cũ quatuor sequent. lib. 4. supr. & quid ad bona in
60 alio territorio † sita, tradit Pelaez vbi sup. & licet multa alia possent hic cumulari ista hæc tamẽ sufficiant pro declaratione hui' nostræ l. posita enim sunt vtiliora & practicabiliora in eius propositum

Ibi, *Y el cuerpo a la nuestra merced*, & sic
60 pœna mortis † ignominiosa apponi solet huic editori, & de processu formando in hoc crimine, & quo modo procedatur per Inquisitionẽ, & per

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusationē, & de probationib' eius, & de tortura, & sententia, & appellatione, & de defensionibus† eorū, vide per Dec. d. lib. 7. à. c. 42. vsq; ad. c. 49. inclusiuè, quæ quia longum esset hic referre eius relatione sufficit denotare, vt titulo finem breuiter imponamus. Et an proditor gaudeat immunitate† Ecclesiæ vide Gutierrez in lib. 3. pract. quæstio. quæst. 4. nu. 17. inquit quod sic, sed verius esse contrarium, & in practica receptum inquit Decian. to. 2. de delictis lib. 6. cap. 28. num. 23. cogitabitis vos.

62

63

SVMMARIA.

Regi seruil literas eius iniustas non exequens. num. 1.

Principi dicenti aliquem esse rebellem nō est credendum velo leuato, num. 2. nisi sit notorium num. 3.

Principis verbis narratiuis & dispositiuis attestantis aliquem esse bonis priuatum ob delictum an credendum sit, nu. 4.

Sententia sine citatione lata in hoc crimine proditionis non notorio nulla est, numero. 5.

Præcipites non debent esse iudices in hoc crimine proditionis licet breuiter debeāt procedere, nu. 6.

Notorium vbi est crimen omnis solemnitas iuris videtur remissa, num. 7.

Principis dicto dicentis notorium esse delictū non standum, nume. 8. & cautela iudicis vt pronuncie esse notorium, num. 9.

Princeps potest notoriū rebellem priuare de facto, num. 10.

Notorium quod dicatur, num. 11.

Lex Tertia.

Summarium.

Audiendi sunt spoliati à bonis ob proditionem commissam, etiam si taliū bonorum sit aliquibus per Rege gratia facta. Et est singularis & benigna prouisio & dispositio.

IBI, *Algunas cartas desaforadas* quæ licet obediēdæ erant, non tamen exequendæ absque secunda iussione, ex l. si vindicari, & eius materia. C. de pœnis in cuius propositum plura diximus in l. 14. tit. 3. lib. 1. sup. & in toto titulo, *De las pronisiones*, lib. 4 supra, & magnum seruitium Regi facit ille qui literas eius iniustas † supersedit exequi vsq; dū Rex certioretur de iniustitia & expectetur eius secunda iussio, quod quoniā male aliqui miseri cōsiderāt, cotidie videmus timētes, vbi non erat timor, & exequentes iniusta mandata in perniciem animæ suę & etiam Principis ea iubentis, qui si certioratus fuisset de iniustitia reuocaret ea, & ideo ad hanc. l. iudices aduertere debent, nam & Principi dicenti aliquem esse rebellem non est credendum † velo leuato, secūdum Decia. in dict. lib. 7. to. 2. de delict. cap. 32. nu. 16. nisi sit notorium, † vt per Deci. consil. 544. & idem Decian. vbi sup. c. 45. nu. 25. & idē Deci. in respon so. 75. nu. 1. volum. 2. & an verbis narratiuis Principis & dispositiuis attestātis aliquem fuisse priuatum bonis maioratus propter delictum, sit standum, † vide Aymon. de Antiquitatem patr. 1. nu. 5. relatū per Pelaez de maiorat. 4. parti. q. 23. num. fin.

1

2

3

4

Ibi, *Y nos lo mandaremos oyr*, defensionis enim facultas nemini est auferenda, dandaque est ijs, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, ex l. defensionis. C. de iure fisci. lib. 10. & ideo sententia super hoc crimine, nisi esset notorium, lata sine citatione † non valeret, vt per plura concludit Gigas in tract. de crimi. læsæ maiest. sub tit. qualiter procedatur, quæstione 6. & Decia. cons. 410. nu. 7. in fi. & cōs. 696. nu. 11.

5

nu. 11. & 14 relati per Decian. in dict. lib. 7. cap. 42. num. 5. vbi cum sequentibus numeris plura in propositum allegat; & num. 6. inquit, quod iudices in crimine hoc, licet breuiter procedere debeant, non debēt esse præcipites, & † Principi festinanti executionem referibere debēt, cum pœna sit grauissima, & præiudicium.

6

Ibi, *Se certificorio*, quia vbi crimen est notorium remissa omnis solennitas iuris videtur † remissa, vt not. Angel. in. l. si vacantia. C. de bonis vacanti. lib. 10 versicu. venio ad secundum articulū principa. oportebit tamen probare quod sit notorium, neque in hoc stabitur dicto Principis, quod sit notorium, † quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, vt dicit text. in cap. cōsuluit. 1. de appellatio. & ideo cautela est vt iudex ante omnia pronunciet esse † notorium, secundum Abb. cap. ad nostram col. fi. de iure iuran. & debet esse adeo notoriū, quòd nulla tergiuersatione possit celari, quo casu valebit sententia declaratoria etiam sine citatione: quinimo etiā absque vlla sententia potest Princeps notorium rebellem priuare de facto & manu Regia nullo † formato processu, secundum Soci. consil. 4. nu. 13. volum. 3. Paris. consi. 1. num. 39. vol. 1. tradit hæc Decia. in d. c. 42. nu. 4 & quod dicatur notoriū, † vi. Meno. de Arbit. iud. casu. 166. nu 1. cum sequēt. & Ant. Gom. tom. 3. Varia. ca. 1. nu. 41

7

8

9

10

11

SVMMARIA.

Hostes publicos domi tenentes puniuntur num. 1. dum tamen scienter faciant, & per tres dies domi tencant, nu. 2. & 3.

Filius receptans patrem non punitur, num. 4 vbi num. 5. quid in vxore & consanguineo, vel si vi vel metu id fecit, num. 6.

Scientia debet probari ab accusatore vt de ope auxilio & fauore puniatur, num. 7.

Ignorantia in dubio præsumitur & iuramento probatur, num. 8.

Quælibet causa colorata excusat à pœna ordinaria auxiliatoris vt n. 9. vbi declaratur.

Lex. 4. Finalis.

Summarium.

Receptans scienter in domo sua & recipiens proditorem vel aleuosum homicidam, vel mortem securam committentem per tres dies & nolens eum tradere, amittit medietatem bonorum iudici, accusatori, & cameræ Regiæ applicandorum.

IBI, *Qualquier que acogiere en su casa*, nam & hostes publicos qui domi tenuissēt puniūtur, † vt inquit Tulli. in Verrem. 3. & est text. in. l. Metrodorum. ff. de pœnis, & dicitur in lege Longob. 3. quod si quis inimicum publicum intra prouinciam inuitauerit aut introduxerit, animæ periculum incurrat, & bona publicātur, & receptantes huius criminis reos capite puniuntur, l. 1. ff. de recepta. Bar. in. l. fi. C. de fabricensibus. & in. l. omnes. C. de agric. & cēsi. lib. 10. & hoc ex lege nostra duobus modis restringitur, primo dū tamē scienter † recipiatur, ibi *Siendo le prouado que lo sabia*, vbi dicemus. Secundo quod tres dies † illum in domo tenuerit receptatum, & cū in domo illum haberet noluit eum tradere, tunc enim punitur pœna amissionis medietatis bonorum, denunciatori, iudici, & cameræ applicādorum, idque probatur ex verbis illis, *Y lo tuuiere tres dias en su casa*. iunctis verbis, *Sea tenido de dar el mal hechor teniendo le en su casa y si no le diere pierda*, &c. Ecce igitur clarissime probatam secundam hanc restrictionem, vt cū ijs duobus restrictionibus lex nostra & non aliter procedat. Fallit tamen legis nostræ conclusio, in filio † receptante patrem pietatis gratia, non vero si animo hostili. vt per Decian. dict. lib. 7. capit. 34. numero decimo, vbi inquit quod secundum circūstan

1

2

3

4

Universidad de Deusto
Biblioteca

tias esset temperanda pœna. Et nu. 11. & 12. idem dicit in vxore & in cõ
5 sanguineo & affini † arcto affinitatis gradu coniunctis, vt excusentur à pœna ordinaria, plus aut minus secundum facti circunstantias. Et nu. 13. idem inquit si vi vel metu cadente in cõstantem virum quis coactus
6 esset illum recipere in domo † sua.

Ibi, *Siendo le prouado que lo sabia quando le recibio en su casa*, semper enim vt quis de ope consilio, fauore, vel auxilio teneatur, debet scientia criminis
7 probari † ab accusatore, ex gloss. in l. 1. ff. de receptato. Ruynus consi. 1. num. 2. volum. 5. in dubio enim ignorantia præsumitur, vel iuramento ac-
8 cusati probabitur. † vt per Decian. in d. c. 34. nu. 7. vbi & inquit optime quod vbicũque potest dari causa aliqua colorata propter quam moti fuerint ad auxilium prestandum, non autem vt Principẽ offenderent, saltim
9 principaliter excusabuntur † à pœnis criminis huius. Et hæc pro hac lege & toto titulo sufficient, quoniam si omnia scripta in hac materia essent referenda integrum fieret volumen, & quia non omnia sunt scribenda sed principaliora vtiliora & practicabiliora omisi multa & hæc elegi & scripsi pro huius tituli declaratione, & legum in eo contentarum, vt ad alia deueniamus.

TITVLO. XIX. DE LOS Amancebados.

COntinuari difficulter titulũ ad præcedentem posse videtur, sed faciliter continuabis si a d. 6. infra eodem, respexeris, quæ pœnam medietatis bonorum amissorum imponit homini vxorato habenti concubinam in domo, in qua viuit cum ea, vel publicus est concubinatus, quæquidem pœna amissionis medietatis bonorum aleuosis imponitur, & sic vt aleuosus talis concubinarius iudicatur, ex dict. l. sexta, & ex subscriptione illarum appositarum in fine tituli præcedentis, & sic cum in præcedenti titulo, dictum sit de proditionibus, & aleuosis, nimirum si sequatur post eum noster hic titulus, & nulla alia melior continuatio eius ad præcedentem dari potest, & in huius Rubricæ declarationem antequam ad legum declarationem deueniamus aliqua adnotanda erant, sed quia in

in progressu tituli melius adaptabuntur ibidem inserentur.

SVMMARIA.

HOnestas dicitur implemẽtum bonorum morum ad vitam mundum faciendam num. 1.

Testator legans mulieri donec honestè vixerit, intelligitur, id est donec honorem suum seruauerit. num. 2.

Clericorum honestas, vel inhonestas, in quibus consistat. num. 3.

Honestatis plura singularia. numer. 4. vsque ad. num. 9.

Antiquis patribus ad prolis procreationem vltra vxorem permittebantur concubinæ, quæ appellabantur Ancillæ & habebant aliquid de ratione vxoris aliquid de ratione concubinæ, num. 10. & 11.

Sacerdotes antiqui etiam obseruabant honestatem quandam vt num. 12.

Coitus carnalis in clericis iure omni reprobatus est. numero. 13. vbi numero. 14. quid de iure ciuili cum numero. 15. 16. & 17.

Concubinatus iure naturali prohibitus, nu. 18. & diuino, vt ibi & iure canonico, numero. 19.

Clericis matrimonia etiam prohibentur licet Græci aliud faciant, numero. 20. & 21.

Concubinatus omnibus interdictus est, numero. 22.

Fornicationem simplicem asserere non esse peccatum mortale hæreticum est, numero. 23. & sic omnis coitus præter matrimonialem mortale peccatum est, vt numero. 24. licet quoad forum seculare simplex inter solutos fornicatio non continuata non punitur, numero. 25.

Clericus Fornicator qualiter puniatur in foro canonico, num. 26. & 27.

Soluti si consuescant coire carnaliter etiã in seculari foro puniuntur extraordinarie & grauius si moniti non desistant, num. 28.

Peccatum veniale per perseuerantiam fit mortale, num. 29.

Concubinatus etiam iure partitarum reprobatur, num. 30

Clericus minorum ordinum an puniatur vt concubinarius, sicut si esset maiorum, num. 31. cum sequentibus aliquibus vsque ad. 37.

Delicto, maximè, vel præsertim implicat esse magis dubitabilem, numero. 32. licet eligendo taxatiuè, apponitur, numero. 37.

Clericus à quo appelletur sic num. 38.

Mathias primus per Apostolos fuit ordinatus, num. 39.

Sacerdos id est sacra dans, num. 40.

Antiquitus scelerati homines sacrati dicebãtur, nume. 41. secus est in Christiana rep. num. 42.

Sacerdotibus ostenditur concessam facultatem absoluendi per Lazarum suscitatum traditum discipulis ad illum soluẽdum à ligaminibus, quibus inuolutus erat, num. 43.

Sacerdotis proprium est esse mediatorem inter Deum & populum, num. 44.

Sacerdotes sunt quasi os commune populi, num. 45.

Sacerdotium omnes commendarunt, numero. 46.

Clericus in omnibus sui corporis membris à vertice capitis vsque ad pedes debet honestatem habere, num. 47.

Clericus castitatem promittit siue expresse si tacite, nu. 48. & nu. 54. & 55.

Differentia maxima est inter Græcos & Latinos clericos. nu. 49.

Clericus ordinis sacri si contrahit matrimonium, nullum est, & excommunicationem incurrit ipso iure. numero. 50. & 51. & ideò inquisitores contra tales proceduntur, num. 52.

Papa an possit dispensare vt ordinatus in sacris vel monachus possint contrahere matrimonium, num. 53.

Fornicatio & corpus & animam maculat, num. 56.

Deo magis placet rugitus leonum siue mugitus boum vel grunitus porcorum quam cantus clericorum luxuriantium, numero. 57.

Laici an possint audire missam sacerdotis luxuriosi, numero. 58. & 59. & 60. & 95. declaratur.

Concubinarius notorius est suspensus ab officio

Universidad de Deusto
Biblioteca

officio & beneficio, nnm.61.
Concubinarius notorius ex quibus iudicetur, num.62.
Clerici concubinarij notorij non possunt interesse in choro, num.63.
Parrochiani non tenentur clericis concubinarijs oblationes voluntarias offerre. n.64.
Clericus fornicarius notorius efficitur irregularis si ante peractam pœnitentiam celebrauit, nu.66. & num.67. quando dicetur peracta pœnitentia.
Clericorum concubinatu tria mala oriuntur num.68.
Concubinarius vt quis possit accusari debet esse in concubinatu tempore accusationis, num.69. vsque ad 75. inclusiuè.
Verbum sum es fui denotat substantiam, numero.70.
Requisitum in præsenti non verificatur in præterito, num.71.
Concubinarius olim & hodie præsumitur nisi contra probetur, num.72. & 73.
Concubinatus non præsumitur continuatus ex triennij emendatione, nu.74.
Libidinis vitium & si vehemens fuit in adolescentia in senectute præsumitur extinctum. num.75.
Peccata occulta non habent vindictam in foro iudiciali, num.76.
Clericus etiam si sit infamatus se habere secreto concubinam non debet statim Episcopus procedere cõtra eum publice, sed præcipere vt se expurget, nu.77.
Suspectum est clericos in domo sua habere mulieres à iure non permissas, num.78.
Monialem professam cognoscens adulterium stuprum & sacrilegium committit, cum Virgine stuprum, num.79.
Soluta commiscens se carnaliter cum clerico non committit sacrilegium sed simplicem fornicationem, nn.80. & 82. quòd neque adulterium, neque incestum, vt nu.82.
Mulier soluta coiens cum soluto non est punienda pœna concubinatus, num.83.
Apprehensio concubinariorum non requiritur sed sufficit probari, num.84. & 85.
Domus clericorum perquiri per iudices non licet, num.86.
Concubina publica quæ dicatur, numer. 87. & 88.
Excommunicatus publicus ille dicitur, qui pro tali reputatur in populo, num.89.
Concubina tripliciter dicitur, nn.90.
Concubinæ & concubinarij appellatione qui tontineantur, num.91. & 92.
Concubinarij terminus accipitur large, nu. 93. & largissime, nu.94.
Verbum, Casado, à communiter accidentibus non intelligitur de desponsato, nu 95.
Communis vsus loquendi etiam in statutis præfertur propriæ significationi, nu. 96.
Lex vbi potest operari intellectum proprium non operatur abusiuum, num.97.
Verba legis debent intelligi verè & propriè, non fictè, num.98.
Verba legis cui non conueniunt, neque eius dispositio, num.99.
Referendum ad prius, vel posterius, referendum est ad propius, num.100.
Verbis legis debemus esse cõtenti num. 101.
Pœnalis dispositio stricte est interpretanda, num. 102.
Sponsam pro vxore haberi est per fictionem, num.104.
Priuationi non est locus nisi in casibus à iure expressis num.105.
Appellatione viri & vxoris cõtinetur sponsus & sponsa in fauorabilibus non verò in præiudicialibus, num.106.
Concubinarij triginta pœnas, remissiue, num.107.
Clericus concubinarius an deponendus vel suspendendus ab officio & beneficio, num. 108. & num.109. & 110. quòd si celebrat antequam pœniteat irregularis est & nu. 111. lex partitæ allegatur ad hæc.
Clerici concubinarij puniuntur arbitrio iudicis, num.112. & num.113. quod attento concilio Tridentino.
Concubinatus pœna quoad laicos coniugatosque, num 114. & 115. & 116. quid quoad concubinas, & num.117. quid si est vxorata.
Authoritas Pauli de fornicarijs recitatur in num.118.
Concubinarij publici morientes carent sepultura, num.119.
Coniugatus habens concubinam in domo & eijciens vxorem alenis est.120.
Testes de concubinatu deponẽtes quid debẽt aduertere, num.121.
Iudices seculares quando contra concubinas clericorum procedere possint. num.122.
Exilium imponendum concubinarijs quomodo imponendum, num.123.

Lex

Lex Prima.

Summarium.

Clerici vel monachi vel vxorati publici concubinarij, quibus afficiantur pœnis.

IBI, *Deshonesta*, nã cum clericis & monachis principaliter honestas conueniat, quæquidẽ honestas simplemẽ tum dicitur bonorum morum ad vitam mundam † faciendam, vt inquit. l. 37. tit. 6. partit. 1 vbi glo. 1. ex Bald. in Rubric. extra de vita & honest. cleri. inquit quod dicitur honestas quasi honoris seruans statum, & quod honestas & verecundia sororizant, & vtraque castis moribus perseuerat, & ideò si testator legat mulieri donec honestè vixerit, in telligitur, donec honorem suum † seruauerit, si clerici hanc non seruauerint, sed potius immunditijs & carnalibus desiderijs se immiscuerint, iustissimè dicit lex nostra in præsenti, in honestam rem clericos tales exercere, & in quibus hæc inhonestas vel honestas clericorum † cõsistat tradit Hostien. in summa, sub titulo de vita & honestat. cleric. §. secundo, & vt à iure diuino ita à iure humano honestas attẽdi desideratique solet, ex quo primo † inquit text. in. l. ex damni infecti, in fine princip. ff. de dam. in fect. honestatis modus seruãdus est, non immoderata cuiusque luxuriæ subsequenda, secundo † dicit tex. in. l. fi. C. ne fis. rem quam vẽdenum. lib. 10. retractare fiscum quod semel vendidit æquitatis honestatisque ratio non patitur. tertio † dicit text. in cap. 1. de for. fide in vsi feri, vasallum debere domini sui honestatẽ procurare, & idem dicit text. in capit. de forma. 22. quæst. 5. quarto dicit text. in cap. honestũ, ea cau. & quæst. honestum videtur, † vt qui in sanctis audet iurare, hæc ieiunus faciat cum omni honestate & timore Dei, quinto dicit text. in. l. non aliter. ff. de vsu & habit. nõ aliter mulier (cui est concessa habitatio) hospitẽ recipere potest, quã si is sit, qui honeste cũ ea, quę vsum habeat, habiturus sit Sextor inquit text. in. l. eos qui circa medi. ff. de decurio. inhonestum puto esse personas flagellorum ictibus subiectas in ordine recipi, & maxime in eis ciuitatibus, quæ copiam virorum honestorum habeant. Septimo † dicit text. in l. semper. ff. de ritu nupti, semper in coniunctionibus matrimoniorum nõ solum quid liceat considerãdum est, sed etiam quod honestum sit, & ideo ex iure canonico, cui statur in materia matrimoniali inter cætera impedimenta matrimonij cõperitur impedimentũ publicę honestatis, quod ex sponsalibus oritur, & nedũ matrimoniũ impedit, sed etiã dirimit iã contractum, cap. duo pueri, cum glo. verbo, honestatis, de desponsa. impub. capit. 1. §. 1. &. §. porro, cod. tit. in. 6. de quo impedimento publicæ honestatis habemus iam decretum. 3. sessione. 24. Concil. Trid. & motum proprium inter nouos motus proprios insertum.

IBi, *Y reprobada cosa es en derecho*, adeo vt licet antiqua lege diuina permissum esset patribus antiquis habere vltra vxorem etiam concubinam ad prolis procreationem † erãt enim (vt scribit Lippomanus super Genesis c. 22.) cõcubinæ nõ illegitimæ, & fornicariæ, sed vxores minime principales, quarũ filijs nõ debebatur hæreditas, nec æqualis honor nec sacerdotiũ nõ primogenitura, munera tãtũ recipiebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant, & mutua se charitate complebantur, & se se iuuabant: vt cum referens inquit Menoc. lib. 2. de arbitra. centuria. 5. casu. 418. num. 14. & 15. vbi num. 16. asserit quòd hæ concubinæ † interdum appellabantur Ancillæ, vt habetur Genesis. 35. cum Sara dixit ad Abraham, ejice Ancillam hanc, & filium eius, habebantque hæ concubinæ aliquid de ratione vxoris, & aliquid de ratione † concubinæ, vt explicat San. Thom. in. 4. sent. dist. 13. quæst. 1. artic. tertio, & Couarru. in. 4. part. 1. cap. 4. num. 8. tamen adhuc tũc in lege illa veteri in sacerdotibus quædam honestas †. & reuerentia obseruabatur, nam Sacerdotes, quierãt destinati ad portandum arcam fœderis Domini debebant prius ab immunditia cuiusque fornicationis esse mundati & sanctificati, vt habetur. 1. Regũ cap. 8. sanctificarunt Eleazarum vt custodiret arcam Domini, & etiam. 1. Paralipom. c. 15. sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ vt portarent arcam Domini, prout hæc & alia plura in propositum tradit Bermom Chouer. in tract. de publi. concubin. in princ. num. 16. cum. 3. sequens. in volum. 11. tracta. diuer. Doctorum part. 1. vbi inquit quòd si sacerdotes veteris testamenti hæc obseruabãt, multo fortius nouæ legis sacerdotes id debent obseruare, & ab omni immunditia carnis abstinere, vt in hac lege dicemus, & coitus carnalis in eis iure omni est reprobatus, † & sic hos fornicarios clericos acriter persequitur Paul. ad Corin. 5. & 6. & ad Galat. 6. & ad Ephes. 5. ad eo vt licet de iure ciuili antiquo † permissus videbatur cõcubinatus, vt ff. & C. de cõcubi. & lex ciuilis appellat has concubinas vxores iniustas, quæ ducebãtur non obseruato solemni more, qui in ducendis iustis vxoribus obseruabatur, leges enim Romanæ ethnicæ significant per concubinam mulierem in domo retentam quasi quandam † vxorem vt ex. l. in concubinatu. ff. de concubi. notat Nauarrus in conf. 7. num. 5. ad fin. de spõsali. & Menoc. vbi suprà numer. 16. vbi num. 17. inquit de istis iniustis vxoribus loqui Vlpianum, in. l. si vxor, in principio. ff. ad. l. Iul. de adulter. quem locum dicit optimè declarare Flotoma. Cuia. Tira. Renar. per eum ibi relatos, & quòd in ipso iure ciuili honestum erat hoc nomen concubinarus & concubinæ, sicuti scribunt Alcia. & recentiores in. l. Massurius. ff. de verbo. sig. de iure tamen ciuili hodierno concubinatus iam † est prohibitus, cum fornicatio prohibeatur ex auth. de leno versic. mulieres col. 3. & in. c. 1. de filijs nat. ad morga. cont. vbi dicitur, quòd fornicatio est peccatum, & idem probatur in auth. scenicæ mulier. coll. 5. & in auth. qui mo. natu. effi. legi. §. illud col. 6. & text. in. l. fi. C. cõmunia, de succesio. & not. gl. & ibi, Bart. in. l. pen. ff. de concubin. & in. l. in liberis. ff. de ritu nupti. & hanc esse communem testatur Feli. relatus per Auen. c. 26. præto. num. 1. lib. 2. etiã si Paleotus in tract. de nothis & spur. c. 22. ad fi. relatus & secutus per Menoc. vbi sup. n. fi. aliud velit, & Clarus lib. 5. sent. §. fornicatio num. 6. vbi dicit per iudices seculares concubinatum non puniri, sed male loquitur in hoc: rectius tamen ipsi sensissent, si nec approbatum, † nec reprobatum, sed toleratum de iure ciuili dixissent esse cõcubinatum, & sic non punibilem, vt aduertit Did. Per. in. l. 23. ti. 3. li. 1. Ord. colu. 169. & põderat ad hoc, procœmiũ tit. 14. part. 4. ibi *Consintieron les q algunos las pudiessen auer sin pena tẽporal*, &. l. 1. ibi *segũ las leyes*, & in. l. 2. eo titulo. & partit. sed vt dictum est etiam hodie de iure ciuili est reprobatus concubinatus, nam si ex dictis legibus fornicatio simplex reprobatur multo magis cõcubinatus, & assidua carnalis conuersatio. Imó & de iure naturali ac etiam diuino asserit esse concubinatum † prohibitum Ioan. de Turrecremata in cap. quod autem, artic. 1. 32. quæst. 4. c. meretrices, ea cau. & quæst. Didac. Perez, vbi suprà vbi iure optimo reprobat Alex in. l. ex facto. §. si quis rogatus num. 13. ff. ad Trebel. asserentem, concubinatum non esse de iure naturali prohibitum, contra quẽ & tenet Bermon. in tract. de publi. concubi. §. & cum omne fornicationis crimen nu. 1. cum sequent. fol. 192. part. 2. tractatus. 11. diuersorum Doctorum, ibidem etiam de iure canonico † est prohibitus concubinatus, & maxime in clericis, vt patet ex cap. 1. & cap. de illo, & cap. nullus, & cap. præter hæc. 32. dist. & ferè per totam ipsam distinctionem, & per totã. 27. & 28. dist. vbi non modo concubinatus, sed & matrimonia clericis prohibẽtur, quicquid orientalibus Græcis aliud permittatur, † de quibus in cap. aliter. 31. dist. cum concor. & l. 39. titul. 6. partit. 1. vbi dicitur quod orientales ij clerici noluerunt promittere castitatem, occidentales verò non aliter ordinantur nisi castitatem † promittant, Ecclesia nãque catholica Sacerdotibus, & sacro ordine præficiendis continentiam, & castitatem indixit, vt est videre per confirmatum Carthaginense. Concilium. 2. in cano. 2. doctrinam Apostolorũ allegans, vt habetur in cap. cum in præterito. 84. dist. diffinit etiã Calistus Papa in cap. presbyteris. 27. dist. sanctus Papa Innoc. in. c. proposuisti. 82. dist. & Gregor. Pontifex scribens Petro subdiacono dicebat, nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui sevicturum castè promiserit, quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas antè susceptum ministeriũ fuerit approbata, habetur in cap. 1. 28. dist. & per totam, & 31. dist. & etiam. 32. plura in hãc rem allegat Gracia. & videnda est glo. Sacramentis, in dict. cap. in præterito, & glo. verbo planè in dict. c. ppo fuisti, bonus text. in cap. vni. de voto in. 6. ibi, per susceptionem sacri ordinis, & per totũ de cleri. qui nup. cont. non pos. in nouellis, & in cõstit. 3. Leonis Imperatoris, & facit text. in capit. vt clericorum, de vita & honest. cler. vnde Concilium Tridentinũ session. 23. de refor. capit. 15. illis conferendos esse maiores ordines statuit, qui sperent Deo authore se continere posse: nam si gentilium Sacerdotes (de quibus Textor in officinæ tomo. 2. tit. Sacerdotes eorum) cum falsis & immũdis dæmonibus strassent dæmonibus, Psal. 95. omnes dij gentium dæmonia, sanctus Antoni. partit. 3. titu. 14. cap. 7. §. 1. in princip. Castro, aduersus hæres. verbo Sacerdotium. 1. hæresi. 1. versic. admoneo, castitatem seruabant, teste sancto Augustino, in sermone. 37. in fine, ad fratres in eremo, vel castitando se ipsos, vel abstinendo à cibis venerem prouocantibus, vt tangit Textor, vbi suprà tit. castissimi, versic. origines, & copiosè Tira. in. l. 15. cõnubi. num. 119. &. 121. & sequen. quid Dei veri Sacerdotes facient ministrantes illi, qui per Moysen, Leuit. cap. 20. dicebat, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. cap. plurimos 82. dist. & qui per Esaiã. c. 5. dicebat, mundabimini, qui fertis vasa Domini, & per Apost. ad Titum capi. 1. omnia munda mundis, nam qui sancti nõ sunt sancta tractare non debent capit. Maximianus 81. dist. & beatus Iacobus, in sua canonica loquens ad eos ait, mortificate mẽbra vestra, quæ sunt super terram, nè incidatis in fornicationem, immũditiam, libidinem, & malam cõcupiscentiam, quia propter talia venit ira Dei in filios incredulitatis, nam vt dicitur Genes. 6. quod filij Dei videntes filias

Universidad de Deusto
Biblioteca

filias hominum, quòd pulchræ essent acceperunt sibi eas in vxores, interpretes enim ibi filios Dei, sacerdotes intelligunt, & ea de causa Deus iratus immisit diluuium, vt & facit optimè nume. 25. vbi dicitur, quod filij Israel fornicati sunt cũ filiabus Moab, cum quibus omnis coitus secundũ legem prohibitus erat, ideò iussu Domini per Moisem occisi sunt vno die viginti quatuor millia hominũ, postremò que, omnino quibuscunque interdictus est 22 † cõcubinatus, ex decreto Cõcilij Tridentini de refor. sessio. 24. ca. 8. & iterum in decreto. 14. sessione 25. clericis concubinarijs pœna imponitur, imò & simplex fornicatio prohibetur, vt ex dictis apparet, adeò vt asserere simplicem 23 † fornicationẽ non esse peccatum mortale, esset hæreticum, vt in Clementina ad nostram versi. septimo quòd mulieres de hæreticis, notat Castro, aduersus hæreses, verbo fornicatio, & Iulius Clarus, in lib. 5. senten. § fornicatio num. primo & Michael Salon. in. 1. tomo de iust. & iure in. 2. 2. dicit Thom. quæst. 4. de dominio artic. 1. col. 386. & sic est sine dubio 24 † omnem fornicationem, & coitum ad mulieres præter matrimonialem esse peccatum mortale, & omni iure reprobari, licet quoad forum seculare 25 † simplex fornicatio semel aut bis commissa inter solutum & solutam in secreto, & furtim non punitur in foro fori, imò etiam si publicè cũ meretrice habeatur semel aut bis, secundum Auend. capi. 26. Prętorum num. 3. lib. 2. & Auiles, cap. 47. prætor. verbo *Casado*, num. 6. fol. 245. & Matiẽço, quem post hæc scripta vidi in hoc in l. 6. tit. 8. glo. 2. num. 7. & 8. lib. 5. suprà, monentur tamẽ si scandalum ad sit licet si clericus sit hic fornicator punitur in foro canonico secundum aliquos de positionis pœna, sed secundum alios & magis communiter sus-

26 pensionis † pœna, tantum punietur, vt inquit Clarus in dict. §. fornicatio nume. 3. vbi tamen inquit quòd propter fornicationem, quæ habet deformitatem clericus deponendus est 27 & ibi hanc communem testatur, de quibus & tradit Bern. Diaz, & eius additio in pract. cano. in cap. fornicarij, & Didac. Per. in dict. l. 23. titu. 3. libr. 1. ord. col. 170. sed si fornicatio etiam inter solutos sit adeo consueta. & infamata, quòd illa soluta adquem solutus accedit dicatur concubina illius soluti, & ita in vicinia nota habetur, tunc propter consuetudinem, & diffamationem transit in concubinatum, & tãquam publicè peccantes, licet sint soluti puniri possunt etiam in seculari 28 foro † extraordinarie saltim, & si moniti non desistant grauius punientur, vt per Auend. vbi suprà nume. 4. nam cum in concubinatu sit perseuerantia est præsumptio quædam infidelitatis, & cum etiam veniale peccatum 29 per perseuerãtiam † fiat mortale cap. vnũ. §. criminis. 25. dist. sic & mortale ex perseuerãtia fit grauius. cap. forus, de verbo. signi. & ideo recidiuatio aggrauat peccatũ, quia nouissima sunt peiora prioribus, vt habetur Lucæ. 11. & Ezechi. 18. & in. c. si vir, de adulter. & cap. iuuenis, & cap. irrisor, de pœni. dist. 3. nam & ex multiplicatione delicta fiunt capitalia. l. capitaliũ. §. solent ff. de pœnis, not. Decian. tomo. 2. de delict. lib. 6. cap. 21. num. 5. sic etiam & 30 de iure partitarum † concubinatus reprobatur ex. l. 43. & 44. ti. 6. p. 1. & itidem ex tit. nostro, & l. 36. tit. 6. lib. 3. suprà & sic omni iure reprobatus est, vt & per Maiençon, in d. l. 6. tit. 8. glos. 2. n. 6. lib. 5. suprà, vnde merito lex nostra dixit concubinatum esse â iure reprobatum, maximè in clericis & personis ecclesiasticis, & Religiosis, qui quidẽ grauiter essent puniendi si in hoc peccato reperirentur adesse, sed proh dolor,

lor, Deus medeatur qui potest, prout exclamat Matiençon vbi suprà nume. 10. & 11.

Ibi, *Que los Clerigos y ministros de la santa yglesia*, notandum est verbum, *Clerigos*, quasi etiam clericus minorũ ordinum sub dispositione nostri text. cõprehẽdatur, cò quòd clericus dicitur seu appellatur minorum ordinum, & 31 qui ordinem † aliquem clericalẽ habet, vt sunt omnes illi nouem, qui nominantur in. ca. cleros versic. generaliter. 21. dist. vbi dicitur, generaliter clerici nuncupãtur omnes, qui in Ecclesia deseruiunt, refert Alber. Troci. de vero & per fec. cleri. lib. 1. ca. 1. quibus etiam verbis loquitur lex nostra, dum dicit, *Clerigos y ministros de la santa Yglesia*. & sic illi minorum ordinum, qui ecclesię deseruiunt, & consequenter istorum etiam concubinæ videntur in lege nostra comprehensę, sicut & Sacerdotũ, præsertim attentis verbis sequentibus legis nostræ ibi *Mayor mente Sacerdotes*, nam dictio illa *Mayor* 32 *mente*, latinè, maxime, vel præsertim, † implicat casum magis dubitabilem, vt est glo. pen. in. l. illud. ff. ad. l. aquil. & habetur in, l. 1. C. ne filius pro patre & notatur in. l. qui se patris. C. vnde libe. & sic implicat casum præcedentem de clerico minorum ordinum, & decret. 14. Concilij Trident. sessio. 25. de refor. de quibuscunque clericis loquitur, in hac tamẽ materia clericorum cõcubinariorum, minorum tamẽ ordinũ, si habeant beneficia Ecclesiastica, quorum occasione omnino coram Ecclesiastico conueniendi sunt, ex cap. clericus de iudi. & cap. si diligenti, & cap. cũ contingat, de foro comp. maxime in criminalibus, vt ibidem probatur, eorum concubinæ 33 cẽsentur etiã in nostro tex. † comprehensæ. & id colligitur ex. l. 3. infra cod. dum dicit *Clerigos y beneficiados*, & sic ex decreto illo 14. Concilij Triden. suffi-

ciet pensiones habere, cum eis priuet eos, sed si beneficia ecclesiastica non possideant clerici ij minorũ ordinum coram seculari conueniuntur in ciuilibus & criminalibus, qui si forum seculare non declinauerint, & priuilegio fori vti noluerint, per secularem 34 ipsum † sententiari possunt, & tunc ipse & concubina nõ puniẽtur vt concubinarij, quia soluti sunt ambo, neque potest dici clerici cõcubina, cum ipse clericus nolit vti fori priuilegio, q. si fori priuilegio vtatur & alleget se clericum & remitti ad ecclesiasticũ, & eius foro debet gaudere, tunc vtique cõcubina eius, vt clerici concubi 35 na punietur † per secularẽ iudicem ex lege nostra, quæ omnes clericos comprehendere videtur, quo ad concubinatum, & eius pœnas, licet quoad hoc vt filij eius dicantur, naturales vt filij clericorum, pater eorũ debet esse ordine sacro initiatus, vt dixi in l. 7. tit. 8. num. 50. lib. 5. suprà & sic quoad concubinatum non requiratur ordo sacer, sed quod dictum remanet, & quòd idem sit in hoc casu, quod est quando habet clericus minorum ordinum beneficium ecclesiasticum, sed si contra ipsam mulierem solum procedatur per secularem vel ecclesiasticum iudicem tanquam contra clerici concubinam, tunc vtique si amasius non erat beneficiatus neque sacro ordine insignitus, non punietur pœnis † concubinę clerici, eo quod nescitur 36 an clericus hic vellet vti priuilegio fori ecclesiastici, verũ tamen quia materia ista odiosa (vtpote pœnalis) videtur, solum asseri posse, censendum esset, comprehendi in lege nostra cõcubinas clericorum sacrorũ ordinum in sacris cõstitutorũ, ex dictis per Abb. in Rub. n. 4. de vita & hon. cler. & in. c. siquis quã. n. 2. de cohabit. cleri. & mulie. & latius in capi. 3. nor. 1. de postula. præla. & Feli. in cap. non dubium not. 2. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.de sent.excom. neque obstare verba sequentia nostri tex.ibi *Mayormente Sacerdotes*, vtpotè quia dictio illa, ma-
37 yormente, latinè, maximè aliquando apponitur pro dictione taxatiua, † vt apparet ex text. iuncta glos. maximè in cap.cum contingat, de foro comp. & consequenter destruitur distinctio sup. adducta, sed quia hic intellectus nimis diluit literam nostri tex.tum quia cum primo de clericis dixerit, & posteà maxime de sacerdotibus apposuerit verbum, omnino intelligẽdum est dictionem illam, *Mayormente*, non stare taxatiue, sed implicatiue, vt includat etiam clericos minorum ordinum secundum quod dictũ remanet, & quia si taxatiue staret presbyter tantum cõtineretur sub illo verbo. *Sacerdotes*, nostri text. ex dictis per Abb. d. cap. siquis quã. n.1. & ideo distinctio mea videtur tenenda in hac materia, quæ licet pœnalis sit resultat in clericorum honestatem & decorem & bonum publicũ, & ideò videtur extẽdenda potius quam restringenda, nihilominus tamen super his cogitabis quia in propositum nostrũ vsque nũc neminem vidi de ijs disceptãtem per membra & sigillatim, & Auend.in. d. cap.26 præto.num.10.lib.2. non ita declarat dubium hoc, neque ita illud distinguit, sed potius videtur ab ijs dissentire, & declarat quid in concubina commendatorum in num.11. & Auiles capit. 47. prętorum glo. *Con clerigo*, num. 3. dissentit etiam, & sictu latius cogita.

Ibi, *Que son elegidos en suerte de Dios*, nam cleros & clericos (secundum Beatum Isidorin lib.7. etymolo. cap. 12. vt habetur trãssumptiue in cap.cleros, in principio. 21. distinctione) hinc
38 appellatos † credimus, quia Mathias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum, cleros
36 enim Græce, sors † latine, vel hæreditas dicitur, propterea ergo dicti sunt clerici quia de sorte Dñi sunt, vel quia Domini partem habent, idem dicitur in cap.cum secundum, de præb. & in cap.duo sunt genera. 12. quæst. 1. vbi & dicitur quod duo sunt genera Christianorũ, est autem vnũ genus, quod mancipatum diuino, officio & deditum contemplationi & orationi ab omni strepitu temporalium cessare conuenit vt sunt clerici. & vi.l.i.tit.6. part.1.

40 Ibi, *Sacerdotes*, idest, quasi † sacra dans cap. cleros. §. sacerdos. 21. distinctione Iacob.de Concilio, lib.1.artic. 4 nu.3 vnde Archidia Floren. 3.part. suæ summæ.tit.14. cap.7. nu.1. inquit, sacerdos dicitur quasi sacra dans, sacra docens, sacer dux, quæ Cassane. in catalo. glori. mun. 4 parte conside. 3. his verbis recollegit.

Sacris dotatus, vel sacris deditus, atque sacradans.

Sacrã docens sacra dos vel dux sacer, esto sacerdos.

Quãuis enim antiquitus scelerati homines, & qui supplicio digni iudicabãtur, sacrati dicerentur, † vt aduertit Cælius Rodiginus, lectio, antiqui. lib.
41 7. cap.11. Corras. in l. in tantum. §. sacræ res, num.3. & 4 ff. de rerum diuis. Marquardus de Susanis in tract. de Iudæis. 3.part.cap.1.num.17. & Couarr. in cap.alma mater part.1.§.8.num.6. post medium, in Christiana tamẽ Repub. Dominos sacerdotes, ideo sacris dotatos appellamus, quia ipsi in essabi-
42 lium sacramentorum † administrandi potestatem sunt consecuti. Verba namque illa, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, & similia, Matthæi cap.16. & Ioan.c.10. ad solos Episcopos, & sacerdotes pertinere, declarat Cõci. Trid. sessione. 14. in principio cap.6. & cano.10. de pœniten. nam & Lazarum de monumento iam fuscitatum obtulit dominus discipulis soluẽdũ, per hoc ostendens, concessam sa-
43 cerdotibus soluendi potestatem, † vt considerat sanct. Augustin. relatus in.c. quem pœnitet, verbi. Lazarus, de pœnitent. distinct. propriũq; est sacerdotis esse
44 mediatorẽ inter Deũ † & populum, in quantum legem diuinam populo tradit, & iterum in quantum preces populi Deo offerũcut, & pro peccatis populi Deo aliqualiter satisfaciunt, vnde Apostol. dicit ad Hebræos, omnis Põtifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cõstituitur in his, quę sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, & etiã vt dicit S. Tho. in. 4. distin 14. & 25. Sacerdotes orant pro nobis, vt Deus nostri misereatur, & nobis compacificetur, vt patet de Geleb. misi. cap. presbyt. 21. distin. cap. 1. & 2. & plene per Bern. de Bust. in 2. part. Rosarij sermo. 25. litera. n. & vt practice loquamur inquit Cassan. vbi suprà sacerdotes sunt quasi os com-
45 mune † populi, quo plures Deo loquuntur: & ideò semper in suis publicis orationibus dicunt, quæsumus, & non quæso, oremus, & non oro: sunt enim tanquam publica persona, semper pro populo orantes ex vinculo charitatis, & ideo nulla fuit tam fera & barbara natio, quæ suo intelligẽdi modo, sacerdotium non commenda-
46 uerit, † vt tangũt sanctus Antonius in summa part.1.tit.1.capit.2. §.4. versic. tertium notum, Mar. Ant. Marsilius, de reddi. ecclesiasti. c.17. omnino videndus, & Catechis. ad parrochos, titul. de ordinis Sacramento, in versic. his igitur, circa mediũ, quinimo apud antiquos eundem fuisse Regem & sacerdotem ex beato Isidoro constat, relato in ca. cleros, versic. nam maiorũ, 21. distin. & in cap. duo sunt genera. 12. quæst. 1. ibi, si namque sunt Reges, id est se & alios in virtutibus regentes, &

itacin Deo regnum habent, & hoc designat corona in capite, tangit Coua. in præfa. ad Clem. si furiosus, de homicid. vnde pater misericordiatũ Deus cuius miserationes super omnia opera eius, psal. 144. pro hac publica & cõmuni omnium vtilitate, sacerdotes esse, omni tempore voluit, vt habetur in Concil. Trid. sessio. 23. in principio cap. 1. ibi, in omni lege steterit, in lege namque naturæ primogeniti erant sacerdotes, vt de Melchisedech, pater, Genc. c. 14. in lege Mosayca, Aaron, & filij eius constituti fuerunt, sacerdotes, vt patet Exod. capit. 40. & optime per Cassane. vbi suprà conside. 2. in lege autem gratiæ sacerdotes esse notorie constat.

Ibi, *En quien debe auer toda limpieza*, nã vt inquit Ambrosius, in cap. cui portio. 12. q. 1. cui portio Deus est, nihil debet curare nisi Deum, & si nihil aliud quiã Deum curare debet, mundus debet esse totus, quoniã ipse dicit, sancti estote, quia & ego sanctus sum, & ideo clericus in omnibus sui corporis mẽ-
47 bris a vertice capitis vsque ad pedes † debet honestatem & mũditiam ostendere vt patet ex Alberto Trocio, de vero & perfe. cler. lib. 2. c. fi. per totũ, vbi inquit q; vt breuiter cõcludatur debẽt clerici boni omnibus corporis sensibus esse, qui sunt quinq;, visus & auditus, gustus, tactus & odoratus, ita vt in omni mẽbro corporis sui, in omni deniq; signo, gesto, actuq; suo, quã dã honestatẽ puritatẽque præseferre vt singulariter inquit ibidem Trotius ostendere Speculato. in suo aureo repertorio, lib. 3. tit. de vit. & honest. cler. & ibi ipse Trotius aliqua prosequitur: ita vt toti in toto & in qualibet parte sui corporis sint mundi: nam & ipsi castitatem promittunt siue expresse siue † tacite, secũdum glo. in cap. cũ olim de cleri. coniugi. l. 39. tit. 6. part. 1. Ecclesia namque catholica sacerdo-
48 tibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus,& sacro ordine præficiédis continentiam,& castitatem, induxit; vt est videre per confirmatum Cartaginense Concilium,Concilio. 2. Cano. 2.doctrinam Apostolorum allegans, vt habetur in cap.cũ in præterito. 84. distinctione diffinit etiã hoc Calistus Papa in. c.presbyteris.27.distinctione sanct.Papa, Innocen.in cap.proposuisti.82.distinctione & Greg.Põtifex qui scribens Petro subdiacono dicebat, nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum caste promiserit,quia nullus ad ministerium altaris accedere debet;nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata, habetur in cap.1.& per totam distinctionem.28. & etiam.32.distin.plura in hanc rem allegat Gracia,& videdà est glo.Sacramentis,in dict.cap.cum in præterito, 50
& glo.plane in dict.cap.proposuisti bonus text.in cap. vni. de voto in. 6.ibi 51
per susceptionem sacri ordinis,& titu. de cleri.qui nup.cont. non pos. in nouellis & in consti.3. Leonis Imperatoris,ita vt inter Græcos,& Latinos cle-
49 ricos est maxima † differentia, nam aliter se habet orientaliũ ecclesiarum traditio,aliter occidentalium & nostræ sanctæ Romanæ ecclesiæ,quoniã orientaliũ sacerdotes,Diaconi,& subdiaconi,matrimonio antea copulato vtũtur,nostræ autem ecclesiæ vel occidentalium,nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiã habent coniugium, sortiendi, vt ex Stephano Papa habetur in cap.aliter, 31.dist.vbi glo.& Doct. declarant,tangit glo.Sacramentis,in dict. cap.cum in præterito,Alber.Trotius vbi suprà, lib.2.cap.10.n. 4. Franc. Guzman.de Cælibatu.mini.altar.in.3.dubi.Mar. 52
ad.1.assertio,& ibi in assertio. 3.& Decia.2.tomo.de delict.lib.6.cap.22.n.2. & tex.in dict.l.39.tit.6.part. 1. & late de ijs agit refutando errores Lutheri, & aliorũ opiniones reprobando,Dionisius Paulus in suo flosculo cleri.& sacerdo. excellen.par.1.num. 90. vsque ad.127.vbi,num.128.inquit,vnde tantũ abest vt ecclesia catholica clericis in sactis ordinibus constitutis matrimonium concedat, vt consulte retineat titulum,qui cleri. vel vouen. & cap.1.de cleri.coniuga.dicendo,sed si in subdiaconatu & alijs superioribus, ordinibus vxores accepisse noscũtur eos vxores dimittere,& pœnitẽtiã agere de cõmisso per suspẽsionis, & excõmunicationis sentẽtiam compellere procuretis,& ibi vide glo. in verbo,dimittere & Doct. quasi ordo sacer habeat votum solemne ex constitutione ecclesiæ,vt probat glo. nota in.c. diuersis fallacijs,de cleri, coniuga, ad eo, quod si contraheret matrimonium esset nullum,†.32.distinctione; c.si quis eorum,& ca.erubescant,imo excommunicationem incurreret † ipso facto,vt per Trotium, de vero & perfect. cleri. 1. part. 7. requisito, vbi quid de constitutis in minoribus, & iterum in lib.2.cap.40. ideoque habemus hodiè canonem 9 Concil. Trid. sesio.24.dicentem,siquis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos vel regulares, castitatem solenniter professos,posse matrimonium cõtrahere,cõtractumque validum esse, nõ obstante lege ecclesiæ vel voto: & oppositum nihil aliud esse, quam damnare matrimonium:posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis,etiam si eam vouerint; habere donum,anathema sit: cum Deus id recte petentibus non neget,nec patiatur nos,suprà id quod possumus tentari. Quo circa Domini inquisitores cõtra similes † reos tanquam suspectos de fide procedere poterunt,secundum Pala.Rub.in capit. per vestras,in principio §.18.num.26. & sequent. Ber. Diaz in pract. cano. cap.

cap.74 Siman. de insti.catho. cap.40. num.2.5.& 6. Rojas,de hæreti. par.1. nu.550. relatos per Dionisi. in dict. num.128.vbi num.129. inquit, infertur ergo dictam sacedotum continẽtiam ab ipsis etiam incunabulis Ecclesiæ esse ortam, vt per Sotum de iusti. & iure.lib.7.quæst.6. art.2.& ideo sũma ratione retinẽdam esse, vt commẽdant Tiraq.in.l.15.cõnubia.n. 118. Cast. aduersus hæreses,verbo,sacerdotiũ hæresi.4.& alij plures per ipsum Dionisi.in dict.num.129.relati: & an Papa possit dispensare vt ordinatus in
53 sacris vel monachus possint † contrahere matrimonium vi Albert.Troti. in dict.cap.40.nu.3. & 4. vbi num. 3. inquit ipse Trotius vnum dumtaxat velle aduertere, scilicet, quod licet continentia ipsis clericis secularibus sit de obseruatione ordinis, adeo vt non possit etiam matrimonialiter cõmisceri,vt dictum est, non tamen dici,quod sit de substantia ipsius ordi-
54 nis,†secundum Innocen.cap.placet, de conuer.coniugat. Imo neque etiã
55 de iure diuino,† Alias Græci peccarent,neque excusaret eos consuetudo,cui illa non valeat contra ius diuinum.cap.fi.de cõsue.quod dictum inquit ibi Trotius esse sũmè notandũ, nam facit ad determinationẽ quæstionis, de qua ibi per eum an Papa, vt diximus, possit superijs dispẽsare.

Ibi, *Enfuzien el templo consagrado con malas mugeres*,nam vt inquit Aposto. 1.ad Corinth. cap. qui adhæret meretrici vnũ corpus cum ea efficitur, nam omnia & quæcunque peccata, & animam tantum & nõ corpus ma-
56 culant,sed fornicatio vtrumq;:† omne enim peccatũ (teste Apostolo ibi) quodcũque fecerit homo extra corpus est,qui autem fornicatur in suum corpus peccat:caueant ergo sacerdotes corpus suum, quod est templum Dei,& habitaculum spiritus sancti ne per carnis concupiscentiã maculẽt& diffamẽt,sunt enim membra Christi, ergo membra meretricis effici non debẽt. Nullo enim modo qui in carne viuunt placere Deo possunt, vt per eundem. Apostol. ad Romanos. capit.8. illi autem dicuntur viuere in carne, qui operantur secundum carnem.opera carnis sunt fornicatio,immunditia, & impudicitia, curare ergo debent sacerdotes nè vitam ducant impudicam,exemplum sumentes à veteris legis sacerdotibus,vt habetur.1.Regum cap.7. & Paralipom. cap.15.Exodi.cap.19.vnde propter vitam impudicam & luxuriosam taliũ sacerdotum Christus plerumque ad preces nostras, & oblationes aures dedignatur conuertere; & nostra sacrificia contemnit,& holocausta tanquam abominabilia respuit, orationes nostras non audit,dicẽte prophe ta, non accipiam sacrificium de manib' vestris,quia polluti estis. Ex quo
57 refert Augustí.quod † Deo magis placet rugitus leonum, siue mugitus boum,vel grunnitus porcorũ, quam cantus Presbyterorum luxuriãtium, viri siquidem ecclesiastici ad hoc deputati sunt,vt in castitate Deo famulentur. Quale enim erit obsequium eorum quorum mens polluta fuerit? Aut quomodo sacrificium, acceptabile offerẽt Deo,si vita eorum maculata extiterit? Vt referendo Augustí. inquit Bermon,Chioucto,in tract.de pub.concubi.in princ.num.9.& io.& Marien.in.l.6.glos.2.num.20. titu.8. lib.5.vnde de iure esse affirmat,quod non debent laici audire eorum sacrificium,neque Eucharistiam videre †
58 eorum ore consecratam,& in eorum manibus positam, alioqui peccant, cap.nullus, cap.præter. 32. dist. neque possunt ab illis absque peccato recipere sacramenta, nisi in mortis articulo & necessitate cogente, si non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint alij,vt per Innocen.in.c.fraterni tatis, de hæreti. neq; etiã debẽt illis cõfiteri peccata alioquin peccarent & tenerẽtur iterũ alijs cõfiteri,cũ cõcubinarius nullã habeat iurisdictionẽ,quia suspẽsus, vt inquit Henricus Bohic.in.c. omnis,de pœn.& remissio. sequitur Rebuf.super Cõcor. tit. de pub.concu.versic.Decimaoctaua, in fin. & in versic.nona & decima, & optime per additio.Ber.Diaz in prac. crim.cano.in.c.79.cõcubinarij,additio.1.& pro ijs est text.in.c.vestra, de cohabi.cleri.& optima.l.43.tit.6.par tit.1.ex quaquidem intelligentur hęc procedere quoties notorium est talẽ
59 † sacerdotem esse publicum concubinarium, non vero alias, & ita voluit Rebuf.vbi supra,& Decian.in dict. 2. tom.de delict. lib.6.cap.21.num.18.& ante eos Abb.in dict.cap.vestra.2.3.& 4.quæstione,relatus per glosſ. *Alqun hijo*, in dict.l.43. vbi idem esse inquit
60 etiam si monitio † aliqua non præcedat,eo quod talis publicus & notorius
61 † concubinarius est suspensus ab officio & benef.& si celebrat irregularis est,prout veriorem opinionem inquit dici,Siluest.verbo, cõcubinarius, versic.4.licet alij multi velint monitionem requiri,& hæc Siluest.opinio per dict.l.43. videtur approbata, vbi & dicit, tunc priuandum offic. & benefi.& ab eo non esse audienda diuina nec recipienda sacramenta,quoties per sententiam de hoc esset conuictus & condemnatus,vel ipse clericus in iudicio fuisset hoc crimen cõfessus,vel esset ita notorium,quod in domo eam concubinam haberet, & filium ab ea, ijs enim modis notorium esse
62 † concubinatum iudicatur ex dicta lege,& ex Deci.vbi sup.nu.9. vbi alijs duobus modis id dicit esse notoriũ,& illud de cõfessione ipsius 69 clerici in iudicio facta intelligit, dũmodo in ea perseueret,ex Spec.in tit. de noto.cri.§.iã de notorio, neq; possunt tales clerici fornicarij notorij in choro interesse ad officia† vt recipiãt 63 distributiones cotidianas, neq; electionibus Episcoporũ & aliorũ in capitulo adesse, neq; tenẽtur eis parrochiani oblationes volũtarias offerre, 64 † vt per Deci.vbi sup.nu.19.20.& 23. quæ tamen & limitantur & intelligũtur quoties suspensio huiusmodi fuit 65 publicata & denũtiata,tũc enim peccaret audiẽs ab eo diuina,& sacramẽta recipiẽs nõ vero alias,etiã si notorius esset fornicator,secund.Anto.& alios relatos per Coua.in.c.alma mater.1.p. §. 2. n.10. & Iacob.de Grafijs, in decis.casuũ cõscien.lib.4.c.11.nu.9. Humada,in.l.43.tit.6.p.1.gl.2.n.2.vbi & n.3.inquit quod ita demũ fornicarius clericus notorius efficitur irregularis si celebrat, quoties ante peracta† pœnitẽtiam celebrauit, nõ vero aliàs,& qũ dicetur peracta† pœnitẽtia vi. Nauar.cõsil.vni.de cohabi.cleri.& mul.imo ex clericorũ cõcubinatu tria † mala oriũtur, videlicet quia laicorũ corda scãdalũ patiũtur.itẽ vituperatur officiũ ecclesiasticũ,& præstatur alijs occasio peccãdi, vt prosequitur optime Decia.vbi sup.n.6. vbi n.5.quod ex ijs ex Dei permissu multa mala oriuntur in terra, videant igitur sacerdotes & clerici quid faciãt, multorum enim malorum impudica eorum vita occasio est.

Ibi, *Teniendo mancebas*, Nota & cõsidera gerundiũ hoc in do,de cuius natura est formã & conditionem inducere & modũ, vt diximus in.l.fin. tit. 10.lib.4.suprà.n.47.&.48.& in.l.pen. tit.21.n.4 &.5.eod.lib.quod cũ ita sit, cõditio implẽda in forma specifica, & forma ipsa omnino seruãda, & cõsequẽter, vt quis de concubinatu accusetur, debet tẽpore † accusationis in eo existere,aliter enim conditio & forma non poterit seruari, item qualitas

litas adiecta verbo,debet intelligi secundũ tempus verbi, l.in delictis.§. si extraneus.ff.de noxali.Bar. & DD. in.l.ex facto.ff.de vulga.Craueta.consil.212.num.7. huic autem verbo,*Teniendo*, adijcitur qualitas illa, *Mancebas*,ergo debet omnino intelligi tenere eas adhuc cum de delicto accusantur clariusque id probatur ex alijs verbis nõstri text. ibi, *Fuere hallada ser manceba publica*,ponderando verba illa *Fuere hallada ser*, ita vt tunc temporis cum accusatur repertum sit esse concubinã,non vero antea fuisse, & nũc
70 non esse,verbumque illud,*ser*, latine sum,es,fui,denotat† substantiã ex gl. in.l.mercis appellatione.ff.de verbo. sign.Bal.in tract. Schismatis, cola.18. substantiaque probanda est & qualitas,ergo tunc temporis ad esse concubinatum,nec sufficere si antea adfuerit iã tamen cessauerit concubinatus tẽpore incepti processus loquiturq; lex nostra & similes per verba præsentis tẽporis non vero præteriti, quod enim in præsenti requiritur non veri
71 ficatur in præterito,† secundum Bar. in.l.4.§. prætor. versicul. sed quid si maiore. ff. de damn. infect.& ijs & alijs fundamentis istam conclusionem tenet in terminis Auenda. cap. 26.prætor. num.16. libr.2. vbi tamen in versiculo, & quia, licet non sic se declaret, inquit quòd probato,quod quis fuerit publicus concubinarius, etiam hodie tempore inchoati pro-
72 cessus † præsumitur esse talis, nam semel malus (ex iuris regula) semper præsumitur esse malus, capitul. semel de regul. iur.in sexto, & in.l.si cui.§.ijsdem.ff. de accusat. & optime per Menoch.de præsumption. lib. 5. præsumptione. 32. numer. 1. cum sequentibus aliquibus, quia non est facilis mutatio malæ vitæ in bonam, & ideò qui diceret se emendatum & tempore incepti processus non habere concubinam illam, sed potius
73 dimisisse eam, tenetur id probare, † vt quia illa tũc temporis maritũ habebat, vel in monasterio existebat, vel in longinquis partibus, vel in continua societate honestatũ matronarum,& quod in ea domo non intrabat concubinarius neque cum ea loquebatur, nam ex ijs vel aliquo eorũ præsumetur prior status mutatus, & propter desistentiã ab iniquo viuẽdi genere & reuersionẽ ad bonũ,fingetur quis noua persona, vt eleganter scribit Roma.cõs.236.& sic si ista mulier probasset, quod per tres annos proxime prẽteritos bene atque honeste fuit cõuersata exclusa amicitia & familiari conuersatione clerici, aut vxorati,non præsumetur continua-
74 tus concubinatus, † vt ex text.& ibi not.Ange. in Auth.de monac.§.huic autem.colla.2.nam præsumptio quæ oritur ex isto honesto genere viuẽdi, excludit prẽteritæ malę vitę præsumptionem, vt in cap. ferrum.50. dist. & per Feli.in cap.cum deputati,dein di.Meno.vbi sup.nu.30. & quãuis Alcia.ibi allegatus.n.31.id voluerit intelligere quoties ille magnã pœnitentiã egit,vel quãdo constaret sæpe contigisse occasionẽ delinquẽdi, & se abstinuisse,tamẽ idẽ,& bene,Meno.ibi.n. 33.intelligit esse,quãdo iste simpliciter pœnituit facti, facta declaratione vel verbis,vel facto ipso se pœnitere, & præsertim si trãsiuit tẽpus, in quo solo tẽporis cursu & ætate alteratur modus viuendi,sicuti vitiũ libidinis, quod&si vehemẽs fuit in adolescẽtia attamẽ extinctũ † præsumitur in se-
75 nectute,secũd.Bar.in d.§.ijsdẽ,Fel. & alios relatos per Meno.vbi su.n.43.Ex quibus elicitur quod denũtiator, ac Iudex procedens contra concubinarios habent fundatam intentionem, quod & nunc sint tales, nisi cõtrarium per accusatos probetur,

Azeuedo supra.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam hoc probato modo legitimo, vt dictum est, nullo modo puniri poterunt pœnis concubinatus, quia lex nostra præsens tempus non verò præteritum respicit, & sic male ac perperam faciũt iudices nolentes super ijs audire accusatos, vel auditos & excusatos condẽnantes, in pœnis cõcubinatus, cũ deberẽt eos obsoluere, & miror q̃ ad hæc nõ aduertũt iudices.

Ibi, *Publicamente*, notare debent iudices verba hæc, vt tunc demum cõtra concubinas religiosorum, aut clericorũ, siue vxoratorum procedant, cum publicus est concubinatus, non vero aliàs, nã occulta peccata nõ habent vindictã in foro iudiciali † exteriori. c. Christiana. 32. q. 5. occultaq; sacerdotũ crimina reuelãres contra Constantini consilium faciunt, qui dicere solebat, chlamyde meã coopertis clericum peccantẽ, vt in. c. scripturis. 96. dist. necesse est enim cum peccatoribus viuere exẽplo Christi Saluatoris nostri, qui in hoc seculo degens cum Publicanis & peccatoribus conuersatus est, & sciens Iudã furem nõ reuelauit, vt in. c. multi. 2. q. 1. ecclesia namque non iudicat de occultis, sed talia iudicio diuino relinquuntur. c. erubescant impij. 32. dist. in versic. de manifestis quidẽ loquimur, qui text. facere videtur contra certos officiales & vicarios Episcoporũ, qui cũ fraterna correctione clericos occulte peccantes corrigere deberent, illos tamen manifestant, vt publice scandalum patiantur, vnde canon tales nõ correctores, sed proditores appellat: & sic. l. 43. tit. 6 p. 1. etiam hanc publicitatem requirit, adeo vt etiam si clericus aliquis † sit infamatus, se habere secreto concubinã non debet Episcopus statim cũ hac sola infamatione procedere publice contra eũ, sed præcipere q̃ se expurget à culpa illa, vt decerpitur ex. c. tua nos, de cohabita. clericor. & mul. l. 44. titul. 6. partit. 1. debent tamen clerici etiam suspicionem fugere à laicis concipiendam, dum tenent in domibus suis mulieres suspectas, quas si habent, etiam si publicum non sit esse suas concubinas, moneri possunt per iudicem suũ ne illas habeant, aliter enim quod punientur tanquam concubinarij, vt per Auendan. cap. 26. prætor. num. 9. lib. 2. & Menochi. lib. 5. de præsumption. præsumption. 17. in principio, & suspectæ essent si aliàs in domo † sua haberent, quam à iure permissas, ex text. in capit. interdixit 32. distinctio. capit. cum in omnibus, 81. distin. cap. à nobis, de cohabita. clerici. l. 37. titul. 6. partit. 1. vbi gloss. *Son estas*, etiam consanguineas clerici, l. 38. ibi ejciendas esse dicit, si essent tales clerici vel mulieres iuuenes ex quibus sinistra suspicio. sumi posset, nam & tunc eum istis nõ debent habitare, vel si adsint cum eis pedisse quæ & famulæ suspectæ & formosæ, vel nimia familiaritas cum dictis cõsanguineis exercetur, nam & in ijs casibus, vt ibidem gloss. illa sunt monendi & vitandi à domo illa, vt ex. l. 38. ibidem decerpitur, male enim versatur stuppa & lignum circa ignem: à iuuene enim & cupido credetur ne reddita Virgo?

Ibi, *Que qualquier muger*, intellige, solutam, nam cum vxorata adulterium non vero concubinatus committitur, vt patet ex. l. sequente in fine, cũ monali vero professa, † adulterium, stuprum, & sacrilegium, cum virgine stuprum, & sic debet esse soluta & nõ semel nec bis cum ea commisceri, sed pluries ita quod in publicam concubinam transeat, vt inquit text. hic, nam vt in hac diximus lege, simplex fornicatio licet non sit punibilis in foro exteriori regulariter, vt dictum remanet, tamen ex persistentia

tia & consuetudine transit in concubinatum & sic vt talis punitur, debet tamẽ esse mulier soluta matrimonio spirituali vel carnali non adstricta, vt optimè per Ber. Diaz in pract. cano. c. 79. cõcubinarij, nu. 1. & expresse ex. l. sequẽte probatur. Ex quibus cum solum crimen concubinatus commit tere colligatur mulierem cum clerico coeuntem vt apparet ex nostro titulo, dicendum est veram esse communem opinionem asserentium, mulierem solutam cõcumbentem cum presbytero non committere sacrilegium, sed tantum simplicẽ † fornicationem, prout communem testatur Clarus in dict. §. fornicatio, num. 18. vbi & communem dicit quod neque pro adulterio neque pro stupro † habebitur, & quod sic glos. in cap. per venerabilem, in verbo, adulterinus qui filij sint legiti. vocãtem hũc coitum adulterinum, esse intelligendam improprie, nõ verò proprie, imo neque incestus † committitur, vt veriorem dicit Salzedo ad Ber. Diaz in pract. cano. cap. 79. in additio. 2. versiculo, sunt quidem, & quod sacrilegium & incestus non committatur, vi. per Decian. in lib. 6. de delict. cap. 20. num. 10. vbi an deponendus sit clericus examinat, item etiam ex legibus nostris hic in quantum disponũt illam dici cõcubinam, quæ soluta est & cum clerico, Monacho, vel vxorato concubuit assidue, & vt publica tenetur concubina, quod illa soluta quæ conuersatur carnaliter cum homine soluto non est punienda, † pœna concubinatus, nam ijs legibus attentis non datur concubinatus inter solutos, vt pœna, *Del marco*, puniri possint, quia de eis leges non meminere nostræ, sed alia erunt pœna puniendi & monendi in futurum, vt diximus in. l. 9. nu. 12. tit. 8. lib. 5. sup. & sic licet attento iure ciuili vt cõcubina dicebatur requirebatur quod ipsa & amicus essent soluti ita vt possent cõtrahere matrimoniũ, vt voluit Specul. & alij plures relati ita per Mati. in. l. 6. gl. 2. n. 9. ti. 8. li. 5. sup. tñ hodie legibus nostris attentis secus est, vt diximus in d. l. 9. n. 12. ex Auiles & Auend. ibi allegatis ita tenentibus & bene.

Ibi, *Que fuere sallada ser*, intelligе per confessionẽ eius, vel per testiũ probationẽ, non vero q̃ requiratur apprehẽsio omnino, nã nõ requiritur neq; verba hæc requirũt eam, † quia inuentus quis dicitur licet nõ apprehendatur. l. nunquã. §. Thesaurus. ff. de acq. rerũ domi. & ita tenet Pala. Rub. in repetit. c. per vestras. 3, not. §. 11. n. 12. de donat. inter. dicẽs iudices multos in hoc decipi existimãtes necessario exigi quod clericus & concubina deprehẽdãtur in lecto vel in mẽsa, & sic clericos & fœminas diffamãt, multisq; insidijs & cauillationib⁹ vtẽtes ad eos apprehendẽdos in lecto vel in mẽsa occulta sacerdotũ crimina reuelãtes cum non sufficiat clericum, Monachũ vel cõiugatum in lecto vel in loco valde suspecto cum fœmina, aliqua inuenire, & deprehendere vt concubinarij dicantur nisi aliàs constet de publico concubinatu per testes, † vt & tenet Matien. in. l. 6. glo. 2. num. 6. titul. 8. lib. 5. supra & Auendan. cap. 26. num. 15. prætorum lib. 2. & Auiles capit. 47. prætorum verbo. *Manceba*, num. 1. & lex. nostra nihil facit pro his Iudicibus sed contra eos, præsertim cum ex. l. sequente prohibitum sit iudicibus domus † clericorum perquiri, etiam si Didac. Perez, in. l. 23. columna fin. titulo tertio, libro primo, Ordinament. aliud velit & male, & lex nostra solum vim facit in eo, quod reperiatur esse publicã concubinã, nõ vero in eo, quod apprehẽdatur cũ clerico, Monacho, aut coniugato in lecto vel in mense,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic male audiunt apud superiores, qui in domibus clericorum intrant ad inquirendum fœminas.

87 Ibi, *Manceba publica*, quæ dicatur† talis dubitabile est, nam aliqui dicũt etiam dict concubinam publicam, vt talis puniri possit, quam clericus, Monachus, aut coniugatus tractant tanquam propriam vxorem, retinẽdo eam in domo vel extra domũ iacendo cum ea in eodem lecto & in vna mensa comedendo & bibẽdo vicinis publicis scientibus, & filios in ea habendo, ita vt nihil desit in illa illorum, quæ sunt in vxore, nisi tantum sacramẽtum matrimonij, quod inter vxorem & maritum adest & huius opinionis sunt multi aduocati, ex veteribus, cum Palat. Rub. moderni tamen & melius id non admittunt, sed quod dictum est, vt diximus in. l. nona, titul. 8. lib. 5. suprà numero secundo, & optime perpendit Auendan. cap. 26. prætorum,

88 nu. 13. & 14. vbi dicit, quod neq; requiritur probari quod eam † alimentat & præbet necessaria, sed quod luxurioso affectu teneat in domo propria vel extra domum in alia aliena, nam concubinatus ex luxuriosa commixtione causatur, vt in. §. fin. instit. de nupti. & si transit in consuetudinem & publicè constat & rumor vicinię adest, tunc iam est concubinatus pubicus & puniblilis, vt prosequitur ibi optime Auend. & verisimum est, & in practica cotidie receptum, & si ita non iudicaretur passim concubinarij impuniti reperirentur: prout reperiuntur etiam hodie vbi non requiritur ita stricta probatio, sicut antea requirebatur de iure ciuili, vt apparet ex requisitis adductis per Matien. in dict. l. 9. titu. 8. glo. 2. lib. 5. f. supra, num. 9. & 10. & Iuli. Clarus lib. 5. sent. §. fornicatio. nu. 10. & Didac. Perez, in l. 21. colum. 160. titu. 3. lib. 1. Ordin. & Bermon. Chouẽ, de pub. concu. 1. par. ver. concubinã dimittat, num. 5. & sic hodie non ita requiritur stricta probatio vt cõcubinatus dicatur & puniatur pœnis legum nostrarum, & clarissime ex. l. nostra & sequẽte colligitur, dum solum publicam esse concubinam requirunt, quæ est illa, quæ vt talis reputatur in populo, vel vicinia, secũdum Auend. vbi sup. n. 15. in fine, nã & publicè dicitur quis excõicatus† qui pro excõicato reputatur in populo, vel in vicinia secũdum glos. in. c. exceptionẽ, de exceptio. & alia allegata per Auẽd. ibi, & ita etiam si bene inspiciatur voluit Per. Diaz in pract. Cano. cap. 79. concubinarij, nu. 1. vbi & optimè inquit non esse distinguendum sola ne reti neatur domi per clericum, an sub velamento quod pediss̃equa sit matris, sororis, amitæ, vel alterius cuius cohabitatio clericis nõ inhibetur, dum tamen constare possit eam habere vt concubinam, & tenet Decia. in. 2. to. de delict. lib. 6. cap. 21. num. 2. quidquid contrarium & male voluerit Aules sequens Palatij Rubij vestigia in capit. 47. prætorum glos. *Manceba publica*, nume. 1. nisi cum intelligas loqui, cum nõ constaret publicè quod tenet eam vt concubinam, vt loquitur Ber. Diaz, sed cum occultum est an sit sua concubina, nam tunc non loqueretur male Aules, & tripliciter dici concubinam, † inquit Ber

89

90 mon. Chouer. in dict. Tract. de pub. concu. 1. part. cap. publicis concubinarijs, nu. 5. Primo stricte scilicet, quãdo abutuntur cum illa, quæ modo vxorio ad vsum veneris illegitime tenetur, quo d illa de mente iuris cõcubina non dicitur, nisi ex affectu teneatur per modum vxoris, sic quam in vxorem posset ducere. Et ista sunt correlatiua inter concubinã & cõcubinarium, & dispositũ in vno, videtur esse

esse dispositũ in alio, vnde in statuto aut in alia dispositione fauorabili appellatione concubinæ & concubinarij continentur tantum illi, cum qui

91 bus nuptiæ † esse possunt, & ideo si statutum dicat, quòd concubina sequatur forum concubinarij debet intelligi de solutis, & sic de iure ciuili inter solutos qui contrahere pote

92 rant matrimonium † cõcubinatus reputatur, vt dictum est in hac lege. Se

93 cundo iste terminus cõcubinarius † accipitur large, vt intelligatur de illis, qui tenent mulierem non ex affectu matrimonij, licet ambo sint soluti, vt faciunt scholares, qui pro certo tempore puellas inducunt in eorũ studijs, quia illæ proprie vocantur focariç, scholares, fornicatores sed secũdũ largã significationẽ concubinarij & cõcubinę possunt appellari. Tertio

94 accipitur largissime, † & secõdum cõmunem vsum vulgarem loquendi, concubinarij appellari possunt sacerdotes, aut alij constituti in sacris, vel vxorati, qui vltra vxores carnaliter alias mulieres cognoscunt, quos lex ciuilis proprius loquendo adulteros & sacrilegos nuptiarum appellat. l. quanuis. C. ad. l. Iuli. de adulte. vnde secundũ propriã significationẽ vocabuli concubinarij appellantur, quæ lex canonica & regia tanquam concubinarios mãdat puniri, & hæc tertia appellatio est quæ magis conuenit legibus nostris regijs & practicæ communi & ordinariæ.

Ibi, *O casado*, pondera verbum, *Casado*, quo dquidem à cõmuniter accidẽtibus nõ intelligitur de despõsato,

95 & sic mulierẽ † habitam ab illo (qui per verba de præsenti contraxit cum alia secundum decreta sanctæ Romanæ Ecclesiæ) non posse dici concubinam, vt pœnis nostri text puniri possit, etiam si diu cum tali Amasia perstiterit in concubinatu, quodquidem

Azeuedo supre. 8.

pluribus fundamẽtis fundari potest. Primo quia verbum hoc, *Casado*. perpenso communi vsu loquendi (secundum quem verba cuiuslibet dispositionis legalis, vel statutariæ sunt intelligenda, & à quo significationem accipiunt, vt. l. Labeo, & ibi, Bar. ff. de supe. leg. l. cũ delanionis. §. asinã molẽdinariã. ff. de fund. inst. & inst. leg.) non conuenit neque verificatur in eo, qui sponsalia tantum contraxit etiam per verba de præsenti antequam sponsam ad domum traduxerit nuptijs celebratis, igitur pœnæ cõcubinarij aduersus hunc locum non habebunt. Secundo fulcitur ex verbis singularibus Abb. in consi. 1. nu. 5. versic. tertio pondero, lib. 1. cuius verba sunt, proprie secundum communem vsum loquendi, qui contraxit sponsalia per verba de præsenti antequam ducat mulierem ad domum suam non dicitur vir illius mulieris, nisi ex consuetudine locorum quorundam, vt probatur in cap. genuit, 27. quæstione. 2. vbi dicit Hierony. cum audias Ioseph. virum Mariæ, suspicio tibi non subeat nuptiarum, idest coniunctionis carnalis, sed recordare consuetudinis scripturarum quod sponsi viri, sponsæ vocantur vxores, & infra aperte sentit, vt ibi etiam Hierony. quod contrahens per verba de præsunti sicut contraxit Beata Virgo cum Ioseph, proprie dicitur sponsus potius quã vir. ex quo adhuc nõ est ducta. sed vocatus fuit Ioseph, vir, propter consuetudinẽ scripturarum, vt & apparet ex. c. sicut ex literis, & c. fi. de spõsali, vbi appellãtur spõsalia de præsenti, & sic ante traductionẽ põt vnus altero inuito nõ existente copula carnali inter eos intrare religionem, & dissoluere matrimoniũ, & cõis vsus loquẽdi attendẽdus est, etiã in statutis & in materia odiosa & pęnali, & præfertur pro

96

Universidad de Deusto
Biblioteca

priæ significationi vocabuli, vt notat Ioan. Andr. in capit. fundamenta, de election. in sexto Innocen. in capit. olim, de verborum signi. & doctores per text. ibi in cap. quanuis eodem, titul. glos. cap. nonnulli, de rescrip. latissime Felinus in proœmio decretali. ergo verbum, *Casado*, nostri text. attentis ijs, & communi loquendi vsu nõ debet de desponsato per verba de præsenti intelligi. Tertio quia vbicunque lex potest operari secundum proprium intellectum non debet trahi
97 ad abusiuum & improprium, † l. qui liberis. §. hæc verba, l. in pupillari. ff. de vulga. verbaque cuiuslibet dispositionis debent intelligi naturaliter
98 & vere, non autem ficte ciuiliter † & impropriè. l. si. C. de ijs qui ven. æta. impet. l. fideicommissum, in princip. ff. de condit. & demonstra. sed sic est quod verbum, *Casado*, ex ipsius intrinseca vera & propria significatione non verificatur in eo, qui sponsalia de præsenti contraxit, sed in illo qui, post talia sponsalia vxorem vel sponsam ad domum traduxit, ergo. Quarto facit text. expressus in l. in eo iure, in principio iuncto versicul. hoc caput. ff. de ritu nuptia. vbi licet liberta, vxor patroni non possit eo inuito alij nubere, potest tamen sponsa, ex qua. l. duo probantur ad hanc rem satis accommodata, primum, quod sponsa non venit appellatione vxoris, secundum quod sponsus non tantum potestatis habet in sponsam, quantum vir in vxorem. Quinto vbi verba legis non conueniunt neque eius dispositio † l. 4. §. to
99 ties. ff. de damn. infect. l. ita autem, in principio. ff. de admin. tutor. text. in cap. indemnitatibus. §. sed cum eas, de election. in sexto. sed verbum, *Casado*, nostri text. de habente vxorem in domo, vt diximus intelligitur, nos autem loquimur, *De desposado*, ergo deficit dispositio. l. nostræ in eo. Sexto quando aliquid refertur ad duo, ad vnum per prius, & ad alterũ per posterius refertur ad id, quod est per prius, † vt in dict. l. qui liberis. §.
100 hæc verba, optim. text. in. l. quæritur. ff. de statut. homi. & in potentiori significatu sunt capienda verba, vt per Philosop. Ethico. 9. &. 10. l. 1. ff. si ager. vecti. capit. penult. de sententia excommunic. prædictum autem verbum, *Casado*, ex potiori, principaliori, ac priori significato, non verificatur in eo, qui sponsalia de præsenti contraxit, sed in eo qui vxorem traduxit ad domum, ergo. Septimo
101 verbis legis debemus † esse contenti. l. iuris gẽtium. §. pactorum, ibi, non minus ex verbis, & ibi Bal. & Paul. ff. de pact. & ex. l. non aliter, de legat. 3. & in. l. §. si is qui nauem. ff. de exercito. & in. l. quod constitutum, ibi, quantum ad verba eius. ff. de testamẽto, milit. & in. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirend. hæreditat. vnde dixit Bal. consil. 228. volumine 3. quod verbis legis debemus esse cõtenti, & idem consil. 447. columna. 3. volumine. 3. ait quod non possumus interpretari constitutionem id disponere quod non loquitur, ergo, cum lex, *De casado* loquatur, hoc solum verbo, debemus esse contenti, vt de iam vxorato intelligatur habitante cum vxore sua, non vero de desponsato tantum. Octauo materia nostra est pœnalis, ergo tanquam talis restringenda, ex regula, odia. de regul. iur. in sexto, ergo stricte est
102 interpretanda, vt minus † lædat quam fieri potest, l. 2. C. de noxalib. capit. cum dilectus, de consuetud. neque debet extendi etiam ex similitudine, vt est glos. à paucis nota in c. in fidei, de hære. lib. imo neq; ex maiori, vt voluit glo. in Auth. quas actiones & ibi late DD. C. de sacr. sanct. Ecclesi:

cle. extenderetur autem lex nostra loquens, de casado, si desponsatum de præsenti comprehenderet, cum esset transire de casu vero ad fictum,
104 nam sponsam pro vxore † haberi est per fictionem, & non vere, ex text. in l. oratio, ibi vt suppleatur quod orationi deest, & ibi Bald. ff. desponsa. ergo lex nostra de sponso de præsenti nõ est intelligenda. Nono inclusio vnus est exclusio alterius. l. maritus. C. de procurato. cap. nõne, de prę̃sumptio, & ex similibus, ergo cum lex nostra, de casado, loquitur exclusit desponsatum, lex que nostra sciret vtique loqui per verbum etiam, desposado, si illum includere, non vero excludere voluisset, expressaque nocent, non expressa non nocent. l. nonnũquam & l. si indiem. §. fin. ff. de condi. & demonst. legeque non expressum dicere non debemus. d. illam. C. de collatio. & auth. de trien. & semi. §. consideremus, col. 3. cap. si is qui, de sententia excom. in. 6. & vbi lex aliquid statuit nos vltra procedere non debemus. l. de pretio. ff. de publicia. l. 2. §. conuenire, in fine. ff. de iudi. Decimo pœna nostræ. l. priuat concubinam à patria sua, quia iubet relegari per annum, pœnæ autem priuationis nõ est
105 locus nisi in casibus à iure † expressis, vt diximus in. l. 2. tit. 1. libr. 2. supra in regul. 10. ergo cum lex nostra nõ priuet concubinam desponsati non est censendum de ea locutam fuisse. Vndecimo geminatio nostræ. l. toties loquentis per verbum, *Casado*, arguit de liberatam voluntatem legislatoris, ex dictis per doct. in. l. Balista. ff. ad Trebellia. & per Euerar. in cent. locorũ, loco à geminatione, & per Mexiam in suo apparatu ad. l. de Toledo, vt in alio quam in vxorato & non in desponsato, disponat. itidem facit dict. per nos in. l. 55. Tau. transcripta in. l. 2. tit. 3. lib. 5. suprà num. 5. &. 6. & alia plura adducta per Tiraq. in. l. 16. cõnubia. glos. 2. verbo, en pouuor de sonmar, num. 1. cum sequent. vsque ad. n. 45. vbi, num. 25. inquit illud, quod appellatione viri & vxoris contineatur sponsus & sponsa, procedit in fauorẽ
106 sponsæ, non in præiudicium ipsius, † & ad alia ibi respondet, ex quibus & ex dictis per Hippoli. consi. 61. nu. 4. &. 5. & ex. l. 4 infra tit. seq. expresse loquenti de sponsa de præsenti, quod non esset necesse exprimere si comprehenderetur, videbatur hanc opinionem, scilicet, quod concubina desponsati de præsenti non punietur pœnis nostræ. l. sed alijs extraordinarijs, sustentari optime posse, sed quia lex nostra, licet sit pœnalis est tamen fauorabilis, tanquam impediens peccata & offensas Dei, & bonum animarũ procurans, difficulter in practica obtinebis, præsertim apud iudices qui subtilitatum harum non curant, & quia cõtrariam opinionem, imo quod lex nostra procedat etiã incõcubina desponsati de pręsente tenet Auiles in. c. 47. prętor. in glo. *O casado*. n. 1. cum sequent. & Auend. cap. 26. prę̃t. num. 12. libr. 2. quem & nos retulimus in. l. 1. tit. 1. num. 8. lib. 5. suprà vbi & alia pro cõfirmatione adducenda retulimus, & idem Auendan. in Resp. 10. per totum.

Ibi, *A pena de vn marco*, triginta pœ-
107 nas † concubinarij enumerat Rebuf. in concorda. regni Franc. tit. de pub. concu. & in hoc si clericus est ille qui accusatur de concubinatu coram suo ecclesiastico iudice (nam coram seculari non potest de hoc accusari vt tenet & bene Auend. c. 26. præto. num. 6. in fine lib. 2.) tunc licet aliqui dixerunt quod deponendi sunt, hoc tamẽ non est verum, sequitur quòd si est concubinarius clericus puniendus est pœna suspensionis à iudice imponenda ab officio & beneficio, † secun-
108

Universidad de Deusto
Biblioteca

dũ glo. in.c. Maximianus, verbo, remouentur. 81. distinctione, glo. in cap. presbyter. 82. distinctione glo. in cap. lator. 2. quæst. 7. quas sequũtur magis communiter Doct. in cap. at si clerici, de iudi. teste Beroio ibi, numer. 165. & Did. Perez in l. 23. glo. 1. tit. 3. col. 170. lib. 1. ordi. & Matien. l. 6. glo. 2. nu. 23. libr. 5. suprà, si tamen esset ita publice concubinarius vt nulla tergiuersatione celari posset, ipso iure † suspensus
109 est cap. si qui sunt. 81. distinctione, ca. præter. 32. distinctione, optime Sylu. in summa verbo, clericus. 2. quæst. 2. vnde fit, vt si antequam pœniteat celebret † irregularis est & à solo Papa
110 sit reducendus, ca. 1. de re iudi. lib. 6. vt veriorem testantur Syluest. & alij relati per Didac. Perez, vbi suprà & in hac iterum diximus lege, & tradit Decia. in dict. lib. 6. tomo. 2. de delict. cap. 21. num. 10. & additio, Ber. Diaz. in pract. cano. capi. 79. concubinarij. in verbo. irregularis, vbi tamen contra tenet, imo quod irregularis nõ sit, sed cõtra hanc distinctionem considero optimam legem † .43. tit. 6. part. 1. quam
111 miror non considerasse Didac. Per. & Matien. vbi. suprà nec Ber. Diaz in pract. cano. cap. 79. concubinarij, quæ quidem lex partitæ probat clarissime quod etiam si cõcubinatus clerici ita notorius sit, vt nulla tergiuersatione celari possit, est ei imponenda pœna suspensionis, non tamen inquit quod est imposita ipso iure, quod si ita est etiam si celebret interim quod non imponitur suspensionis pœna nõ erit irregularis, sed in hoc iuri canonico standum erit, & sic supradictæ distinctioni: sed quia vt inquit Bernad. Diaz, vbi sup. num. 3. & eo tacito glo. in dict. l. 43. ex Abb. in cap. at si clerici, in principio col. 4. de iudi. & Did. Perez lib. 2. tit. 15 glo. *Si el esposo*, col. 2. in fine cum sequent. lib. 8. Ordi. iura canonica varie loquuntur, quandoque appo-

nendo pœnam acerbam, quandoque mitem, quod pœna clerici concubina-
112 rij relinquitur † arbitrio iudicis sui superioris, vt consideratis circunstantijs, & scandalo inde surgente & consuetudine patriæ, apponat pœnã quãdoque depositionis, quandoque suspẽsionis, quandoque priuationis à beneficijs, quandoque prius moneat, quandoque sine monitione priuet, ex quo cõstat de delicto, sibi enim videtur data optio, ex quo varias pœnas & modos procedendi à iure reperimus traditos, ita tamen quod in isto delicto iudex declinet ad mitiorem partem, quia pauci, vt dicit Greg. sine vitio in continentiæ reperiuntur. 50. distinctione, cap. quia tua: sed iam hodie vt inquit Matiençó, vbi suprà num. 24. & Menoc. de Arbit, cent. 5. cap. 418. n.
113 11. ex decreto. 14 sessio. 25 Con. Trid. de reforma, iubetur, clericos † concubinarios admonitione prima facta perseuerantes priuari tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouẽtuum beneficiorum suorum quorũcunque secũda vero monitione facta perseuerantes omnibus fructibus priuantur, & ab officio & administratione beneficij ad tempus arbitrio Episcopi suspẽdũtur: si vero adhuc ij perseuerabunt, omnibus beneficijs, officijs, portionibus, ac pẽsionibus spoliantur, quòd si adhuc in eodem errore persistant, vt quia dimissam repetant excomunicẽtur, cæteri vero clerici, qui beneficia vel pensiones non habent, pœna carceris & alia simili arbitrio Episcopi, secundũ factum, & personarum qualitatem puniuntur, Episcopi vero ipsi si ab huiusmodi crimine se nõ abstinuerint, & à synodo prouinciali admoniti se non emẽdauerint, ipso facto sunt suspensi, & si perseuerant, etiam ad sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem synodo deferuntur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem,

nem, si opus fuerit, in eos animaduertat, hęc summatim ex Concil. Trid. & ex alijs Concilijs, vt in Conci. Rhemensi sub Eugenio. 2. cap. 2. & ex alijs relatis per Menoc. vbi suprà, num. 12. vbi in cap. quorundam, in fine. 34. di-
118 stinctione sic ante Conci. Trid. dicit statutum fuisse, & hæc quoad clericos: quoad laicos coniugatos vero pę-
114 na erat arbitraria, ex lege tamẽ Regia efficitur ordinaria, vt apparet ex. l. 5. infra isto tit. & lib. quæ cotidie practicatur, item & quoad ipsas concubinas clerici monachi, aut cõiugati (nã soluti non puniuntur. l. nostræ pœnã, vt in hac diximus lege, & tenet Auilescap. 47. pręto. glo. *Ocasado*. n. 6.) quo ad ipsas inquam concubinas cle-
119 rici, Monachi, aut cõiugati in arctum
115 monasterium detrudebantur, † donec condignam egissent pœnitẽtiam cap. fraternitatis. 34. distinctione, & efficiebantur seruæ, ecclesiæ vbi clericus amasius deseruiebat, & vendi poterant per Episcopum cap. quidã clericus. 81. distinctione, & ad tempus relegari vt ibi, & persequlares principes poterãt perpetuo iugo mancipari, in
120 ca. eos qui. 32. distinctione. item excõmunicẽtur ca. si concubinæ, desent. excom. vbi Abb. ex lege tamen nostra habemus iam decisam pœnam, quæ cotidie practicatur, & ad literam seruatur, vt apparet ex Aules, vbi suprà in glo. marco, & Auend. cap. 26. præto. num. 6. lib. 2. licet & ex decreto. 8. sessio. 24. de reforma. Conci. Trid. etiã
121 soluti punitur vt concubinarij, sicut
115 & vxorati, si ter admoniti † de ea re non resipuerint, & ibi est text. optim. contra laicos concubinarios disponens, imo & contra ipsas concu-
117 binas, etiam si vxoratæ sint, † si publice cum concubinarijs viuunt, sed reuera concubinarij vtter ita essent proterui vt & humanam iustitiam neglexerint, prout cotidie negligunt,

nam raro puniuntur ab ea, & sic pœnam non timerent temporalem, deberent vtique æternam timere, maceratur enim eorum anima perpetuo in inferno, nã vt inquit Paul. ad Ephe
118 si. 5. hoc autem scitote † intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Dei, quod etiã repetit ad Galar. cap. 5. & primo ad Corin. cap. 6. dum inquit, neque fornicarij regnum Dei possidebunt, & dicitur Apocalyps. 21. timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis & fornicatoribus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure: carebunt quoq; sepul
119 tura † si publici fuerint concubinarij, & morientes in domo ipsas retinuerint, quia in peccato mortali notorio moriuntur, ideo priuandi sepultura in loco sacro, iuxta clem. 1. de sepultura, & probatur ex. c. quibus. 13 quæst. 2. & tenet in terminis Bermon. relatus & secutus per Decia. vbi suprà. n. 26. imo & coniugatus habens concu-
120 binam in domo & eijciens vxorem † aleuis est, & punitur pœna. l. 6. infra isto tit. vbi & dicemus an infamis sit, ex quibus ridiculũ videtur id quod inquit Auen. cap. 26. prætorum num.
121 15. versic. & aduertant, lib. 2. dicens † quod debent aduertere testes vt concludant, quis alium teneat in concubinatu, vir an mulier, nam hoc necessarium non videtur, nam siue ipsa teneat clericum, monachum, aut coniugatũ, siue econtra, ipsa punitur. l. nostræ pœna, & Amasius pœnis iuris, secundum quod, suprà dictũ est, neque leges nostræ aliquid in hoc distingũt, & sic nec nos distinguemus, & quia vtcunque sit negari non potest quin viuant in concubinatu, & sic distinctio hæc Auend. nihil prodest saltim in practica.

Ibi, *Y mandamos a los nuestros alcaldes y*

iusti

Universidad de Deusto
Biblioteca

instícias de la nueſtra corte y todas las cinda des y villas y lugares de nueſtros reynos, ſed nonne ex informatione habita cõtra clerici concubinam infamatur ipſe clericus, item & ipſa propter ſacrilegium cum clerico commiſſum efficitur de foro eccleſiæ, ergo iudices, ſeculares nullo modo contra concubinas clericorum aut monachorum procedere poſſunt, quomodo ergo lex noſtra id permittit, & in hoc dicendum eſt legem noſtram rectiſsime proceſſiſſe ac diſpoſuiſſe, nam verum eſt cõtra concubinas, clericorum ſeculares procedere non poſſe, procedit tamẽ, contra illas, quæ occultæ concubinæ ſunt eorum, ſecus vero contra eas,
122 quæ publicæ † concubinæ clericorum exiſtunt, prout lex noſtra loquitur, nã contra has optime procedũt, & hæc eſt concors omnium opinio, vt apparet ex Auend. c. 26. præto. nu. 7. lib. 2. & Auiles capit. 47. præto. glo. *O clerigo*, glo. *Los de la madre*. l. 3. titu. 21. par. 4. Matien. dict. l. 6. glo. 2. nu. 13 & 14. tit. 8 lib. 5. ſuprà Didac. Perez. l. 21. tit. 3. lib. 1. ordi. col. 159. cum ſequent. Decian. in dict. 2. tomo. de delict. libr. 6. cap. 21. num. 37. & cotidie ſic proceditur, licet aliquando iudices ſeculares (& male) etiam contra occultas clericorum concubinas procedunt, ſed id poſſent ſi eas in domibus ſuis haberent & ſuſpicio eſſet de concubinatu, vt inquit Auend. vbi ſuprà num. 8. in concluſione. 5. ex. l. 3. infra.

Ibi, *Que aya la tercia parte que aya de auer el acuſador ſi le ouiera*, limitatio eſt. l. 21. tit. 9. lib. 3. ſuprà vt diximus in. l. 8. tit. 2. libi. ſuprà num. 1. & 2. & legem noſtram in hoc conſiderat Didac. Pere. l. 23. tit. 3. libr. 1. ordi. col. 172. in princ.

Ibi, *Sin que ſe execute la pena*, iũctis verbis ſequentibus, *Sin ſer ſentenciado y executado el dicho deſtierro*, lex bene prouidet, ſed eius executores peſsime, nam
123 & plerumque vt pars condemnata † pœnam marchi cõſentiat, vel diſsimulant inexilij implemento, vel in ſentẽtia declarãt, *Que le ſalga a cumplir quando por mi le fuere mandado*, quod eſt contra noſtram. l. nam ſi prius exequendũ eſſe exilium diſponit, quam pœnam pecuniariam iudex exequatur, cõtra legis diſpoſitionem facit iudex nõ exequens ante, & differẽs executionem cum ipſe voluerit, fraudemque legi facit, ex. l. fraus fit. ff. de legibus, & ideo talem Iudicem non eſſe immunem à pœna noſtræ. l. credere, quapropter aduertant ad hæc iudices.

Ibi, *La ley de Viruieſca*, quæſt. l. 5. infra iſto tit. & lib. alia poſſemus plura dicere, ſed hæc pro. l. noſtræ declaratione ſufficiant.

SVMMARIA.

Exilij Pœna non eſt corporalis, num. 1.
Adulterium non cadit ſub legibus ſimpliciter loquentibus de acceſſu, nu. 2.
Concubina cõiugata clerici non punitur per ſecularem niſi in domo retineatur, nu. 3. vbi quid circa eccleſiaſticum iudicem, & num. 4. & 5. & 6.
Lenones expellendi ſunt à ciuitatibus tanquam communes caſtitatis vaſtatores. numero 7.
Maritus permittens vxorẽ luxuriari etiam ſi pretium non recipiat punitur, nu. 8.
Maritus præſumitur læno ſi ex adulterio vxoris non iraſcitur, num. 9. vbi, num. 10. declaratur.
Maritus læno vxoris ſuæ in Hiſpania morte punitur, numer. 11. & num. 12. quid hodie. 13.

Lex Secunda.

Summarium.

Concubinæ clericorum quando in carcere detinẽdæ ſunt, & quando in domibus clericorũ inquirẽdæ: & quod vxorata non poſsit puniri de concubinatu, & ſi mariti id conſentiant puniendi ſunt, vt latius in lege noſtra diſponitur.

IBI, *No ha de lleuar pena corporal ſi no de marco y deſtierro*, ex ijs verbis colligitur clare
1 quod pœna † exilij non eſt corporalis, vt late diximus in. l. 8. tit. 18. lib. 4. ſup. & conſequenter ſi diuites ſint, vel fideiuſſores præſtiterint ſub eis relaxandæ ſunt à carcere vſque ad ſententiam: quod ſi ab hac appellauerint ſententia, ſunt in carcere detinẽdæ, ex. l. 4. infra in fine infra eodẽ quæ ſic limitat legem noſtram.

IBi, *Que no ſean catadas ni buſcadas ſobre eſto en las caſas de los clerigos*, prout in lege præcedente diximus, niſi ſecundũ verba ſequentia iudici per informationem conſtiterit clericum habere talem in concubinam, & quod in domo ſua eam retineat, nam tunc conſtito de hoc poterit iudex domum ingredi clerici pro inuenienda eius concubina, domi retenta vt ex verbis ſequentibus clariſsime conſtat.

Ibi, *Que la tal muger caſada no pueda ſer demandada en juyzio ni fuera del, ſaluo ſi ſu marido la quiſiere acuſar*, prout ex. l. ſi vxor, verſic. ſed & in ea, de adulte. diſponitur, vbi habetur quod acceſſus ad meretricem licet non ſit punibilis, fallit tamen in meretrice nupta, eam quippe poterit vir eius de adulte
2 rio accuſare: adulterium † namque non cadit ſub legibus ſimpliciter loquentibus de acceſſu & delicto carnali mulierum, ſecundum Ioan. And. & alios in propoſitum allegatos per Matie. in dict. l. 6. glo. 2. num. 19. tit. 8. lib. 5. ſuprà, vbi legem noſtram in ijs verbis allegat, & Auiles & alios ſic tenentes ex. l. noſtra, & Auend. cap. 26. præto. nu. 8. lib. 2. vbi ex lege noſtra cum dictis authoribus id eſſe verum dicit, niſi clericus talem coniugatam publice vt concubinã ſuam teneat in do
3 mo ſua, nam tunc & contra † ipſam procedi poterit, & ex Conci. Trid. ca. 4. ſeſsione. 24. de refor. id etiam probari videtur & tenebat. Ber. Dia. in dict. pract. cano. cap. 79. concubinarij, vbi additio ne. 2. in verſic. concubina clerici, dictũ Concilium ad hoc conſiderat, & iudices eccleſiaſtici cotidie id faciunt, vt per eund. Berna. Dia. vbi ſup. cap. 85. num. 6. ſed non ſine maximo eorum periculo, nam viſum eſt iam maritos id ſciuiſſe, & eas de adulterio accuſaſſe, & ideo debent ab ijs ſe abſtinere, vel ſaltim cum maximo ſecreto & cautela id facere, ne forte maritus ſciat, & accuſet eam de adulterio, vel eam occidat. prout conſulit faciẽdum Auend. in num. 8. verſic. non tamen quod tamen limitatur niſi pro-
4 betur † maritum id ſcire & conſentire ſecundum Matien. vbi ſuprà num. 19. vbi tenentes id allegat, debet tamẽ de hac ſciẽtia & permiſſu mariti con
5 ſtare † nam multoties apud vulgum putatur, id eſſe notum marito, & ne ſcit ipſe præſertim ſi eſt vir honoratus & bonæ famæ, de eo enim non eſt quid tale præſumendum, nam etiam ſi probaretur maritum eſſe de hoc ſuſpectum non ſufficeret, non enim ex hoc dici poteſt leno, ſecundũ Peguer. in quæſtio. ſuis crimini quæſt. 15. n. 7. & ideo neque contra eius vxorem vt concubinam alterius procedi poteſt, neque maritus de hoc puniri. Secũdo limitatur lex noſtra, vt non procedat quoties concubina clerici matrimonium contraxerit cũ famulo clerici, & adhuc erat in eius ſeruitio, pu
6 nietur ſiquidem ac ſi nupta † non eſſet, ita Matien. vbi ſuprà ex. l. ſequente expreſſa ad hoc. Et aduerte quod inquantũ loquitur; *De caſada*, lex noſtra, idem erit de ſponſa de præſenti per ea quæ deſponſo de præſenti, ſuprà iſto tit. in. l. præcedenti diximus.

Ibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *Y porque se dize que algunos casados consienten, y dan lugar a sus mugeres esten publicamente en aquel pecado con clerigos*, quod quidem grauissimum delictum est lenocinij, vt inquit Iust. in Auth. de lænoni. ibi nefandorum inuenire lucrorum, nefarium est illud scelus, quo quis ex publicis scortationibus, ex adulterijs, ex defforationibus, aut ex fornicationibus sibi quæstum facit, non quidem proprio corpore, sed virgines mulieres, matronas, aliorum vxores, aut meretrices huius quæstus gratia ad actum venereum aut publice, aut occulte pellicens, vel etiã ad hoc priuatim domi alens, & ex eo quæstu viuens, & est lænonum genus adeo pestiferum, nefandum, crudele odiosum, & sceleratum, quod expellendi sunt à ciuitatibus tanquam 12
7 cõmunes † castitatis vastatores, vt per Plateam in. l. cum supra. C. de remili. lib. 12. & probatur in Auth. de lænonibus. §. siquis autẽ cõscriptionem, ibi & à magna hac longissimè ciuitate expelletur, vt & per Peguer. in decisio. suis crimini. quæst. 15. per totam & ideo lęnones & lęnæ puniebantur pœna mortis, ex. l. 2. tit. 22. part. 7. & ex. l. 7. tit. 17. eadẽ part. 7. punitur maritus id permittens, & ibi glos. inquit, hoc procedere etiam si pretium ob
8 hoc † maritus non recipiat & Anto. 13
Gom. in. l. 80. Taur. nume. 73. vbi, nu. 74. hoc limitat dumtamẽ adulteriũ, vel stuprum fuerit consummatũ non aliàs, præsumiturque maritus læno,
9 † qui ex adulterio vxoris non irascitur. l. mariti lænociniũ. ff. de adulter. vt per Thom. Ferracium, cau. 14. nu. 6. Brunum in tract. de cõfiscat. bono. 1. quæst. 4. partis princi. & sic qui dum
10 † scit verè, dissimulat, vt per glo. in. d. l. 7. & vi. glos. *Trae a su muger*, l. 6. tit. 9. part. 4. & vi. Gometi. in cap. mulieres, 14
de iudi. in. 6. aliqua deijs scribentem, vbi refert, quod in Hispania lænones suarum vxorum † morte mulctantur, in Alemania vero insidentes in asino versa facie per vniuersam ciuitatẽ turpiter circunducuntur, acclamantibus sequacibus, sic fit lænonibus, refert Menoc. de Arbit. lib. 1. casu. 88. n. 15. & 16. & inquit Auiles cap. 47. prę. glo. *Manceba*, num. 3. quod hic Placentiæ, & iterum in villa, *De Talauera*, vbi fuit iudex ordinarius, quosdam homines condemnasse, vt publice verberarẽtur per vxores suas cum ristris alliorum, & lineis cornuum in collis quia consentiebant vxores suas esse in lupanari, & iuste, sed ex noua pragmatica Madricij facta anno. 1575. quæ iam est transcripta in recopilatione hac, & in hoc tit. pro lege. 9. declarata est iam pœna talibus maritis imponẽda, † quæ tanquam nouior seruanda est, & tunc, cum vt ipsa loquitur, maritiid consentiunt, scientes & permittentes, quorum scientia & consensus debet vere probari, nam multi neque sciunt neque vident, & si vidissent & præsentes essent occidissent vtique vxorem & adulterum, & sic est præsumendum de maritis bonæ famæ & diuitibus, & in honoroso statu existentibus, & sic pragmatica illa de maritis id pretio cõsentientibus, vel alio modo ad hoc peccatum vxores in ducendo & alliciendo † loquitur, vt & vult D. Barbosa in. 1. parte. l. 2. in principio. n. 101. in medio cum sequentibus ff. solut. matri. & de pœna lænonum diximus in. l. 4. titu. 11. glo. 1. suprà hoc lib. & succinctè de ijs diximus in. l. fi. num. 33. tit. 3. lib. 5. suprà & inquit Peguera in dict. quæst. 15. nu. 7. quando quis patitur vxorem suam delinquere, nõ ob quæstum, sed ob nimiam negligentiam, vel quantamcunque patientiam, vel nimiam credulitatem nõ punitur vt læno, † quia requiritur dolus ad puniendum eum de lænocinio, & sic dolum vt vides requirit dicta

dicta pragmatica, quocirca nimis large circa hæc extẽdit lenocinium mariti, ante, quæst. suis crimi. in pag. 503. num. 59. cum sequent.

Lex Tertia.

Summarium.

Concubina clerici etiam coniugata punitur vt talis si contraxerit matrimonium cum aliquo famulo ipsius clerici, & contracto matrimonio adhuc in domo clerici ipsius remansit, & quod nullæ mulieres suspicioſæ etiã coniugatæ viuant in domibus clericorum, & si monitæ in secreto non exierint puniantur, vt hic disponitur.

HBI, *Ordenamos y mandamos*, ad limitationem legis præcedentis prohibentis contra mulierem vxoratam procedi, nam non procedit hoc si talis mulier erat concubina clerici, & duxit cum aliquo famulo ipsius clerici, & sic coniugata remansit in domo ipsius clerici, nam tunc contra eam Iudex procedet, ex præsumpto dolo ipsorum volentium sub specie coniugij inter ipsam & famulũ clerici propalare & occultare concubinatum, tunc enim iudex contra ipsam vxorẽ procedere potest secreto eam monẽdo vt recedat à domo clerici intra terminum eis præfinitum, quod si non fecerint puniantur pœnis concubinarum à lege. 1. suprà eodem impositarum, & vltra compellant ipsam exire à domo clerici, & est salubris dispositio si per iudices exequeretur, sed quã male exequatur, alij iudicent.

Ibi, *Y mandamos*, idem disponit. l. 44. titul. 6. partit. 1. & diximus in. l. 1. glo. *publicamente*, suprà isto titulo. & libro.

Leges. 4. & 5. non egent commentatione quia clarissimæ sunt, solum tamen aduerto ad verba l. 5. dum dicit, *Pero tornando a vivir vida torpe*, nam intelligẽda sunt, si intra annum post eõdemnationem inhoneste vixerint, secus vero si elapso anno, nam cum in præcedentibus dixerit, lex nostra, quod si vixerit honeste per annum lucretur quintum, dum postea dicit, quod si inhoneste vixerit perdat illud quintũ, debet intelligi intra annum illum, aliter enim exceptio nõ esset de regula.

SVMMARIA.

MAritus si publice concubinam tenet in famis est, num. 1. & sic si instituatur hæres ab aliquo fratres habẽte possunt fratres querelare tale testamentum, num. 2. neque admittitur in testem, vt num. 3.

Lex. Sexta.

Summarium.

Quam pœnam incurrat tenens mulierem coniugatam in concubinam contra mariti sui voluntatem, vel coniugatus ille, qui tenuerit concubinam viuendo cum ea relicta vxore propria; disponit lex nostra.

IBI, *Demas de la pena del derecho*, de qua in. l. 1. & 5. suprà eodem.

Ibi, *Pierda la mitad de sus bienes*, nam aliquosiam cõmittit, pro ut allegando nostram legem ad hoc dixit compilator huius regiæ recopilationis in versiculis positis in fine tituli præcedentis, in versic. antepenultimo, licet lex nostram, *De alcuo-fia*, nihil meminerit, sed credendum est Compilatori, tũ quia per Regem est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est approbata hęc recopilatio, tũ etiã quia hæc pœna propriè apponi solet aleuosis, & est propria eorum pœna, vt diximus in eodem tit. 18. & lex nostra ideo non meminit expresse de dicto verbo, Aleue, quia quis non aleuosus reperiretur, cum tot sit numerus cõcubinariorum relictis proprijs vxoribus, sed an hic coniugatus, concubinarius publicus erit infamis, & dicendum est quod sic, † ex glo. in. §. si vero effusa, verbo, Consistente, in authent. quibus modis nát. quã ad hoc allegat Iulius Clarus, in pract. verbo, fornicatio. n. 9. & Did. Per. in l. 23. tit. 3. lib. 1. ordi. col. 171. vbi inquit se late dixisse in additio. ad Segurã in repetitione. l. cũ pátronus. n. 44. de lega. 2. & ideo si talis instituatur hæres ab aliquo fratres habente, possunt fratres querelare testamentũ † tale tãquam turpi persona in eo instituta, vt inquit Auend. cap. 26. prætorum, num. 6. lib. 2. & idem Did. Perez in l. fin. tit. 8. Ordin. glo. penu. in fin. pag. 203. col. 1. vbi dicit se bis ita consuluisse, & obtinuisse, in practica in contradictorio iudicio, etiam si Bald. in l. neminem, num. 1. C. de incepst. nupti. & alij relati per Clarum dict. num. 9. velint, hoc de infamia non seruari de facto, sed certe obseruari apparet, ex Did. Per. ibidem, & iuste: nam & ex hac infamia de iure ciuili & partitarum in. l. 8. tit. 16. part. 3. talis non admittitur in testem, † vt & inquit Auend. dict. num. 6. & num. 17. Socin. Iunior. con. 31. n. 23. vol. 2, & hæc pro hoc titulo.

TITVLO. XX. DE LOS Adulter. Inceſt. y Eſtupr.

SVMMARIA Rubricæ.

Adulterium est alieni thori violatio. nume. 1. & à quo deriuetur. num. 5.
Sollicitans coniugatam potest per iudicem prohiberi. num. 2. alias potest ab eo puniri. num. 3.
Adulterium mariti non est punibile sicut vxoris. num. 4.
Adulterium tribus modis committitur. nume. 6.
Adulterium in iudicium multis modis deduci potest. num. 7.
Adulterium an committatur cum coniugata inhonesta. num. 8.
Maritus potest promittere vxori non habere cõcubinam & obligari ad hoc. num. 9.
Adulterium quomodo probetur. num. 10. & quòd rarò potest vere probari etiam si dicatur vidisse hominem super muliere. num. 11. & 12. & ideo præsumptionibus probatur. num. 13. & an per osculum & amplexus. num. 14. & 16.
Inhonestas per testes singulares probatur num. 15.
Inhonestas per testes singulares probatur: num. 15.
In probando adulterio lex se contentat cum ea probatione, quæ fieri potest, num. 17.
Probatio sufficiens alicuius actus illa dicitur; quæ iudicem inducit ad credulitatem num. 18.
Iudex non debet ad vnam probationis speciẽ se alligare, num. 19.
Adulterij probandi plures coniecturas remittit, num. 20.
Adulteræ matrimonium est probandum aliter non obtinebitur, num. 21.
Adulterij grauitas, num. 22. 23. & 24.
Incestus quid sit, num. 25.
Stuprum quid sit, nu. 26.

Quia

VIA, titulo præcedenti de fornicarijs & concubinarijs dictum est, & ij multoties per adulterium fornicãtur, per incestum, vel stuprum, ideo sequitur noster titulus.

Et pro huius Rubricæ exornatione, & pro declaratione materiæ nostri tituli antequã ad declarationes legum deueniamus, aliqua examinanda prius decreuimus. Primo quid sit adulterium, & dic quod adulteriũ est
1 alieni Tori violatio, † ex tex. Gelasij Papæ in cap. lex illa. §. cum ergo. 36. quæst. 1. hanc diffinitionem licet per alia verba ponit gloss. in. l. inter. ff. ad l. Iuli. de adulter. vbi dicit quod est accessus alterius Tori, & idem gloss. cum qua DD. transeunt in Rubri. C. ad. l. Iuliã. de adulter. Siluester, in summa, verbo, adulteriũ, lex tamen 1. titul. decimo septimo, partit. septima, inquit quod adulterium est cum coniugata, vel alterius sponsa sciens coire. sed Couarru. in quarto, parte. 1. capit. primo, nume. 8. addit diffinitioni supra positæ, scilicet, quod est coitus mentalis, vel realis, per quẽ alterius Thorus verus, vel putatiuus violatur, quod est quando quis habet intentionem violandi Thorum, & tunc mentale hoc adulterium, quod intentione solum consistit punibile est, quoad forum conscientiæ, licet non quoad contentiosum, si in sola intentione consisteret, sed si ad actum produceretur, puta habendo verba obscena vel intendo coniugatam coire transeundo multoties per portam eius, tunc
2 vtique posset aditi iudex vt id medeatur † & puniat istum aliqua pœna, ex. l. 5. titulo nono, partit. septima, imo si ter protestatus fuerit maritus transeuntem ante domum suam nè loquatur cum vxore sua si non fecerit, puniri potest de adulterio †
3 ex. l. 12. titulo. 17. partit. septima, & dum dictum est adulterium esse alieni Tori violatio, intellige alieni Tori, siue mariti siue vxoris, nã & maritus coiens cũ aliqua quã cum vxore sua cõmittit etiã adulteriũ, sicut cõmittit mulier, nã licet adulteriũ mariti non
4 sit punibile, sicut adulteriũ † vxoris, ex. l. 1. C. de adulter. canonizata in capit. publico. 32. q. 1. & in. l. 13. tit. 9. par. 4. tamen negari non potest, quin maritus coeũdo cum alia, quam vxore adulterium nõ cõmittat: committit, etenim, vt probatur ex. l. 1. tit. 17. partit. septima, ibi, *La primera porque del adulterio que faze el varon*, Ecce quo modo vocat illud adulterium. Et dicitur adulterium ab alter, & Torum,
5 † quia adulter ad alterius Torum vadit, quæ est mulier alterius, vt inquit text. vt in dict. l. 1. titul. decimo septimo, part. septima, & quibus modis cõmittatur adulterium, Iuli. Clar. in dict. practic. crimin. §. adulterium, numero secundo, inquit tribus modis
6 † committi. Primo inter virum coniugatum & fœminam cum alio nuptam, & hoc dicitur duplex adulterium, nam vterque ipsorum violat proprium Torum & alienum. Secundo inter virum coniugatum & mulierem solutam. Tertio inter virum solutum & mulierem nuptam. Proprie vero adulterium est in viro, quando violat alienum Torum, licet ipse non sit coniugatus, in muliere autem, quando violat proprium Torum, etiam si adulter non sit matrimonio copulatus. Deducique potest in iudicium adulte-
7 rium multis modis, † quandoque enim maritus accusat vxorem de adulterio, vt in casu Bald. consi. 30. libro. 1. Roman. consi. 451. Bologni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consil.23.Gracia.consi.50.lib.2.Mantu.consil.43.lib.1. Quandoque è conuerso vxor accusat virum de adulterio cum alia muliere commisso, vt in casu Roma.consil.167. Quandoque maritus accusat vxorem, & adulterium vt in casu Bal. consil. 6. libr.5. Ioan. de Amicis, consil. 127. Gram. decisione. 31. Boeri. 217. & sequentibus. Quandoque mulier agit ad separationem Tori, vt in casu Socin. Iuni. consi.32. lib.2. ita Clarus vbi suprà, num.1. Sed an cũ muliere nupta, quæ tamen sit meretrix, seu inhonestæ vitæ dicetur cõmitti adulterium,
8 † & quanuis Menoc. de Arbit.libr.2. Centur.1.casu.71.num.5.cum sequentib. indistincte teneat adulterium talis vindicari posse per maritum, tamẽ Iuli. Clar.vbi suprà, numer. 3. distinguit, quod aut talis meretrix quæ virum assumpsit, cessauit à meretricia vita, & honeste cum viro vixit, & tunc adulterium cum ea commissum potest accusari & puniri. At verò si etiam matrimonio cõtracto perseuerauit in meretricali vita, & tunc vir illam carnaliter cognoscens, non debet aliqua pœna puniri, & hæc opinio hodie communiter obseruabatur, vt dicit Angel. in.l. si vxor.§. sed & in ea, num.1. ff. de adulter. & alij relati per Clarum dict. numer. 3. vbi inquit, quod quoad ipsam mulierem meretricem adulterium committentem punibile erit, & Consilium Neapoli. inquit, ita in facti contingentia videtur sensisse, vt appa-
12 ret ex capit. decisio. 44. sed ipse Iulius Clarus ibidem contra videtur tenere, & quod ita ipse iudicaret si casus occurreret, imputandum est enim viro nubenti cum tali meretrice & inhonestæ vitæ muliere, quod intelligi posset, nisi ipsa tempore nuptiarum promisit iam inde honeste victuram, & sub hac promissione maritus cum illa nupsit non alias nupturus cum ea. Nam sicut maritus potest promittere vxori nõ habere concubinam & obligari ad
9 hoc, † & cauere de eam expellendo, vt per Palaci. Rubiũ. in repeti. capit. per vestras, versic. tertio sequitur, in text. numero sexto, fol. mihi.48. ita & vxor talis promittere de inceps viuere honeste. Quomodo
10 autem probetur adulterium, † dicendum est, esse difficilis probationis, nam cum clam & occulte fornications fiant, ex.l. consensu. C. de repudi. & l. decima, titul. decimoseptimo partit. septima, euenit etiam vt sit difficilis probationis, vt eũcti fere in hanc deuenêre sententiam, secundum Mascard. 1.tom. de probatio. conclusione. 57. num. tertio. Imò & videtur quasi impossibile, quod directo possit probari, secundum Bart. in.l.2.§.fin.ff.ad.l.Iuli.de adulter. Socin. Iunior. consilio trigesimosecundo, numero decimoquarto, libro secundo, Menochi. de Arbitrar. libro secundo, casu.116. Neque potest probari directe vel specifice & sic raro aut nunquã potest probari vere adul-
11 terium, † vt per Mascar. dict. num.3. nam illud opus non plenè probatur visu, vt inquit glosl. in cap. literis, de præscriptio. in.l. secunda.§. fina. ff. de adulter. Angel. in tractat. maleficiis in verbo, Che hay adulterado, numero. 43. Et sic etiam si quis dicat vidisse aliquem supra corpus mulieris & cõplexu venereo iunctos, vel
12 etiam inuenisse iuuenem in camera dispectoratum & caligis dissolutis ianua etiam clausa, non sequitur ne cessario quod inter eos copula interuenerit, contingere enim posset, vt mulier esset arcta vel vir impotens, vel quòd tentauerit sic agere, vt adulteraret, tamen non adulteratierit, & sic potius videtur proba

probari conatus quidam quã cõsummatio delicti, vt latè per Feli. & omnes in cap. præterea, de testibus, quẽ & alios retulit Socin. Iuni. vbi supra, num.14.15.& 16.& Mascar.dict.concluſ.57.num.4.& 5. vbi hoc intelligit quoties de adulterio criminaliter ageretur, secus si ad separationem Thori, adulteriũ enim secũdum eum ibi probatur, quãdo pudenda sunt in pudendis vel obscœna in obscœnis posita, sed non obseruabũtur hæc per iudices, aliter enim nõ probaret adulteriũ nisi vera probatione, quod esset quasi impossibile, & nũquam puniretur adulter, sed præsumptionibus pro
13 bãdum est, † si solus cũ sola nudi in lecto reperiãtur, vel in secreto domus præcedente mala fama inter eos & alia à doctoribus, requisita, vt aduertit Cantera in quæst. suis, crimi. cap. de adulteri. num.52. pagin.496. cum sequent. sed vbi non essent tales probationes concludentes ad torturam sufficient, ita etiam tenet optime, Didac. Perez, in.l.2. titul.15. lib.8. Ordin. pagin.291. versi. quæri insuper potest, vbi pagin.292. quærit an per oculum
14 probetur † adulterium & Ant. Gom. l.80. Taur. num. 50. & opti. quæstionem.75. Petri de Ancharra, dic quòd si constat nihil amplius quam amplexus & oscula interuenisse non punitur vt adultera, secus si de hoc non constat, vt optimè per doct. Barbosa, in 1. parte. l.2. in principio. ff. solut. matrim. num.72. vbi à num.69. incepit & cum numeris sequentibus alia plura adducit requisita, vt ex amplexibus & osculis probetur adulterium & num.74. infert ex hoc quòd tam ex vera probatione quam ex præsumptiua amittetur dos & numer. 75. inquit secus esse si ficte probetur vt per contumaciam, & ibi cum pluribus numeris sequentibus, respondet obiectionibus contrarijs.

Azeuedo super.8.

15 & inhonestas † per testes singulares probatur, vbi ibi per Ancharan. quæstione. 76. nume.2. & communem testatur Clar.lib.5.§.fin.quæstione.54. versicul. dixi etiam, & de his etiam tradit Auendan. responso. 31. numero tertio & quarto. Ex quibus fit vt per coniecturas & præsum-
16 ptiones † probetur adulterium, vt est text. in. l. vndecima, titulo decimoseptimo, partit. septima, & per Mascard. vbi suprà, numero sexto & septimo, & Menoch. de præsumptio. lib.5. præsumptio.41. num.2. & ita in hoc casu præsumptiones habẽtur loco probationis glosl. in capit. præterea, de testi. & sic in hac materia lex se contentat ea probatione,
17 quæ fieri potest, † secũdum Mascar. dict. num.7. & Soci. Iuni. dict. consil. 32. num.12. ex Bart. & Imola in.l. in illa stipulatione. ff. de verbo. obliga. & sic leuiores probationes admittuntur, sufficitque probatio præsumptiua in ijs, quæ sunt difficilis probationis, ex quo Soci. Iuni. vbi suprà, nume.10. tradit vnam regulam, scilicet, quod illa dicitur, in materia probationis † sufficiens probatio alicuius
18 actus, quæ inducit iudicem ad eius credulitatem, & ad iudicandum talem esse veritatem suo iudicio, quia probatio ad aliud non tendit. l. testium. §. eiusdem. ff. de testib. dum dicitur, quod iudex non debet ad vnam probationis speciem
19 cognitionem suam alligare, † sed ex sententia, animi sui eum extimare oportet, & ibi Socin. alios allegat istam regulam tradentes, quia tota materia probationis in arbitrio iudicis committitur, & sic plura in proposito in materia difficilis probationis allegauimus iã in quodam nostro consilio, & diximus quod iudices in ijs debent maximo cum iudicio procedere, nè fortè

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex leui animi sui motu innocentem condemnent, prout aliquando factum est. Quibus quidem de causis doctores plures in locis ordinarijs plures coniecturas posuerunt pro-
20 bandi † adulterium quas reassumpserunt Mascard. vbi suprà, conclusione. 59. cum, 7. sequentibus, & Menoch. in dict. præsumption. 41. per totam. inquit tamẽ optime Mascar. conclusione. 58. quod aduertant ad-
21 uocati accusatoris quod probent matrimonium mulieris † accusatæ de adulterio, alias non obtinebunt, & quia libri ij præ manibus habentur per ipsos videri poterunt coniecturæ vt ad alia procedamus. De gra-
22 uitate autem huius criminis adulterij, proclamant † iura canonica, in capit. primo, 81. distinctione & in capit. quid in omnibus. 32. quæstione. 7. text. in Rubr. titu. 17. part. 7. vbi glos. inquit, ex adulterio omnia crimina oriri, violentia, iniuria, homicidiũ, periurium, falsa testimonia, & ideo est, quod propter eius immanitatem non licet super eo transigere. l. transigere, C. de transactio. & est peius per
23 iurio, & grauius idolatria, † vt hæc & alia de adulterio refert Tiraquel. in. l. 13. connubia. num. 26. à quo desumpsit Mascard. vbi suprà, conclus. 57. nu. 1. vbi & alia ipse adducit iura diuina, vbi adulteria detestantur, in tantum quod etiam bruta animalia
24 illud † abhorrent, vt inquit Tiraque. vbi suprà, num. 1. & probat sing. l. 1. titul. 14. partit. 2. ibi, *En que naturalmente ninguna cosa que viua, no quiere aparceria*, & tradit Didac. Perez, in. l. secunda, titulo. decimoquinto, glos. *E fiziere*, libro octauo Ordinamen. & Ber. Diaz. & ibi additio, in practic. canoni. cap. 85.

Ibi, *Incestos*, quiquidem incestus dicitur abusus inter consanguineos
25 & affines damnabilis † commixtio. c. lex illa. §. incestus. 36. quæstione. 1. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. text. in. §. ergo, & ibi doctores, Institut. de nuptijs. l. 1. titu. 18. iuncta. l. 2. titu. 19. partit. 7. Sanctus Thomas & alij relati per Didac. Perez, l. 5. titul. 15. libr. 8. Ordinament. glos. 1. Marian. Socin. in Rubrica extra, de adulter. & stupris. num. 7. vbi, num. 22. an incestus quilibet si maius adulterio, Bern. Diaz. & eius additio. 1. in practic. canonic. capit. 84. de cuius grauitate & alia in. l. penultim. istius nostri tituli dicemus.

26 Ibi, *Y estupros*. quod quidem stuprum est illicitus † coitus realis vel mentalis per quem aliqua virgo fœmina defloratur, vt in capit. lex illa §. cum ergo. 36. quæstione. 1. sanctus Thomas, & ibi Caieta, secunda secundæ quæstione. 154. articul. 6. de qua quidem stupri materia nulla lex ponitur in nostro titul. ideo de ea videbis in titul. 19. & 20. partit. 7. & ibi glos. & Anton. Gom. l. 80. Tauri. nu. 5. cum sequentibus aliquibus, & Clar. in practic. crimin. verbo, stuprum, Decian. in secundo tomo, de delict. titu. de stupro, Dida. Perez, hic sub Rubr. titu. 15. lib. 8. Ordina. & Anto. Thesau. in decisione. 3. Pedamon. & Marian. Socin. in Rubric. numero. 2. extra de adulter. & stup. & nume. 5. cum sequentibus, & in alijs locis ordinarijs & extraordinarijs summistarum & doctorum scribentium in consilijs, & extra, quæ longum esset referre, & de pœnis stupri per eos, & maxime per Anto. Gom. & Did. Perez, vbi suprà, & hæc quoad declarationem nostræ Rubricæ sufficiant, vt ad textu alia deueniamus.

Summa-

SVMMARIA

Matrimonium adulteræ probandum esse aliter non obtinebitur, num. 1.

Capit. a quomodo concipienda ad probandum adulterium, num. 2.

Maritus si accusat debet verè probari matrimonium sed si alius sufficit præsumptiuè probari, num. 3.

Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet num. 4.

Adulterij pœnæ plures hodie cessant in Hispania, num. 5. eo quòd nullus alius quam maritus potest eam accusare etiam si negligens sit. nu. 6. & 7. in Francia etiam.

Adulterium est crimen priuatum non verò publicum. num. 8.

Adultera accusari non potest mortuo marito sine sciuerit adulterium siue non, numero. 9.

Verbum, libet, liberam & absolutam potestatem ostendit. nu. 10.

Maritus potest vxorem & adulterum vulnerare cum possit occidere, nu. 11.

Occidere alium potens poterit vulnerare, nume. 12. & castrare, vt num. 13.

Maritus non poterit alteri etiam filio adulteros puniendos committere numer. 14. & 15. neque poterit vnum eorum verberare & alterum occidere, num. 16. vel dimittere vnum & alium non, num. 17.

Maritus etiam de bonis adulterorum potest ad libitum disponere, num. 18.

Lex nostra an rigorosa sit volens debere ambos adulteros occidi, numero. 19.

Filijs etiam alterius mariti reseruantur bona adulteræ, num. 20. & 21.

Filij an succedent matri adulteræ, nu. 22.

Adultera vi & oppressione adulterata excusatur, num. 23. & nume. 25. si ob verecundiam tacuit.

Caro corrupta dici non potest cum mens fuerit intacta, num. 24. imo & si ob verecundiam tacuit, nu. 25.

Adultera alijs modis excusatur, num. 26. remissiuè.

Maritus occidens adulteros infraganti crimine vel per medium iustitiæ sibi traditos an peccet, num. 27. & 28.

Azeuedo supra. 8.

Lex. Prima.

Summarium.

Pœna adulterorum in præsenti lege declaratur, quæ in praxi iam diu est vsitata, licet fuerit lex fori.

IBI, *Si muger casada*, ex ijs ibi verbis, quod cum quis vel quæ accusantur de adulterio prius est pro-
1 bandum † mulierem talem esse matrimonio coniunctam, vt in Rubric. nostri titu. diximus in glos. 1. ex Mascar. de probatio. in conclu. 58. id oprime aduertente vbi, num. 8. remissiue ponit quomodo concipienda sint ca-
2 pita ad probandum † adulteriũ, & ibi declarat quomodo sit intelligẽdum illud, debet probari adulteram accusatam esse vxorẽ matrimonio coniũctã & inquit quòd si maritus accusat debet vere probari matrimoniũ, sed
3 si alius sufficit probari habitam tfuisse & receptam vt vxorem Titij.

Ibi, *Si fiziere adulterio*. no. verba hæc quia factũ carnali copula cõsummatum requirit vt adulteri de adulterio puniantur corporaliter, secus quoad amissionem dotis aut bonorũ, vt in glos. 1. Rubricæ nostri tituli diximus.

Ibi, *Ambos seanen poder del marido*, & sic non habet locum iam pœna. l. quamuis in fine. C. isto titulo, vbi sa-
4 crilegos † nuptiarum gladio puniri oportet, neque habet locum ius vetus, quo cauetur quod mulier in adulterio deprehensa dilapidabatur, non autem vir. vt. 33. quæstione. 5. hæc imago, neque locum pœna, quæ propter adulterium imponitur fœminæ, de qua in authentico, vt nulli iudic. §. manifeste, collatione nona, & in authentico, sed hodie, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit. neque habet locum pœna apposita in l. 15. tit. 17. part. 7. cessant etiam
5 † aliæ plures pœnæ olim apud Romanos & alias gentes adulteris impositæ, de quibus late per Tiraq. in l. 13. connubia. num. 6. vsque ad 24. & Iuli. Clar. in pract. crimi. §. adulterium, nume. 7. & Did. Perez, in l. 2. titul. 15. gl. fin. lib. 8. Ordin. & Ant. Gom. in l. 80. Taur. num. 47. cessant iam itidem iura permittentia marito, patri, aut fratri, aut patruo accusare adulteram, vt in l. 2. & ibi glo. titu. 17. part. 7. nullos enim alios quã maritus potest eã
6 accusare, etiam marito negligente, † vt inquit gloss. *Tan negligente*, in eadẽ l. 2. vbi allegat Monta. hic, & quod ita practicatur asserit, & dicit facere. c. sicut alterius. 7. quæst. 1. & Ant. Gomhic, nu. 49. & Coua in 4. 2. par. cap. 8. §. 11. in fine, & sic in Francia inquit Rebuf. in 1. tom. const. Fran. titu. de const. gl. 5. nu. 108. nõ vti legem de adulterijs; & quod Arresto fuit determinatum non posse aliumquã maritum vxorẽ
7 † accusare de adulterio, & idẽ testatur Charolus de Grassalis lib. 1. Regal. Fran. priuil. 7. vers. similiter, lex Iulia, pag. 105. in fin. cum sequent. & l. nostrã in hoc considerauit, Silua nuptialis, verbo, non est nubendũ, in princ. num. 104. relatus per Boeri. decis. 262. nu. 4. vbi plura dicit, & è nostris vltra Greg. & Mont. vbi supra, tenent Ber. Diaz, in pract. canonic. cap. 85. nu. 6. & ibi additio. & Meneses in l. transigere, num. 83. C. de transactio. & Ant. Go. l. 80. Taur. n. 49. & in senatu Tholosano sic esse determinatum, asserit Papo. lib. 24. titul. 2. articul. 5. etiamsi Cyfuen. in l. 80. Tau. in 3. quæst. aliud velit ex quadam fori lege, quę in hoc titulo non est inserta, & sic non est necesse ei respondere, sed supra dicta seruantur, sic & iam hodie adulterium est crimen priuatum non verò
8 publicũ, † & hanc esse cõmunem sententiã testãtur relati per Iuli. Clar. in pract. crim. §. adulteriũ. nu. 4. & ex. l. nostra clarissime probatur, soli marito accusare vxorem suam de adulterio permittente, & post hæc scripta, vidi D. Barbosa, in 1. parte. l. 2. in princip. nu. 112. cum seq. sic tenentẽ & ampliantem neque itidem in Alemania licet cuilibet de adulterio mulierem accusare, vt inquit Silua nuptialis vbi sup. nu. 112. sic etiam licet antea permissum erat accusare hæredibus mariti nescientis adulteriũ, vel si scientis non potẽtis illud accusare secundum Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, susceperit liberos, num. 217. C. de reuo. donatio. hodie siue maritus sciuerit siue non vel potuerit vel non accusare nullo modo licebit mortuo †
9 marito hæredes suos etiã filios accusare matrem de adulterio ex. l. nostra reiecta distinctione Montalui, in l. fi. titul. 2. libr. 3. fori, gloss. *Si quis vere*, & sic cessat etiam. l. 3. titul. 17. part. 7. vbi notat gloss. verbo, *Cada vno del pueblo*, & Didac. Perez. in l. 2. titulo. 15. lib. 8. Ordinam. pagin. 291. col. 1. vers. Dubitatur præterea, & Anto. Gomhic, nume. 68. & num. 69. quid quo ad maritum. & notat Barbosa, vbi suprà, nu. 115. qui licet in nu. 116. cum duobus sequentib. velit Portugaliæ lege attẽta prosequi posse accusationem mariti lite iam contestata morientis, in Hispania tamen lege nostra attenta hoc non procedet, vt inquit glo. l. 3. tit. 17. part. 7. quam ibi & male, num. 117. ad fin. voluit reprobare ipse Barbosa, & sic cessant à fortiori dicta per eum, ibi à numer. 119. vsque ad. 127. vbi cum sequentibus tradit an contra hæredes adulteræ.

Ibi, *Y faga dellos lo que quisiere*. Quasi dicat, ita vt libuerit, & sic non regulando arbitrium suũ ad arbitrium boni viri, nam verbum, Libet, libertam & absolutam arbitrij potestatem

10 tem † facultatemque tradit, secundum Bart. in l. alio, numero. 9. ff. de aliment. & ciba. lega. quem alios Referens sequitur Menoch. lib. 1. de Arbitrar. quæstione. 7. num. 32. cum sequentib. aliquibus, nam verba hęc, *Y haga dellos lo que quisiere*, liberam voluntatem demonstrant, nulli legi alli
11 gatam, & sic poterit † eos verberare & vulnerare: nam si potest voluntatem suam ad mortem vsque extendere ex text. nostro, multo forcius poterit id quod minus est, ex dictis per Hippolyt. consil. 54. num. 7. & Euerard. loco à ratione legis, larga & ampla ad ampliationem ipsius legis, versic. secundo casu principali, Molina de primogenitu. 2. parte, capit. 5. nume. 28. vbi inquit quod is qui po-
12 test alium occidere ex dispensatione potest illum vulnerare, † seu contumelijs afficere cum hæc omnia lato sumpto vocabulo sub verbo, accisionis comprehendantur. l. neque in ea. ff. de adulterijs, & sic castrare poterit
13 † adulterũ secũd. Pala. Rub. in rub. de donationibus inter. §. 87. nu. 8. Maria. Socin. in cap. peruenit, de sententia excomm. fol. 252. Did. Perez, in l. 44. titu. 19. lib. 8. Ordina. pag. 393. in principio, Ant. Go. in l. 80. Taur. num. 47. & idem Didac. Perez, in l. 2. titul. 15. glo. *Si el esposo*, lib. 8. Ordinam. Nontamen poterit maritus alteri † id facien
14 dum committere, secundum Anton. Gom. vbi sup. num. 61. etiam filio, † vt
15 per Coua. in 4. 2. par. cap. 7. §. 7. nu. Neque poterit vnum occidere & alterum verberare, sed ambos eodem †
16 genere pœnæ in personis & bonis debet punire, sicut non potest vnum occidere & alterum dimittere †
17 alias punitur vt homicida, vel secundum quod disponit. l. 14. in fine, titulo. 17. partit. 7. vt optime considerat Gomez Arias in l. 80. Taur. num. 8. & sic lex nostra non sine mysterio in ca-

Azeuedo super. 8.

dem oratione & verbo locuta est, *Que haga dellos y de sus bienes lo que quisiere*, ita vt de ambobus idem sit iudicium & eadem pœna.

Ibi, *Y de quanto han*, & sic etiam de bonis adulteri & adulteræ poterit ad
18 libitum maritus disponere † siue sibi ea retinendo in totum, vel in partem vel alicui pio loco applicanda, vel pauperibus aut personis alijs, collegijs vel capitulis nisi filios habeant vt infra in gloss. *Y no si*, ibi, & de hac lege & l. 5. infra eo. an deuiens à iure communi, vidi post hæc scripta, doct. Barbosa, in 1. parte. l. 2. in principio, num. 58. ff. Solut. matrimon. & ibi à numer. 54. examinabat an paraphernalia perderent, sed text. hic hoc determinat ex ijs verbis, *Y de quanto han*, ita vt maritus de omnibus ad libitum disponat etiã quoad adulteri bona, vt ibi per Barbosam, nu. 64. cum sequent.

Ibi, *Assi*, expone, idest, ita vt & sic erit sensus quod persona adulterorum & bona eorum sunt tradenda marito ita vt vel ita tamẽ quod non possit vnum absque altero occidere, & secundum hoc optime procedit sensus huius verbi.

Ibi, *Que no pueda matar al vno y dexar al otro*, rigorosa lex & rigo-
19 rosa verba hæc videntur † nam congruentius & humanius videbatur quod se legislator contentum faceret, quod vnum adulterorum occidere posset, & non teneretur omnino ambos occidere, vt requirunt hæc verba, no pueda, quod quidem verbum, potest, præcedente negatiua inducit necessitatem vt diximus in. l. 55. Taur. inserta super titulo, *De las mugeres*, libro quinto, supra, & consequẽter tanquam crudelitatis inductiuam non posse legem nostram sustineri, sed responderi potest prout

Universidad de Deusto
Biblioteca

Docto.ad.l:prospexit. ff qui & â quibus,respondent, dura lex est, sed seruanda, vel melius & verius quod lex nostra est benignissima & in misericordia fundata ex eo quod si maritus ambos teneatur occidere, vel pietas maritalis circa vxorem,vel amborũ mors & occisio (qđ crudele videtur) mouebit eum,vt nullũ eorũ occidat, &ideo lex nostra vnũ sine altero, occidi non permisit, & verba hæc limitabis,vt præcedentia, *Y haga dellos lo que quisiere*,& sicidem quo ad patrem filiam & adulterum occidẽtem erat dispositũ, ex l. Patri; &. l. nihil interest.ff.de adulter.

Ibi, *Pero si hijos derechos ouieren ambos*, Et sic, *de legitimo matrimonio*, hoc enim importat verbũ illud, *Derechos*, etiam si ipsa adultera eos habeat ex
20 alio matrimonio †, vt inquit Pala. Rubi.in Rubric. de donatio. inter. §. 20.num.1.fol.12.in magnis,siue maritus agat ciuiliter siue criminaliter adhuc filijs talis matrimonij defe-
21 runtur bona † hæc mortuo patre secundum Couar. in.4.parte.2. cap.7. §.6.num.4. Et post hæc scripta vidi. Doct. Barbosa.l.2.part.1. in princ.nu. 62.cum sequent.ff.solut.matri.sic tenentem, & versic.hic est limitatiuus illorum præcedentium verborum, *Y de quãto han*, & de iure sic etiam est, vt diximus in.l.3. num. 132. cum sequentib.tit.10.lib.4.suprà. & Gratianus in regu.suis. regul.55. nu.7. cum sequent. sed an filij de isto adulterio
22 nati † succedent matri huic adulteræ,dixi in.l.7.tit.8.num. 42. cum seq. lib.5.suprà,& tradit nouissime Dida. Perez,in.l.2.titul.15.libr.8.Ordinam. pag.293. col.2.

Ibi, *Hereden sus bienes*, Sine distinctione dimidię,vel minoris partis,de qua per Anto. Thesaur.decisio. Delphi.104.

Ibi, *Y si por ventura la muger no fue en culpa y fuere forçada, no aya pena*. Nota copulatiuam illam,*y*, quæ cõiungit verba illa,*No fue en culpa,y fuere forçada*, vt intelligas solam vim non sufficere si in illa vi culpa vxori imputari potest, vt quia probaretur fuisse vim illam procuratam per mulierem ad adulterium committendum, putantẽ sub hoc velamine se enasuram, ablata tñ culpa si vi sit mulier adul-
23 terata † excusatur ab adulterio ex l. si vxor. §. si quis planè, & in.l. vim passam. ff. ad.l. Iuli. de adulter. l. sed disimam. C. eodem.l.7. titu.9. part. 4. non enim potest dici caro corrupta cum mens fuerit † intacta. 32. quæst.5.§.1.& cap. re vera, cum sequent. mulierque quæ violentiam passa est pudicitiam amisisse, probari non potest,vt eadem causa,& quæstione.§.cum ergo, notat Montal. in dict.l.1.tit.7.lib.4.fori.in glo.fin.& faciunt notata in.l.1.titu. *De los que fuerçan las mugeres*,eodem lib.4 fori,& vide.l.82. &.93. Styli.Imo si ob pudorẽ
25 &verecũdiã tacuit excusatur † si non acclamauit,vt per Abb. consil.4. volu.1.& alios modos quibus excusatur
26 adultera, ab adulterij pœna vi.per.l. 7.cum duobus sequent.titul.17. part. 7. & late Canter. in quæstio. suis etimi.titu.de adulterio, num. 41. vsque ad num.52. pag. 489. cum sequentib. Sed pro cõplemento huius.l.quærendũ est num maritus occidẽs adulteros repertos in actu venereo propria authoritate, vel conuictos per testes ex dispositione nostræ. l. peccet mor
27 taliter nec ne †, & dicendũ est quod peccat quantumuis lege permittente id faciat, vt receptiorem diximus opinionem in.l.1.tit.10. nu.21.libr.4. suprà,cum glo.in cap.inter verba.33. quæst,2. etiã in re dubia, an scilicet, ex rancore & vindicta, an vero executione iustitiæ id fecerit,vt & communiorem etiam in hoc casu dixit Min-

Minchaca controuersia. Illustri. cap. 49.num.4.&.5. sed seruatur opinio & concordia vt dixi in. dict. numer. 21.
28 quod si sit ad Vindictam ex odio † & rancore & animo fundendi sanguinẽ humanum peccat mortaliter, sed si ex bono zelo Rŗipubl.& animo exequendi dispositionem legis id permittentis,minimè peccaret, vt & resoluit Ruinus cons.4.num.18.lib.5. & in dict.num.21.alios plures retuli de his tractantes, maxime Iuli. Clar.& tradit Couar.in.4.2.parte cap.7.§.7.num. 8.cum sequentib. aliquibus,& numero.18.

SVMMARIA.

Marito & nõ alteri licet accusare adulteros etiam si adsit incestus immixtus,num.1.

Adulterium per procuratorem accusari non potest,num.2.

Maritus an possit accusare adulterũ viuentem mortua adultera numero. 3. & num. 4. quid si vnus eorum aufugit,& num.5. prosequetur & nu.6.opinio authoris circa hoc.

Libello eodem an sint adulteri accusandi vel sufficiat si diuersis,num.7.

Maritus si vni ex adulteris parcit & alteri videtur parcisse,num.8.

Sententia lata contra præsentem adulterum an prosit absenti,vel noceat,num.9.

Sententia lata in delictis connexis fauore vnius prodest alteri,nume.9.si opponatur de ea,num 10.

Vxor adultera si post reconciliationem cum marito aliud committat adulterium accusari potest de eo,num.11.

Coniugata mulier si pluribus se præbet ipsa punietur non vero viri adulteri,quia meretrix reputatur,num.12.

Clericus adulter accusabitur coram ecclesiastico,& adultera coram seculari,num.13. debent tamen ambo accusari,num. 14.& tunc quomodo punietur clericus hic in numero.15.

Ratio nostri text.quare iussit ambos adulteros accusandos & non vnus sine alio, numero.16.

Maritus an possit facere tractum cum vxore vt adulterum capiat,num.17.

Lex. 2. Tauri. 80.

Summarium.

Maritus vtrosque adulteros viuentes accusare tenetur in simul,aut neminem eorum.

IBI, *El marido*,no: quod loquitur cum solo marito, quasi ei & nõ alteri sit permissum de adulterio accusare,vt diximus in lege præcedente: idque verum est & procedit etiam si
1 cum adulterio † sit immixtus incestus, vt diximus in.l.fi.nu. 34. cum.3. sequent. tit.3. lib.5. suprà.

Ibi, *A vno de los adulteros*, per hoc corrigitur in hoc puncto.l.2. in prin. &.l.denuntiasse .§.fin. ff.ad. l. Iuli.de adulter,&.l.2.tit.15.lib.8.Ordi.veter. quæ est lex sequens sed nõ corrigitur, vt dicam in glos. sequent. quicquid dicat corrigi Cifuent. hic in princip.
2 neque potest accusare † per procuratorem,secũdum Barto.l.miles.§. quidam.ff.de adulter. Cifuentes, hic in quæst.5.

Ibi, *Siendo vinos*,sed quid si vnus eorum mortuus est an poterit maritus
3 alium viuentem adulterũ accusare, † Cifuen.hic in principio inquit, quod sic,ex.l. miles. §.socer in versic. adulteri.ff.isto tit.& pro hac conclusione considerat nostrum text.in ijs verbis, *Seyendo vinos*,quasi à cõtrario, si vnus eorum deficiat posit viuentem accusare,& tenet Ant.Gom.hic. nu.72. & Gomez Arias, hic,num.5.sic etiam si vnus eorum esset absens prosequi potest accusationem contra præsentem,licet exequi † non possit contra
4 eum sententia,vsque dum alter capiatur, secundum Celsum in reperto. suo,verbo,*Adulterio*,quia ex.l.1. præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedente, non potest vnum sine altero occidere, sed Cantera in practi. suis quæstio. sub capitulo, de adulterio, pag. 487. nu. 4. aliud vult, imo † quod si vnus adulter non potest haberi potest prosequi contra præsentem & cõdemnari & exequi sententia in ipsum, & sic vult declarare legẽ nostram, & asserit quod ita practicatur, & quod nullus scribentium, hic ad hoc aduertit, & ponderat ad hoc quandam legem. 2. titu. 15. lib. 8. ordi. veteris, ibi *A qualquier dellos*, quæ est lex sequens, sed melius facit in illis verbis, *Pudiendo los ambos a dos matar*, ergo si non potest nisi vnum, quia alter fugit & haberi non potest, ergo contra præsentem potest exequi sententia sicut exequitur si vnus eorũ est mortuus, vt diximus, & plus mihi placet hæc Canteræ declaratio maxime attenta lege sequente in dictis verbis, quæ secundum hęc debet intelligi dum dicit, *O a qualquier dellos*, vt scilicet intelligatur si ambo non sunt viui vel vnus eorum haberi non potest, secus si possent, nam tunc procedet lex nostra, quæ sic intellecta cum l. sequent. non sunt contrariæ nec se corrigentes, vt inquit optimè Gomez Arias, hic num. 3. & Cantera vbi suprà pag. 487. num. 40. & in hoc casu cũ vnus adulterorũ est absens ego teneo pro vero ex l. nostra teneri maritum ambos in simul accusare procedẽdo contra præsentem vt cõtra talem & contra absentem etiam tanquam absentem † per edicta & præconia vt solet fieri, & tunc in eodem processu ambo accusantur & exequetur sentẽtiam contra præsentem & contra absentem cum haberi potuerit, & sic vidi post tenuisse Gomez Arias, hic nu. 6. aliter enim si captura absentis esset expectanda, illuderetur iustitia neque exequi posset contra præsentẽ. sed an erit necesse quod in eodem libello accusentur adulter & adultera etiam si sint præsentes vel sufficiat quod diuersis libellis in eodem tamẽ processu præsentatis † proponantur accusationes & in hoc Ant. Gom. in præsenti, num. 72. inquit quod in eodem libello debẽt accusari quia alias resultaret diuersitas & incõueniens in accusando procedẽdo & exequendo, sed idem Ant. Gom. tom. 3. varia. cap. 1. num. 89. videtur contra tenere dicens non requiri quod simul eos accuset & sic in eodẽ libello, & tandem se remittit ad dicta per eum, hic mihi tamen videtur non esse de essentia adulteros siue sint præsentes siue absentes accusari per maritum in eodẽ libello sed sufficere in diuersis libellis dũtamen nõ fiat nisi vnus processus, & inconueniens à dicto Ant. Go. hic propositum circa processum & executionem nullum resultat cum idem processus & ijdem actus cũ ambobus adulteris fulminari possint & fulminẽtur & vna & eadẽ sententia vel diuersis condemnari possunt & executio in simul fieri, neque est inconueniens quod cõcluso vno processu cum vno eorum concludatur & post cum alio intra modicum tempus, prout post hæc scripta vidi sic tenentes Gomez Arias, num. 1. & Castillo, nu. 3. hic ex quibus infert Anton. Gom. hic dict. nu. 72. quod si vterque viuat & maritus vni parcat', videtur etiam † alteri remittere adulterium, & idem tenet Cifuent. hic in. 6. dubio, qua de causa etiam infertur quod eo casu, quo ex dictis posset accusare vnum, quia alter fugit, & haberi non potest, sententia absolutoria lata contra præsentem prodesset absenti, † condemnatoria vero nõ noceret, ex tex. in l. denuntiasse. § fin. ff. de adulter. & ibi glo. & omnes, & est text. in l. 9. tit. 17. part. 7. tenet. expresse Ant. Gom. hic dict. nu. 72. vbi inquit esse notandum

dumquod in delictis connexis sententia, absolutoria lata fauore† vnius prodest alteri, & quod hoc est speciale in delicto adulterij propter fauorem matrimonij, secus in alijs, vt cõmunem testatur Alex. in l. sæpe. num. 36. ff. de re iudi. & idẽ tenet ipsemet Ant. Go. in d. 3. tom. de delictis c. i. n. 89. & volũt Dida. Per. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordi. glo. *Si el esposo*, ad fin. & hoc si opponatur † dere indicata, secus alias & condemnetur, secundum Ange. dict. l. denuntiasse. §. quæritur, verũ tamen est quod si vxor adultera viro reconciliata post receõciliationẽ cõmittat adulterium, de hoc puniri & accusari potest, † ex l. 8. à contratio. sensu. titu. 17. part. 7. quam ad hoc ita tenẽs consideratCisuentes, hic in. 7. dubio, Couar. in. 4. part. 2. cap. 7. §. 6. numer. 7. & Castillo hic, nu. 2. non vero punietur de præterito remisso vt per doct. Barbosa, in l. 2. part. 1. in princ. num. 104. ff. solut. mat. item nota quod si vxor ata libenter se præbet omnibus, & sic à multis cognita est viris, ipsa de adulterio puniri & accusari potest, quia meretrix reputatur, non verò viri † adulteri secundum Silua. nuptia. libro. 3. numero. 22. vbi adhoc plures allegat.

Ibi, *Mas que a ambos adultero y adultera los aya de acusar o a ninguno*, hæc est nostræ. l. principalis dispositio, ex quibus verbis videtur verificari veram esse conclusionem glo. præcedent. per me positã, scilicet, non requiri quod in eodẽ libello accusentur, sed quod ambo, etiam diuersis libellis possint accusari in eodem processu, si coram eodem iudice ambo adulteri possent conueniri, sed si adulter esset clericus in sacris, tunc vtique † sufficeret eum accusare corã ecclesiastico iudice & eodem tẽpore adulterã corã seculari accusabit, & sic dispositioni nostræ. l. satisfit, crederem tamen nõ sufficere clericum talem accusare corã ecclesiastico, nisi & adultera etiam tunc coram seculari † accusetur, quidquid aliud velit, Ber. Diaz, in practi. canon. cap. 85. adulter. n. 7. quem ibi additio, pen. ex. l. nostra reprobare vult: & tũ clerici persona non tradetur marito accusanti, sed punietur pœnis † de quibus ibi per Ber. Diaz, & eius additio, persona tamen adulteræ & eius bona secũdum l. nostram marito tradentur. sed quępotuit esse ratio istius nostræ. l. cum de iure communi, vt dictum est, aliud esset, & in hoc Gomez Arias hic solus in num. 1. & bene, considerat optimam rationem, † scilicet, quod si ita non fieret suasionibus mariti vel eius metu posset vxor eius cõpelli committere cum aliquo adulterium, vt ab eo adulter accusetur, & pœna adulterij puniatur propter inimicitiam, quam forrassis maritus cum eo habet, & insuper lucretur bona adulteri liberis non existentibus, & postea parcere vxori, ex auth. sed hodiè C. isto titu. ex l. 15. titu. 7. partit. 7. vbi adulter pœna mortis puniebatur, & adultera in monasterium detrudebatur, & post maritus poterat ipsi vxori parcere, & vt euitetur hic calumniandi modus fuit lex nostra condita, & lex præcedens, vt vnum sine altero non accusaret, neque occideret, vel è contrario ne cum alio maritus se concordaret vt vxorẽ adulteraret, & cũ eo repertam occideret, & placet mihi hæc ratio pro decisione nostræ. l. & præcedẽtis, sed an poterit maritus facere tractũ cũ sua vxore † vt vocet amasiũ tali hora, vt sic vocatũ capiat & iniurietur eũ, & Gom. Arias, vbi sup. nu. 5. inquit quod sic, & cũ numeris sequẽt. alia plura similia adducit, & Anton Gom. hic nu. 65. cum. 2. sequent. & vi. l 8. tit. 14. par. 7. & ibi gl. & Paris de Puteo de syndica. verbo, *familiaris*, capit. 3. & Pala. Rub. in repeti. cap. per vestras,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestras, conclusione.1. ampliatione 8.§.29.fol.mihi.72. in fi. & nota quòd maritus remittens adulterium etiam pẽdẽte accusatione nõ incurrit pœnã, neque infamiã iure nostro secũdum doct.Barbosa,in.1.part.l.2.in.princip. nume.113.ff.solut.mat.vbi & inquit etiam post sententiam posse per maritum remissionem fieri.

SVMMARIA.

SPonsa de præsenti est vere vxor sicut velata, num.1. & sic potest de adulterio accusari num.2.& 3. secus in sponsa de futuro, & num.5.6.7.& 8.

Raptus committitur cum sponsa de futuro & non cum de præsenti.num.4.

Cognoscens sponsam de futuro credens esse de præsenti an committat adulterium nu.9.

Adulterium committitur cum sponsa de præsenti putatiua,num.10.

Matrimonium de præsenti contrahi non potest inter impuberes,num.11.& num.13. & 14.quid si adest aptitudo & malitia.

Anni septem sufficiunt quo ad sponsalia de futuro num.12.

Quare in fœmina minus tempus quam in viro requiratur ad matrimonium nume.15.

Annum fignatũ incepisse in fauorabilibus sufficit non verò in pœnalibus num.16.& num.17. infertur ad ordines.

Maritus si non potuit ambos adulteros occidere an excusetur num.18.quod secus si posset num.19.& num.20.quid si ex interuallo occidit fugientem.

Verbum,si quisiere, nostri text. non importat liberam voluntatem num,21.

Maritus si vnum ex adulteris occidit, & alium fugientem in sequendo etiam occidat excusatur.n.22.

Verba nostræ legis, Qualquier dellos, *declarantur, num.23.*

Compensatio non datur in adulterio crimina liter intentato num.24.sed ad separationem thori sic num.25.

Lex.6.titul.9.partita.4.declaratur in numero.26.

Lex. Tertia.

Summarium.

Sponsa per verba de præsenti si commi serit adulterium eandem pœnam patietur sicut si esset traducta ad domum.

IBI, *En el fuero de las leyes*, scilicet,in.l.2.vbi Montal.tit. 7.lib.4.fori.

Ibi, *Que fuere desposada por palabras de presente*, talis enim dicitur vxor,vt.l.non sine.C. de bonis quæ liber.& hoc est quod dicit lex.2. titu.7. lib.4 fori,ibi, *Derechamente*, vt ibi, notat Montal. text.in l.si vxor.§. diuus ff. ad. l. Iuli. de adulter. cuius verba sunt,diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt etiam in sponsis hoc idem vindicãdum,quia nec matrimonium quale cunque,nec spem matrimonij violare permittitur,& ibi notat glos. Bar.& omnes text. in.§. si minor eiusdem legis,tex.in.l. miles. §. quæreba tur eod.tit.text.in.l.propter. C. eod. tit tex. in.l.1.tit.7 p.7.&.l 4.tit.1.par. 4. est enim sponsa de præsenti vere vxor, † sicut est illa,qua quis in facie ecclesiæ recepit velationes seu benedictiones,& secuta fuit copula carnalis,& vt talis potest † accusari,glo.in cap. quemadmodum, de iur. iur and. glo. in capit. discretionem. de eo qui cogno. conf. vxo. suæ, quod secus † in sponso de futuro,in hac enim, non ita fortius vinculum, sicut in sponsa de præsenti sponsus habet, & sic raptus committitur cum sponsa de futuro,quod non est cum sponsa de præsenti † ex.l, vni. C.de raptu virgi. & ex.l.3.titu.20.part.7. Couar.in.4. par. 2.cap.7.§. 4. num. 11. quo fit vt hanc opinionem quod sponsa de præsenti adulterans puniatur pœnis vxoratæ ac velatæ † adulterãtis, nõ vero sponsa de futuro,tenet Bald.in.d.l.propter, Bar.& Doct.in.d.§.diuus, & cõmunẽ testatur Ant.Gom.in.l.80. Tau.num. 47. versic. dubium tamen,& Didac. Perez, in præsenti, sub.l.2.glos.2.in principio tit.15.libr.8.ordin.pag.288. & Gomez Arias,late fundans,in.l.81. Tau.num.1. cum sequent. aliquibus, & Cantera in suis quæst. crimi. sub.§. de adulterio,nu.26.pag.476.allegãdo Couar.in.4.part.1.cap.1.num.7. cum sequent.& Iuli. Clar.in dict.§ adulterium,numer.9. inquit tamen & bene Ant.Gom.vbi supra. quod ex iure nostro regio non poterit sponsus de præ senti accusare spõsam solam vel adulterum solum,sed ambos † aut nullũ, si fieri potest, sicut in vxoratis diximus in. l. præcedente: & nulli quam sponso id licet, vt per doct.Barbosa, in.1.part.l.2.in princip. ff. solut. mat. nu.112.& hæc vera sunt vt procedant secundum dictos doct. maxime Iuli. Clar.vbi supra,etiam si sponsa † non fuerit ab sponso carnaliter cognita, vt vide per Auen.respõso.10.n.1.& Couar.in.4.part.i.cap.1.n.8.& sic miror de Greg.Lop.in.l.i.glo.2 tit.17.par.7. quod dubitauerit an & hæc in sponsa de futuro locum haberent, cum habeamus dictam communẽ quod nõ, & legem nostram ita probantem,ita vt de ijs nullum sit iam dubiũ, etiam si sponsa de futuro sit carnaliter † cognita ab sponso, quia attento decreto Concilij Tridentini copula non facit iam transire sponsalia de futuro in de ptæsenti,vt diximus in tit.1.li.5. sup.Sed quid si quis cognouit spõsam de futuro putans esse de præsenti, an committat adulterium, † dic quoad forum iudiciale non committere, vt inquit Cantera vbi supra;committetur tamen † cum sponsa alterius de præsenti putatiua, secundum glos.in cap.plerunque,dedonatio.inter, vir & vxo.secũdum Abb. ibi & communiter approbatur secundum Bald.Nouellum relatum,per Didac.Perez.in dict.l.2.tit.15.lib.8.ord. pag.289. in glos. *E fizière*, in principio & ex.l.sequente clarissime probatur, vt ex ea vides.

Ibi, *De catorçe años cumplidos y ella de doze años acabados*,antea enim quã vir impleuerit.14.& fœmina. 12. annos, matrimonium de præsenti contrahi non potest, † quia non præsumuntur apti ad copulam carnalem, ex capi.1. de delict.puero.l.4.tit.19.partit. 6.l.2. ti.18.part. 7. quoad sponsalia de futuro sufficiunt septem anni, † vt in cap. vni. in princip. de desponsa. impube. in.6.l.3.& melior.l.6.tit.1.part.4. cap. puberes, & cap. ex literis de despon. impube.& cap.continebatur,eod.tit. l.mulierem.ff.de ritu.nuptia.§. 1. inst. de nupti.l.si vxor.§. si minor duodecim.ff.de adulter.l.si minor annis, eo, tit.bene tamen verum est ex dict. ca. puberes,& ex capit. de illis cl. 2. eod. tit. de desponsa. impube, si malitia supplet ętatem † & mulier in noueno anno,& dimidio reperiatur apta ad virum,poterunt cum ea sponsalia de presenti cõtrahi,& idẽ in viro decẽ annorum & dimidij apto † ad copulam, vt & inquit glor. *La sabiduria*, per text. ibi.in dict.l.6.tit.1.part.4.& Did. Per. hic sub.l.2.tit.15.lib.8. ordin. in glos. de catoze,cum seq. vbi inquit quod tunc de adulterio etiam puniretur, aliter enim tempus.14.in viro &.12. in fœmina debet esse impletum, vt ex tex. nostro clare probatur,& quare in fœmina minor tempus quam in viro requiritur, † ibi,Didac.Perez, plures rationes assignat, sed vera videtur, quia iam in illa ætate pubescũt,& natura signat eos esse aptos ad coitum, imo & mulier.12.annorum incipit pati menstruum,& nota quod in materia fauorabili sufficit quem terigisse annum

Universidad de Deusto
Biblioteca

annum ad actum signatum, in pœnali
16 & stricta vero non, † & sic hæc lex nostra impletos hos requirit annos, ex quibus inquit Nauar. in Manuali Hispano capi. 27. nu. 202. in propositum cap. 8. sessione. 23. Concil. Trident. de reforma. quod sufficit attingere annos ibidem signatos ad or-
17 dines ibi declaratos recipiendos, † cum id sit fauorabile, & de iure idem antea erat obtentum, vt apparet ex Alber. Troc. de vero & perfec. cleri. lib. 2. cap. 17. num. 1. sed in cõtrarium facit. cap. 12. sessio. 24. eiusdem Concilij, vbi expresse dixit quod sufficit in eo quod ibi disponitur attingere annum, ergo idem dixisset in dicto de creto. 6. & 12. dict. sessionis. 23. si voluisset, item & pro hoc facit decisio. AEgydij Bellameræ. 727. & ponderando verba dictorũ decretorum. 6. & 12. sess. 23. ibi ante. 14. annũ, & ante. 22. & cætera, sic esse videtur dicendũ cõtra Nauar. quia dictio illa, ante, expresse demonstrat temporis totius implementum, & ex initio anni non dicitur ante annos illos, & in hac materia hanc vltimam tanquam securiorem eligerem præsertim quoad ordines, nè forte si anteà susciperentur suspẽsio aliqua incurratur, & facit text. in. l. Caius, ibi, ante expletum tempus. ff. de pigno. actio, quem allegat. Rebuf. in. l. anniculus. 132. §. ante diem. ff. de verbo. signi. pag. 627. versi. ante diem, inclusiuaq; est hæc dictio, ante, vt per Bart. l. 2. in princip. ff. si cert. petat. & Fran. Areti. in. l. fin. ita quis, num. 2. ff. de vulg. Oldral. consi. 49. nu. 8.

Ibi, *Pudiẽdo los ambos a dos matar*, quasi non potuerit quia vnus eorum au
18 fugit etiam si insecutus † fuit eum, excusetur, ex. l. quod ait lex. §. fin. & ex. l. nihil, versic. 1. ff. ad. l. Iuli. de adulter. notat Ant. Gom. in. l. 80. Tau. n. 51. ad fin. non tamen posset sponte illum
19 † dimittere, cum ex lege nostra vtrosque si potest teneatur occidere, licet adhuc tunc si post occidat adulterum ex aliquo interuallo mitiori pœna non vero mortis esset maritus
20 † puniendus, secundum Anton. Gom. ibi argumento text. in. l. si adulterium cum incestu. §. imperatoris. ff. eod. tit. & in. l. Grachus. C. eod. tit. & probat expresse. l. 14. tit. 14. par. 7. & tenet etiam Carrerius in pract. crimi. §. homicidium, nu. 239. neque obstare dicit text. in. l. nihil, ibi, nam si adulterum occidit. C. cod. titul. quia licet teneatur lege Cornelia non tamen punietur pœna ordinaria, & eodẽ modo respõderi potest nostrę legi, quæ in cõtrarium in ijs verbis facere videbatur, cogita. Vlterius nota quod verbũ præcedens, *Que los pueda matar si*
21 *quisiere a ambos a dos*, illud si quisiere, † non est positum in mera ac libera voluntate mariti, sed tunc demum cum non potuerit ambos occidere simul, secus si potuerit, nam tunc tenetur, vt apparet ex verbis sequent. *Assi que no pueda matar al vno y dexar al otro pudiendo los a ambos a dos matar*, ita vt verbũ illud, *Si quisiere*, restringatur ad impotentiam occidẽdi ambos, aliter enim verba sequentia supra relata nullius essent momenti, & esset etiam contra. l. 1. suprà, cod. vnum sine altero occidi prohibẽtem, etiam vbi per viam iustitiæ maritus adulteros accusat, itẽ nota quod si vnum occidit, & post in
22 sequendo alium fugientem † etiam occidat omnino excusatur, quia ea quæ in progressu actus & in cõtinenti fiunt inesse videntur, ita Didac. Perez. l. 2. titu. 15. lib. 8. ord. gloss. *Si el esposo*, in principio.

Ibi, *Y si los acusare a ambos o aqualquier dellos*, hæc verba *o aqualquier dellos*, vi-
23 dentur contraria † legi præcedenti disponenti non posse accusare vnum sine alio, & hæc contrarietas coegit Cifuen. in. l. 80. Tau. dicere legem nostram esse correctã per præcedentẽ, quæ est. 80. Tau. & sensit ac voluit Gomez Arias, ibi, numero. 2. sed cum in nostra recopilatione sint ambę hę leges vna post aliam & sub eodem tit. & lib. transcriptæ non est credendum ita immediate legem præcedentem velle nostram corrigere, sed potius nostram per illam declarari, scilicet, quod verba hæc, *O aqualquier dellos*, procedant, cum id fieri potest, vt dixit etiam lex nostra in verbis præcedentibus, *Pudiendo los matar a ambos*, ita vt si ambo viuunt ambos teneatur accusare, vt probat lex præcedens sed si vnus eorum est mortuus, tunc sufficiat viuentem & sic vnum eorum accusare, & sic intellecta lex nostra, pro vt est intelligenda non corrigitur per præcedentem, vt ibi diximus, sed an si maritus accuset ciuiliter vxorem adulteram ad dotis amissionem possit criminaliter post accusare, dubia quæstio est, de qua per Barbosa, in
24 1. parte. l. 2. in principio. ff. solut. mat. num. 138. cum sequent. aliquibus, & ibi quid e contra,

Ibi, *Y haga del y de sus bienes lo que quisiere*, pro vt in. l. 1. supra, isto titu. probatur, vbi diximus.

Ibi, *Y que la muger no sepueda escusar de responder a la acusacion del marido odel esposo por que diga que quiere probar que el marido o el esposo cometio adulterio*, in crimi-
25 nali enim adulterij accusatione non datur inuicem compensatio † nec locum habet quoad pœnam legalẽ, vt in. l. 2. §. si publico, ff. de adulte. & in. l. 1. C. eod. titul. & ex. l. nostra, licet si ciuiliter agatur ad dotis amissionem, vel de iure canonico quoad thori. separationẽ, bene admitteretur hæc cõpensatio, † ex cap. nihil, cum sequen. 32. quæst. 6. & ibi gloss. in sum. & cap. significasti, de diuor. cap. pen. & fina. de adulte. Couar. desponsa. 2. part. ca. 7. §. 6. num. 5. gloss. derecho, in. l. 6. tit. 9. part. 4. Didac. Perez, dict. l. 2. titu. 15. gloss. fin. lib. ordi. Pala. Rub. in rubric. §. 20. num. 3. fol. 12. & num. 5. & 6. ibi,
26 & secundum hæc debet intelligi † lex illa. 6. titu. 9. part. 4. & l. 9. titu. 1. part. 7. vbi glos. tal defensiõn, sic intelligit, vel si aliter leges hæ partitarum intelligẽtur per aliquos, corrigantur per. l. nostram, & ibi respondet Greg. cuidam legi iuris ciuilis aliud volentis, & tradit de his doct. Barbosa, in. 1. part. l. 2. in principio nume. 98. in fine cum sequent. ff. solut. matrimo.

SVMMARIA

DEsponsatus accusans sponsam de adulterio & adulterum tenetur probare sponsalia de præsenti cum ea cõtraxisse attento tenore Concil. Trident. num. 1.

Osculans sponsa alium an de adulterio accusari possit, num. 2.

Matrimonij nullitas non excusat ab adulterio, num. 3.

Ratio dubitandi nostræ legis, num. 4.

Maritus non lucratur dotem ob adulterium vxoris putatiuæ, num. 5. & 15. & 16

Donationes inter coniuges sunt prohibitæ nisi in casibus à iure expressis num. 6. & numero. 7. casus vbi valet donatio talis, & num. 8.

Donatio inter coniuges de iuris rigore valet licet non de æquitate quando matrimoniũ eorum erat nullum &, num. 10. quid inter putatiuos, & num. 17.

Dispositæ in actu vero non habent locum in putatiuo, num. 11.

Ratio decidendi nostræ legis, num. 12.

Actus omnes humani à causa regulantur & regentur, num. 13.

Delictum vel dolus non potest esse sine causa num. 14.

Matrimonium verum & putatiuum regulariter æquiparatur, num. 18. & num. 19. 20. &, 21. 22. & 23. multa bona inferuntur.

Exempla nostræ legis an arctent Regulã eius num. 24.

Matrimonio per vim cõtracto cessat legis nostræ dispositio, num. 25.

Vbi plura habent eandem rationem si de vno

sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit mentio stat exemplariter non verò restrictiùs, num.26.

Mulier non punitur de adulterio si cõtraxit in minori ætate & ante confirmationem adulteranit, num.27.

Bona adulteræ filijs eius applicantur, nu.28.

Dos adulteræ non datur marito si tempore matrimonij fuit stipulata alteri num.2 .

Compensatio adulterij admittitur quoad hoc ne vxor amittat dotem & bona, num.30.

Marito adultero non licet, propria authoritate occidere vxorem adulteram.nu. 3 .

Maritus si expellit vxorem de domo , quæ adulterata tunc est , non lucratur dotem nu mero.32.

Vxor pernoctians extra domum mariti, vel in balneo existens perdit dotem & bona, nisi esset expulsa à marito, numero. 33 & 34.& 35.quòd neque tunc accusari potevt de adulterio,& n.36. hoc prosequitur.

Vxor committens adulteriũ oblenocinium mariti non perdit dotem neque bona, num. 37.neque poterit accusari, num.38.

Casus vbi vxor non punitur de adulterio, numero.39.

vxor an perdet dotem promissam ab adulterium sicut tradità, num.40.

Lex.4. Tau. 81.

Summarium.

Sponsa de præsenti vel quæ iam est velata & traducta ad domũ si commiserit adulterium punienda est secundum quod in lege prima huius tituli est dispositum: non obstante quod allegetur & verificetur per adulteros, quod spõsalia & matrimonium ex aliqua iusta causa fuerunt nulla, quia nõ stetit per eos adulterium, & lex hæc & eius dispositio est ampliatiua legis præcedentis, & dict.l.1. supràisto tit.& ibidem dictorum, vbi aliqua diximus in propositũ nostræ l.de adulterio spõsæ de præsenti, quę non est necesse hic repetere.

IBI, *En haz de la santta madre Iglesia*, Et sic desponsatus accusans sponsam & Amasium de adulterio tenetur probare quod secundum tenorem, & formam decreti.1.de reformatione sess.24.Concil.Trid. contraxit talia † sponsalia de præsenti, vt aduertit ex ijs verbis Pala.Rub.in præsenti. sub.l. 81. Taur.licet cogitandum relinquat, alias nõ obtinebit, nam si lex nostra nouam formam & nouam dispositionem & declarationem inducit, omnia in ea expressa censentur esse de forma substantiali, vt pluries in pluribus diximus legibus,& consequenter qualitas hæc probanda erit, hæc enim sponsalia si ex aliqua causa ex expressis in.l.nostra sint nulla, cũ tũc putatiuum foerit matrimonium, quia in effectu illud contrahere voluerunt putãtes esse validum, neque vllũ habere defectum, merito quod punienda sit talis spõsa de adulterio, quia iam per eam nõ stetit,& sic qualitas hæc probanda est, quod in facie Ecclesiæ,& sic secundum formam ab Ecclesia traditam contracta fuerunt talia sponsalia de præsenti, vt locum habeat nostræ.l.dispositio

Ibi, *Cometiere adulterio.* Sed quid si tantum osculum prębuit, Pala.Rub. & Castillo hic mouent quæstionem & non decidunt, sed Anto.Gom.hic, num.50.decidit idem esse, nõ solum quoad amissionẽ dotis, sed & quoad pœnam criminalẽ,& inquit, ita communiter esse de mente omnium, sed quoad criminalem pœnam cõtraria est communis & tenenda, scilicet, quod ex osculo non probatur adulterium, neque punientur pœna ordinaria, secundum Bœri .& Men.secutos per Iul.Clar.in.§.adulterium.n.16.& Did.Perez,in.l.2.tit.15.lib.8. Ordinap.292.versi.sed est dubium. de quo diximus in Rubric.huius tituli in glo. 1.num.14.

Ibi, *Que aunque se diga, y pruebe por algunas causas y razones, que el dicho matrimonio fue ninguno.* Hæc est nostræ.l. principalis dispositio, scilicet, vt nullitas

litas matrimonij ex causis hic expressis præcedens non excuset ab adulterio sponsam de præsenti vel vxorem
3 † iam traductam ad domum, neque adulterum earum, estque singularis dispositio & correctoria aliquorum iurium ciuilium contrarium prima facie disponentium, nisi declarentur vt infra.Sed pro clariori nostræ.l. Intelligẽtia & in ea dicẽdorũ, pro ratio
4 ne eius dubitãdi proponam aliqua media, vt ex eis propositis addecidẽdi rationem deueniamus. Et primo quod de iure ciuili ex.l. si vxor.versi. sed si ea mulier.ff.de adulter. si iure mariti adulteriũ accusabatur, oportebat probare, quod illa mulier habebatur & tractabatur vt vxor, non autem quod verè sit vxor, & sic ea, quæ verè vxor non erat, iure mariti accusari non poterat, sed tantũ iure extranei, ex.d.versi.sed si ea, & cõsequenter non poterit maritus propria autoritate eos occidere etiã repertos in flagranti crimine, ex tex. in.l.mariti.§.fi.ff.eod.tit.ibi, & rectius diceretur eos ius occidẽdi habere, qui iure patris, mariti vẽ accusare possunt, cũ ergo ex.l.1.sup. isto titu. marito soli concedatur accusare de adulterio,& sic iure mariti, lex nostra ei cõcedens accusare vxorem vel sponsam putatiuã, procedere nõ potest, vel saltim corrigere iura eiusdia dicendũ est. Secũdo quia maritus nõ lucratur dotẽ
5 † propter adulteriũ vxoris putatiuæ, secundũ glo. ordinariã, in.l.cõsensu, §.vir quoq;.C.de repudi.quam ibi sequuntur Salicet. & omnes DD. teste Ant.Gom. dict.l.80.Tau.nu.48. quia quando matrimoniũ tenet, donatio inter coniuges est interdicta, regulariter enim sunt à iure prohibitæ tales donationes inter coniuges nisi in ca
6 sibus † à iure expressis, l.1.2. & 3.& l. si sponsus,§. concessa. ff. de donatio.

Azeuedo super.8.

inter vir. & vxor.l. si ex voluntate. C.eod.titul.cap.fin.eodem tit.l.3.tit, 12.lib.3. for.l.4.tit.11.part. 4. & casus
7 aliquos vbi valet † donatio inter eos refert Azo.in sum. tit.de donatio.inter vir. & vxo.Hosti.in sum.tit.de donat.inter cõiuges.§.quæ donationes, in fine. Henr. in dict. c. fin, Ias. in.l.si is qui pro emptore, 27.col.1.ff.de vsuca.pro empto. Pala. Rub. in pluribus locis repetitionis Rubric.& c.per vestras, vbi quod morte † confirmatur,
8 l.1.& 3.C.de donatio.inter,l.cum hic status, in princip.l.Papinianus.ff.eod. & dict.l.4.titu.11, part.4. tamen vbi matrimonium inter tales cõiuges donantes non valet, tunc de rigore iuris valet donatio. † licet secus de
9 æquitate, text. est secundum Bal.ibi in.l. hæc oratio.§.videamus.ff.de donatio. inter virum & vxor. Quarto quod licet successio abintestato inter veros coniuges, vt.ff.& C. vnde vir,& vxor.l.7.tit.13.part.6. nõ tamẽ
10 inter coniuges † putatiuos.l.1. ff.vnde vir. vbi est de vtroque text. Quinto disposita in actu vero, non ha-
11 bent † locum in actu putatiuo, ita vt notat. Ias. in.l. si actionem, per text. ibi, secundum intellectum glo. ibi magis communiter approbatum, C.de pactis, vbi subdit facere dictam legem, cum hic status, in dict. §. si quis sponsam. ff.de donatio, interquem in fine, reputat adhoc singularem Bald. in.l. eam quam, columna quinta ad finem. C.de fidei commis. & ita ex prædictis videbatur, quod lex præcedens & similes procedant in sponsa vera de præsenti, & non in putatiua, & per consequens dispositio nostræ.l. non sit iusta neque possit procedere. Nihilominus tamẽ tenẽdum est legẽ nostram de
12 iure procedere & iustã esse, † & pro eius decidẽdi rationibus multa posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

considerari, quibus quidem discussis multis ex contrarijs, supra dictis remanebit responsum. Et primo quia lex nostra sic disposuit & rationem suę decisionis assignauit, scilicet, quia per eos, qui se vt adulterum & adulteram tractabant, nihil fuit consideratum, valeret necnè matrimonium istius adulteræ & mariti eius, vel non, sed tanquam vxorem talis mariti eam habebat & tractabat, & per consequens delictum non stetit per eos, ideò & merito tanquam adulteri habẽdi sunt, actus enim agentium operatur secundum eorum intentionem, & non vltra vel præter. l. non omnis. ff. si cert. petat. omnesque actus humani à causa, regulantur & reguntur, † præsertim 13 in illicitis, vt in delictis, vt notat Bar. in. l. verum. ff. de furtis, quia causa est animi impulsus ad aliquid agendum, vt accipitur in. l. prima, §. sexum. ff. de postuland. & declarat. Ioann. Monach. in capit. fina. de iuramento calumn. in sexto, neque enim potest esse dolus & quodlibet aliud 14 delictum † sine causa, vt per Bal. in l. omnes populi, column. 6. ff. de iustitia & iure, & est text. nota. in l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis, vbi inter septem circunstantias quæ alterant delicta, connumeratur primo causa, causa tamen, quæ mouit istos adulterantes, fuit luxuriosa libido, non vero an esset matrimonium nullum necnè, neque considerauerunt aliud, nisi implere suum turpe desiderium, & quod siue matrimonium esset nullum, siue non adulterium committerent, ergo iuste lex nostra disposuit, quod vxor vel sponsa putatiua adulterium committat & possit eam maritus accusare etiam iure mariti, & consequenter eam & adulterum cum ea reper tum propria authoritate occidere; ex text nostro in præsenti, qui cor 15 rigit iura in contrarium allegata † in primo fundamento rationum dubitandi: Et consequenter ita perdit dotem vxor & sponsa putatiua 16 ob adulterium, † sicut & vera, vt tenet gloss. in capit. plerumque, de donation. inter virum & vxorem, in glossa magna, in fin. communiter approbata, secundum Anto. Gom. in dict. l. 80. Taur. numer. 48. & Iul. Clar. in dict. §. adulterium. num. 14: considerandus est enim status matrimonij, qui erat tempore commissi criminis saltim putatiuè, & mala intentio ipsius mulieris, quæ ex nullitate matrimonij deinde declarata excusari non debet, etiam si glo. in dict. l. consensu, pro contraria allegata aliud velit, & sic hodie ex. l. nostra id clarius procedit, neque est admittenda in hoc casu distinctio & concordia proposita per Antonium Gomez, vbi suprà, nam si ex. l. nostra in matrimonio & sponsalibus de præsenti etiam putatiuis adulterium committitur, omnino sunt adulteri & eorum bona tradenda in potestatem mariti, vt de eis faciat quod libuerit, & sic poterit sibi dotem & bona retinere, si non adsunt filij adulterorum, vt in dict. l. 1. diximus, vnde etiam deducitur, quod dicta æquitate attenta, quæ considerandа est, & amplectenda, & non rigor vt per Aretin. consil. 163. column. 8. Decian. Responso. 85. num. 44. & 45. volumine secundo, ita prohibetur 17 donatio inter coniuges † putatiuos, sicut inter veros constante matrimonio, vt diximus ex dict. l. oratio. §. videmus, & ibi Bal. ff. de donatio. inter. alias sequeretur quod melioris conditionis essent, qui delinquunt quam qui non delinquunt, vt

vt inquit ille text. & ad idem est text. in. l. si ex voluntate, secun. Responso, C. eodem; gloss. & doctores, in dict. capit. fina. eodem titulo, de donatio. inter. & potest esse ratio, quia matrimonium verum & pu 18 tatiuum regulariter † æquiparantur, vt probatur in capit. nuper. debig. vbi dicitur quod sicut per secundum matrimonium verum contrahitur biga- 19 mia, ita etiam per putatiuum † & sicut per matrimonium verum contrahitur publica honestas, vt capit. sponsam, de sponsalib. capit. literas, & capit. accessit, de desponsat. impu- 20 ber. sic etiam per matrimonium † putatiuum, vt capit. ad audientiam, de sponsalib. in cuius proposito plura refert Palat. Rubios in repetit. Rubricæ §. 36. num. 1. cum sequentibus, à quo desumpsit Gomez Arias. l. 81. Taur. num. 9. vbi ipse Palat. Rub. nume. 7. inquit quod donatio facta per maritum vxori putatiuæ & è contra, 21 non confirmatur morte † donantis, ex. l. 3. §. violamus. ff. de donatio. inter. & in dict. l. si voluntate, dicens quod vxor illicita non potest effectualiter donare, nec potest talis donatio confirmari, nisi, vt ibi, donarentur à marito sciente impedimentum, † vxori suæ illud ignoranti, ex 22 l. fina. de legat. 1. & ex l. 2. C. de jjs, quibus vt indig. sic & si statutum vel lex disponit quod acquisita cõstante matrimonio inter coniuges, debeãt diuidi inter eos, vt in. l. 1. titulo, de las ganancias, libr. 5. suprà, habebit etiam locum in matrimonio 23 putatiuo, † secundum Abb. cap. 2. per gloss. ibi, iuncto text. de donatio. inter. sequitur And. Siculus, in cap. ex literis, de pignorib. Segura in tract. de bonis lucra. const. matrimonio, folio octauo, columna quarta, quod dicit menti tenendum Gomez Arias vbi suprà, pro ampliatio-

ne dicti, titul. de las ganancias, ex quibus & multis alijs relatis per Andr. Siculum in dict. capit. ex literis, & Bal. Nouel. in tractat. de dote in secunda parte, remanet nostræ. l. decisio, optime fundata, & eius decidendi ratio aperta & clara, & satisfactum ijs quæ in contrarium adducebantur, ita vt saltim in terminis nostræ. l. cessent & locum non habeant. De quibus post hæc scripta vidi doctor. Barbosa, in prima parte, l. 2. in principio, ff. solut. matrimon. à numero. 93. in fine, cum quatuor sequentibus, multa dicentem.

Ibi, *Ora porque qualquiera dellos fra obligado antes a otro matrimonio*, dubium est necessariũ pro huius exempli & sequentium declaratione, num exempla hæc sint in præsenti in propria nominatione exempli posita, ita 24 vt non arctent regulam, † prout regulariter non solent arctare. l. 1. §. labeo. ff. de aqua cotid. & æst. l. damni infecti. in princip. ff. de damno infecto, vel an restrictiuè, ita vt in alijs, quã hic exprimitur, & si quæ alia sunt similia locum habeant, & nõ in dissimilibus, & dicendũ est restrictiue esse posita, & sic verba sequẽtia, *O por otra causa alguna*, intelligenda sunt de causa simili præcedentibus, vt inquit in propositum nostra. l. & tenet succincte Cãre. vbi sup. pag. 455. n. 4. & cõsequẽter in alijs causis similibus hic expressis habeat locũ hęc nostra dispositio, in quibus quidẽ causis adest defectus in matrimonio, in quo in effectu illud cõtrahentes cõsenserũt vere, deficit tamẽ ex alijs causis similibus expressis in quibus nõ defecit cõsensus cõtrahentũ, sed cõtrahere nõ potuerũt ob impedimẽta prioris matrimonij adhuc constantis, vel ob consanguinitatẽ, vel affinitatẽ in gradibus prohibitis cõtrahere matrimonia, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob votum castitatis vel religionis, secus vero in dissimilibus causis, in quibus non datur eadem consensus ratio, nam si consensus defecit in tali
25 matrimonio, † vt quia per vim fuit contractum vel metum, tunc vtique lex nostra locum non haberet, vt expresse voluit Abb. in capit. ad dissoluendum, de sponsa. relatus & secutus per Cante. in dict. num. 4. & ante eum Cifuentes, in dict. l. 81. Taur. quę est nostra, & ibidem Anto. Gom. nu. 48. & Castillo, num. 2. versicul. sed quæro circa istam. l. vbi sic in facti contingentia dicit habuisse, & liberasse adulteram, quæ per vim fuerat coacta contrahere matrimonium cum sponso suo eam de adulterio ac
26 cusante, & ponderat Castillo ad hoc l. nostram, in illis verbis, *Estando de sposada por palabras de presente*, Et sic cum consensu vero, & ego pondero sequentia etiam, *En haz de la santa madre Iglesia*, Quæ non solet inuitos sed volentes & consentientes in matrimonium copulare, idque comprobatur etiam ex ijs, quæ diximus in Rubrica, titul. secundo, lib. 6. supra, num. 39. quod vbi plura habent eandem rationem si de vno fit mentio stat exemplariter non vero † restrictiuè, ergo vbi non est eadem
27 ratio, vt non est in eo qui non consentit in matrimonio, sicut est in eo, qui consentit, restrictiuè stabit dispositum in vno casu, non vero exemplariter, dispositioque de vno casu ad alium non extenditur vbi non est eadem ratio, vt in dict. Rubrica, numero. 105. diximus. Et consequenter lex nostra nõ habebit locum vbi matrimonium est nullum ex defectu consensus, vt tenent & bene dicti doctores, & sic si contraxit in minori ætate & commisit adulterium antequàm confirmaretur † matrimonium non punietur de adulterio, vt per Anto. Gom. vbi supra, ex l. præcedente probatur, vel si contra formam Conci. Trid. vt diximus in hac lege in gloss. 1.

Ibi, *Y mandamos que en estos casos que assi cometen por adulteros y en sus bienes se execute lo contenido en la ley*. Quinque & plus modis limitat hoc Cifuentes in. l. 81. Taur. Primo vt non procedat quoties adulteri accusati si
28 lios legitimos † haberent, tunc enim eis applicantur earum bona, vt in l. prima, huius titul. probatur, & ibi diximus, & in. l. penultim. in fine, titulo. 17. partit. septima. Secundò in casu in quo ille, qui promisit dotem huic adulteræ tempore quo contra
29 xit matrimonium stipulatus † est sibi dotem reddi soluto matrimonio, nam tunc maritus non poterit de dote disponere, neque lucrabitur eam, vt in. l. ex morte, versicu. simili quoque modo. C. de pact. congloss. & doctores, in. l. si dotem marito. C. de iure doti. Bal. in. Illud. C. communia vtri. iudi. Boeri. in additio. ad Din. in cap. non debet, de regul. iur. in sexto. Tertio quando maritus tenet concubinam, quia tunc quoad hoc vt non amittat vxor dotem, & bona ob adulterium ab ea com-
30 missum † paria delicta mutua compensatione tolluntur, vt in hoc remanet dictum titulo, imo neque tunc posset vxorem occidere pro-
31 pria † authoritate, secundum Coua. in quarto, part. 2. cap. 7. §. 7. num. 7. in fine, vbi tamen cogitãdum reliquit, & bene, nam mihi non videtur verum. Quarto quando maritus sine causa expulit vxorem suam de do-
32 mo sua, † quæ postea, adulterata est, nam tunc maritus non lucrabitur dotem nec bona vxoris, secundum Ancharran. consilio. 409. & Palat. Rubius. in Rubrica de donation. inter, §. 64. numero. 3. & 4. & sic

& sic declaranda videntur dicta per eundem Pal. Rub. vbi suprà. §. 87. nume. 12. & 11. vbi inquit quod si mulier pernoctauerit extra domũ mariti in domo suspecta vel in balneo cũ
33 alio steterit perdit dotem † & bona, & probat. dict. l. penultim. titul. 17. partit. 7. nam id verum, nisi maritus eam expulerit, vel acriter sine causa verberabat eam, nam tunc
34 secus † esset, imo debet tunc alimentari extra domum mariti, secundum Bal. in. l. 1. C. delegat. Alexand. consi. 178. lib. 6. Silua nuptia. verbo, non est nubendum, num. 37. Probus in additio. ad Mona in cap. 1. numer. 24. de cleric. non resi. in sexto, prosquibus est optimum illud consilium Anchar. 409. amplians, vt & si tunc adulterium committat, non possit de
35 eo accusari per ipsum † maritum, & Anchar. alij sequuntur, secundum Laram in reportorio sui commenti. super. l. si quis à liberis, verbo, maritus, quiquidem Lara ibidem ú per. §. si quis ex his, nume. 110. re-
36 probat & melius hanc † Anchar. opinionem, quia marito licet vxorem castigare, & si excedit in castigatione punitur excessus, non tamen ex hoc debet vxor adulterare, & si adulteratur, non est ob hanc excusãda, ab accusatione adulterij, & dicta l. partitarum & similes, solum eam excusant quoad dotem & bona, & tunc cum adulterium est præsumptum, scilicet si pernoctauit extra domum mariti, si intrauit in balneo cum alio, non vero cum adulterium probatur, & sic caute legendus est Ancharran. & coras, quas allegat nè vos decipiat eius doctrina, quam uis eius authoritas est magna pro excusanda muliere ab amissione doris & bonorum, si id Ancha. diceret. Quinto quando vxor committeret adulterium propter leno-
37 cinium † mariti, tunc enim non lucraretur maritus dotem, nec alia bona, vt in. l. 2. §. lenocinij. ff. ad l. Iuli. de adulter. l. 7. titul. 17. part. 7. imo neque poterit vxorem de a-
38 dulterio † accusare, vt diximus in titu. præcedente, de quo Barbosa infra proxime allegandus. num. 100. dubitat, & inquit contra Gregorium Lop. in Hispania non esse admissam hanc lenocinij exceptionem, sed vt cunque puniri vxorem de adulterio, & maritum de lenocinio, ego tamen nondum vidi casum, & sic de tali vsu non affirmo. Quos & alios casus vbi vxor non acculatur nec punitur de
39 adulterio † ponit Cantera in quæstio. crimin. sub §. de adulterio, num. 42. cum sequentibus pluribus, pagin. 489. & vide etiam l. 7. & 8. titu. 9. par. 2. & nouissime post hæc scripta vidi doctor. Barbosa in. 1. part. l. 2. in principio. ff. solut. matrim. à num. 96. in fi. cum pluribus late de ijs limitationibus differentem & alijs modis limitãtem. Sed an perdet vxor dotem pro
40 missam † ob adulterium, sicut perdit traditam, & sic, quòd ius ad dotem promissam tradetur marito, sicut ipsa dos tradita, & indistincte tenendum est quod sic, cum Cifuentes hic hoc bene fundans, & ex generalitate nostri text. & l. prima, supra eodem, idem dicendum est probari, præsertim cum lex nostra simpliciter de bonis meminerit, non dicendo mobilibus, vel immobilibus, & tunc iura & actiones continentur, vt per Socin. Iunio. consi. 49. numer. decimooctauo, volumine tertio, & Arias Pinel. in Rubrica. C. de bonis matern. nume. secundo, & 26. & sic his remanet ista lex declarata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIA.

OCcidere quis poterit adulteros propria authoritate, num. 1. vbi num 2. quid in patre, & num. 3. quòd soli marito id licet.

Patri occidenti filiam adulteram an sit ignoscendum in parte licet non in toto, num. 4.

Marito licet occidere vxorem in adulterio apprehensam etiam si sit prægnans, num. 5. imo & clericum in sacris adulterantem cum ea, num. 6.

Lex nostra an corrigat doctrinam Bar. l. si abhostibus. §. si vir. ff. solut. matr. nu. 7

Vxor adultera dubium antea erat an perderet dotem bona & lucra, hodie tamen dubium non est si maritus vult quin perdat ea, num. 8. & 9.

Maritus si non potest probare reperisse adulteros in actu, si eos occidat an excusetur, num. 10

Maritus si vnum occidat an excusetur si probet alias adulterasse, num. 11. & 12.

Maritus propria authoritate occidens vxorem an possit succedere filijs vel heredibus eorum ab intestato, num. 13.

Maritus si verberatam vxorem post promissit consanguineis eam bene tractare, quando dicetur eam vt talem tractare vel non, num. 14. & 15.

Lex Quinta.

Summarium.

Maritus vxorem adulteram & adulterum occidens non lucratur dotem neque alia bona vxoris, nisi hoc authoritate iudicis fecerit.

IBI, *El marido que matare por su autoridad al adultero, y a la adultera.* Quis possit adulteros occidere † propria authoritate, disceptabile & nunc est, vt apparet ex Cifuentes hic, & ex Didac. Perez, in l. 2. gloss. *Si el esposo*, verfic. sed dubium, tit. 15. lib. 8. Ordi. pag. 311. qui etiam attentis legibus nostris tenere volunt, etiam patri hodie licere occidere filiam suam nuptam adulteram & adulterum in fraganti delicto, & vt veritatẽ scias scire debes quod de iure ciuili pater licite poterat interficere filiam suam nuptam habitam in potestate sua, & adulterum eius cuiuscunque conditionis esset, dum tamen eos simul interficiat, & non vnum sine alio, & in domo sua vel mariti, & non alibi, ex. l. patri. ff. ad. l. Iuli. de adulter. l. quod ait lex, &. l. nihil eod. titul. l. 14. titul. 17. partit. 7. Sed si pater talem filiam nuptam in potestatem suam non haberet, (prout hodie non habet, ex. l. 47. Taur.) tunc posset adulterum vilem occidere in simul cum ea, non vero nobilẽ, vel indignitate constitutum, licet temperaretur tunc pœna tali patri si nobilem talem occideret vel adulterum sine adultera, ex l. si adulterium cũ incestu, §. Imperatores, & l. nihil, versiculo, sed Diuus Marcus. ff. de adulter. & in, l. Grachus. C. eodem titulo. l. si quis in graui §. si maritus. ff. ad Syllania. l. 1. §. 1. ff. ad. l. Cornel. de Sica. dict. l. 14. titulo. 17. part. 7. id etiam ex dictis iuribus marito permittebatur, & ex. l. quod ait lex. ff. de adulter. Hodie tamen ex. l. 1. 2. & 3. supra eodem, & ex nostra itidem soli marito & non alij licet propria authoritate adulteros hos occidere † in eodem crimine repertos, siue domi eos reperiebat, siue alibi, siue sit nobilis, cum leges nostræ indistincte & generaliter loquantur, & venerint ad decidendum casus magis difficiles & intricatos, maritus tamen occidens hos adulteros sua authoritate non lucratur dotem, & bona eorum, ex dispositione. l. nostræ, ita resoluunt Anto. Gom. in. l. 80. Tauri. num. 49. & Gomez Arias, hic, num. 1. & melius per Couar. in 4. par. 2.

part. 2. cap. 7. §. 7 nu. 3. 4. 6. & 7. etiam si & male aliud velit Cifuentes hic, & videbatur tenere Didac. Perez, in l. 2. titul. 15. gloss. *Si el esposo*, colum. prima & secunda. libr. octauo, Ordinament. pagin. 311. Sed falluntur ij duo: nam Patri nõ licet iã, sed soli marito adulteros propria authoritate occidere, vt tenent Anton. Gom. Couar. & Gomez Arias, & Gregor. Lopez. & alij relati, per Didac. Perez, ibidem, nam si lex prima, istius tituli & sequentes, soli marito permittunt accusationem & quod ei tradantur adulteri & eius bona, quo modo dicere potest Cifuent. vbi suprà, quod non est lex id probans, inclusio enim est exclusio alterius, & cum vni aliquid conceditur alteri videtur denegari, & ita practica communi receptum est, ita vt nullus locus dubitandi relinquatur, licet
4 si pater id faceret ob iustum dolorem esset ei pœna temperanda, † vt inquit Dida. Perez, vbi suprà, & adeo licet marito occidere vxorem in adulterio deprehensam, vt id procedat etiam si sit prægnans, † secũdum
5 Anton. Gom. vbi suprà, num. 53. cum sequentibus, & Didac. Perez, vbi suprà, Imo & clericum † in sacris, vt
6 per eundem Anto. Gom. num. 55. hic limita tamen legem nostram, vt nõ procedat licẽtia occidendi in casibus in. l. præcedente dictis.

Ibi, *No gane la dote ni los bienes del que matare*, Corrigere videtur doctrinam
7 † Bar. in. l. si ab hostibus, §. si vir. ff. solu. matrim. dicentis quod si marito licuisset statuto aut consuetudine occidere vxorem, non perderet dotem eam interficiendo, vt & per Carrer. in pract. crimin. §. homicidium, num. 251. ex iure tamen nostro vt dictum est licet marito, occidere vxorem adulteram in adulterio apprehensam cum adultero in simul ambos occidendo, ergo. l. nostra est illi doctrinæ contraria, & quanuis Gomez Arias hic velit ab hac correctione Bar. euitare, non potest compati eius concordia legibus nostris attentis, ideo lex nostra est omnino seruanda. Sed ex ijs verbis videtur quædam nasci difficultas, nam hæc verba denotant, cum in singulari loquantur, ibi, *Del que matare*, quod possit vnum occidere, & eius bona non adquirat, ergo permittit, alium occidi necesse non esse. Neque obstare videntur leges præcedentes, quia potest dici, procedere, quoties per viam accusationis homicidium est perpetrandum, quasi tunc non liceat vnum sine alio, occidere, sed quia intellectus hic nimis restringit literas dictarum legum, & itidem nostræ, quæ post hæc verba de ambobus loquitur, ideo ex ijs verbis non est deducendum, quod liceat marito vnum ex adulteris occidere vllo modo, imo si ambos etiam occidat propria authoritate non lucrabitur dotem & bona, sicut si vnum tantum occidisset non lucraretur, & id clarissime apparet ex verbis sequentibus, & est res sine dubio, & vltra alios tradit Anton. Gom. l. 80. Taur. num. 63.

Ibi, *Saluo si los matare o condenare por authoridad de justicia que en tal caso mandamos se guarde la ley del fuero*, Quæ est, l. prima supra isto titulo, secundum quam adulterorum bona in potestate remanent mariti vt de eis ad libitum disponat, nisi adulteri filios habent, vt ibidem diximus, & sic licet antea esset in
8 dubium, vxorem adulteram † perdere dotem & paraphernalia, & bona constante matrimonio acquisita, ac donationem propter nuptias, & arrhas, vt ex doctoribus, hic patet, & per Couarruuias,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in 4.2 parte capitu.7.§.6.num.1.&2.
9 hodie tamen id erit in voluntate † mariti,cũ vt dictum est ad libitum eius relinquatur facere quod voluerit de adulteris & eorum bonis,si filios adulteri non habent ex legitimo matrimonio,sed quid si maritus nõ potest
10 probare reperisse † adulteros in actu si eos occidat an excusetur, Ant.Gobie.num.56.inquit quod sic,si eos reperisset in lecto vel in loco secreto nudos vel taliter quod verisimiliter præsumitur & colligitur quòd si viui essent coirent inter se, secus alias, & num.58.quærit quid si vnum occidat tantum propria authoritate an excusabitur,si probet eos alias adulterasse,
11 + & inquit quod non excusabitur, sed contrarium videtur tenere idem Ant.Gom.to.mo.3.ca.3.num.24. imo quod non ordinaria sed extraordinaria
12 + pœna puniatur,& videtur, probari ex.l.14.ad fin.titu.17.part.7. & an maritus propria authoritate occidẽs vxorem possit succedere filijs vel hæ-
15 redibus eorum † abintestato, vi.Ant, Gom. hic, num.64. sed quid si maritus post recessum vxoris suæ à domo ob verbera ab illo vxori suæ illata vel ob aliam causam reconciliatur cum vxore ipsa, & vt reuertatur ad eius domum promisit consanguineis tractare eam vt vxorem sub certa pœna,
14 quando dicetur eam vt talem † tractare,vel non, vt incidat in pœnam vel non incidat,& Gomez Arias,in.l. 79.Tau.num.5.tractat hanc quæstionem,& inquit doct eam non tangere in. l. quidam cum filium, in princip. de verbo.obliga. vbi erat dicendum, sed quod solus Bald.in cap.ego enim, col.penult.de iure iurando, ponderat faciens casum illius.l. vnicum, in iure, quo l qui male tractatur, dicitur tractari,& num.5.inquit ipsemet Bal. ibi,quod ad probandum aliquam esse tractatam, vt vxorem, non est necesse probari quod fuerit honorifice tractata, sed qualitercunque puta vtiliter inducta, vel quia faciebat portare ligna de silua,vel rexere, Bart. tamen in dict. l. quidam in princip. col.pen. ad fin.quem ibi cæteri sequuntur, de promittente aliũ tractare vt filiũ sub pœna,tenetur eũ induere, sicut alios filios,& per verbum,puto, tenet sufficere si facit id quod teneretur iudicis arbitrio,& sic boni viri,vt in.l.si quis à liberis,§.si vel parens.ff.de liber. agnos. hoc est quod faciat illud ad quod filius eum cogere posset officio iudicis,ita in proposito,illud de tractãdo aliquam vt vxorem debet relinqui arbitrio iudicis + attẽta dignitate.qualitate, conditione,& facultatibus personarum,secundum Ias. in dict. l. quidam, in principio col.2.& eis relatis Gomez Arias,vbi,suprà.

Lex. Sexta.

Summarium.

Pœna illorum qui adulterantur & fornicantur cum consanguineis & mulieribus domesticis dominorum suorum.

HAEC lex est antiquior.l. 2. tit.1.lib.5.sup.& l.4.tit. fin.lib.6.suprà,quæ nouo res & sic seruandæ, vt inquit subscriptio marginalis nostræ.l. & arbitrio iudicis relinquit pœnam pensata qualitate personarum,& delicti,& alijs circunstantijs consideratis & in illis alia plura diximus de hac materia.

SVM-

SVMMARIA.

INcestus an grauius sit adulterio.nu.1.
Incestus quid sit,nu.2,&.3, proprie, & improprie,num.6.7.& 8.
Incestus inter ascendentes & descendentes nefarium crimen.num.4.& nu.5.quomodo puniatur.
Affinitas ex copula illicita restricta est ad secundum gradum,secus si ex licita,num.9. tam quoad contrahendum quam quoad cõtractum, num.10.
Impedimentum publicæ honestatis non excedit primum gradum,num.11.& num.12. declaratur.
Affinitas ex coitu non ex solis nuptijs procedit,num.13.
Affinitas oritur ex coitu etiam cum dormiẽte habito,num.14.
Affinitas quid sit,num.15.
Affinitas non oritur ante coitum etiam ex sponsalibus de præsenti,num.16.
Affinitas an cessetur si non adest seminum commixtio,nu.17.& 18.
Affinitas oritur etiam ex illicita copula sine publica sinè secreta,nu.19.contra Corasium,num.20.
Affinitas non contrahitur ex coitu contra naturam vel extra vas.num.21.
Incestus de iure ciuili non committebatur extra figurã matrimonij.n.22.secus de iure canonico & partitarum,num.23.
Affinitas concurrere potest cum publica honestate,num.24.& sic non erit satis in dispensatione derogare impedimento affinitatis,nisi & derogetur publicæ honestati num.25.&.26.&.27.
Incestus non committitur si quis cognoscit consanguineam sponsæ nondum ab eo cognitæ,num.28.
Sponsalia de futuro per copulam hodie non transeunt in de præsenti & sic est illicitus coitus,quòd non excedit secundum gradũ ad contrahendum matrimonium cum consanguinea talis sponsæ,num.29.
Computatio graduum in materia incestus secundum ius canonicum fit.num.30.
Incestus cũ affini ex illicita copula vltra secũdum gradũ en hodie punibilis sit.n.31.& 35.& 36.vsque ad.42.inclusiue.
Lex corrigens metiens vel limitans censetur corrigere & limitare mensum,numer.32.& num.41 declaratur.
In materia permissiua id videtur tãcessum, quòd non inuenitur prohibitum, num.33.
Filius natus ex affini ex copula illicita vltra secundum gradum non est incestuosus sed naturalis vel spurius,nu.34.
Delinquens non debet esse melioris conditionis quam non delinquẽs.nu.37,
Cap.non debet, de cons. & affini.intelligitur.38.
Impedimenta matrimonij expedit restringere non tamen expedit ampliare licentiam committendi facilius delicta nu.39.& 40
Impedimentum consanguinitatis & affinitatis aliud est ab incestus impedimento, num.42
Incestus etiam per cognationem spiritualem committitur,num. 43.& 44.
Sinprum committitur etiam cum religiosa, num.45.& incestus si professa est,nu.46 & adulterium & sic tria flagitia,nu.47. &.48.& sacrilegium, vt numer.49.& num.50.an de omnibus possit accusari.
Lex puniens cognoscentem mulierem nuptã habet locum in cognoscente monialem professam,nu.51.
Coitus cum moniali professa cæteris detestabilior est,num.52.&.54.
Violatores monialium sacrilegi dicuntur,numero.53.
Monialis inhonestæ pœna, & coeuntis cum ea sine clericus sit sine laicus,numero.55. vsque ad.65 vbi quid iure canonico, & alijs iuribus.
Plura sunt inducta in iure ad tollendas occasiones coeundi cum monialibus,nu.65.
Monialem professam esse sufficit licet nõ sit consecrata ad pœnarum incursum coeuntis cum ea,num.66.
Moniales duplici velo velantur, num.67.
Nouitia monialis si cognoscatur per aliquẽ non dicetur cognouisse monialem,& ideò pœnis cognoscentis monialem non punietur, num.68.
Conuersam cognoscens an puniatur eisdem pœnis de cognoscente monialem,nu.69.
De Pinzochelis sanctis Francisci & aliorum num.70.
Monialem osculans punitur extraordinarie num.71.
Coitus cum moniali professa vel sacrata inexcusabilis est, num.72.
Heliogabalus alijs sceleribus suis & hoc, monialis coitus addidit,num.73
Transactio non habet locum super coitu mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nialis,numero.74.
Monialis coacta vi ingredi religionẽ an excusetur à pœna coitus,num.75.
Protestatio monialis quòd cõpulsa est ingredi religionem iuuat multum,num.76.
Coitus cum muliere vel homine alterius sectæ punitur, num.77.&.78.
Suspicio non lenis nascitur ex grauissimis crimínibus longe ab hæresi distantibus, numero,79.
Coiens cum spirituali filia quomodo puniatur,numero.80.
Inquisitores an cognoscãt de delicto incestus, & contra clericum vel monachum contrahentes matrimonium, numero.81.nisi vt numero.85
Ex lenibus indicijs & signis non est quis vocandus ad interrogandum eum de hæresi per Inquisitores,numero.82.
Ecclesiastici iudices an possint laicos incestuosos in carcere suo detinere,numer.83.
Incestuosus improprie hæreticus nominatur numero.84.
Male sentit de fide conuersans cum hæretico vel dæmonum inuocatore,num.86.
A fide non recedit repugnans obedire præceptis,sed cum discedit à fide vel aliquo eius articulo,num.87.
Hæresim committit asserẽs esse hæreticũ omnem illum,quile thaliter peccat, num.88.
Suspecti sunt de hæresi de quibus indicia aliqua exeunt,quod de fide male sentiant,licet ex lenibus indicijs non debet hoc indicari,numero.89.
Confessores in confessionis sacramẽtali affin mulieres requirentes ad accessum puniuntur per inquisitores,nume.90.
Clericus committens incestum de iure cano. an deponatur,num.91.& num.92.quando illum cõmittat.
Laicus scienter incestas nuptias contrahẽs punitur excõmunicatione de iure can. sed si ignoranter leuius punitur,nume.93.& 94.& num.102.&.103.
Coniugatus incestum committens priuatur petitione debiti, num.95.& num.96.declaratur,& num.97. prosequitur
Incestus pœna de iure ciuili quæ sit, & quæ de iure partitarum,& quid hodie, numer. 98.99.&.100.
Incestus cum descendenti grauius punitur, numero.101.
Fit primi matrimonij applicantur bona contrahentis patris incestas nuptias numero.103.
Contrahens incestas nuptias quomodo excusetur,num.104.
Incestus si committatur in figura matrimonij excusatur delinquens sexu, ætate, & pœnitentia,num.105.secus aliàs,numero 106.nisi vt,nu.107.vsque ad.111.
Ignorantia consanguinitatis an sit iuris vel facti,num.112.
Excusatio cuiusd ẽ à fratris perbiennium cũ sorore in eodem lecto iacentis,num.113.
Probatio efficacior requiritur in delicto incestus,num.114.

Lex Septima.

Summarium.

Incestus pœnam lex nostra describit contra incestuosos.

IBI, graue crimen, vt & probatur in rubric. & in l.1.tit.18.part.7. imo est grauius adulterio,† vt in capitu.adulterij.32.quæst.7.&.§.sunt enim,& adde ca. de his.35.quæst.3.& capi.fi.35. quæst.8.& ex lege nostra clarius probatur,cum dicat esse sicut hæresim quod non dicitur. in adulterio. 1

Ibi, *Es el incesto*, quiquidem incestus dicitur coitus inter consanguineos,& affines † intra quartum gradum cap.lex illa.§. incestus.36. quæst. 1.l.si adulterium cum incestu,in princip.ff.de adulter. l.1.tit.18.iuncta.l.2. tit.19.pa.7.Thom.& alij.relati per Coua.in.4.2.par.cap.6.§.8.num.1.& sum mistæ omnes, in verbo, incestus. & Did.Per.in præsenti,sub.l.5.tit.15.lib. 8.ord.pa.314.co.2.cũ seq.& hoc procedit proprie sumpto vocabulo,scilicet,cũ perpetratur cũ consanguineis vel affinibus transuersalibus, cum quibus.& inter quos † prohibitũ est, matri- 2 3

matrimonium contrahere, vt dicit gloss.in rubric. C. de incest. nupti. & Abb.& additio,litera.b.in capi. 1.nu. 2.& in cap.2,vbi additio,litera. c. nu. 4.de eo qui cogno.consa. vxo. & alia plura allegantur per Paul. Grillan. in tract.de pœnis, omni fariam coitus, quæst.3.qui in quæst.2. tractat. de in 4 cestu commisso intenascendentes † & descendentes,vocans hũc nepharium coitum, & tanquam talem, & graniorẽ distinguens ab incestu transuersalium consanguineorum & affinium,& iuste quidem, nam grauior est ascendentium & descendentium incestus,& sic graniori pœna puniendus, vt ibi in illa,quæst.2. declarat latius,& glo.la muger,in.l.3.tit.18.par. 5 7. vbi dicunt quod punitur † talis morte, improprie autem vocatur incestus quando quis cognouit filiam 6 vel cognatam † spirituales, vel monialem,secundum Canteram in suis quæstio.crimi.sub.§ de incestu.n.53. 7 pa.498.vel cũ quis cõtrahit † matrimoniũ impediente publicæ honestatis iustitia, vt inquit additio,Ber.Dia. iupract.can.capit. 84.& in gloss. 2,& ideo diffinit ipse Cantera, vbi suprà, quod incestus est coitus cum consan 8 guinea vel affine † carnali vel spirituali,& ego addo cum qua matrimonium de iure prohibitum est contrahi.& hodie affinitatis impedimẽtum proueniens ex copula illicita, non egreditur secundum gradum, ex co- 9 pula vero licita proueniens † remanet ius commune in suo robore, vsque ad quartum gradum inclusiue ex decreto.4.sessionis.24.Conc. Trid. de reforma. vt ex eo inquit & bene Didac.Perez hic,sub.l.5.tit.15.libr.8. ordi.pag.315.ad fin.& Angles in floribus theolo.quæstio.tom.1.tit.de impedi.affinita.§. qui nam sint affinitatis effectus proposi.1.&.2. & Manuel Rodriguez in sua summa,tom. 1.c.10. conclu.3.idem dicit esse quoad sponsalia de futuro, quod quidem decretum procedit tam quoad contrahendum,quam quoad contractum † matrimonium, ex declaratione motus proprij Pij. V. quoad publicæ tamen honestatis impedimentum primum 10 non excedere gradum † determinatum est in decreto.3. sessio. 24. dicti 11 Concil.Trid.de reforma. & intelligitur in sponsalibus de futuro, dum taxat, † non autem in matrimonio de præsenti,quia eo contracto hoc impedimẽtum durat in omnibus casibus & gradibus, sicut de iure communi antea durabat,ex quodam alio motu proprio Pij. V. Pontificis maximi, vt inquit additio,Ber.Diaz,vbi suprà,& bene,& sic affinitas ex coitu non ve- 13 ro ex solis nuptijs oritur,† quia quo ad coniugium impediendum affinitatẽ ex coitu deduci cõstat,etiam si coitus fit coactus,tex.in.c.discretionẽ, de eo qui cogn. consan. vxo.neque refert an sit ex vi præcisa, an ex conditionali, quinimo coitus cum dor- 14 miente,hanc affinitatem producit,† vt ibidẽ notãt Cardi.& Præpo.vnde constat coitum esse de substantia affinitatis, nam affinitas est personarum 15 proximitas ex coitu prouenienstom ni carens paterela ,& notat Coua. in.4.2.parte cap.6.§.7.num.1.&.2.vbi num.3.ex hoc inquit, cõtra sanctum Thomam ibi allegatum,quod ex spõsalibus etiam de præsenti, ante copulam non oritur affinitas † & probatur etiam ex.l.5.titul.7.partit.4.nam 16 ex eis solum impedimentum publicæ honestatis oritur,non vero affinitas si copula deest, & ansi non adsit 17 seminum commixtio † affinitas causetur, tradit Siluest,verbo, matrimonium.8.versic.15. & glo. *Carnalmente*, in dict.l.5.& Veracruz, in speculo coniugi,artic.47.pag. 248. in principio & 249.versic.cõtra illud,& Naua. consil.

8.nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

8.numer.5. de consangui, & affini.di
cens quod etiam si quis claustra pu
doris inuadat & frangat, nisi adsit se
minum commixtio nõ contrahitur
18 † affinitas, & ibi Nauar. saluat sanct.
Thom.ab impugnatione Coua.& nõ
solum ex licita copula affinitas oritur
19 verum etiam exillicita siue occulta †
siue publica,ex tex.in dict.cap. discre
tionem, vbi Enricus idẽ notat post
glossibi & est communis secundum
Siluest.vbi supra,impediment o. 15.&
Naua.cons.9.de consan.& affi.& Coua.
dict.§.7.numer.3.& ex dict.Concil.
Trid.decret.9. restringente gradus
affinitatis, ex illicita copula prouc-
nientes, clare colligitur contra Cor
rasi,lib.1.miscellane.cap. 3. dicentem
male & perperam affirmãtem,ex con
20 cubinatu † minime oriri affinitatem,
ac eius ad nuptias impedimentum,
& contra Anchiarra. cons. 391. quem
saluare voluit Auend.responso.7.nu.
2.& indicionario,verbo, incesto,& &
debet esse copula naturalis, ex cap.
extraordinaria 35.quæst.3.nã si esset,
contra naturam cum muliere vel ex
21 tra vas non contraheretur affinitas †
secundum Angles, vbi supra, tom.1.
tit.de impedimento affinitatis,propo
sit.3.& Naua.dict.consil.8.nume.5.&
6.nisi intellexeris Corrasi, quoad in
cestũ iure ciuili attento, quo median
22 te † incestus non committebatur
extra figuram matrimonij, vt inquit
Villalo.in antinomia,verbo,incestus
23 secus vero de iure canonico † & par
titarũ,quibus standum est,& sic meri
to reprehenditur Corrasi, animad
uertendum tamen inquit Couarru.
vbi supra,num.4.concurrere frequen
tissimo posse,affinitatẽ cum publica
24 honestate, † nempe subsecuta inter
sponsos carnali cõmistione. vnde in
dispensatione à Romano Pontifice
impetrata non erit satis derogare im
pedimento affinitatis, nisi derogetur
25 etiam impedimento publicæ † ho
nestatis ibidem concurrenti ex glo.
communiter recepta in arbore affi
nitatis, Abb.& Domini, relatis per
Coua. dict. num. 4. vbi tamen ipse in
quit opinionem hanc quam vulgus
probat subuerti manifestè, nam Præ
posi. & Stephanus in arbore affinita
tis plane fatentur satis esse si in peti
26 tione ipsi Romano † Pontifici oblata
affinitatis ex coniugio ortæ men
tio fiat,& tamen Romanus Pontifex
derogans affinitatis impedimẽto po
rissimum de licita intelligit,atque ei
simpliciter etiam derogare videtur
27 tabsque alia expressione,sicuti tradit
Ripa lib.1.responsorũ.c.1. licita tamẽ
affinitas non potest esse absque publi
ca honestate,igitur sublata affinitate
simpliciter etiam publica honestas
tollitur,quæ cum affinitate adderat,
ita expresse notant plures relati per
Couar.dict.num.4.præsertim Boeri
decisione. 264.col.pen.dicentem ita
vidisse bis in iudicio obtentum mota
controuersia,& ego etiam si vidi plu
ries super affinitate dispensatum ex
copula licita proueniente, nunquam
tamen vidi mẽtionem fieri in dispen
satione de publica honestate, neque
iudices cõmissarij dispensantes super
ea vim facere,neque hac de causa de
fisse dispensare, ex quibus etiam in
ferur,quod incestus proprie non di
citur siquis cognouerit consangui-
28 neam sponsæ nondum † ab eo co
gnitæ,secũdum Coua.vbi supra, dicti
cap.6.§.7.num.4.& ego nouissime cõ
fidero salua melius sententis cẽsura
quod cum iam attenta dispositione
decreti primi sessio.24. Concil. Trid.
de clandesti. matri.tractantis,sponsa
lia de futuro per copulam non tran
seunt in matrimonium de præsenti
vt alibi diximus, considero inquam
quod si antequam matrimonium de
29 præsenti † contrahatur inter hos
spon

sponsos de futuro copula interueniat
& sponsa ipsa moriatur coitus hic car
nalis iudicandus est illicitus & forni
carius,vt sic iste si voluerit contrahe
re cum consanguinea istius suæ spon
sæ de futuro mortuæ vltra secundum
gradum consanguinitatis existente
possit, ita vt tunc affinitas hæc non
egredietur secũdum gradum, neque
publica honestas primum, ex dictis
decretis Conci.Trid.restringentibus
gradꝰ affinitatis & publicę honestatis,
& est hæc mea ac noua consideratio.
Ibi, *Si aquel se comete con parienta hasta el quarto grado*, vt in cap.non debet, de
consan.& affini,&.l.12.&.13.titul.2.
p.4.& perrot.tit.18.p.7. & ibi in glos.
1.inquit glo. quod computatio gra
duum fiet in hoc casu secundum ius
30 † canonicum,vt diximus in.l.12.tit.
11.num.6.lib.4.supra,sed an hodie at
tento dicto decreto Concilij Tride.
4.sessio.24.in glo.2.per me in hac.l.
allegato, quo quidem restringitur af
finitas prouenies ex illicita copula
vsque ad secundum gradum inclusi
ue quo ad contrahendum matrimo
nium,erit idem quoad alios effectus,
vt scilicet iam incestus cum affini ex
illicita copula,vltra secundum † gra
31 dum sit impunibilis,& videtur dicen
dum quod sic quoniam si dicta affini
tas in vlterioribus gradibus vltra se
cundum gradum sublata est à Con
cilio & summi Pontificis motu pro
prio, vt ipsa non obstante matrimo
nium libere contrahi possit vltra se
cundum gradum, virtualiter etiam
tollitur incestus, cum hic stare, aut
committi minime possit sine affinita
teitem quia iure antiquo etiã vltra
quartum gradum consanguinitatis
& affinitatis, vsque ad sextum erant 32
prohibitæ nuptiæ hodie vero prohi-
bitio iustis de causis quartũ gradum
non excedit,vt in.c.nõ debet,de con
san.& affini.ibi,prohibemus quoque
copulæ coniugalis quartum consan
guinitatis & affinitatis gradũ.l.4. tit.
1.p.4.vers. la segũda,&.l.12.tit.2.p.4.
nullus tamẽ audebit dicere cũ cõsan
guineo vel affini, in quinto aut vlte
riori gradu cõmittiper copulam illi-
citam incestum punibilem, quamuis
peccatum mortale incurratur, quia
cum sublata sit consanguinitas & affi
nitas,per dict.capit.non debet, vltra
quartum gradum quoad matrimo-
nia,consequitur manifestissime defi
ciente iam cõsanguinitate vel affini
tate in vlterioribus gradibus, nullo
modo incestum cõmitti posse in illis
dicendum est, neque amittitur pote
stas petendi debitum,vt in eo capite
non debet, in fine, tenet Henricus
Bohic. & in terminis nostri decreti
conciliaris tenet Naua.consi.3.nu.2.
3.&.4.de consan.& affini. ergo idem
in nostro casu, cum affinitas excopu
la illicita proueniens sit ad secundum
gradum restricta,vltra illum nõ com
mittitur iam incestus punibilis, &
pro hac opinione considero, nam
antequam hæc restrictio ad secundũ
gradum affinitatis per concilium fie
ret,vsque ad quartum impediebatur
cõtrahi matrimonium, vel copulam
absque incestu habere, & sic impedi
mentum aderat contrahendi,aderat
etiam incestus,si coitus fieret,& cum
lex & decretũ dictũ tollat impedimẽ
tũ matrimonij post secundum gradũ
vt dictum est,consequenter tollit in
cestum quia lex corrigens vnum de
casibus æquiparatis censetur & aliũ
corrigere, vt diximus in.l.3.tit.4.nu.
12.lib.5.supra,& quando duo sic se ha
bent quod aliud est metiẽs, alterum
mensum, lex cortigens vel limitans
metiẽs censetur corrigere † & limi-
tare mensum, si eadem ratio milit
at in vtroque secundum Præposi.
in capit.non debet,de consan. & affi
ni.Nauar.in Manua.lati. cap. 22. nu-
mer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero. 72. item in materia permissiua id videtur concessum quod
33 non reperiatur prohibitum capitul. consuluisti. 21 quæst. 5. resolut. glos. in capitul. 2. de transl. præl. Nauar. consil. 51. de sponsa. numero. 2. & sic hanc opinionem tenuerunt Medina & Veracruz relati & secuti per Gutier. tom. 1. canoni. quæstio. capitulo. 23. numero. 3. eandem etiam succincte sequitur Additio, Bernard. Diaz, in practica, canoni. capitulo. 84. littera D. & Archiepiscopus Blancus, in sua summa pro confessoribus, & nouissime Manuel Roderi. in sua summa, tomo. 1. capitulo. 191. conclusione. 2. & hanc etiam opinionem voluit tenere Nauar. in manuali latino impresso anno 1575. in dicto capitulo vigesimosecundo, numero septuagesimoquinto sed in impresso post in anno 1584. ademptas fuit hæc sua opinio. & nihil decidit in hoc, neque super hoc aliquid dixit & tenet Lara. l. si quis à liberis in principio. numero. 90 ff. de libr. agn. & nouissime Ceruantes in. l. 9 Taur. numero. 34. cum 3. sequent. & sic secundum hanc opinionem filius natus ex tali affinitate per fornicationem contracta erit naturalis, vel spurius, ita vt matri succedat secundum Laram, vbi suprà, neque dicetur ex
34 damnato coitu. Pro contraria tamen opinione, imo quod ex affinitate contracta ex illicita copula ius dominium remaneat illæsum vt ex alia illicita copula cum affine illius pri
35 mæ intra quartum † gradum incestus punibilis committatur, fiat; nam limitata causa limitatum producit effectum. l. age cum Geminiano. C. de transactio. & inclusio vnius est exclusio alterius, ex vulgaribus, & in correctorijs stricte debemus procedere, & non extensiue, vt in argumento à correcto rijs, sed dictum decretum. 4. sessione. 24. Concil. Trident, solum restringit affinitatem ex illicita copula causatam vsque ad secundum exclusiuè, quoad matrimonium contrahendum, ergo limitatiua hæc dispositio non debet extendi vltra terminos suos: item si ex affinitate contracta ex copula lici
36 ta incestus remanet punibilis † vsque ad quartum gradem prout antea, & itidem quoad contrahendum matrimonium, & dirimendum contractum sine Papæ dispensatione, cur & non remanebit incestus quoad punitionem vsque ad quartum gradum, sicut antea ex affinitate ex copula illicita prouenient, aliter enim videtur hic melioris conditionis, quam ille, qui ex licita copula affinitatem induxit, cum non de-
37 beat esse melioris illæ † qui deliquit quam ille, qui non deliquit, vt diximus in l. 4. suprà eodem, item quia licet de iure antiquo erat consanguinitas & affinitas vltra quartum gradum, & post quam restrictum est hoc, ex dicto capitulo non debet, vsque ad quartum gradum, post hunc gradum incestus non committatur, istud est, quia per illud, capitulum non debet, fuit
38 restricta generaliter † consanguinitas & affinitas ad quartum gradum, non tam ad matrimonium contrahendum quam ad incestum excusandum, nos autem ex dicto decreto Concilij Tridentini restrictiue procedimus, quoad matrimonium contrahendum, ergo non est eadem dispositio & ita generalis hæc dicti decreti, sicut fuit illa dicti capituli non debet, & consequenter non potest ab illa sumi argumentum pro prima opinione, sed potius contra eam. item quia nulla

nulla lege cauetur quod incestus sit iam impunibilis si committatur intra quartum gradum cum affini ex copula illicita, & sic non est dicendũ impunibilem esse etiam in hoc casu cap. cum legatur. 24. quæst. 2. in auth. de trien. & sem. §. cõsiderem', & decretũ illud Cõcilij cõcedendo facultatẽ de contrahendo matrimonio cum
39 affini ex copula illicita vltra secundum gradum, tacite videtur denegare impunibilem remanere quoad pœnã incestus vsque ad quartum gradum, & sicut antea punibilis erat, etiam hodie punibilem remãsisse si non per viam matrimonij, sed alias illicite committatur, argumen. cap. nonne, de præsumptio. & l. cum præror. ff. de iudi. & quia casus omissus remanet in dispositione iuris. l. commodissime. ff. de liber. & post. itẽ quia licet expediat impedimenta
40 † matrimonij restringi, vt ex capit. 2. sessione 24. Cõci. Trid. de reforma. deducit Naua. in consi. 2. num. 6. de cognat. spir. non tamen expedit amplia re licentiam † committendi facilius delicta, si quoad incestus pœnam restringi etiam intelligamus legem restrictiuam impedimentorum matrimonij, & sic est differens ratio in vno casu, quam in alio, neque debet esse melioris conditionis delinquẽs quã non delinquens, vt dictum est, & sic cessant fundamẽta primæ opinionis, quod lex corrigens vnum casum de æquiparatis, vel disponẽs circa metiens, nam procedit vbi non datur in
41 vno quam in alio † diuersa ratio, secus alias. Item aliud est Impedimentum consanguinitatis, & affinitatis, & in
42 cestus aliud, † vt consuleraat Nauar. in consi. 1. num. 5. de consan. & affinit. & sic vno sublato (secundũ eũ ibi) non censetur aliud sublatum, argumento cap. ex tuarum, de autho. & vsu pallij, & l. sidom'. ff. de seruit. vrba. prædi. & sic in nostro casu licet Concilium restringat & auferat impedimentum affinitatis ad secundum gradum quoad matrimoniũ & copulam matrimonialem, non censetur abstulisse impedimentum incestus quoad copulas illicitas cum duabus eius affinibus habitas quin puniatur vsq; ad quartum, sicut antea, nequeobstat illud Henri. & Naua. vbi, suprà, quod non censetur adimi potestatem exigendi debitum si quis coiret cũ affini ex copula illicita vsq; ad secundũ gradum, quia secundum Nauar. in eod. consil. 3. de consan. & affini. num. 3. satis includitur impedimẽti debiti exigendi remotio, remouendo quoad matrimonium impedimenta post secundum gradũ, quia alias nõ possent exerceri matrimonij effectus, secus vero quo ad punitionem exteriorem ipsius incestus, & sic non potest argui de vno ad aliud, neq; obstat, q; videretur si vltra secũdũ gradũ esset punibilis incestus ex illicita copula, quod si remaneret incestus quoad punitionem, remanebat matrimonium super gradus in quo punibilis erat incestus, quod videtur absurdũ, quia vna res nõ debet diuersoiure cẽseri, quia etiam videmus, quod incestus remanet vsque ad quartum gradum in affinitate ex copula licita, & restringitur vsque ad secundum ex illicita, & sic diuerso iure censetur, & nos non loquimur quo ad puniendum contrahentem matrimoniom cum affini ex copula illicita vltra secundum gradum, nam ibi in totum remanet liber, & impunibilis, sed loquimur quo ad illum qui habuit copulã cum affini sua intra quartum gradũ, quod est differens, puta si Petrus habuit copulam illicitam cum Maria & post cum consanguinea ipsius Mariæ intra quartum gradum habuit etiam copulã illicitã, cur nõ punietur de incestu,

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Concilium non videatur loqui in hoc casu, ex quibus videtur mihi non sine difficultate transire primam opinionem, & non ita sine scrupulo, & tam succinctè debuisse affirmari prima opinio per dictos authores eam tenentes, & quia in re noua nollem esse nouarum rerum inuentor, tu lector latius super ijs pensitabis.

Ibi, *O con comadre*, & sic per cognationē † spiritualem, idem disponit. l.
43 12. & 13. tit. 2. part. 4. & l. 1. cum 4. sequent. tit. 7. ead partit. & per decretum Concilij Trid. 2. sessione. 24. de reforma. restrictum est impedimentum baptismi & confirmationis, de quo & per Nauar. in consil. 1. &. 2. de cogna. spiri. & Alphonsum à Veracruz in appēdice ad Conc. Trid. pag. 73. in paruis, & idē videtur in cognatione spirituali resultante † ex Ca-
44 techismo, vt tenet Nauar. in manuali latino cap. 22. num. 72.

Ibi, *O con cuñada*, idem disponunt dictæ leges. 12. & 13. tit. 2. part. 4. & l. 1. & 2. tit. 18. par. 7. vbi Gregorius.

Ibi, *O con muger religiosa professa*, idem disponit. dict. l. 13. tit. 2. par. 4. vbi, glo. *Con muger de orden*, legem nostram allegat, & text. in ca. virginibus. 27. quæst. 1. & cap. hi vero, eod. cau. & quæst. & text. l. 2. tit. 19. part. 7. vbi glo. *Con mu-*
45 *ger de orden*, inquit quod stuprum † etiam committitur cum religiosa & punitur eadem pœna, qua stuprum virginis, & insuper in amissione medietatis bonorum, ex. l. nostra quam ibi allegat, sed lex nostra potius loquitur in incestu, nisi dicamus, quod cum nostra rubrica loquatur etiam de stupro, de eo etiam videtur loqui legem nostram, ex quibus habes hic tex. contra aliquos doct. volentes ex
64 coitu † cum moniali professa non committi incestum, sed falluntur, nam ex coitu cum moniali professa

47 tria oriuntur flagitia †, & quidem grauia, incestum enim primo committit, quia est sponsa Dei, qui Pater Noster est. ca. qui abstulerit. 12. quæst. 2. & incestus committitur cum affini, sicut cum consanguinea. cap. de incestis. 35 quæst. 3. Adulterium quoque committitur ea ratione, quia
48 cum spōsa † Christi, nam adulterium committit, qui cum sponsa alterius miscetur: item cōmittit sacrilegium quia cum persona sacra se commiscet
49 turpiter, † & personam sacratam violat, imo & stuprum etiā commit tit, vt dictum est. Et licet tot hæc peccata & delicta committat, de vno tantum accusari potest, grauius tamen
50 † punietur pro eo, pro quo accusabitur, ex quo coniunctum est cum alijs duobus, quam si vnicum tātum crimen admisisset, vt declarat glos. & ibi notant omnes in dict. cap. virginibus. 27. quæst. 1. Abb. in cap. monasteria, de vita & honest. cleri. Deci. cō sil. 338. late Grillan. in tract. de pœnis omni. coitus quæst. 1. n. 10. & sequen. & sic statutum puniens aliqua pœna grauissima cognoscentem nuptam, habebit etiam locum in cognoscenti
51 † monialem, vt per Maria. Soci. in cap. qualiter & quando, el. 2. 8. parte prin. quæst. 7. num. 110. de accusa. & cōem & fauorabiliorem testatur Hippoly. sing. 215. num. 5. versiculo, & teneas menti, est enim hoc delictum exteris carnalibus † detestabilius,
52 vt not. in capit. adulterij. 32. quæst. 7. ideo violatores monialium sacrilegi dicuntur, † eosque filios perditionis
53 Apostolus vocat, & templū Dei violant, vt habetur ex Concilio Arelatē si, in capitul. sciendum est. 27. quæstio. 1. de cuius criminis grauitate
54 & eius pœnis tam antiquitus, quam nunc constitutis late tractat Decian. in tomo. 2. de delict. libro. 6. capitulo 20. de cognoscente monialem per totum

tum, quem referre sufficiet, & Didacus Perez in præsenti sub. l. 5. titu. 15. libro. 8. ordin. & Cantera in quæstio. crimi. cap. 4. sub. §. de stu pro. num. 16. 17. &. 18. &. 19. Bernard. Diaz in praxi, capit. 81. & breuiter ex dictis pœnæ
55 hæ sunt. Nam moniales tale † scelus admittentes à monasteriorū cœtu, ecclesiarumque conuentu eliminandæ, ac in ergastulis retrudendæ. cap. impudicas. 27. quæst. 1. & cap. virginibus. eadem causa, & quæst. Dicitur autem eas recludi debere, ne, scilicet, ejectæ à monasterio, alia loca tanquam morbidæ pecudes inficiāt, vt inquit Archi. in cap. prouenit. 27.
56 quæstione. 1. & hæc pœna est, quoad cōscientiæ forū, & quoad ipsas moniales, vel clericos, aut religiosos cū eis se commiscentes, laici verò † excommunicātur, neque vnquam absoluentur, nisi publicam & idoneam huius delicti pœnitentiam egerint, vt eraditur per glos. & Archi. in dicto c. impudicas. & in dict. c. virginibus. & in dict. c. peruenit. De iure autem Canonico, idem est in foro contentioso, clericus cuiuscunque fuerit gradus & ordinis deponitur ab ordine sacro, & officijs, ac beneficijs omnibus
57 priuatur, † & intruditur in arctū monasterium ad agendam perpetuā pœnitentiam. Laicus vero excommunicatur. c. si quis Episcopus. &. c. si quā monachatum. 27. q. 1. & quanquam Ioan. de Turrecrema in. c. si quis Episcopus. eod. causa, & q. dicat, clericū tunc deponendū, quando factum est crimen notorium, alias non, per glo. in. d. c. si quis Episcopus. attamen in contrarium est veritas & communis,
58 quod semper † deponi debeat, etiā si crimen nō sit effectū notoriū, quod tenuit Anto. in. c. at si clerici. de iudi. Anania. consi. 1. col. 2. & Deci. vbi supra. nu. 6. & Ber. Diaz, de iure autē Ci
59 uili † pœna est mortis. l. si quis in hoc

genus. C. de epis. & cler. & probatur etiam efficaci ratione, quia cum in hoc crimine comprehendantur tria, siue quatuor crimina, sacrilegium, incestus, adulterium, & stuprum, vt dictum est, & pro singulis tribus primis imponitur pœna mortis. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. & l. quamuis. §. vltimo. ff. eodem. merito magis quando concurrunt tot scelera. Et procedunt quando crimen hoc sine violentia commissum est: eodemque iure ciuili extrahitur de monasterio in quo erat, & transfertur cum omnibus suis bonis in aliud,
60 vbi cautius custodiatur, † vt in authen. de sanctiss. episc. §. pen. & habetur in cap. si quis rapuerit. 27. quæst. 1. Ratio autem quare monialis minori
61 pœna, quam eam † corrumpens puniatur, est, quia masculi eas infestant, neque ipsæ possunt occasionē dare, cum sint reclusæ. Item quia recludun tur sæpè inuitæ, de quo per Hippoly. in. l. vni. C. de raptu virgi. nu. 42. sed si violenter extracta sit à monasterio rumpendo portas, vel parietem, vel per scalas, etiam si volēs extrahatur, morte punietur extrahens, & eius bo
62 na † publicantur, & applicantur illi monasterio, vt dicitur in. l. raptores. C. de episcopis & cleri. fit enim propter raptum tunc iniuria publica monasterio, & omnibus monialibus, & toti ciuitati, vt & considerat Grillan. vbi supra, quæstione. 1. numero. 17. & probatur etiam in authentica de sanctiss. Episcopis. §. pemquii tex. refertur, in. c. si quis rapuerit. 27. quæst. 1. tradit Ioan. Bapt. de Sancto. Blas. in tract. de differen. inter ius Canonic. & Ciuile. cap. 115. Hippoyl. in dict. l. vni. num. 40. cum seq. C. de rap. virgin. iure autem regio partitarum ex dict. l. 2. titulo. 19. partita. 7. vbi non adest violentia minori pœna † punitur coiens cū moniali, nam si est homo ho-
63 noratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

norat⁹ punitur in amissione dimidietatis bonorum fisco regio applicandorum. Et si fuerit homo vilis publicè flagellandus est, & in insulam per quinquēnium relegandus. Sed si sit seruus vel famulus domus, concremandus est secundum illam. l. 2. quæ videtur concernere pœnam nostræ l. quoad dimidietatis bonorum amissionem, gloss. tamen, *Deuen perder*, in dict. l. 2. late examinat & dubitat an volens stuprata fuerit vel nè,
64 nam si volens † stupretur etiam si rapiatur mortis pœnam non incurret, secus alias, & in dubio inquit voluntatem præsumi, vt ibi late prosequitur & tenet Menes in. l. transigere. C. de transactio. numero 84. sed in tam graui delicto corruptæ monialis profectæ, cum alia delicta etiam in eo committantur iudices semper in peiorem partem iudicant, ob criminis grauitatem & enormitatem. Et ego semper consulo à conuersatione monialium abstinendum, difficiles enim habere solent exitus similes conuersationes, & præmaxime carnales, quæ grauissimè puniuntur, & iustè quidem quia delictum est enorme, & filij ex eo nati nephatij & damnati coitus iudicantur. Et ad tollendas occasiones tam nepharij sceleris plura sunt in
65 iure inducta, † vt religiosi cum monialibus habitare non debent, capit. in nullo cap. in monasteria cap. diffinimus 18. quæst. 2. nec clerici monasteria monialium frequentare debent. cap. monasteria, de vita & honestate clericorum l. 36. titul. 6. part. 1. nec moniales extra monasterium vagari, Clementina, attendentes. de statu mona. sed intrà septa monasterij sub clausura morari debent. cap. mulieres. de iudi. lib. 6 cap. 1. de statu regula. eodem libro. & ne quis monasterium earum ingrediatur nulla præhabita à Prælato licentia. vt per Alexand. consili. 52. volu. 3 & Cacialupus in repetitione. l. omnes populi. num. 46. de iustitia & iure, & motibus proprijs sanctitatis Sixti quinti, & prædecessorum suorum monialium clausura, & introitus vitandus in monasterijs earum, id arctissimè & strictissimis, & maximis censuris, & pœnis prouisa sunt. Et notanda est lex nostra dum dicit, professa, ad denotandum, quod sufficit esse professam, etiam
66 si non sit consecrata. du-
67 plici enim velo moniales † velantur, primum quod dicitur professionis, vt in cap. viduas. 37. quæst. 1. Secundum velum consecrationis, de quo in cap. placuit. 20 quæst. 1. sed pariter punietur, quia professa iam est Deo dicata, licet nondum sit consecrata, & dicitur verè monialis, neque potest monasterium exire. cap. super eo. de regula. Clement. fin. eodem tit. sed si sit nouitia, ita vt nullū velum haberet, tunc non diceretur
68 monialem cognouisse: † ideò non puniretur eisdē pœnis, sed bene grauioribus, quam si aliam extra monasterium cognouisset, & hoc ratione loci. argumē. l. aut facta. §. 1. & §. locus. ff. de pœnis. ita Decianus. d. cap. 20. numero. 13. vbi. nume. 14. quærit. quid de cognoscēte conuersam, † an
69 puniatur eadem pœna, & dicit, quod istæ quoque dicuntur professæ, & religiosæ, sed tamen verè non veniunt appellatione monialium, secundum Fredericum de Senis, consil. 213. ad vltimum. idcò non putat Decianus ibi eisdem pœnis teneri, sed bene grauioribus, quam si laicam cognouisset, quia sunt religiosæ, vt dixi, & hoc etiam si extra monasterium eam cognouisset, quia istæ possunt egredi monasterium, vt per Fredericum, ibi. multo ergo magis, si in ipso monasterio cognouisset,

uisset. Et ibidem ipse Decian. nu. 15.
70 dicit de istis † Pizocharis sancti Francisci & aliorum de quibus in cap. causam quæ de electio. & per Cardin. in Clem. 2. §. 1. q. 2. de statu mona. de quibus & nos diximus in. l. 1. titul. 14. lib. 6. suprà, quod si quis simpliciter oscu-
71 latus sit monialē, extraordinariè punitur, secūdū Afflict. in cōsti. si quis rapere, nu. 8. relatum per Decia. vbi suprà, nume. 16. Adeoque crimen hoc monialis accessus, graue est, quod nulla tergiuersatione excusari poterit præsupposita scientia quòd cum
72 moniali professa, aut sacrata † fieret, coitus dato quod reperti sint, qui huius criminis facti rei excusauerint se habuisse licentiā à gubernatore, vt refert Marcus Mantua. consi. 166. n. 17. in fine. cum sequenti. volumine. 1. sed, vt bene dicit Decian. vbi supra, num. 11. Generalis dans licentiam, & facti legi fuissent igni cōburendi, ex quo etiam generalem religiosum tanquā lenonem introduxerunt, cum talis licentia nullo iure dari potuerit, & ridiculus videbitur qui in hoc velit tempus & Chartam conterere, cum imo neque cum licentia Papæ, posit talis monialis, etiam matrimonium contrahere, vt habetur in capit. ad nostram in fine, de statu monacho. & consuluit Ana. & ibi additio. consi. 91. illud certū, & Boer. consi. 29. num. 13. relati & secuti per Decia. in dict. numer. 11. & ante in numer. 9. vbi refert Heliogabalum alijs sceleribus suis & hoc addidisse, vt coegerit Vestalem secum matrimonio coniungi, ob quæ tamen flagitia, à suis occisus Equitibus inter latri-
73 nas † ac lupanaria pedibus tractus & in Tyberim submersus tandem debitas luit pœnas. Neque itidem super hoc crimine habet locum tran-
74 sactio, sicut non habet locum † in adulterio. l. transigere. C. de transactio. quia cum sit sponsus offensus, ideſt Deus, requiritur pax à Papa, qui illū repræsentat, vt per Decian. vbi supra, num. 7. vbi, num. 8. hæc limitat nisi vi vel metu coacta fuerit talis monialis religionem ingredi, nam tunc excusabitur † à pœna per legem imposita, eò quod ingressus & matrimonium illud spirituale fuit vitiatum, ex gloss. in capit. præsens. 20 quæstione. 3. quam valde extollit Iaſ. in. §. quadrupli, numero. 62. Institut. de actionibus, licet secus in matrimonio carnali, & tenet Hyppolit. in. l. vnic. C. de rap. virg. & in singul. 346. matrimoniū, & de facto se habuisse inquit ipse Decian. dict. numero octauo, & obtinuisse in ciuitate Venetiarum, & de mum Romæ idem etiam obtentum fuisse asserit. Cauteque facere moniales inquit, si vi vel metu compellantur intrare religionem, vt protestentur, quod inuitæ & coactæ profitentur, † quia talis protestatio multum iuuabit, prout iuuasse inquit in casu, quem defendisse asserit, & tradit Paris, consilio. 65. numero decimo octauo & sequentibus. volumine quarto, quæ omnia sunt notanda, & sic succinctè reculi ex dictis Doctoribus, & præsertim ex Decian. vt præmanibus habeantur.

Ibi, *Y esto mismo es de la muger que comete maldad con hōbre de otra ley*, Vt &
77 de iure ciuili † punitum ac prohibitum erat, vt apparet ex text. & doctoribus, in. l. nequis Christianam, C. de Iudæis, & melius per Paul. Grilland. in tractat. de pœn. omni fa. coitus, quæstione. 12. per totum, vbi quid quando per figuram matrimonij, & quid si per actum fornicationis. De iure vero partitarum ex. l. 9. titu. 24. & l. fin. titul. 25. part. 7. imponitur pœna mulieri Christianæ coeū
78 ti cū homine alterius sectæ, vt cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mauro vel cum Iudęo. Licet inIudęo dubitet Boeri. decisio, 316. nu. 5. vt refert & Telli. in. l. 9. Tau. num. 7. & eis relatis Matienzo, in. l. 7. gloss. 11. num. 5. titu. 8, libro. 5. supra & Anto. Gom. in. l. 80. Taur. nu. 26. vltra quas pœnas punitur etiam delinquens in amissione dimidietatis bonorum, ex l. nostra, & vide etiam Didac. Perez, in. l. 7. titul. fina. libr. 8. Ordinamen. in gloss. 2.

Ibi, *Y este crimen de incesto, es en alguna manera heregia*; in antiqua cõtextura, non aderant verba illa, de incesto, prout in nostra nunc adest, & in. l. 7. titu. fin. libr. 8. Ordinamenti, veteris, clarius esse hæresim dicebatur, incestum in aliquo ex casibus à lege nostra designatis contẽtum. Interdum enim (vt inquit Siman. de institu. Catho. tit. 50. num. 30.) ex grauissimis criminibus longè ab hæresi distanti-

79 bus, nascitur † suspicio non leuis, quod talis facinorosus non bene sentit de fide Catho. nam qui catholicus est Deum timet, & ab huiusmodi criminibus abstinere solet. Vnde qui cum fœminis consanguineis, affinibus, monialibus, commatribus, alijsque id genus, facile commiscetur, non immerito suspectus censeri solet & potest. Quam obrem regia lex huiusmodi crimina hæresim sapere dicit, neque enim perpetrari solent à viris orthodoxis, & bene Christianis, hæc Symanc. vbi suprà, qui & in titul. 40. num. 15. inquit contra sacerdotem, qui spiritualem filiam nephario incestu contaminauerit procedi ad depositionem & de

80 trusionem, † in monasterium omnibus diebus vitæ suæ. Hæc tamen licet ita sint ibidem tamen ipse Simanc. non dicit inquisitores de hoc incestu in lege nostra comprehenso

81 † cognoscere solere, & sic non cognoscunt, nisi in casu in quo monachus vel clericus in sacris constituti matrimonium cum aliqua contraheret, vt optime & in fortioribus terminis fundat Nauar. in consi. 1 de hæreti. per totum, ex eò quod non sapit incestus hic nostræ. l. manifestam hæresim, sicut sapit de clerico in sacris vel monacho matrimonium contrahentibus, quia male videntur sentire de sacramento matrimonij, sicut & sentiunt secundas nuptias contrahentes viuente primo coniuge, vt suo loco diximus, sed de simplici incestu Inquisitores videmus non cognoscere ratione dicta, vt optime per Nauar. vbi suprà, Inquisitoresque (vt ibi inquit in numero. 8. ex Simanc. in enchiridione suo, titulo de superstitio. & prius de institutio. catholi. sub titulo de præsumptio. & suspicio. num. 29.) ponderare debent quod in Hispania vidi-

82 mus ponderatum, non esse † audiendos iuris peritos, qui docent ex leuibus indicijs & signis plenè probatis posse quemcunque vocari iustè ab Inquisitoribus ad interrogandum cum super hæresi de qua est suspicio, quia ex tali vocatione magnũ & acerbum præiudicium sit viro graui sic vocato. Sed quod circunstantiæ personæ, qualitatis, finis, & aliarum, sunt multum ponderandæ, cum frequenter cõtingat vnam suspicionem, quæ contra vnum alicuius momenti esset contra alium esse nullius. Et sic licet lex nostra dicat incestum esse quodam modo hæresim & ei assimilari, omne simile non est idem, & sic de eo tanquam de hæresi nõ iudicandum est, neque contra talem vt cõtra hęreticũ procedẽdũ, & iudices Ecclesiastici ordinarij Episcopatus, qui ex priuilegio, consuetudine, vel sentẽtia, habent ius incarcerandi laicos hæreticos, prout hic Placẽtiæ habetur, nõ poterũt incarcerare laicos sim-

83 simplicem† incestum committentes, quia cum sit executoria & in præiudicium iurisdictionis Regiæ strictè est intelligẽda, ex. c. cũ P. & G. & eius mat. de offi. deleg & large & improprie incestuosus hic vt hæreticus est

84 & nominatur, † vt inquit Did. Perez, in. l. 2. 5. & 7. titul. 19. libr. 8 Ordinam. non tamen punitur vt talis, nam etiã siquis publicè peccaret adultrẽdo, fornicando, vel alia peccata mortalia cõmittẽdo, & etiã diuinãdo & sortilegijs vtẽdo non committitur hæresis nisi constiterit, quod ille vsus est

85 manifestus † ad præsumẽdum, quod vtens male sentiat de fide, seu aliquo eius articulo, vt quia per exercitationem illius vsus associat sibi hæreticos, nam propter illam conuersationem præsumitur manifeste talis, qualis est ille, cum quo conuersatur vel peccat conuersando cum eo, qua si cum homine male sentiente de fide in facili perpetratione similiũ criminum, vel inuocat Dęmonem in ad

86 iuuamen † & suffragium, vt inquit Franciſ. Squillacens. in tract. de fide catho. cap. 12. volumine. 14. tractat. Doctorum, vbi capit. 22. inquit quod Inquisitor non potest procedere contra aliquem tãquam suspectum & infamatum de hęresi largo modo dicta non enim mortaliter peccans dicitur hæreticus, nam non recedit à fi-

87 de repugnans obedire † præceptis Dei, sed cum discedit à fide, vel aliquo eius articulo, tunc videtur omnino à Deo retrocedere, Squillacẽsis in dict capit. 22. imo & hæresim com-

88 mittere † asserentem, esse censendum hæreticum omnem illum, qui lethaliter peccat, asserit Castro, aduersus hæreses. §. hæreticus. hæresi. 3. & sic in summa, inquit Simanc. de institu. Catho. titu. 50. num. 26. omnes suspecti de hæresi sunt, de quibus indicia aliqua extant, quod de fide Ca-

89 tholica male sentiunt †, non tamen secundũ eũ ibi, nu. 28. debet quis moueri ad hoc iudiciũ ex leuibus signis. Sic & ex dictis hodie noua constitutione decretũ est, q̃ contra clericos, qui in sacris cõfessionibus mulieres ad carnale cõnectiũ prouocauerint,

90 hæreticæ prauitatis Inquisitores † leuerè procedãt, & iustissime, cum male de sanctissimo Sacramento pœnitentiæ sentire videantur, eo aborrentes, nam cũ medela spiritualis sit, venenum tamen nefandũ ad perpetuã mortem eo præparare contẽdunt, & ita obseruari in sacrosanctæ Inquisitionis incorruptissimis tribunalibus testatur Salzedo in additio. 1. ad practic. Ber. Diaz, cap. 82.

Ibi, *Allende de las otras penas en derecho estableçidas*, quę quidẽ sunt hæ, nam de iure canonico clericus commit-

91 tens incestum †, absque matrimonio deponendus est, argumẽto text. in capit. tuæ, de pœnis, gloss. in capit. Maximianus. 81. distinct. & in. c. lator. 2. q. 7. quas singularizat Imola in. c. vt clericorum, de vita & honest. cleric. & Abb. & relati à Ber. Diaz, & ibi eius additio. 2. in pract. cano. cap. 84. num. 2. & Couar. in. 4. capit. 6. §. 8. num. 3. & cõmunem testatur Iuli. Clarus in lib. recepta. § incestus, numer. 2. Quæ etiam pœna secundum Bern. Diaz. & Coua. vbi suprà, punitur clericus qui carnaliter cognouit fœminam intra quartum gradum cõsanguineã eius,

92 quã † anteà cognouerat, ex eo quod vt iam diximus, affiniras oritur ex coitu illicito, & tenet Auend. respon. 70. & in dictio. incesto, & Matien. in l. 7. gloss. 11. numer. 3. titul. 8. libr. 5. Recopil. vbi pro hoc allegat. l. 5. titul. 6. partit. 4. ibi, *Quier fean casados o no*, & quòd sic deponendus ab officio & beneficio, ex tex. in cap. si quis presbyter. & cap. sacerdotum, & cap. si quis clericus. 81. dist. & quod male

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciunt iudices Ecclesiastici condemnando in pœnam pecuniariam, 98
tamẽ Bermon Chouer.de publi. con
cu.in Rubrica de incest,nu.21.&.22.
in parte.2.volum. 10. tract. Doctorũ,
93 laicus vero de iure canonico si † ex
prætextu matrimonij scienter cõtraxit ipso iure est excõmunicatus, Cle.
1.de consang.& affini.& matrimoniũ
separatur.c.1.& 2.& capit.non debet
de consan.& affini.à qua excõmunicatione per Episcopũ absolui potest,
glo.obtinere,in dict. Clem.1. quam
alios sequentes allegans fatetur com
munẽ Did.Perez,in.l.5.titul.15.lib.8. 99
Ordi.glo.1.in principio, & eo relato
additio,Ber.Diaz,in dict.c. 84. glo.2.
94 sed si ignoranter,leui pœna†punitur,
vt ibi per Didac. Perez, si vero extra figuram matrimonij quis incestũ
cõmiserit si coniugatus est, priuatur
95 perpetuo nè possit ab vxore sua † cuius consanguineã cognouit debitũ
petere, & vxore mortua non potest 100
cum alia matrimonium contrahere,
vt habetur in d.c.1.&.2.& c.trasmissa,
c.siquis cum matre.35.quæst.2. & vltra has pœnas poterit à iudice ecclesiastico excõmunicari, vt ibi per additio. Bern. Diaz; sed si non consanguineam vxoris vir eius sed propriã
ipsius viri, ipse cognouerit, tunc
96 non priuatur † à iure petẽdi debitum
ab vxore, vt tenet glos. mag. in.l.13.
titul. 2.part. 4.& Naua.in manuali.c. 101
16.num. 35. dicens quod non peccat
perens debitum ab vxore etiam si
commiserit incestum cum sua ipsius
mariti cõsanguinea, sicut peccaret si
committeret incestum cum consanguinea vxoris si ab vxore debitum 102
97 peteret, licet grauius † peccet cum
consanguinea propria,quam cum cõ
sanguinea vxoris, vt & tenet Siluest.
in summa, verbo, matrimonium.7.
num.7.& Coua.in quarto,par.2.c.7. 103
§.2, num.5.&.6. vbi tractat an Episcopus dispensabit. De iure vero ciuili
pœna † incestus erat mortis, ex text.
glos.& DD.in.l.si adulterium cum in
cestu.ff.de adulter.cuius verba sunt,
si adulterium cum incestu committa
tur, vt puta cum Priuigno, nuru, no
uerca, mulier similiter punietur. Idẽ
remoto etiam adulterio eueniret,
glos.& communis,in.l.inter liberas
ff.eodem tit. & ita affirmant omnes
vt apparet ex Ant.Go. l.80.Taur.nu.
13.& Iuli. Clar.in dict.libr.5.recepta.
senten.§.incestus,nu.2.Coua.in quar
to,par.2.cap.6.§.8.num.2. & idem de
iure † partitarum erat, nam pro incestu ex l. 3. titu.18.part.7. imponenda
erat eadem pœna,quæ pro adulterio,
sed ex.l.15.tit.17.part.7.pœna mortis
imponebatur,ergo & pro incestu, &
insuper ex.l.nostra,vt aduertit Coua.
vbi supr.dimidia pars bonorum amittitur fisco applicanda. Hodie tamen
in foro seculari pœna incestus fornicarij est arbitraria, †quoad pœnã mortis
antea iussa imponi,sed non super pœna bonorum nostri text. vt tenet Anto.Gom.vbi suprà,& Matien. in. l.7.
glo.11.num.1.& 3. titu.8.lib.5.Recop.
vbi allegat Auend.Responso. 7. nu.3.
& sentit glos.in.l.3.tit.18. par.7.& Didac.Perez,in.l.5.tit.15.in fine.glos.1.
lib.8.Ord.& sic praxi communi obtẽtum videmus: licet in coitu nefario
cum descendente vel ascendente attentis circunstantijs† & qualitate negotij pœna grauis est imponenda sicut grauius est delictum & nefarium
licet non mortis, vt asserit Ceruan.l.
9.Tau.nu.44. nisi circunstãtiæ aggrauarent. Sed si incestus committitur
contrahendo incestas nuptias† tunc
punitur iuxta formam,auth.incestas
nuptias. C. de nuptijs, vt inquit
Clarus vbi sup. & Ant. Gomez. vbi.
sup. vbi tamen inquit, quod si ad
sunt filij primi † matrimonij cessat
pœna amissionis bonorum ex dict.l.

3.ci-

3.titu.18.par.7.de quibus incestis nu 108
ptijs tradit etiam Couarr. vbi suprà,
num.3.cum sequentibus, vbi late declarat hanc pœnam incestarum nuptiarum. Excusatur tamẽ incestas nu
104 ptias † contrahens, si vel gradus sunt 109
vltra quartum attento iure canonico, vel si sponsalibus de præsenti ad
minus contractis carnali copula consummatis,nõ aliàs,vel si bona fide ab
initio contractæ sine nuptiæ,licet po 110
stea superueniente mala fide perseuerant in matrimonio,vel quoad pœnã
amissionis bonorum si ignorantia iu 111
ris vel facti etiam crassa & quæ ex lata culpa cõtingat procedat,nã vbi dolus requiritur lata culpa nõ sufficit, 112
ita Couar.vbi suprà, num. 18.19.20.&
21.22.& 23.& Iuli. Clarus vbi suprà,
num.3. & Ant.Gom.vbi suprà,& addit. Bern.Diaz,in practi.dict. cap. 84.
glos.2.versi.excusabitur,imo si incestus committatur in figura matrimo
105 nij delinquens † excusatur sexu & ætate & pœnitentia, secundum Auen.in
dict.Responso septimo, numero tertio,conclusione tertia,& in dictionario, verbo, incesto, in fine, si vero
extra figuram matrimonij cõmitta-
166 tur incestus nulla datur excusatio, † 113
secundum Anto.Gom. vbi suprà, &
Cassiado. decisione prima,de sponsalibus;& sic nullus error siue iuris siue 114
facti si delinquẽs credebat delinquere.Sed si error non crasso ductus nõ
107 credebat delinquere † tunc excusabitur,secundum Auend.in dict.dictionario,verbo,incesto,versi.in quo est,
quidquid velit Anto.Gom.vbi suprà,
imo vbicunque appareret delinquẽ

Azeuedo super.8.

tem hunc ignorare factum† excusatur,vt communem dicit Nouellus relatus & secutus per Iuli.Clar.in dict.
nu.8.& additio, Ber.Diaz, vbi suprà.
Item vt dictũ est cessabit pœna bonorũ à nostra,l.designata si † delinquens
filios legitimos habet, vt ex dict. l.3.
tit.18. part.7.dixit Ant.Go.vbi suprà,
& de excusatione incestus etiam extra matrimonium quod ignorantia
† facti excusetur probatur ex, l.1. ibi,
A fabiendas,tit.18 part.7.& Cardi.optime in Clement.1.de consan. & affinitate, vbi declarat an ignorãtia † consanguinitatis sit iuris, vel facti, & inquit Cæpola consil.6. nu.20. quod in
dubio ignorãtia † præsumitur etiam
si sit in iure vt excusetur quis à pœna
corporali, licet arbitrarie puniri debeat, maxime in rustico & in minore
secundum Cardi.vbi suprà, col. 4. &
in col.5.inquit per iuramentum ignorantiæ præsumitur, ignorantiam
non fuisse affectatam, sed hæc multa prudentia sunt consideranda nè
talia delicta remaneant impunita
& videbis optimum consilium Crauetæ. 321. in quo defendit à suspicione incestus fratrem, qui per biẽnium
cum sorore sua in eodem † lecto iacuerat, & in hac materia maior probatio requiritur & efficacior, † cum
naturale fœdus mihil in talibus suspicari permittat, vt dicitur in cap.cum
in iuuentute, extra de præsumptio.
quibus lex nostra & totus titulus hic
remanet satis declaratus.

Nam & lex.8. finalis nostri tituli est ampliatiua.l.5.6.& 7.tit.1.libr.5.
suprà,vbi diximus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO.XXI. DEL PECcado nefando.

SVMMARIA Rubricæ.

Diabolus fugit nè videat horrendum crimen sodomiæ. num. .

Scriptores primum verborum significationem mox rerum cognitionem expiscant. num.2.

Verbo, Nefando. *nostræ Rubricæ peruersio naturæ demonstratur. num.3.*

Peccatum sodomiæ est de peccatis in cælum clamantibus, nn.4.

Delictum proprie quod dicatur, peccatum vero quid. nu.5. &.6.

Maleficium non punitur sine dolo, peccatum vero culpa tantum nu.7.

Peccati appellatione omne delictum tam voluntarium, quam inuoluntarium continetur. num.8.

Peccatum contra naturam triplex est. numero.9.

CVM de luxuriosis delictis ac peccatis superioribus proximis titulis dictum sit, nunc de peiori obscæno & nephando peccato agitur, & in hac Rubrica, aliqua dicemus singularia breuissimè, quoniam in declaratione legis nostræ, & eius verborum exponemus & describemus multa.

Et notanda sunt verba hæc Rubricæ, *Pecado nefando*, quasi nõ tandum, ita enim est abominabile, quod neque fari de illo honestum, nec decens sit, & sic inquit Matthęus Afflictis, in constit. Neapoli. lib. 3 Rubrica, 42. num. 11. quod postquam diabolus ad sic peccandum † hominem induxerit, statim fugiat, vt nec possit cernere tam horrendum crimen, & refert idẽ additio. Ber. Diaz, in pract. can. c 86. addit. 1. vers. vsq; adeo: ideo tiõ sine mysterio legislatores hoc nomine nũcuparunt, nam in tradendis artibus, ac scientijs in vniuersum omnibus, cum potissimum ordinem approbarunt omnium gentium seculorumque scriptores, quo primum verborũ significatio, mox rerũ cognitio explicatur: † nã cũ omnis oratio omne vè scriptum, & verbis & rebus per ipsa verba explicatis cõstet, neq; possint verba tedẽ habere, si rẽ subtraxeris, neque res lumen, si verba sumoueris, consequens sit, vt sicut rerum potior dèbet esse cognitio, ita & verborũ prior debeat esse interpretatio. Quo sum enim dicebat Tubero, sunt nomina, ac vocabula, nisi vt per ea tanquam lumen quoddam, etiam res, quas signant intelligãtur, & mẽs ac voluntas proferentis percipiatur? Nam verborum ministerio sensa, ac doctrinæ omnes sunt explicandæ, secundum Celsum in l. Labeo, de supel lec. legata, cumque singulæ disciplinæ, quin & singulæ earũ partes & articuli proprijs gaudeant vocabulis, qui poterit auditor vel lector quod audit, vel legit, intelligere, nisi prius vocabulorum, quæ propria sunt illius disciplinæ, & super quibus tanquam propria sede ac fundamento vniuersa illa scientia requiescit, vim atque proprietatem exacte perceperit, cum ad ea omnia, tum quæ dicuntur, tum quæ scribuntur, referenda sint, qua in re summos viros elaborasse non parum scimus, prout fuerunt iurisconsulti, Labeo, Seruius, Sulpitius, Ael. Gal. & quotquot sunt eorum nomina prędscripta legibus cõpositis per Tribonianum & cæteros Iustiniani parhedros sub tit. de verborum significatione, de legatis. l. 2. & 3. de auro & agent. legat. & de fund. inst. & de supel. legat. de rebus dubijs. & similibus, tum & edictorũ prætoris, ita vt Aristotel. methodi præcipuus ac supremus omnium obseruator. 4. physi. testatum reliquerit, scire quid nominis principium esse doctrinæ, nam & Pollux partem esse sapientiæ dixit, quid quo nomine cẽseatur, in primis nouisse. Quintilia, in. 5. non immerito huic verborum tractationi tertiam ciuilis sapientiæ partem tribuit, testaturque iurisconsultorum laborem summum circa verborum vim, proprietatemque versari. Quo circa legislator hic hæc considerans peccati huius fœditatẽ, abominabilitatẽ & spurcitiam vno verbo declarauit, nefando, illud vocans, quoquidem nomine † peruersionem naturæ demonstrat, horrendum esse crimen significat, omnibus animalibus rationabilibus & irrationabilibus cõtrariũ & odibile, & de peccatis in cælũ clamãtibus nominatur, † vt vltra alios nominat illud Pet. Cantis. in sua doctrina Christ. tit. de peccatis in cælum clamantibus, & vocatur in præsenti hoc nomine, *Peccado*, quasi nullus illud ingnoranter committit, sed sciẽter, glo. enim in cap. si peccatum Dauid, de pœni. distin. 1. inquit delictum dicitur † propriè, quod ignoranter fit, iuxta illud delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, peccatum vero, quod scienter, † vel dici potest, quod maleficiũ non punitur sine dolo, at peccatum punitur etiam si culpa † tãtum intercedat, ex text. in principio instituta, de obligatio. quæ ex quasi delict. ibi sed quia neque ex maleficio neque ex contractu obligatus est, & vtique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri, quæ verba sumpta sunt ex Cayo, in l. ex maleficijs. §. si iudex. ff. de actio. & obliga. & sic in nostro tit. peccatũ nominatur, quasi in eo cõmittendo culpa sufficiat, licet dolus non adesset, sed quia raro sine dolo est, dicemus proprius, latori atque eodem proprio significatu, quod peccati appellatione, omne delictum, tam voluntarium † quam inuolũtarium continetur, vt probat text. in l. 2. in princ. de legibus ibi, correctio autem voluntariorum & non voluntariorum peccatorum, quo loco põderandum, quod ibi Martia. ex Demosthe. expresserat per hoc nomen peccatorũ, Papinia. in l. 1. eod. tit. expressit per hoc nomen delictorum, dum inquit, lex est delictorum, quæ sponte, vel ignoranter fiunt coertio, vt scilicet intelligamus nomina hæc delictum, & peccatum confundi in hac materia criminum, & ideo in tit. nostro per verbum, *Peccado*, locutus est legislator delictum includens & denotans eius grauitatem per hoc verbum, præsertim iuncto verbo sequente, *Nefando*, Coitus autem & peccatũ hoc contra naturam triplex est †. Quoddam enim est, quod fit contra naturam humanæ societatis, & istud est, cum fit, cum propria matre, vel filia, nepte, cæterisque descẽdentibus, eadem linea directa. Aliud est cum fit cõtra naturã sexus humani, quod est quando fit cum masculo, vt in. l. cum vir. C. de adulter. Aliud est cum fit contra naturam generis humani, & illud est, quod fit cum brutis, vt. c. clericorum, de vita & honest. cleric.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in princip. vt hæc optime distinxit Paul.Grillan.in tract.de pœnis omni. coit.quæst.2.&.8.& peculiari modo dicitur hoc sodomiæ peccatum contra naturã,& largo modo, omne peccatum est contra naturam, secũdum Damas.& Sanct.Tho.relatos per glo. *E costumbre*.in principio titul. 21.part. 7.vbi in.l.1.declaratur, vnde originẽ sumpserit peccatum hoc sodomiæ:& in principio ipsius tituli declaratur, quid sodomiticũ peccatum est quod committunt homines quidam cum alijs hominibus contra naturalẽ consuetudinem,& naturam & cum dixerit contra naturalem cõsuetudinem & naturam, comprehenditur etiam si committatur cum fœmina extra vas naturale,vel cum brutis,vel cum descendẽtibus,nam & hæc sunt contra naturalem consuetudinem, & omnia hæc sub illis verbis comprehenduntur, & hæc prorubrica sufficiant.

SVMMARIA.

Sodomia peculiari nomine dicitur peccatum contra naturam,lærge verò omnia alia peccata etiam contra naturam dicuntur,num.1.&.2.

Iura omnia contra nefandum peccatum insurgunt,num.3.

Sodomiæ peccatum naturali legi repugnat num.4.& alijs legibus & iuribus vt nu.9.&10.& cum alijs numerii & est contra Deum,num.7.

Peccatum in Deum idolatriæ esse dicimus,numero.5.

Amicitia, quæ est inter virum & vxorem, dicitur secundum naturam,num.6.

Diluuium induxit Deus in mundum ob hoc crimen sodomiæ,num.8.

Libidinum aliæ species,quam sodomiæ naturales sunt,num.11.

Sodomitæ omnes in toto mũdo extincti sunt in nocte in qua Dominus noster Iesus Christus natus fuit,num.21.

Sodomia est maius crimen quam cognoscere matrem,num.13.

Sodomita si mortuus resurgeret iterum deberet puniri, num.14.

Sodomita aduocatorum auxilio destituẽdus est,num.15.&.16.discutitur hoc.

Sodomita etiam si nobilis sit torqueri potest, numero.17.

Iura transgredi an liceat ob enormitatem criminis,num.18.

Sodomita quomodo in foro interiori puniebatur,& in exteriori ecclesiastico foro quomodo punitur si est clericus,nume.19.& 20.vsque ad.24.

Clericus sodomita inhabilis est ad ingredien dum beneficium,num.21.

Sodomita si est laicus quomodo puniendus tã in foro ecclesiastico,quam seculari. n.25. cum pluribus sequent.

Sodomita infamis est,& bonis priuatur, & inhabilis ad testandum,numer.29.vsque ad.34.& num.35.quid si sunt bona maioratus & subiecta restitutioni an confiscabuntur,num.36.&.37.&.38.

Vxor sodomitæ potest petere diuortium, nu. 39.&. num.40.idem si tantum maritus attentauerit cum vxore.

Sodomia ita cũ muliere extra vas sicut cum masculo committitur,num.41.&.42.idẽ si cum bruto animali.

Animal brutum cum quo sodomia commissa est occidirur,nume.43.& an tunc habent locum nostræ legis pœnæ contra talem sodomitam.n.44.

Peccatum mollicisi exercens an incurrat nostræ legis pœnam,num.45.

Sodomita cum Iudæis vel Mauris vel cum mortua muliere an punietur pœnis sodomitæ,num.46.

Sodomiæ crimen sufficit attentare vt conatus puniatur,num.47.

Sodomia excusatur si vi compulsus fuit vel est minor.14.annorum,num.48.&.49. licet non debet remanere impunitus si patieus est,num.50.

Fœmina viri officio fungens si aliam subiecerit an puniatur, num.51.vbi num.52. quid si habet instrumentum ad hoc.

Nullus excusatur à sodomiæ pœnis quacunque sit præditus dignitate, num.53.

Pœna non est remittenda in atrocissimis etiã ob bene merita in rempub.num.54.

Sodomiæ pœna etiam clericus & monialis puniendi sunt,num.55.

Mulier cocunte cũ bellua puniẽda est.n.56.

Probatio

Probatio minor in sodomia requiritur cũ occulte committatur. num.57. dum tamen sit duorum testium etiam non idoneorum, num.58.& num.59.an per testes singulares probetur,&.n.60.&.61.

Socij confessio in sodomia nõ sufficit nisi ad sint adminicula,num.62.&.63.&.65.

Testis vnus extraneus à delicto non sufficeret ad torturam in sodomia,num.64.

Confessio dicentis se sodomiam commisisse non sufficit ad pœnam ordinariam nisi ad sint adminicula,num.66.

Confessio dicentis se hæreticum non sufficit ad pœnam ordinariam,num.67.

Verba, Por esse mismo hecho, *importãt ipso iure,num.68.*

Sodomita ipso iure bonis priuatur,num. 69. etiam sine delaratione,num.70.

Conatus punitur in sodomiæ crimine.n.71.& sic etiam si semen non emiserit,numer 72.& num 73.reprobantur aliqui dicentes in sodomia non puniri conatum pœna ordinaria,& num.74. quis conatus debet esse,&.n.75.quod debet de eo constare.

Accessum si quis habeat ad alium nõ per vas exterius sed inter crura vel in alia corporis parte extraordinarie punitur, numero.76.

Sodomita etiam ex officio solo iudicis puniendus est,num.77.

Processus læsæ Maiest. humanæ quomodo formetur remissine,num.78.

Nominum testium danda est copia etiam in sodomiæ crimine.n 79.

Lex Prima.

Summarium.

Qualiter Peccatum nefandum contra naturam & probãdum sit,& puniendum,& de eius abominatione.

IBI, *En los otros peccados*, nã vt diximus in Rubrica huius nostri tituli, omne delictum dicitur peccatum, sed peculiari modo sodomia peccatũ dicitur contra naturam, largo verò
1 modo omnia† alia etiam peccata cõtra naturam etiam dicuntur, vt probatur ex lege nostra, ibi *Especialmẽte es el crimen cometido contra orden natural*, quasi in sodomia plus proprius †
2 & specialius id sit, quã in alijs: decuius delicti enormitate plura dixerũt doct. vt apparet ex Maria Socino in rubri.extra de adulter,n.19.23.&.31. & Salzedo in additio.ad pract. cano. Ber.Diaz,cap.86.additio.1.

IBi, *Cõtra orden natural*,& id tripliciter cõmitti posse diximus in rubrica huius tituli,sed de duobus tantũ modis loquitur lex nostra,scilicet, de commisso inter homines,vel cum brutis, de quibus in dicta rubrica diximus.

Ibi, *Contra el qual las leyes y derechos se deuen armar*, omnia enim iura contra huiusmodi nefandum peccatum proclamant, † vt inquit iuris consultus
3 in.l.cum vir. C. de adulter. ijsce verbis notandis,cum vir nubit, in fœmina viros paritura quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum, vbi scelus est id,quod non proficit scire, vbi vnus muratur in alteram formã, vbi amor quæritur,nec videtur,iubemus insurgere leges armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdãtur infames, qui sunt,vel qui futuri sunt Rei, hæc sunt verba dictæ legis, quæ verba lex nostra imitatur in ijs nostris, naturali enim legi hoc sodomiæ peccatũ
4 aduersatur, † vt probare conatur Lucas de Pena in.l.3.col.3.C.de exactio. & execu.lib.12.dicens cõtra naturam dicitt, quia nõ solum ex eo Deus,qui est summa natura, offenditur, sed etiam quantum in patrante est, ipsa humana natura deletur,sicut dicimus peccatum in Deum idolatriam, vel similia,debent quippe homines fidem
5 † naturæ sicut Deo,vt sicut quilibet genitus est,sic alium sibi similem generare disponat, quia per coitum naturaliter auctum & cõseruatum sit genus humanum quodam modo immortale, vt in auth.denupti.in principio

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipio.l.liberorũ.ff.de verborũ significatione&ad hoc mulieres à naturacõstitutæ sunt vt partus ederent,vt. l.2. de indict. viduj. tollen. in coitu vero contra naturam,quia spretis mulieribus,quas ad hoc natura creauit,quantum ad gentes non seruatur humana species,sed deletur manifeste ab ipsa natura execrabili quodã apostatur odio,item qui homo est à natura cõiugale magis quã politicum, ex quo amicitia,quæ est inter virum & vxorem † dicitur secundum naturã vt ex Aristo.8. Ethico,igitur maiorẽ fidem debet homo cõiugio, & naturæ, quã Princ.& ideo videtur ex tali crimine ipsa natura humana,quin etiam naturæ creator,& qui vnũ factus est cum ipsa natura, qua huiusmodi libidinis diuersitate polluitur, cap. adulterij, 32.quæst.7.non enim Deus sic fecit homines vt illo modo libidinis vterẽtur,& ideo si homines omnes taliter vt sodomitæ peccarent, omnes eodem criminis reatu diuina lege tenerentur.32.quæst.7.flagitia, vt hæc & alia refert ad probandũ quod hoc crimen est contra naturam Lucas de Pena,vbi suprà, sic etiam est † contra Deum,vitiatur enim isto delicto & peccato societas, quæ nobis dicitur esse cum Deo,cum natura cuius est ipse autor libidinis peruersitate polluitur:& sic iege diuina reprobatũ est cum Genes.cap.37. pessimum crimen appelletur, & iterum in cap. 18. peccatum eorum aggrauatum est nimis,& in cap.19.passim Deus detestabile crimen proclamat, vt ipsius indignitatem & fœdam malignitatem in cœlum vsque clamare,& inde sui vindictam exposcere dicat:& ideo exclamabat Paul.ad Romanos.1.& tradidit illos Deus in possessiones ignominiæ,nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vsum ob hoc que crimen (si Metodio credimus) Deus diluuiũ † induxit mũdo,& duos Iudę filios interfecit Her,& onam,gene.38. vt & alibi Deus ipse dicit,descendã& videbo vtrum clamorem opere compleuerint, an non est ita,quasi in admirationis modũ dixerit, vix possum credere tantũ nefas reperiri in homine,vnde volo videre clare hoc malũ, si ita est,vt puniã:vnde ad Loth.iussũ & ab infandis Sodomitarũ stupris abhorrẽtẽsic Angeli locuti sunt, delebimus locum istum, cõ quod increuerit clamor eorũ coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos: Igitur Dominus pluet super Sodomam & Gomorram fulgur & ignem à Domino de cælo, & subuertit ciuitates has &omnes circa regnum,vt Gene. dict.cap.19.iure etiã ciuili † ex dict.l. cum vir.C.de adulter,& in auth.vtnõ luxur.homi.contra natur. reprobatũ est hoc peccatum,iure etiam canonico † ex dictis decretis,& etiam nostris proprijs Põtificum & pertorum, tit.21.part.7.& ab ipsis etiam & irrationabilibus animalibus crimen hoc abhorretur, & ita detestabile est & fœdum, quod nominare etiam hoc vitium turpissimum est ne etiam discentis os, & aures audientium polluantur,vt in. c. in eo fornicator. 13. quæst. 4. aliæ enim omnes libidinum species † naturales sunt & à naturæ instinctu & regula, & quodammodo à naturæ dictamine (licet non à ratione) vt inquit Dam Houder, in pract crimi.capitulo,96. numero. 1. proficiscuntur, hoc vero solum peccatum spretis naturæ legibus,imo extra naturæ cancellos violenter erumpens, ipsam naturam aperto marte oppugnat, violat, confundit,& naturæ permissis regulis abutitur,ex quo refertur in repertorio inquisitorũ,verb.sodomia,& per Mat te.Aflict.in.2.par.cons. Neapol.lib.6. rubr.42.n.14. vnum mirabile scilicet, quod

quod dies † natiuitatis Domini nostri Iesu Christi sic manifestata est per sodomitas,quod omnes sodomitæ in toto mundo in illa nocte extincti sint,sicut dicit Hieronimi. super illud Esai. 9.lux orta est eis tãta,quod omnes laborantes in illo vitio extinxit,& hoc fecit Christus vt omnes eradicaret,nè in humana natura, quã assumpserat de cætero immunditia inueniretur,nam vt dicit Augusti,vidẽs Deus vitium contra naturam in humana natura fieri,ferè desijt incarnari,&idẽ Aug.dicit, quod est maius crimẽ,quã agnoscere † matrẽ, vt.32. q. 7.adulterij, hæc in dicto repertorio referũtur, quinimo si sodomita punitus & morte mulctatus vitæ redderetur plures mortes,deberet † recipere, vt impurũ spiritũ renascens pœna retorqueret,secũdum Quintili. in milite Mariano, & Lucam de Pena, vbi suprà,item,ob crimen hoc fames, pestilentiæ,terræmotus,mittuntur à Deo, imo & innocentes puniuntur multoties,& infames sunt delinquentes ij,& omni honore & bonis priuati & morte ignominiosa puniendi, imo aduocatorum auxilio destituendi † si credimus Baldo, in auth. sed nouo iure.C.de ser.fugiti. sed opinio hæc omni † iure & ratione destituta est & ideo in praxi nunquam recepta, vt videmus cotidie & asserit addito,Ber.Diaz, in pract.canoni.cap. 86.versic.vnde in tanti, nam si aliter fieret, multi innocentes punirentur, prout &eos vidi pluries pro liberis absolui,quia delictum non erat probatum sufficienter,vel cum testibus inimicis,ideo defẽsio nulli est denegãda imo ex. l.nostra id probatur clarissime dum probat informationes cum testium nominibus dandas reis ijs accusatis,& in progressu nostræ.l. alia dicemus.

Ibi, *No digo de nombrar*, vt in gloss. præcedenti diximus,ex text. in capi. in eo fornicator.32.quæst. 4.& optime per Iudocum dã houder. in pract. crimi. capitul. 96. numer. 25.cum.2. sequent.

Ibi, *Por el qual la nobleza se pierde*, & sic pro crimine hoc si nobilis illud cõmittat,torqueri † potest,vt diximus in.l.4.num.37.titul.11.lib. 6.& tenet Auend.responso.31.num.9.

Ibi, *Y es aborrecimiẽto en el acatamiento de Dios*, vt diximus in glo.2. huius l.ex.cap.18.&.19.Geneſis.

Ibi, *Y se indigna a dar a hombre pestilencia y otros tormentos en la tierra*, vt inquit text.in auth. vt non luxurie. homi. con.natur.& in cap.clerici, de excessi.præla.li.tit.21.part.7.

Ibi, *Y nace del mucho oprobrio y denuesto a las gentes, y tierra donde se consiente*, addo,capitul.flagitia.32.quæst.7. & text.in princip. titulo.21.partit.7. vbi glo. *A la tierra*, nostram legem allegat ad hoc,& Lucas de Pena,in.l.3. C.de exactio.& executo.lib.12.col.3.plura in hanc rem considerat, & vide cap. si gens Anglorum.63.distin.vbi videtur significari ob hoc permissum à Deo venire Sarraceenos in regna Hispaniæ & aliarum prouinciarum.

Ibi, *Y es merecedor de mayores penas si por obra se puedan dar*, vt in.l. cum vir C. de adulter.probatur,ibi,in exquisitis pœnis, & in hoc delictum potest verificari dictũ illud Innocen. in ca. 1.de constitu quod ob enormitatem criminis licet iura transgredi,& licet cotidie ad hoc Inocen.dictum allegetur male intelligitur,ideo pro intellectu vi. † Hippoly.in pract.§.diligẽter num.175.cum sequent.& in cons.52. num.16.vbi etiam id intelligit dummodo delictum probetur,& vide decisionem Thom.Grãma.nu.3.&.4.& Iaſin.§.ex maleficijs,num.14. inſt.de actionibus,vbi id intelligit in iudicibus supremis, secus in ordinarijs, qui

renetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenentur leges ad vnguem seruare,
& Auiles,cap.1.nu.18.cum.4.sequen.
fol.mihi.38.

Ibi, *Y comoquier que por las derechos y leyes positinas antes de agora establecidas*, iunctis verbis sequent. *Y porque las penas antes de agora estatuydas no son suficientes*, nam quoad forum conscientiæ erat pro pœnitentia excommunicatio
19 septem † annorum,& vltra arbitrio iudicis spiritualis, vt tanto tempore extrà gremium ecclesiæ, & communionē fidelium deberet commorari, donec per congruam pœnitētiam Deo & ecclesiæ satisfecerit. 33. quæst.3.cap.hoc ipsum §.vbi est casus,& dicit ibi,text.ita Paul.Grillan. de pœnis omni.coitus,quæst.2.&.§. in foro autem iudiciali coram iudice
20 ecclesiastico clericus † deponitur & in Monasterium detrudi tur, vt ibi ca. clericos,de excessibus prelato.nota.Ber. Diaz in pract.cano.cap.86.vbi ipse desiderat ob criminis grauitatem quod post depositionem curiæ tradatur, & ibi alij dicit, verbo, detrudatur, inquit quod si sodomita etiam occultus ad hūc pœnitentia peracta suspensus est ab ordinis executione, ideo interim celebrans irregularis efficitur, & non nisi à summo Pontifice posse super tali irregularitate dispensari,& sequitur Clarus in pract. crimi. verbo, sodomia,num.4. inhabilisque est clericus sodomita † ad ingrediendum
21 beneficium; & in eo post ingressum manu retinendos,secundum Rebuf. de pacis.si posset. num. 108.& iam hodie ex motu proprio sanctissimi Domini Papæ Pij. V. post depositionem & degradationem curiæ secula-
22 ri traditur † clericus Sodomita, vt inquit,dictum motum proprium referens; additio. Ber. Diaz.d.c.86.super verbo, curiæ traderetur,vbi ipse contra Naua.inquit,ex illo motu proprio non requiri vsum & exercitū

clerici in hoc peccato ad hanc pœnā
23 sed fatebere † te mel illud commisisse, vt ei imponatur,& ibi alia constitutione id probat non tamen habet locum illa constitutio, in omni actu sodomitico, qui includit omnē pollutionem extra vas ordinarium, sed
24 solum contra exercentem † copulā sodomiticam, & sic etiā satisfactum est inquit Simanc.de insti. Catho.titu. 64.num.77. desinentis etiam clericum committentem hoc crimen degradandum & curiæ tradendum, dat
25 quo vero si crimen hoc † commisit & iuridice ecclesiastico punitus fuit (quia coram eo accusari potest,est enim mixti fori secundum Clar. vbi, suprà,numer.3.) excomunicatur & a cœtu fidelium separatur, quo vsque condignam faciat pœnitentiam, secundum additio,Ber.Diaz,vbi suprà, inglosl.detrudatur,in fin.sed hoc vt dixi est quoad forum conscientiæ, sed quoad exterius grauius punietur, de
26 iure vero ciuili & alijs iuribus † semper hoc crimen fuit vltimo supplicio punitum, vt habetur Leuit. capit. 20. & Exod.22. & ex tex.in.l.cum vir.C. ad l.Iuli. de adulter, & apud veteres seueriss imus etiam pœnis afficiebantur,vt per Valer.Maxi.lib.6.capit.1.& per alias nationes etiam punitur, vt per Menoch.de Arbi.iudi.cap.286.& in auth.vt non lux.homi.& ex.l.1.tit. 21.part.7.pœna etiam ignis ponebatur: sed quia tanto facinori & horrendo non hæ videbantur pœnæ condignæ, ideo lex nostra iustissime auxit pœnas,disponendo,quod igne
27 concrementur, 3 prout fuit factum cū illis de Sodoma & Gomorra, & ante Iustiniam etiam tēpora hæc etiam mortis pœna igne infligebatur,vt inquit Additio illa Ber. Diaz, vt igne exaresçat,qui igne diabolico & horrēdo incensus simile nefandum committere ausus erat:item infamis est sodo-

28 sodomita, † vt ex.l. nostra inferius expresse probatur,& tenet glo. in.l.1. §. remouet. ff. de postul. & in dict.l. cum vir, præterea commisso crimine statim ac ipso iure efficitur reus
29 criminis & dominio bonorum † priuatur,glo.in auth.de incest. nupt. §.1. glos.in cap.cum secundum, in princ. de hæreti.in.6.Bar.in.l.imperator, de iure fisci.& communis & magis communis,ex Berm.& Claro testatur per additio.Ber.Diaz vbi suprà,versi.quæ sane, & sic bona istius fisco applican
30 tur ipso iure † confiscata, & ita ex. l. nostra clarissime probatur, in versic. Y *que assi mismo aya perdido*, ex quibus inferunt Doct.quod talis sodomita
31 intestabilis efficitur,† vt inquit glo. intestabiles, in.§. testes, inst. de testam.quam cōmuniter approbatam testantur Relati per Salce. in dict. additione ad Ber. Diaz, in dict. capit. 86.versic.punitur etiam sodomita, siue sit patiens siue agens tale peccatū
32 nefandum, † vt inquit Menoc. vbi suprà,num.9.&.10.& Matien.in.l. 3. glo.7.nu.4.tit.4.lib.5.suprà,& Auend. in dictionario,verbo.sodomia,etiam si Tellius ibi,nume. 35.cum sequent. in ea.l.3.aliud.velit,& etiam si Salce vbi suprà, velit eum defendere, nam vltra quod loquuntur cōtra commu nem,& contra text.ibi, est etiam eorum opinio contra legem nostram nullam etiam declarationem, pœnæ incursæ amissionis bonorum requirentem, & sic neque dici potest non esse cōdemnatum & sic priuatum bonis statim quod delictum hoc cōmisit, cum in illo puncto priuetur eis ipso iure,neque interim quod ita esse declaratur,poterit minus dici, posse de eis testari, cū vtrūq; casum prouideat lex nostra, & sic de bonis, quæ tūc habebat delinquens cū delictum
33 commisit, testari minime † poterit sodomita siue fuerit agēs siue patiēs, eo quod pœna est certa tempore cōmissi delicti,sed de bonis post delictū
34 † commissum acquisitis bene poterit sodomita testari, eō quod lex nostra tempus commissi criminis sodomiæ respicit,non vero condemnationis,quod secus si tempus condemnationis respiceret, prout in hæretico, qui quidē vsq; tūc dicitur se perseuerare in delicto,ita cōsiderat optime Matien.vbi supra,numer.6.& nouissime Velazquez de Auend.in.l.4.Taur.glo. 7.num.16.&.17.vbi,nume. 18. inquit quod neque ad pias etiam causas po
35 terit testari de bonis ijs ipso iure † cōfiscatis, & ita etiam succincte tenuit Salce.vbi suprà, versi. illud autem circa,& secundum hoc declaranda sunt dicta per nos.in.l.3.numer.18. &.19. dict.tit.4.lib.5.suprà,& consequenter videtur quod si testetur, & moriatur antequā condēnetur non valebit te
36 stamentū † de quo late agit Barba. in quæst.disputata post consi.fin.volumin.1. cōsiliorū suorū sed si alia bona sodomita nō habeat nisi illa solū quæ maioratui subiecta sunt non venient
37 in confiscationem, † sed trāsibunt in sequentem vocatum ex clausula consueta apponi per constituentes maioratus,quod priuant successores committentes crimen ob quod bona confiscantur vna hora antequā illud cō mittere cogitauerint,vt transeant in successorem vocatum, vt diximus in titulo, *De las trayciones*, suprà isto libr. & si non adesset dicta clausula adhuc
38 non fiscaretur, virtute confessionis † factæ in præiudicium successorum, vt inquit Auend.lib.1.capit. 22. n.7. ver sic. ex quo,neq; alio modo vt inquit Spino in speculo testam.glo.19.prin. num. 48.cum sequent. item propter sodomiam mariti potest vxor diuortium petere siue cum ea,siue cū alio
39 † maritus tentauerit eam committere,ex text.in capit.omnes causatio

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes.32.quæstio.7. quam communem & magis communem testatur Iuli. Clar.in dict.§.sodomia,num.7.& Salzed.vbi supra, versi. & propter hoc, vbi idem dicit si tantum Maritus ac
40 tentauerit cū † vxore, id facere cōtra Innocen.volentē in hoc differre sodomiam cum vxore tentatā,ab illa quæ cum alio vel alia,vt hoc secundo casu diuortium non fieret, in primo autem sic,sed indistincte tene esse locum diuortio nisi ipsa mulier esset cōsentiens,nam tunc & ipsa puniretur, sicut Maritus,eo quod sodomia ita cū muliere extra vas ordinarium & naturale committitur,sicut cum masculo, † vt tenet Ant.Gom.in l.80.Tau.
41 num.32.& Coua.alios allegantem in 4.part.2.capi.7.§.5.num.7. fol.102.ex cap.adulterij,& cap.vsus.32.quæst.7. & Menoch.infra allegandus,num.5. & Iuli. Clar. in dict §.sodomia, num. 2. & idem etiam est si cum bruto animali id quis vel quæ perpetrauerit, vel tentauerit nam eadem punitur
42 pœna, † ex cap.mulier.15.quæst.1.& Exod.cap.22. ibi, qui coierit cum iumento morte moriatur,& Leuit.cap. 20.vbi & brutum occidi iubetur, & tradit Ant.Gom.vbi supra, nume.35. & Menoch.dict.casu.286.num.6. & Iodocus dā Houder, in pract. crim. cap.96. num. 13.& est tex. expressus in.l.2.in fin.tit.21.part.7.vbi etiam dicitur quod animal occidatur, ne co
43 relicto viuo † remaneat memoria talis delicti,sed an etiam in hoc casu habebunt locum pœnę nostræ.l.& Ant. Gom.in dict.nu.35.inquit quod sic& bene,quia hic est,& sodomiticus ve
44 re & sic eadem † est puniendus pœna:licet vt optime aduertit Ant. Go. vbi supra.in alijs qui speciem aliā contra naturam exercent molliciei peccatum committentes emittendo semen super terram vel in foraminibus
45 terræ vel parietis,non habebunt † lo-

cum pœnæ nostræ.l.& similium,licet alia essent pœna extra ordinaria puniendi,& isti magis proprie vocantur à latinis māstrupatores, qui exilio aut alia pœna extraordinaria puniendi sunt,vt &inquit Menoch. vbi supra, num.18.& Iodocus in dict.cap.96.nu. 5.&.6.vbi inquit quod quia istorum factum & crimen tale ad notitiam iudicum non peruenit,quia clam.in abscondito & secreto perpetratur,& in secreta sacramētali confessione confessoribus manifestantur, ibique perpetuo absconditū celatur tale crimen & raro,ob sui fœditatem & pudorem ad alicuius notitiā erumpit,ideò quoque rarò & fere nunquam huius criminis punitio cōspicitur, nihilominus execrādum est & fugiēdum hoc crimen & puniendum extra ordinaria pœna si verificetur, quid tamen
46 erit siquis cū Iudęis Turcis † Sarracenis,vel vel cum fœmina mortua coierit,vide Iodoc.vbi supra, nu. 29. cum sequent.in hoc tamen crimine sodomiæ de quo lex nostra tractat, vtrā dicta ob eius enormitatem solus co-
47 natus † punitur & attentatus, vt in l.nostra probatur, vbi & dicemus:excusabitur tamē,ab hoc crimine & pœ
48 na eius si per vim quis sit compulsus † illud agere aut pati,nam ibi nullus potest dari consensus, vel si agens, vel
49 patiens sit minor, † 14.annorum,ex l.2.tit.21.part.7. & Menoch. vbi supra numer.19.etiam si sit doli capax & semē emittere possit,ex text.in l.9.tit. 1.partit.7. iuncta ponderatione glos. 2.ibid & tenet expresse Ant. Gom. tom.3.vari.cap.1,num.60. vbi dicit se in facto liberasse quendam puerum vndecim annorum qui accesit ad canem & emisit semen:sed si puer esset patiens non debet remanere inul
50 tus & impunitus † vt dicit optimè glos.dict.l.9.sed leuiter & extra ordinarie puniri, & sic solent in carcere

flage-

flagellari, & aliqui iudices faciōt eos trahi transitorie per flāmas ignis absque eo quod lædantur; & licet hanc practicam nō reperiā quo iudices desumpserint; audio tū sic fieri, debet tū pēsitari ætas fragilitas & doli capācitas talis,& cōditio ei⁹,vt per flāmas trāsferat & portetur, ideò alia pœna cōdigna extraordinaria puniri posset, q̄ discretus iudex videbit,licet impunitum non debet puerum parientem doli capacem relinquere:sed
51 quid si fœmina viri officio fungens aliam subiecerit † fœminam,& Couarruuias, in Quarto, parte.2.capitulo.7.§.5.numero.7. inquit pœna extraordinaria puniendas, nisi aliquo
52 instrumento † ad hoc vterentur, vt inquit Anton. Gomez, in l.80. Taur. numero.34. & Gome.Leon. in centuria, informatio.1.capit.37.libro.8.titulo.21.quibus quidem id quod principaliter lex nostra disponere voluit remanet decisum & declaratum.

Ibi, *Que qualquier persona de qualquier estado, condicion, preeminencia, o dignidad que sean.* & sic nullus excusatur,
53 siue sit nobilis, nobilissimus, dignobilis, dives, aut pauper, nam qui totum dicit nihil excludit,item siue sit masculus siue fœmina, vt dictum remanet in hac lege,& in crimmibus atrocissimis etiam ob bene inerita deliquentis & suorum in rempubl.
54 non est pœna † remittenda, vt per Tiraquel. de pœnis temper.causa.49. numero.13.vbi cum sequent. plura specialia ob atrociratem numerat, imo & si sit clericus minorum siue maiorum ordinum, siue monachus aor monialis, non est immunis à pœ
55 nis tanti sceleris † per ius impositis,debet tamen esse maior. 14. annorum, vt in hac lege diximus, & de
56 muliere coeunte † cum bellua, vi-

Azeuedo super. 8.

decō lectaneā iuris cano pag.47. col. 2.cum seq.

Ibi,*Seyendo en el conuencido por aquella manera de prueua, que segun derecho es bastante para prouar el delicto de heregia,* o crimē læsæ Maiestatis,de qua quidem probatione diximus,in titulo, *De los hereges*,& in titulo, *De las treyciones*, suprà, isto lib.& ex ijs verbis inquit Auendreſpōſo.35 colūna penul. quod in crimine sodomiæ vera requiritur probatio ad condemnandum, prout ex ijs verbis probatur, *Seyendo en el conuencido*, & sic requiritur quod sit conuictus vera probatione,secundum qualitatem delicti, quod quidem cum
57 occultē committatur,minor † sufficit probatio,vt per multa tra iit Iaſ. & Hippolytus lati per Auend.ibi, vbi & inquit quod licet minor probatio sufficiat, & inhabiles testes,licet non infames possent admitti,tamen probatio ioreg a vel per confessione hominis vel lanæ mōtis vel per duos te-
58 stes requiritur † in probatione hæresis,vt inquit Siman.de instit. catholi. tit.64 n.36.vbi tamē inquit debere esse omni exceptione maiores, & illa sufficiet in crimine sodomię,& sic probabilia indicia sufficient, vt bene & optime fundat & tenet idē Auen.respon.32.partotū.vbi n.4. inquit quod
59 per testes singulares † probari potest, cū soleat habere tractum successiuū,
60 cuius cōtrariū tenet Siman.de instit. cath.di.tit.64.n.73. nisi secūdū eū ibi
61 n.81.tenēdā sit cū Iaſ. & Hippo. & alios plures sint, nāsi eorū testimonia verosimilia sunt,vt dixerit plenā fidem eis facere,& sic dicta plurium traditum & vsu fori receptū esse dicit, nō tamē sufficeret socij cōfessio nisi alia adsint
62 adminicula,vt vt Auend. l.respōſo.21. nu.7.versi.& quod socij,communem dicit,& hanc etiam in casibus exceptis magis communem testatur Ro-

Vu lan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

land. Valle, consil. 16. num. 17. volum. 1. & consil. 33. num. 25. eodem volumine, & sic dictum patientis, vel agentis non sufficit ad condemnationem † nedum in principali, sed neque etiam ad torturam, nisi aliæ coniecturæ & adminicula concurrant, vt ibi Auend. num. 8. & Roland. consil.
63 73. num. 19. volumine. 1. Imo neque vnus testis extraneus à delicto sufficeret ad torturam, nisi & alia adminicula † adessent, quia etiam in crimine læsæ maiestatis vnus testis sine alijs adminiculis ad torturam nõ sufficeret, contra gloss. in l. 3. C. ad l. Iu-
64 l. maiest etiam si Auend. vbi suprà, num. 9. velit vnum testem ad torturam in hoc sodomiæ crimine sufficere, & Decian. consil. 363. num. 6. volumine. 5. sed mihi non placet, nisi alia concurrant adminicula, vt diximus in. l. 3. nu. 84. titul. 10. lib. 4. suprà, & sic dictum socij in hoc crimine non sufficiet etiam † si vt testis deponat & cum temperamentis positis per Auend. dict. Responso. 31. num. 7. cum sequentibus, vt ibi in versic. &
65 quod socij, communem dicit & nos iam supra proxime diximus, ex Roland. à Valle, imo neque sola confessio dicentis se sodomiam commisisse sufficiet saltim ad pœnam ordinariam † nisi & aliquibus coniecturis & adminiculis iustificata sit, sicut neque sufficit illius qui confitetur se hæreticum saltim ad pœnam ordinariã
66 † vt inquit Siman. de Institut. Catho. titu. 13. num. 2. & 3. nam (vt alibi diximus) etiam si quis confiteatur mortes & maria, & sic furasse & homi-
67 nes occidisse, nisi iustificetur hæc confessio particularizando quos & quot homines & vbi & verificando illos homines fuisse mortuos vbi ille dicit & nesciri à quo, nihil ei nocebit confessio sicut neq; in nostro casu nocebit, nisi dicat cum quo & quando & vbi sodomiam commisit, & iustificetur hoc aliquibus coniecturis & adminiculis, & faciunt dicta per Simanc. ibidem, num. 4. cum sequentib.

Ibi, *Que sea quemado en llamas de fuego*, vt in eo puniatur in quo deliquit, igne enim libidinis & luxuriæ peccauit, igne etiam puniatur, & hæc pœna cotidie practicatur vt diximus in gloss. *Y como quier*, huius. l. vbi posuimus pœnas quas isti nefarij delinquẽtes incurrunt, & tradit Rebuf. in. 1. tom. constit. Fran. titu. de constit. in proœmio. gloss. 5. num. 46.

Ibi, *Por esse mismo hecho*, & sic ipso iure, verba enim hæc hoc importãt, nam verba ipso facto, & ipso iure † idem important, secundum Bar. l. 1.
68 circa mediũ. ff. de ijs qui notan. infamia, relatum per Roland. Valle consil. 90. nume. 21. volumine. 3. vbi alia de hoc verbo, ipso iure, dicit: & præsertim illud scilicet, quod vbi adsunt verba, ipso iure, nulla requiritur declaratio, sed fallitur nam requiritur vt diximus in titul. *De las confesiaciones*, lib. 4. supra, & in. 5. titu. 11. lib. 5. supra, & ex. l. nostra, probatur in sequentibus verbis, *Y sin otra declaracion*, nam si non esset necessaria declaratio lex nostra non adderet verba hæc, *Sin otra declaracion*, & quod de iure etiam ipso iure bonis priuetur sodomiticus & perdat eorum dominium † diximus in hac. l. in gloss. *Y como quier*, &
69 tradit Iulius Clarus, in pract. crimin. verbo. *Sodomia*, num. 6.

Ibi, *Y sin otra declaracion*, similia verba apposita sunt in dict. l. 5. titul. 11. lib. 5. sup. vbi diximus, quod hæc verba, intelliguntur † quoad hoc vt so-
70 domita hic ita amissionis pœnam incurrat bonorum suorum, quod statim dominium eorum perdit, & aliter

nare ea non possit, non tamen vt excludant declarationem requisitam pœnæ incursæ, nam & hæc declaratio facienda est, declarando bona amississe ipso facto quod delictum commisisset, & esse fisci & ei applicata fuisse per legem declarando nullas omnes alienationes talium bonorum post delictum factas.

Ibi, *Y se pronaren y aueriguaren ellos muy propinques*, specialis casus ob gra-
71 uitatem delicti in quo affectus † & conatus punitur ac si vere delictum fuisset commissum, quoties deuentum est ad actum in quo verisimile est non stetisse per ipsos quin delictum perficerent sodomiæ nisi aliqua occasione impedirentur ambo, vel ille qui delictum hoc committere tentabat, vt clarissime ex verbis ijs & sequentib. probatur, ita vt li 73
cet iam ex consuetudine generali totius mundi, vt inquiunt Bald. consil. 294. ad euidentiam, volumine. 1. & Barba. consil. 21. numero. 18. volumine. 2. non puniatur conatus, inde 74
suetudine m. d. si is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de sicar. & l. si quis non dicam rapere. C. de rapt. virgi. vt docent Ioann. Faber. Paul. Castren. Iaf. & alij plures. Relati per Rebuf. in. 1. tom. constit. Franc. in proœmio sub. titulo. de constitutio. gloss. 5. numero. 28. & 29. tamen in hoc crimine sodomiæ conatus & affectus punitur ac si cum effectu crimen perficeretur, ex lege nostra digna profecto lex catholicis regibus & religiosissima ac sincerissima Hispania, vt inquit plures allegans Siman. de institu. catho. titulo. 64 numero. 76. vbi 75
& allegat, ad hoc. l. fin. titulo. 21. par. 7. & l. fin. titulo. 9. libro. 4. fori, & Anton. Gomez. l. 80. Taur. numero. 34. & gloss. in l. 2. titulo. 31. partit. 7. & sic
72 etiam si non semen emiserit † punie-

tur, vt & tenet Iodo. Damhouder, in praxi crimi. capitulo. 96. numer. 16. cum tribus sequent. vbi in numer. 18. ex hoc inquit, quod quicunque pueros aut adolescentes furantur aut rapiunt, vt cum eis suam innaturalem hanc venerem exerceant, hi profecto si actum nondum perfecerunt plectendi sunt vti veri delinquentes, & si actũ consummauerint puniendi sunt ambo, nisi vis in patiente probetur: & quod in terminis nostræ. l. conatus deuẽtus ad actum. proximum eisdem pœnis, quibus perficiens punitur non est quid dubitemus cum lex nostra id expresse probet, etiam si Iuli. Clar. in dict. praxi crimi. §. sodomia, num fi. & iterum in. §. fin. quæst. 92. nume. 2. & Menoc. dict. casu. 286. nu. 16. velint conatem hoc delictum pœna arbitraria puniendum, sed ex lege nostra reprobantur. 4

Ibi, *Que no quedasse por el tal delinquẽte*, hoc enim regulare est, scilicet, quod cum quis de conatu est puniendus debet talis esse conatus, quod per
uenerit ad actum † proximum, 74
ita vt intelligatur per delinquentem non stetisse delictum illud committere, nisi aliqua ex causa impeditus foret, prout communem esse opinionem testatur Iuli. Clar. in dict. §. fin. quæstione. 92. ex Grammatico, consilio. 36. numero. 19. & debet tunc de attentatu & conatu plene constare, saltim per eum modum probationis, quæ sufficeret in crimine hæresis, secundum Auendan. responso. 35. numero. fin. versic. & quauis attenta qualitate delicti occulte commissi, quod si vere nõ constaret de conatu tali non licet † leges trãsgredi, secundum Auend. vbi supra, ex Grammatico, voto. 34. in fine, inquit tamen ex hoc Anton. Gomez, in dict. l. 80. Tauri, numero. 34. in fine, quod si quis habeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceſſum etiam ad alium nõ per vas exterius, ſed inter crura, vel in alia corporis parte, vel manibus abutendo & ſemen emittendo non punitur ordinaria pœna, ſed extraordina-
76 ria, aliqua, † quia ſicut naturalis ac 79
ceſſus eſt cum muliere per vas conſuetum, ita cum hominibus per vas exterius ad ſodomiæ crimen & ponderat adhoc dict. l. cum vir. C. de adulter. ibi vbi ſexus perdidit locum: & quia quando delictum requirit certam formam & qualitatem illa deficiente non eſt delictum, & cum in ijs caſibus non per vas exterius id attentauerit puniendus non eſt ordinaria pœna, ſed extraordinaria vt per Anton. Gom. ibi.

Ibi, *Se pueda proceder en el dicho crimen a peticion de parte o de qualquier del pueblo*, idem probat. l. 2. tit. 21. part. 7. & iure optimo, Reipub. enim, expedit nè delicta remaneãt impunita, & ſic etiam
77 ex officio iudicis puniendum eſt, † vt probant verba ſequentia, cum vt dictum eſt omnibus illius terræ vbi hoc delictum committatur fiat iniuria, vt probatur in dict. prin. tit. 21. part. 7. & quia ſic proceditur in crimine læſæ Maieſtatis, cui proceſſus noſtri delicti adæquatur, & proceſſum læſæ Maieſtatis humanæ deſcribit Decia.
78 † de delictis. 2. tom. libro. 7. capit. 42. cum. 2. ſequent. & capit. 45. declarat, de probatio. adhibendis.

Ibi, *Pero que de los teſtigos que fueren tomados en el proceſſo deſte dicho crimen ſe pueda dar y de copia y traſlado de los nombres dellos y de ſus dichos y depoſiciones al acuſado:* poſuit lex noſtra (meo vid eri) verba hæc non ad denotandum, quod regulariter non ſit danda copia, accuſato nominum & depoſitionum teſtiũ nã danda eſt niſi in caſibus vbi aliud de iure reperitur † expreſſum, vt diximus in. l. 4. tit. 1. gl. fi. ſup. iſto lib. ſed appoſita fuerunt, vt intelligeremus, quodquanuis in hoc crimine ſodomiæ ſit procedẽdum ſecũdum quòd proceditur in crimine hæreſis, vt ex lege noſtra probatur, non tamen quo ad denegandum nominum & depoſitionum teſtium copiam, quæ denegatur in hæreſis crimine, & ideo lex noſtra hoc expreſſit, vt intelligatur quoad hoc non eſſe idem in hoc delicto, quod in crimine hæreſis, quibus quidẽ lex noſtra & ei' materia & titulus remanẽt ſatis declarata: neque eſt amplius immorandum in ea, cum vt dictum eſt, neque de hoc crimine hortẽdo expediat diutius ſermonem facere, & niſi neceſſarium non eſſet, pro legis noſtræ declaratione tot verba proferre omiſiſſem ea, nam & ipſimet legiſlatores cum de hoc crimine tractant, pudiciſsime, & cum omni modeſtia loquuntur & tam recte vt nihil offendiculi lectoribus effunderent, putabant enim ſatis eſſe ſi rem tam horrendam & pellicibilem iudici quocunque modo inſinuarint, & ſic nos etiam putamus ſatis eſſe pro ei' declaratione ſupradicta retuliſſe, & an gaudeat eccleſiæ immunitate, vide Humada. l. 4. titulo. 11. parti. 1. num. 4. & 5.

TITV-

TITVLO. XXII. DE LOS

que matan, o hieren, o vienen contra las Iuſticias.

SVPERIORI tit. dictum eſt de peccato nefando pro cuius punitione iudices vigilare debent & omnidiligentia inueſtigare veritatem, in cuius inueſtigatione & punitione ſolent reſiſtere delinquentes, & iuſtitiæ miniſtros occidere vel vulnerare, ideo ſubſequitur tit. noſter pœnas proponens reſiſtentibus, & niſi ſic continuaueris hunc titulum difficulter ad præcedentem continuabitur.

SVMMARIA.

Bona plura reſultant ex timore etiam Regis humani, num. 1.
Conſiliarij Regis honorandi & reuerentian diſunt, num. 2.
Proditio an committatur contra Regis conſiliarios, num. 3. & 4. 2
Timor eſt de quatuor quibus humanum peruertitur iudicium, num. 5.
Conſiliarij Regis non ſolum tenentur ei bene conſulere verum & inſiſtere et nè aliquid inbeat iniuſtum, num. 6.
Delinquentes in atrociſſimis an gaudeant immunitate eccleſiæ, num. 7.
Reſiſtens pro defenſione ſuæ perſonæ & rerum non incurrit pœnas reſiſtentiæ, num. 8. & num. 9. quid ſi pro iniuria ei facta. 3

Lex Prima.

Summarium.

Pœna contra occidentes vel vulnerantes Regis conſiliarios & iudices hic Azeuedo ſuper. 8.

BIbi, *Es el temor y el recelo*, nam ſicut ex Dei timore plura bona reſultant, vt inquit. l. 9. tit. 12. part. 2. & alibi dixi
1 mus, ſic & ex Regis humani, † cum caput ſit regni vt inquit. l. 6. tit. 9. p. 2. & quia populum timere & colere Regem non ſufficeret, niſi & eius conſiliarios quis timeret, & coleret, quaſi in obſeruatione & conſeruatione eorum Regis conſeruatio & rerum ſuarum conſiſteret, & in ijs eorum qui iuxta ſe cotidie exiſtũt, vt dicitur in principio tit. 16. par. 2. importat maxime adhibere timorẽ & reuerẽtiam, ideo lex noſtra iuſte iubet, colendos ac timẽdos Regis conſiliarios, & eos qui iuxta ſe cotidie exiſtunt, honorãdi enim & reuerentiandi hij ſunt, iuxta. l. 1. & 2. dict. tit. 16. part. 2. eo quod vt ibi dicitur in. l. 1. non tantum ipſi iniuriantur ex contrario facto, verũ & ipſe Rex, ex quo ibi gloſſ. prima, quærit an proditionis crimẽ ita committatur contra Regis Conſiliarios, ſicut † contra ipſum Regem, & ibi examinat, de quo & nos diximus in titulo, *De las trayciones*, ſupra iſto libro, & Olanus in Concord. Antinom. in correctione legum partitarum, in correctione partitæ ſeptimę, numero. 127. inquit per noſtram l. pœnam aleuoſiæ ponentem corrigi .l. ſecundã, titulo ſecundo partit. 7. pœnam criminis leſę maieſtatis impo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 imponentẽ occidenti † Regios Con
filiarios,& vide quæ alibi diximus.

Ibi, *Por que temen de no consejar al Rey bien lo que deuen*. Si timerent se ab hominibus posse sine magno reatu offẽdi:& ad excludendum hũc timorem lex nostra iuste procẽsit imponendo pœnas illis, qui regios consiliarios& adstantes ad latus eius offenderint,
5 timor enim est de quatuor, † quibus humanum peruertitur iudicium, vt in cap. quatuor modis. 11. quæst. 3.& consiliarij regis debent in libertate relinqui, vt quæ iusta sunt consulere possint, imo neque ab ipso Rege sunt compellendi neque terrẽdi vt iniustas literas subscribant, ipsique consiliarij, non solum tenentur, bene consulere Regi verum & opere insistere
6 nè Rex iubeat aliquid † iniustum, se cundum gloss. per text. ibi, in. l. 25. titulo. 14. partit. 2. & ideo non sunt terrendi.

Ibi, *Por que tiene en nuestro lugar la iusticia*, sunt enim vicarij Regis, quod si rex iustitiam, magnates, & populum amare tenetur, vt optime apparet ex. l. 1. & toto titulo decimo, partit. secunda ipsi etiam Regis Consiliarij idem facere debent. Honorando omnes secundum personarum qualitatem, æquabiliter omnibus iustitiam faciendo absque timore, præmio, & affectione, denique non faciendo ea, quæ ipsi velint sibi ipsis non fieri, vt inquit dict. l. 1. vbi in. l. 2. optime id exemplificatur, quæ singularis lex est, & cotidie præ oculis ab ipso Rege & consiliarijs habenda & legenda, vt sciant seruare omnia ibi dem contenta & descripta, sic enim & iustitia fiet, & honor eis debitus adhibebitur per populum, pro vt iuris est, & Deus illuminabit corda eorum vt rectè iudicent, recte officia conferant dignis & bene merentibus, recteque se in omnibus habeant, vt sic Deo & Regi ac hominibus placeant, & vnicuique quod suum est tribuant.

Ibi, *No sea osado de matar ni herir*, nullus enim debet eos facto vel dicto in honorare, cum Regem ipsum in his offendant, vt probatur in dict. l. 1. tit. 16. partit. 2. & videnda sunt quæ diximus in. l. 1. glos. *Haziendo*, titulo. 18. suprà, isto lib.

Ibi, *Que sea por ello aleuoso*, vide quæ diximus in glos. prima, huius nostræ legis.

Ibi, *Y si lo hiriere o prẽdiere*, in atrocissimis enim delictis conatus interficiendi sufficit, vt in propositum inquit Didac. Perez. in. l. 39. titul. 18. lib. 3. Ordin. vbi & quærit an gaudebunt tunc immunitate ecclesiastica tales
7 † delinquentes, & inquit contra Auendan. ibi allegatum, quod sic, de quo alibi circa proditorem Regis diximus.

Ibi, *Pero si qualquier de los officiales cometiere pelea no vsando de su officio*, tũc enim sic resistens pro defensione suæ personæ & suarum rerum non
8 incurrit † legis nostræ pœnam, vt ex l. 3. versiculo *Pero qualquier*, titulo. 16. partit. 2. probatur, excusatur enim qui ad suam defensionem aliquid facit, vt per Ant. Gomez, de delictis, capitulo. 3. numero. 20. &. 21. & multo fortius excusatur à pœna aleuosiæ de qua hic, si ob inimicitias particulares consiliarij & alterius personæ hic contentæ aliquis interficiat, vulne
9 ret, vel iniuriet † eos vt hic probatur, & si benè meminidiximus in titulo, *De las trayciones*, suprà, eod. libro. & tenet Didac. Perez, hic sub. l. 1. titul. 12. libro. 8. Ordinamen. glo. 2. ad fin.

Sum-

Lex Secunda.

Summarium.

Pœna etiam mortis & bonorum licet non aleuosiæ imponitur occidentibus vel incarcerantibus locũ tenentes personarum in lege præcedente cõtentarũ, vel cõtra locũ maiorẽ ter ẽtes Toleti, Hispalis, Cordubæ, Sanctensis, Murciæ, vel de Algezira, vel alguazelũ maiorẽ cuiuslibet loci dictorum, & alia etiã lex nostra disponit.

1 BI, *Contra los que anduuieren por los mayorales o por qualquier de los sobre dichos*, hic habes text. quod etiã † locũ tenenti fit resistentia, sicut fit illi cuius locum repræsentat, vt diximus in l. 10. titu. 5. nu. 7. & 8. lib. 3 supra etiam si Did. Perez, in. l. 1. tit. 12. lib. 8. Ordin. glo. 2. in medio, aliud velit, ex lege nostra hic, non imponente omnem pœnam, cõ quod inquit Pœnam Aleuosi non imponi occidẽti, vel incarceranti locum tenentem, sed licet ita sit, non tamen negatur quin resistentia fiat locum tenenti, sicut fit illi, cuius locum tenet, & repręsentat, pœna tamen secundum dignitatem personæ, & loci sunt considerandæ, vt in. l. 5. infra eod. in glo. *Y si alguno*, dicemus.

Ibi, *Y si hiziere qualquier destos yerros cõtra alguno de los que anduuierẽ por ellos*, versiculus hic loquitur & procedit, quoad substitutos dictorum locum tenẽtium hac in lege descriptorum, & nisi sic intelligatur esset contrarius suprà dictis, & ideo est sic omnino intelligendus & declarandus.

Leges. 3 & 4. sequẽtes sunt ampliatiuæ, & extẽdunt legem nostrã, & præcedentem scilicet, vt habeant locum lex ista, & præcedens & earum pœnæ etiam contra coadunantes gentes contra aliquem ex contentis in eis, siue sit cum armis, siue absque eis: vel cum aliqui inuadunt dictos officiales, vel aliquem eorum ad occidendum, vel vulnerandum etiam si ad effectum id non perducant, puniendi sunt pœnis in ijs legibus contentis contra delinquentes ibidem declaratos & comprehensos, secundum quod in vnaquaque harum legum disponitur, & declaratur.

SVMMARIA.

Resistere nullus potest iudicibus iustitiã exercentibus. num. 1.

Iudici vel nuntio dicenti se ab aliquo iniuriatum vel resistentem an credatur, nu 2.

Iudex, cui resistitur, & iniuria fit, an possit procedere, num. 3. & 4.

Familiaris iudicis de resistentia deponens nihil probat, num. 5.

Offendens famulum potestatis non potestatem virgam imposito non tenetur, numer. 6. nisi sic, num. 7.

Iudici petenti auxilium, & qui del Rey teneatur qui non occurrit, num. 8.

Opem ferens Parricidio eadem pœna & eum eadem qualitate punitur, num. 9.

Actus secundarius regulatur à primitiuo, num. 10.

Aleuosus vel proditor non censetur eximens proditorem vel aleuosum à manibus famil. numer. 11.

Consilium vel fauorem præstans mitius punitur quam principalis, num. 12.

Eximens alium à manibus iustitiæ an duplici pœna puniatur, num. 13.

Septem conclusiones circa eximentem alium à manibus familiæ, num. 14.

Carcer etiam datur pro pœna, num. 15.

Iudex vel Alguazelus an possint resistẽtem occidere vel vulnerare, num. 16.

Exilium inuitare vel remittere soli Regi cõpetat, nu. 17. nisi. vt. n. 18.

Omnes illi, qui super crimine super quo pronuntiatum est, possunt dispensare poterunt & pœnas iniunctas minuere. n. 15. & nu. 20. exemplificatur.

Lex Quinta.

Summarium.

Pœnæ resistẽtium iudicibus, & official-

Universidad de Deusto
Biblioteca

libus iustitiæ ciuitatum, villarum, & populorum in præsente lege describuntur.

1 HABI, *De fendemos*, & sic nullus potest iudicibus vel officialibus Iustitię, iuste † exequentibus iustitiam, resistere ex text. in. capit. qui resistit. 7. quæst. 1. & in l. addictos. C. de Epis. audi. glo. in capit. præsentium. 7. quæst. 1. diximus aliqua in l. 13. tit. 23. libr. 4. supra, & in formam regulæ cum ampliationibus & fallentijs nouissime tractat. Ioann. Gracianus, in suis reg. & fallen. reg. 406. resistere, & in. l. 2. tit. 11. libro 3. suprà, alia retulimus. Et an credatur iudici vel nuntio dicenti
2 sibi iniuriam, † & resistentiam factã vide Pari. d. de Put. in tract. syndicatus, verbo nuntius. c. 3. fol. 301. in nouis, & Didac. Per. in l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. col. 827. versic. est tamen, & diximus in l. 3. glo. *Que tenga*, tit. 3. lib. 4. suprà, &
3 an possit iudex, † cui resistitur, & iniuria fit, cognoscere de hoc, dixi. in l. 10. num 8. tit. 5. lib. 3. supra, & tradit Iuli. Clarus, in lib. 5. recep. sent. quæst. 35. num 26. §. fi. in casu tamen in quo cognoscere posset *De resistentia*, & iniuria, id procederet, si ratione officij
4 ei fieret, secus † si vt priuato, secundum Rolan. Valle, cons. 48. num. 7 cũ 4. sequent lib. 2. & notandum, quòd si testis *de resistentia*, deponens est familiaris iudicis, & iudex ex officio pro
5 cedit † nihil probat, secundum Abb. in cap. 1. num. fin. de iudic. Item siquis offendat famulum potestatis nõ portantem virgam iustitiæ non tenetur,
6 † vt per Bald. in tract. syndicatus, fol. mihi. 7. in paruis col. 2. in fin. & Auen. cap. 22. præto. num. 11. in fi. lib. 1. & ca. 21. nu. 4. lib. 2. quòd ego intelligerem
7 nisi esset notus resistenti, † & officia iustitiæ administrabat, vt alibi diximus. Et quid si iudex petat auxilium præsentibus dicẽdo, *A qui del Rey*, qui non præstiterunt, dic quòd tenebun
8 tur † de negligẽtia, secundũ Ananiã, in cap. sicut §. illi etiam, nume. 5. & 6. de homi. quia desidia, vel negligentia alicuius punienda est, text. in l. 3. ff. de offi. præf. prẽto. l. magistratus. ff. de administ. rerum, Cap. decis. 149. Neapol. diximus latè in l. 8. nu. 5. cum sequen. tit. 23. lib. 4 suprà,

Ibi, *Que reciba essa misma pena q̃ el otro auia de auer*, Imo & cum eadem qualitate, sicut in Parricidio contingit in quo eadem, & cum eadem forma &
9 qualitate punitur cõsulens, † & opẽ ferens Parricidio, ex text. in. §. alia deinde lex, inst. de pub. iudi. l. 12. tit.
10 8. pa. 7 actusque secundarius † regulatur à primitiuo, secundum Hippol. in pract. §. opportunè, nu. 66. & Feli. in capit. sicut dignum. numer. 1. de homicid. non tamen est censendum idem crimen commisisse, quia lex nostra hoc non dicit, sed tantum quòd eadem pœna puniatur & consequenter si liberatus à manibus familiæ commiserat aleuosiam, vel proditionem liberans eum & eximens à potestate iustitiæ non est censendus vel iudicandus aleuosus vel prodi-
11 tor, † licet eadem pœna puniatur, quia quoad pœnam æquiparatur nõ vero quoad crimen & delictum, & sic lex nostra non dicit quod committit idem crimen, sed tãtum quòd eadem pœna puniatur: neque obstant nostro tex. adducta per Hippoly. cons. 24. numero. 16. cum seqũen. & consili. 30. numero. 15. & consili. 39. numero. 56. & consil. 47, numero. 3. & in l. si in rixa, numero. 50. & 52. ff. de sicari. vbi inquit quod stante lege vel statuto, quod præbentes auxilium fauorem vel consilium eadem pœna puniantur, adhuc de-
12 bet mitiori † puniri, quia loquitur in solum præstante auxilium uo>silium, vel fauorem malefico ipsi,

non verò loquitur, prout nos loquimur in eo, qui nouum maleficium committit eximendo captum à iustitia, qui criminis, & huius resistentiæ author dicitur, non verò auxiliator, in quo amplius dubitari quidẽ posset, an duo maleficia committeret, & duas pœnas, vnam in eximendo, aliã, vt eadem pœna puniretur, qua esset plectendus ille quem eximit, & liberauit à manibus familiæ, prout in simili dubitauit Corneus, consil. 8. lib. 3. vbi tandem concludit, non duabus,
13 sed vna esset † tantum plectendus pœna, & bene prout ex lege nostra probatur, & septem conclusiones circa eximentem captũ à manibus † fa-
14 miliæ vide per Didacum Perez hic sub l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. pag. 250. cũ sequentibus.

Ibi, *Este medio año en la cadena*. Hic est text. probans, quod carcer etiam
15 datur pro pœna, † sicut pro custodia, de quo diximus in l. 5. tit. 6. lib. 3. suprà num. 9. & notat Didacus Perez hic sub l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin. glos. *en la cadena*. Sed an iudex, vel alguazellus, cui resistitur, possit resistentem occi-
16 dere, vel vulnerare † si se defẽdat, tradit Didacus Perez vbi suprà pag. 251. colum 2. & nos diximus in l. 8. nu. 15. cum sequẽtibus. tit. 23. lib. 4. supra & alibi etiam.

Ibi, *Antes del dicho tiempo sin nuestro mandado*. Hic est text. expressus probans, quod regulariter soli Regi com
17 petit exilium mutare, † & remittere, vt probat text. vbi diximus in l. 15. tit. 5. lib. 2. suprà num. 1. vbi limitabis,
18 nisi † ex causa, & post hæc tenuit Didacus Perez hic sub. l. 5. titul. 12. glos. *tiempo*, lib. 8. ordin. Omnes enim alli, qui super crimine, super quo pronuntiatum est, possunt dispensare, poterunt in foro iudiciali etiam post sen-
16 tentiam pœnas † iam iniũctas minuere, vel cõmutare, vt de Inquisitoribus & de Episcopis, & de alijs similib' habẽtib' potestatẽ disponẽdi, † ex tex. in cap. vt commissi §. nec non faciendi. & ibi glos. & Doctores, de hæreti. in. 6. & Innocen. in. c. dilectus. colũ. 2. de tempo ordin. quos & alios refert, & sequitur Loazes in allegatione de mula. 1. dubio, in responso ad. 5. & 6. fundamentum. nu. 39. & 40. pag. 327. in paruis. & vide Paris. consilio. 1. volumine. 4.

Ibi, *Y si alguno matare a los Alcaldes, o a los alguaziles, o merinos que estuuieren por los mayores en las villas, o a los Alcaldes, o jurados de las aldeas*, ab hinc incipit prouideri circa officiales positos à iudicibus in villis, locis, & populis subiectis capiti iurisdictionis, & sic *contra los Alcaldes de villas subjetas, o Alcaldes y Jurados de las aldeas*, in quibus minorẽ pœnam lex nostra imposuit. Nam ex persona, loco, & tempore, iniuria, & delictum iudicatur maius, vel minus, vt in. §. atrox. inst. de iniurijs. & in. l. 20. tit. 9. part. 7. & sic minor, vel maior imponitur pœna, vt ibidem probatur, & diximus iam in hoc titulo, sub. l. 2. glos. 2. & Didacus Perez hic sub. d. l. 5. tit. 12. glo. *fixiere*. lib. 8. ordin.

Ibi, *Sea la mitad para nuestra Camara*. Hinc colligit Didacus Perez hic sub dict. l. 5. glo. fin. tit. 12. lib. 4. ordi. quod cum pœna hæc pro crimine sit imposita, & Cameræ applicatæ dicetur causa criminalis, sed si parti solũ esset applicanda, ciuilis non verò criminalis iudicaretur: de quo vide quæ vltra omnes latè diximus in. l. 8. tit. 18. nu. 1. cum seq lib. . suprà.

De lege. 6. & sic finali nostri tituli, nõ est quid latius insistamus in hoc titulo pro eius declaratione, eo quod clarissimum est in iure vnumquemque debere auxilium, & fauorẽ præbere iustitiæ, vt & remissiuè diximus in. l. 5. glo. 1. ad fin. suprà isto titulo, & lib. 1. ideò deuenio ad alios titulos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO XXIII. DE los Homicidas.

SVMMARIA Rubricæ.

Homicidium qvid est num.1. & à quo dictum.nu.15.
Occidens existentem in vtero an & quando teneatur de homicidio,nu.2.& 3.4.& 5
Abortum prætendens vteri iam animati an teneatur de homicidio,num.6.
Abortum an facere liceat fœtus nondum animati ad mulieris prægnãtis salutem.n.7.
Abortum faciens mulier ob verecũdiam & pudorem an excusetur.num.8.
Abortum facere si dubiũ est an fœtus sit animatus,& abortu facto nascatur mortuus an teneatur de homicidio. n.9.& nu. 10. an debeat probari fœtum esse animatum.
Venenadãs ad sterilitatẽ homicida est.n.11.
Mortuum hominem percutiens nõ accusatur de homicidio.nu. 12.
Partus quãdo dicetur animatus vel nõ.n.13.
Monstrosum partum occidens an teneatur de homicidio,nu.14.
Homicida dicitur siue quis occidat dolo siue fraudo,nu.16.
Homicidij genera quot sint.n.17.vsq; ad.21.
Homicidium vnde originem duxerit, & de eius gravitate vsque ad. 24.
Homicida quatuor lædit.nu.25.
Homicidiũ quibus iuribus prohibitũ sit.n. 26
Homicidium an possit statuto permitti, nu. 27.& an possit statui quòd pro homicidio pœna pecuniaria imponatur,nu.28.

VIa & in resistẽtia quæ fit iudicib⁹ & eorũ ministris solẽt homicidia interuenire,ideo post titulũ præcedẽtem subsequitur noster hic titu.

Pro cuius Rubricæ introductione declarãda sunt aliqua.Primo,quid est
1 homicidiũ ⁺, & dicẽdum quod homicidiũ est corporis peremptio, authore Aug.lib.19.cõtra Faust.c.23. & de pœni.dist. 1.c.homicidiũ,sed quia diffinitio hæc cõprehẽdere põt corpus inanimatũ,ideo idẽ Aug.lib.1. de libero arbit.inquit,corpus autẽ intelligo humanũ & animatũ, cũ alioquin petẽptio nõ cõueniat corpori inanimato. idq; cõstat, ex.c. homicidium.23.q.5. vbi dicitur, homicidiũ esse hominis occisionẽ,vt & probatur in.l.1.tit.8. p.7.homo aũt cõstat ex anima rationali & carne,& corpore,at homo nõ dicitur sine anima. c. in quibusdã, de celebra.miss.c.cũ Christus.de hæreti. l.in l.Falcid.placuit.ff.ad.l falcid.etenim homicidij pœna plectetur, qui hominẽ in vtero existẽtẽ interemit,
2 quod intelligo si iã erat animatus⁺ in vtero, nõ vero alias, quia ex corpore & anima, verus & homo & creatura
3 ⁺subsistit,secũdũ Arist.in.2.de anima, & in.c. 1.de partib⁹ anima.sicut & cũ quis mulieri prægnãti poculũ dedit, vel quid aliud dolo fecit,ex quo abortus secutus est,& sic post hum⁹ decessit,postquam anima erat infusa, tunc
4 mortis pœna ⁺ tenetur & homicida est, ex.l. quis aliquid.§.abortionis.ff. de pœnis.tex.in.l.pen.C.ad.l.Cor.de Sica.l.8.tit.8.p. 7.si vero anima nõdũ
5 erat infusa nõ tenetur ⁺ pœna mortis sed pœna arbitraria,text.qui sic debet intelligi in. l. mulierẽ.ff.ad.l.Cor. de Sicari.tex.in.l Cicero,§.1.ff.de pœnis. &ita tenet glo.l.diuus Seuerus. ff.de extraord.crimi.& ibi Bart. & cõmuniter Doct.teste Anto. Gom. Tom.3. de delictis.c.3.n.32.etiam si Ant.Thesaur.decis.Delphina.12.n.13.nihil. distinxerit â fœtu animato, vel inanimato in matre, & quod vtroq; casu exilij non pœna mortis puniatur,nisi mulier talis prægnans pecunia data fecerit

fecerit abortum,vt substitutis locum daret:tunc enim etiam si non existẽs in vtero sit animatus, punietur mortis pœna, secundum glo.*desterrada.* in d.l.8.titu. 8.part. 7.sic declarando dictam.l.Cicero. & Couar.lib.2.variar. 10
c.20.nu. 10. & Plaza de delictis.c.20. nu.5.& Anto.Thetau.in decisio Delphina.decis.12.in fi.& idẽ si animatus erat secuta tamẽ mors nõ fuit ,eadẽ est pœna coercendus abortum prætendens illius, qui est in vtero 11
6 animatus, ex.l.pen. & ibi Doctores. C. de sicari,& ex.l.diuus. & ex dict.l. 8.teste Plaza de delictis.cap.20. nu.4. licet hoc durum videatur, quia si nõ moritur,mitiori pœna, quam mortis deberet puniri,sicut & mitiori pœna extraordinaria punitur, abortum fa- 12
cies corporis nondum animati.ex l.mulier.ff.de sicari.& ibi Hippoli.sic sane intelligẽs. tex.in.c.si aliquis, de homici. vbi ipse Plaza in nu.5. vet sic. hinc etiam infert ad decisionẽ quæ- 13
stio. satis frequentatæ, an liceat potionibus alicui remedio, abortum facere fœtus nondum animati ad fœ-
7 minæ ⁺ prægnantis salutem, cum tanẽ constitutum sit eam ex puerperio morituram, vbi inquit mitiori pœna puniendum. ex.l.item si obstetrix in princ.ff.ad.l. Aquili. & signanter per Carrer. in pract.§. homicidij nu.8.ad medium. non tamen si iam constat fœtum esse animatum, vel dubium sit, secundum Florenti. 3. parte suæ summæ,titu.7.cap.2.§.2.& Paul. Grilla. de delictis. lib.2. in quæstione, de veneno. ad quæ debent multum ad- 14
uertere Medici,neque excusatur mater secundum Anto. Thetau.d.nu.13.
8 si ob verecundiam, & ob pudorem, & honorem ⁺ seruandum fecerit. Sed quid si dubium est, an fœtus animatus sit, nec ne, & abortu facto nascatur ⁺ mortuus,an etiam teneatur eadem pœna mortis. & Anania in. c.si-
9 cut.de homici.& ibi Cardi.& alij plerique tenent idem esse, nisi forte negatiua probetur, sed contrarium est verius,imo quod in dubio non teneatur, nisi probetur esse fœtum animatum tunc temporis ⁺ ex ratione tex. 10
in.l.absentem. & in. l.interpretari. ff. de pœnis, & ex dictis per nos. in.l.1. nu.2.tit.8.lib.5. suprà. & ita tenet expresse Ant. Gom. in dicto.c.3. nu.32. & glo *sed vina.* in dict.l.8.titu.8.part.7. & Plaza de delictis.c.9.nu.10.imò & qui dat venena.⁺ ad sterilitatem homicida est.c.si aliquid. de homici. & sic qui partum abigit, vt dictum est. & notat Decia.Tho.2.de delictis. lib. 9.cap.18. num.7. sic & si quis percutiat hominem mortuum, minimè accusatur de homicidio, ⁺ secundũ Decia. ibi, nu.9. & Plazã. de delictis. c.9. num.8.&.9.licet de iniuria, vt ibi dicit.teneatur,& dicitur partus animatus in masculo post.40.dies, in fœmina ⁺ verò post.90.secundum Aristot. relatum per Anto.Gom.vbi suprà & Plaza.dict.c.9.nume.8.sed secundum glos.2. in dicta.l.8.secundum naturales,in masculo post.40.dies, in fœmina verò post.60.quæ notanda sunt ad proprios motus Summorum Pontificum,Sixti Quinti,& Clementi Octaui, super abortibus editis,diximusque in definitione homicidij hominis, vt intelligas, siue sit maris, siue fœminæ cuiuscunque ætatis, dum tamen non sit ex toto monstrosi,puta, quia non haberet formam humanam, secus si eam haberet, licet deficeret aliquod ⁺ membrum, secundum Anto.Gom. vbi suprà.& glos.l.1.titul.8.part.7.& Plaza.d.c.9.nume.11.& sic maiori ratione, occidẽs animal irrationale nõ committit homicidium. Alia verò addit Didacus Perez hic sub rubr.tit. 13.libr.8.ordin.huic diffinitioni, scilicet, quod homicidium est hominis peremptio, iustè, vel iniustè facta, vt sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic comprehendatur homicidium ad defensionem necessariam factum, vel ex permissione legis, vt à iudice, sed hæc addere non est necessarium: nã comprehẽditur sub illa diffinitione, homicidium est hominis peremptio, nam comprehẽdit iniustum, vel iustũ, dolosum, vel nõ dolosum, casuale vel ex proposito, & sic omne cõprehẽdit homicidiũ. & dictũ est homicidiũ, à cædendo, & à cæde, † quasi hominis cædes, sic & vox ista occisio, siue occisus, quasi hominis cædes, vt probatur in. l. ita vulnerat'. in princ. ff. ad. l. Aquili. & tradũt Hostiẽ. & cæteri Summistæ, sub tit. de homicidio. & probatur in cap. cum homo. & ibi Archidia. 23 quæst. 5. Abb. c. sicut. de homici. homicidaque Romulus in legibus suis vocat parricidas, à voce ista, par paris, quod, scilicet, parẽ sibi quis occidat, vt inquit Decianus. 2. to. de delictis. lib. 9. cap. 18. num. 1. & 2. vbi num. 7. inquit, homicidam esse, qui dolose qualitercunque hominẽ occidit, id est, vita priuat, siue manibus, pura strangulando, vel suffocando, siue pede, calce, aut pugno, ense, vel hasta, aut palo, vel lapide, vt ibi exemplificat, sed meo videri abũdat in hac homicidæ diffinitione, verbũ, illud, dolose, nam siue quis dolo, siue sine eo alium occidat, homicida dicitur, † vt probatur ex text. in princip. titu. 8. partit. 7. licet quoad pœnarum impositionem distinguatur dolosus, à non doloso. Secundò videndũ est, quot sunt genera homicidij. & quotuplex † sit homicidiũ, & in hoc Beatus Petrus, vt habetur transsumptiuè, in capit. homicidiorum, de pœni. distinct. 1. & bene explicans Nauar. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. dicit, quod tria sunt genera, & pœnam eorum parilem fere dicebat, videlicet, qui occidit fratrem, & qui detrahit, & rursus, & qui odit, homicida censeri debet, vt bene explicat Ioan. Montolon. in suo promptuario iuris, verbo, homicida, quæ doctrina intelligitur, quod hæc sint homicidia largo modo, secundum Plaçã. dicto. c. 9. nu. 3. vel quoad Deum & forum animæ, vt dicit Decia. vbi suprà. dict. cap. 19. num. 1. quo ad nos autem & propriè, † homicidiũ est multiplex, & primo ex. l. 1. titu. 8. part. 7. est triplex. Primũ, cum quis dolose, & sic iniuste homicidium committit, vt in. l. 2. &. 15. tit. 8. part. 7. Secundum, cum quis ob defensionem propriam, & sic iustè aliũ occidit, vt in eod. titul. &. l. 2. &. l. 1. & 4. nostri tituli. Tertium, cum casuale, & casualiter homicidium contingit, vt. l. 4. &. 5. titul. 8. part. 7. Alia verò est diuisio homicidiorum, à forma, † scilicet, & causa, quoddam est enim homicidium casuale, non formale, vt mandantis, qui verè fuit causa homicidij, secuti ex suo mandato, sed non fuit quo ad ipsum formatum homicidium, quia manibus suis non admisit illud, sed alienis. Quidam verò est homicida formalis, vt eius, qui ex suo proprio animi motu, non ad mandatum, neque contemplationem alterius manibus suis occidit: ipse enim hoc casu dat formam, & causam homicidio. Quidam est formalis, & non casualis, vt qui ad mandatum alterius occidit, ipse non est principalis causa, sed tamen ipse formam homicidium, exequendo mandatum dolose. Quidam est homicida, neque casualis, neque formalis propriè, vt quando in furore quis existens occidit, vel infans, quia neque ipse est causa, neque dat sciens & dolose formam homicidio, sic & qui casu nolens occidit, vt per Bald. consil. 52. volum. 1. & Decia. vbi suprà. dicto. c. 19. num. 2. qui numer. 3. &. 4. alijs modis dicit distingui homicidia, aut ex proposito, aut ex impetu, aut casu, † iuxta. l. respiciẽdum. §. delinquunt. ff. de pœnis, vbi exempla ponuntur: vel distingui possunt, vt ibi, nu. 4. quod scilicet, sint leuiora vel grauiora, sed hæc non distinguũt homicidium in forma & essentia, sed tantum in qualitate aggrauante, vel non aggrauante, & sic non est de ijs curãdum, quoad quæstionẽ nostram, quotuplex sit homicidium, sed tenenda est distinctio. d. l. 1. tit. 8. part. 7. illud, vt suprà diximus in triplicem formam designans: Licet reuera si omnia cõsideramus vnũ tantũ est homicidium & non plura†, licet distinguatur in differẽtes formas & modos illos committendi, vt eis attẽtis sit magis, vel minus punibile, quos modos ponit Siluest. in summa, verbo, Homicidium. 1. nu. 1. & Iul. Clar. in praxi. §. homicidium. nu. 12. Quo ad tertium verò vnde † originem homicidium habuerit, & de eius grauitate dicendum est, quod habuerit originem à Cain, qui fratrem suũ Abel iustum occidit. iuxta text. & ibi glos. non putauerit. in l. si quis homicidiũ. §. crimen pastorum. C. de accusatio. & de grauitate † homicidij nihil erat necesse in medium proferre, cũ omnibus sit notum, sed succinctè considerari potest, quod si omnium terribilium mors est, vt inquit Aristoteles lib. 3. Ethico. cap. 6. & Ecclesiast. c. 41. exclamat: O mors, quam amara est memoria tua. Et Homer. inquit, lib. 6. Iliad. Omnia sunt posthabenda, vt vitæ consulamus, cum nullũ sit pretium vitæ comparandum, ex ijs decerpitur clare grauitas homicidij, & sic inter grauiora, & horribiliora crimina computatur, † ab Abb. in cap. cum contingat. colum. 6. de foro cõpe. ex cap. quæsitum. de tempo. ordi. not. Plaça. de delictis. ca. 9. nu. . &. 5. Quatuor enim † lædit homicida: Primo, Deum. Secundo, respectu occisi ipsum ad imaginem Dei factum occidens. Tertio, parentes vtique occisi, filios, & vxorem. Quarto, Rempub. & Principem, vt hæc prosequitur Plaça. vbi suprà. cap. 10. num. 4 & latius, ac melius Decia. vbi suprà. d. libro. 9. cap. 17. num. 1. cum sequentibus. vbi per totũ hoc capitulum, de grauitate homicidij tractat. Quoad vltimũ verò quibus iuribus † sit prohibitum homicidium, dicendum est, quod iure diuino, naturali, canonico, ciuili, ac regio, statutis & constitutionibus omnium gentium, vt apparet ex Decia. vbi suprà. dict. lib. 9. cap. 20. per totum, quæ longum esset hic referre, cum sit homicidium de prohibitis à lege naturæ, & nu. 22. quærit ex hoc ipse Decia. an statuto † possit permitti homicidium, vel vt ibi etiã quærit in num. 25. an valebit statutũ imponẽs pro homicidio pœnam pecuniariã, † de quo, & per Didacũ Perez in rubr. tit. 13. lib. 8. ordin. pag. 255. colum. 1. ad fin. cum seq. vbi tandem inquit communem esse valere, quod Decia, vbi suprà, dict. num. 25. intelligit esse verum, modo quantitas illa pecuniæ non sit contemptibilis, & homicidium non sit de atrocissimis, vt in parricidio, proditione Regis, assassini, & alijs similibus: & secundum hæc dicit posse cõcordari opiniones Doctorum sibi contrariantium, de quibus & per Iul. Clar. in praxi crimi. §. homicidium. nu. 19. & hæc pro rubr. huius declaratione sufficiant

SVMMARIA.

Cvria quid vocetur. num. 1. & ibi cui assimiletur, & à quo denominetur. num. 4.

Præceptum alicui iniunctum nè intret curiã non valet. nu. 2. nisi vt nu. 3.

Securitas ibi est, vbi est Princeps. nu. 5.

Curia & rastrum, quod dicatur. nu. 6.

Tres mille passus, vnam leucã faciunt. nu. 7.

Leuca curiæ, vt quis ab inde absit, in vim pœnæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnæ quinque iam leucas comprehendit. num. 8.

Occidere aliquem in curia dicitur, si intra quinque leucas curiæ occidatur. nu. 9.

Iudices curiæ, & chancellariarii, vltra quinque leucas exulare non possunt. nu. 10.

Rex si abest à curia, an dicetur & tunc curia Regis, & sic, si homicida intrat eam, dicatur curiam intrare. nu. 11.

Vulnerans alium in curia, pœna mortis punitur. nu. 12. & nu. 13. & 14. declaratur, si vulnus erat mortale.

Occidens, percutiens, vel iniurians alium coram Rege, quomodo puniatur. nu. 15.

Pluribus vulnerantibus alium, si nescitur quis eum lethaliter percusserit, quomodo puniantur. nu. 16. & nu. 17. ampliatur. & nu. 18. quod si constat de puniente, lethaliter ille solùm punietur. & nu. 19. quid si nullum vulnus lethale fuit, an puniantur, & quid si omnia vulnera simul iuncta sunt lethalia. 20. & 21. & num. 22. quid si ex proposito id fecerint.

L. 5. tit. 30. part. 7. declaratur, nu. 23.

Cautela accusatorum, vt probent, quod vnum vulnus fuit mortale. nu. 24.

Occidens, vel vulnerans, ad sui necessariam defensionem non tenetur. num. 25. & vsque ad nu. 52. ampliatur pluribus modis, & declaratur quæ sit necessaria defensio, & quid si verbis, vel alapas tantùm, an occidere possim.

Formæ plures defendendi accusatum, remissiue, num. 53.

Fur etiam si sit homo honoratus eadem pœna sicut vilis punitur. num. 54.

Fur pro primo furto an suspendi debeat. numero. 55.

Manus cui est abscindenda minus necessaria abscindetur, num. 56.

Manus amputatio in publicâ verecundiam conuerti solet cum ignobili, num. 57.

Lex Prima.

Summarium.

Pœnam occidentis vel vulnerantis alium in Curia, vel ibidem furantis aliquid, declarat lex nostra.

IBI, *Nuestra corte.* Vocatur q; Curia locus vbi Rex exi stit, & eius vassalli & officiales †, vt inquit text. in
1 l. 27. titu. 9. part. 2. vocatúrque caput regni, ex text. in l. 1. in princ. tit. 4. par tit. 3. & ideo mari assimilatur, vt inquit text. in l. 28. tit. 9. part. 2. vbi glo. inquit hanc similitudinem esse bene notandam, ex quibus infertur non tenere præceptum alicui iniunctum
2 ne ingrediatur † Curiam Regis, vt ex l. 27. tit. 11 part. 3. not. glo. 1. in. dict. l. 27. tit. 9. part. 2. quod intelligo esse verum nisi in vim pœnæ imponatur †
3 nam tunc optime valeret & imponi posset per iudices Curiæ denominatur † nomen hoc corte, à verbo, cohors, quod idē est q; cōgregatio gentium vt dicitur in. d l. 27. tit. 9 part. 2.
4

Ibi, *Dene ser segura a todos los que a ella vinieren*, idem disponit l. 1. tit. 16. p. 2. vbi glo. *La Corte*, inquit, sic etiam dici, in l. 1. C. de his qui permet. iud. non appellatio. in sacro comitatu nostro nihil timere potuisti; vbi Bald. not.
5 quod vbi princeps, ibi & securitas. †

Ibi, *Que qualquier que en la nuestra Corte o en el nuestro rastro*, sed quod dicetur
6 Curia, & rastrum, † & vt dictum est Curia vocatur vbi Rex existit cum suis vassallis & officialibus, rastrum vero per milliaria tria, in quibus & iudices maiores Curiæ, Hispane, *Alcaldes de Corte*, cognoscunt, & sic nominātur, *Alcaldes de su casa y Corte y del rastro*, & sic per tria milliaria in circuitu Curiæ cognoscunt attenta. l 3. tit. 16. par. 2. & hæc tria milliaria siue tres millia passus, vt ibi probatur vnam leucam
7 faciunt, † ex l. 25. tit. 26. eadem par. 2. & passus quot pedes habeat, vi. l. mille passus. ff. de verbo. significatione, & l. 4. tit. 13. part. 1. sed iam hæc leuca vs
8 que ad quinque leucas † ampliata est inclusiue, ex l. 2. titu. 25. infra isto lib. quæ expresse ita disponit, & ad hoc eam notauit idem Gregor. Lopez in dict. l. 27. tit. 9. part. 2. in glo. 1. & idem videtur deduci ex l. 7. infra isto nostro tit. & lib. & consequēter cum leuca illa sit ampliata ad quinque leucas in circuitu Curiæ, sicut occidēs intra illam leucā in circuitu Curiæ dicebatur occidere in Curia, ita etiā hodie
9 occidens intra illas quinque leucas † vt optime inquit idem Greg. verbo, *Que es vna legua.* in dict. l. 3. tit. 16. part. 2. & eo relato Did. Perez, in præsenti sub. l. 1. tit. 13. lib. 8 Ord. gl. 2. vers. quæritur quādo, & sic de iure vltra istū di strictū non possunt exulare iudices
10 chancellariarum & Curiæ † in causis criminalibus procedentes, vt aduertit glo. 1. per text, ibi in l. 5. tit. 31. part. 7. etiam si Matien. in l. 2. gl. 3 tit. 1. lib. 5. recop. aliud velit per quasdam leges, quas allegat, quæ nihil pro eo faciunt, cum ibi expresse concedatur in casibus illarum legum, sed si Rex esset absens ab eius Curia, an tūc etiā dicetur Curia Regis, ita vt homicida intrans eam dicatur Curiam Regis
11 intrare, & consequenter incidere † in pœnam dict l. 7. infra isto nostro titu. & lib. pœnam amissionis medietatis bonorum imponentis homicidæ intrāti Regis Curiā vel per quinque leucas in eius circuitu, & dicendum est affirmatiue quod sic, quia vbi Rex adest actu vel habitu, idest potentialiter quanuis sit extra illum locū, dum tamen ibi sit consilium Regis, dicitur Curia ipsius, & sic absentia Regis non consideratur, sed sedes ipsius Curiæ, vbi residēt cōsiliarij & summus Præses ad distribuendam iustitiam, & ibi est Rex per potentiam, & sic intrans in illo loco incidit in pœnam imposi tam Curiam Regis intranti, & sic ex ijs & alijs ita tenet Dida. Perez vbi supra, versi. quæritur vtrum Curia, & ante eum tenuit Greg. Lop. in dict. l. 27. titu. 9. part. 2. glo. 2. cum ibi reman

serit allegando pro hoc doctrinam Bart. in. l. 2. ff. de auro & argen. legat. in simili ita tenētis, & per cōsequens dubius ibi non remansit Greg. sed decidit quæstionem etiam si Dida. Per. vbi suprà dicat ibi indecisam eam reliquisse.

Ibi *Matare o herirere*, & sic in præsenti eadem punitur mortis pœna, vulne-
12 rans † alium in curia, sicut si occideret, quod tamen ex l. 3 tit. 16 parti. 2. mitius erat puniendum in vulnerante tātum, vt ibi aduertit glo. *Cortassen.* quæ tamē licet sub dubio dixit. quod lex nostra intelligi posset, quoties vulnus erat lethale † aliter enim dū-
13 rum esset pro vno vulnere non lethali pœnā mortis imponi, & quia si lex nostra in vulnere non lethali dispo nere voluisset, diceret vtique prout dixit in fine legis sequentis; dum dixit; *Aunque no muera de la herida*, & sic tunc cum lethale vulnus nō esset, sufficeret dictæ. l. 3. pœna, & licet in hoc dubius extiterit Gregor. Lop. mihi tamen sine dubio videtur tenendum legem nostrā loqui in vulnere lethali, non alias, † vt per hæc tenuit Did.
14 Perez, in præsenti sub. l. 1. tit. 13. libr. 8. Ordin. gloss. 2. in principio, & hanc ranquam benigniorem opinionem dicit esse sequendam in dubio, quanuis verba finalia nostri text. aliud significent, dum contra solum arma extrahentem & non percutientem manus amputatio imponitur, ergo in vulnerante erit mortis; sed consuetudo erit attendenda, nam in non percutiente, sed extrahente arma in curia contra alium, si est homo communis verecūdiæ sufficit & triremis pœnam imponere & non amplius, si percutit, & lethaliter, mors, si non lethaliter manus amputatio, nā vulnusculum non esset puniēdum legis nostræ pœna inquit Dida Perez, hic sub l. 1, titu 13. lib. 8. Ordina. gloss. fin. in fine

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, & quid si quis alium occidat, vel
15 percutiat, vel iniuriet coram † Rege quomodo punietur, vi. l. 2. titul. 16. partit. 2.

Ibi, *Que muera por ello.* Et hoc quando scitur quis occiderit, sed vbi nescitur, puta quia plures casualiter, non vero ex proposito aliquem vulnerauerunt, nescitur tamen quis eorum lethaliter † eum percusserit,
16 tunc nullus punitur pœna ordinaria, quia nescitur quis percusserit illum, & melius est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem punire vt optime inquit Gregor. in dict. l. 3. titu. 16. partit. 2 in gloss. *Mataseen.* vbi Huma da super eadem gloss. *Matasseu por ello*, in nume. 12. hoc ampliat, vt
17 neque in hoc casu torqueri, queant ad veritatem inuestigandam, quando aliqua indicia nõ sunt magis contra vnum quam contra alium, secundum Hippoly. singul. 217. columna. 2. sed si constat de percussore lethaliter
18 ille solum punietur, quanuis cæteri leuia vulnera occiso inflixerint, per text. in l. si in rixa ff. ad l. Cor. de Sica. sed si non constiterit & nullum vulnus de per se lethale fuerit, nullus pu-
19 nitur † pœna mortis, sed si omnia vulnera simul, iuncta lethalia sint tũc quia ex eis est secuta mors tenebũtur omnes de occiso, †
20 tanquam inuicem inter se auxilium prestantes, secundũ Huma da ibi vbi suprà, in versic. secundo limitatur, ex Ant. Gom. tomo. 3. Varia. cap. 3. nu. 36. sed non caret hoc vltimum scrupulo, nam si nullum vulnus de per se est lethale, quare simul
21 iuncta debent esse † sufficientia vt omnes ad mortem condemnentur, cũ fortassis vnus vel duo possent tria vel quatuor vulnera præbere & alius nullum, & sic innocens damnaretur contra dictam communem, sed si ex proposito id fecissent, tunc omnes
22 tenentur, † secundum text. in dict. l. 3. titu. 16. partit. 2 & ibi gloss. & iterũ in l. 15. titul. 15. partit. 7. & Anto. Co. in dict. nu. 36. per totum, & alibi per plures ita tractatur, & sic in hoc secũdo casu videtur esse intelligẽdam
23 l. 5. titul. 30. partit. 7. probãtem quod quando multi deliquerũt, & torquẽdi sunt, à quibus debet incipi tortura disponit lex illa: nam debet intelligi secundum dicta in casu in quo omnes deliquerunt ex proposito, nam tunc cum omnes eadem sint puniendi pœna potest iudex omnes torquere, sed vbi non eadem pœna quia casu delictum fuit cõmissum, tunc cessat illa lex. 5. & eius dispositio, quia nullus tunc debet torqueri, vt dictũ est, si nescitur quis eorum illum percusserit, & nisi sic lex illa intelligatur omnia supra dicta destrueret, & ideo non sine mysterio dixit lex illa, *Quando alguno de los juzgadores*, & sic in casu in quo locus esset tali torturæ, non vero alias, quod nota quia est mea cõsideratio hæc, ad illã. l. 5. & à nemine vidi sic consideratum & animaduersum: ex quibus sit cautus ad-
24 uocatus † accusatorum vt probet quod aliquod vulnus fuit mortale & nescitur à quo fuit datum, vt apparet ex dictis per Cæpol. consi. crimin. 61. num. 25 cum 3. sequentib.

Ibi, *Salvo si fuere en su defension*, intelligenecessaria, occidẽs enim, & à fortiori vulnerans alium, ad sui necessariam defensionem, ita vt nisi occideret, vel vulneraret, non euaderet
25 mortem, vel vulnus, non tenetur † de occiso, vt in. l. vt vim; cum materia. ff. de iusti. & iure, & in. l. scientiam §. qui cum aliter. ff. ad. l. aquili. & in l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi arma, & in l. 1. C. vnde vi. & in l. 2. & 3. C. desicari l. 2. tit. 8. part. 7. l. 3. tit. 16. part. 2. vbi gloss. *O defendiendose*, & ibi Humada super ea. l. nostra. & l. 4. istius nostri titu. & ibi per scribentes in dictis locis

cis, & Ant. Gom. to. 3. Varia. cap. 3. num. 20. cum sequentib. & hæc est indubitata iuris conclusio, secũdum Clarum lib. 5. recepta. sentent. num. 24. sub. §. homicidium, singulare consilium criminale Cœpolar. 29. per totum, & Menoc. de Arbitra. Iudi. casu 277. & cum ampliatio, & Fallen. prosequitur Dueñas, regul. 192. & Soto de iust. & iur. lib. 5. quæst. 1. artic. 8. & Couar. in Clem. si furiosus. 2. p. §. vni. nu. 1. cum sequentib. adeò vt procedat
26 etiam in foro † conscientiæ, vt communem testatur Clarus vbi suprà. Secundo ampliatur vt procedat pro defensione non solum vitæ & corporis sui, sed etiam pro defensione
27 † rerum suarum, vt communem ibi testatur Clarus, num. 25. æquiparatur enim defensio corporis & bonorum, secundum glossũ in. l. si aduocati. C. de aduocati. diuersor. iudi. tertio vt etiam pro defensione
28 † proprij honoris id liceat, vt ibi per Clarum, num. 26. nam periculum famæ æquiparatur periculo vitæ, l. iusta. ff. de manu. vind. & est cõmune dictũ, vt ex Bolenco ibi testatur Clarus, & probatur ex singularibus legibus. 4. & 5. tit. 13. part. 2. & ideo si imminet periculũ alicuius iniuriæ personalis, po-
29 terit quis licite † aggressorẽ interficere, secũdũ Bar. in l. 1. n. 8. C. vnde vi, & sic practicasse in ciuitate Venetiarũ testatur Ang. relatus per Clar. d. n. 26. & glo. l. 2. tit. 8. p. 7. quã vide, vt quid si voluit quis mihi dare maxillatã & occidi eũ, t& à fortiori ob defensionem
30 31 pudicitiæ, † vt inquit glo. *Defendiẽdose*, d. l. 3. tit. 16. p. 2. & ibi Huma. super eadẽ glo. *O defendiendose*, nu. 5. hãc esse indubitabilẽ cõclusionẽ testatur, Quarto ampliatur, vt etiã pro defensione
32 corũ, † qui sunt sibi sanguine coniũcti vt cõiter DD. tenere testatur Gram. consi. 68. n. 4. & alij relati per Clar. vbi sup. n. 27. & ibi in facti contingẽtia di Azeuedo super. 8.

cit fuisse liberatũ quendã, qui vt auxiliaretur fratri sub interfecerat alũ †
53 cũ eo rixantẽ, imo & talis interfector gaudebit immunitate Ecclesiæ, nec dicipoterit aleuosus vel homicida †
34 ex proposito, vt in facti contingẽtia tradit defendisse & vidisse determinari doctorẽ Ioan. Gut. in lib. 1. pract. quæstio. q. 2. per totã. Imò & pro defensione † alterius extranei, vt cõem ex alijs
35 testatur Clarus vbi sup. nu. 28. etiamsi ille. Qui me vult offendere sit clericus, vel alia persona in dignitate †
36 maxima cõstituta, vt ibi per Clar. n. 29. & 30. imo & secũdũ glo. *O defendiẽdose*, in dict. l. 3. tit. 16. p. 2. si clericus celebrãs inuaditur ab aliquo & ob suã defensionem occidat † inuadẽtem potest
37 redire ad altare, quod est singulare dictũ. Quinto ampliatur vt non solũ insultãtem liceat interficere, sed etiã alium non offendentem, si ab illo insultante se aliter defendere † non po-
38 terat, nisi illum interficeret, secundum glos. f. poterat, in. l. si familia. ff. si furt. fami. feci. Socin. Junior. consilio 117. numero. 18. volumine tertio, & communem testantur relati per Clarum, vbi suprà, nu. 31. vbi in proposito ponit singularem quæstionẽ, scilicet pone quod ego aggressus fui à Tirio, & Caius se interposuit, vt rixam diuideret, & ego ne interficerer à Tirio oppositi ipsi Titio me insultanti istum Caium mediatorem qui ab eo fuit occisus nunquid ego teneor de
39 homicidio, t& dicit quod nõ & quod hæc est cõmunis opinio, & quod est notandum contra eos, qui faciliter se interponunt rixis. Quinimo si quocũque modo ego me defendendo †
40 aliquẽ percutio, non debeo puniri quia videor dare operam rei licitæ secundum Clarũ, d. nu. 31. Ampliatur vlterius, q. licet debeat fieri defensio cum
41 moderamine † inculpatæ tutelæ vt notat. in. l. 1. vt vim. ff. de iustitia. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

iure, & in capit. significasti, secundo de homici. & in.l.1. C. vnde vi, & Iuli. Clar. in dict. §. homicidium, nu mero. 34. vbi & inquit moderamen hoc considerari circa modum, tempus, & causam, † & melius Huma
42 da vbi suprà, num. 4. & id considerabit bonus aduocatus pro defensione sui clientuli, tamen ille qui se defendendo excessit modum in culpatę tu
43 telæ non debet puniri † pœna mortis sed alia mitiori arbitrio iudicis: & sic nō est puniēdus pro toto, sed tātū pro excessu secundū Ioan. And. in c. significauit, de pœnit. & remiss. & Ang. in tract. maleſi. verb. ex dict. Titi. se defendendo, versi. aduertas etiā, & Cæpol. consi. crim. 29. nu. 25. cū seq. Hipp. in pract. § quoniam, num. 63. cum sequent. & in.l.1. num. 41. cum sequentibus alios referens. ff. de Sicari. & Menoch. de Arbitrar. iudi. casu. 278. & Socin. Iunior consilio. 36. volumine 2. num. 10. quem vide, communis secundum Clarum, in dict. §. homicidium, numero. 34. siue secundum eum ibi, modus excedatur ex cul-
44 pa, siue ex dolo, † & ideo vt ibi aduertit, si insultantem me cum baculo, ego percutiam eum gladio, vel si iam sedata rixa ex interuallo percussit vulneratus vulnerātem, licet hæc fieri non deberent, adhuc tamen debet puniri mitiori pœna
45 quam ordinaria, & ibi hanc receptissimam testatur sententiam, quam & tenet Cæpola consilio crimina. 43. in principio, & ratio prædictorum est, quia defendēs se nō potest mensurare ictus cum non habeat stateram in manibus ad sic & ad sic percutien-
46 dum, † secundū Bal. in dict. l. vt vim, & Cæpol. consi. crimin. 29. num. 26. per text. in cap. fin. de homicid. in 6. & ad probandum quod quis fecerit ad suā defensionem, non est necesse quod
47 inspecie probetur † ista necessitas defensionis, sed satis est, quod probet simpliciter quod fecit ad suam defensionem, secūdum Bal. in.l. solam, post num. 11. C. de testibus, & hanc communem testantur relati per Iul. Clar. in dict. §. homicidium, nume. 33. vbi inquit ab ea non esse recedendum, etiamsi Minchaca ibi allegatus dicat contrariam receptiorem. Imo & per
48 testes deponentes de sola credulitate probatur fecisse † ad suam defensionem, secundum late allegata per Hippolyt. singu. 19. quod speciale est, secūdum eūibi, fauore defensionis, cum regulariter testes de credulitate nihil probent, vt in.l. testiū, vbi glos. C. de testib. & glos. in capi. quoties, vbi Feli. extra de testi. & etiā per coniecturas probatur fecisse ad suam defensionem, quæ arbitrio iudicis relinquūtur, secundū Bal. in.l.1. col. 11. C. de confe. & Hipp. 9. sing. 19. & vna ex cō iecturis est, qñ quis probat ꝙ aliquis veniebat cōtra me cū gladio euaginato, vel ensē vel palo vel lapide cū quo occidere poterat illum, & ipse prę-
49 ueniens periculū occidit illū, nam tunc probata est defensio, † vt per Cæpol. consi. crimin. 29. numero. 13. cum sequentibus, & tenet glos. in.l.1. verb. moderatione. C. vnde vi, quam dicūt esse cōmuniter approbatā relati per Clar. in dict. §. homicidiū, nu. 33. non enim tenetur qs expectare se percuti, sed si ille sibi mortē minetur potest
50 ipse statim † illum percutere, secundum Bald. l.1. num. 18. C. vnde vi, & communē testantur relati per Clarū d. nu. 33. & pro his allego tibi singularem.l. 3. dict. tit. 16. part. 2. versic. *Mas este defendimiento*, & l. 2. titul. 8. partit. 7. & in tantum excusatur faciens aliquid ad suam defensionem, quod etiam si quis confiteatur occidisse Petrum ad suam defensionem, ex hac sola confessione si aliud non obsi
51 stat condemnari non potest pœna † saltim

saltim ordinaria, vt late diximus in l. 2. titulo. 7. nume. 69. 70. & 71. lib. 4 suprà & tradit etiam Iuli. Clarus in dict. lib. 5. pract. crimin. quæstione. 55. nume. 15. quæ omnia notanda sunt pro defensione rei accusati, & videndum est illud consilium. 29. Cæpolæ quod est singulare pro aduocatis defendentibus reos, & nota quod aggressor & author rixę in dubio ille prę-
52 sumitur, qui est fortior, audacior, & rixosus, † secundum Soci. Iunio dict. cons. 36. nu. 6. volum. 2. & Grāma vo to. 22. nu. 10. & Mascard. de probatio. conclusi. 72. per totam, & Anto. Gal. Maluas. consil. 25. num. 21. & 22. volumine. 1.

Ibi, *O en los casos por derecho permissos*, de quibus in.l.4. infra isto titu. & de iu
53 re plures formas defendendi † reum criminis accusatū, vi. per Iuli. Clar. lib. 5. pract. crimi. § fi. quæst. 60 per totam, & Ant. Gom. to. 3. Variar. cap. 3. num. 15. cum sequent. aliquibus.

Ibi, *Que muera por justicia, aquel que fuere conuencido de hurto*, ex.l.3. in fine, titu. 16. parti. 1. minor. pœna imponebatur, sed nostram seruandam inquit ibi glo. fi. quæ relata ad. l. nostrā quā ibi allegat, videtur velle. l. nostrā procedere etiam in primo casu illius. l. Partitæ, scilicet, cum talis fur est homo honoratus, vt eadem pœna ficut si esset vilis & abiectus tunc pu-
54 niatur, † scilicet, mortis de qua in nostra. l. etiam si lex illa. 3. distingueret inter hos homines, & cum nostra indistincte loquatur & generaliter, in quocunque est intelligenda: ipse tamen Gregor. in ea. l. 3. in glos. *Fuesse*, adhuc vult distinguere inter nobilem & ignobilem, vt mitius corporaliter puniatur nobilis, quam ignobilis. Ego tamen nihil distinguerem, cum per furtum perdat nobilis nobilitatem, admitterem tamen & admitto id quod sub dubio in dict. glos. fin. mouet ipse Gregor. scilicet, quod pro primo furto non deberet talis fur suspendi & occidi, sed
55 alia corporali † puta, *De verguença y galeras*, præsertim arcena. l.4. titu. sequentis, & tenet Didac. Perez, hic, sub. l.1. titu. 13. libr. 8. Ordinament. in glos. *Connencido*, vbi arbitrio iudicum Curiæ id relictum credit. pro primo saltim furto vt pensata qualitate personæ furantis, & illius, cui furantur, imponant pœnam. Et notabis quod etiam si Gregor. in dict. glos. fina. velit legem nostram procedere si fur est deprehensus in furto, idem tamen ex verbis ijs, *Conuencido*, iunctis verbis sequentibus, *Y aquel que fuere tomado con el hurto*, esse dicendum est, si non fuit apprehensus cum furto, sed testibus conuictus.

Ibi, *Que le corten la mano por ello*, intelligę de debiliori, & sic de mi-
56 nus necessaria, † vt est arida, vel sinistra in homine dextero, sed in homine sinistro erit dextera quia quoad eum hæc est debilior, ita sensit, glos. *Que le cortassen la mano*, dict. l. 3. titulo. 16. partit. 2. vbi remissiue alias annectit quæstiones & Didac. Perez hic sub. l. 1. titulo. 13. glos. fin. lib. 8. Ordinamenti, sed in hoc multum distinguerem ego nobilem, vel honoratum hominem à non nobili vel inhonorato, imo & in ignobili
57 crederem manus ampurationem multories mutari in publicam † verecundiam & affixionem claui super parte aliqua manus, in loco publico, absque eo quod sibi manus amputetur, *Que es clauar la mano y verguēça publica*, sicut alibi diximus in blasphemis linguę amputationē regulariter, nisi in casu notabili, non solere fieri, sed aliqua mordaza, puniri, nam pro sola euaginatione cultelli vel ensis in Curia manum amputari rigorosum

Azeuedo super. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, nisi esset in præsentia Regis vel circa eum, aut in eius aspectu.

SVMMARIA.

HOmicidium ex insidijs quando committi dicetur. num. 1.
Homicidium ex consilio & proposito quale, remissiuè, num. 2.
Homicidium præsumitur tractatum quando committitur in multitudine personarum, num. 3.
Occidens casu obuiam habens inimicum suũ non dicitur animo deliberato commissum num. 4.
Homicidium ex insidijs cõmissum à quo differat ab ex proposito, num. 5.
Animus ex proposito dilnitur si probetur homicidam non esse armatum. 6.
Abrogata est de consuetudine. l. si it qui cũ telo. C. de Sicar. num. 7. nisi vt nu. 8.
Conatus solus non debet remanere impunitus, num. 9.
Pœnam aggrauant insidiæ, num. 10.
Nobiles non ita ignominiose sicut ignobilis puniendus est, num. 11.
Inimicum suum occidens à tergo non est aleuosus, num. 12.
Homicidium in rixa sit si antea erãt inimici, licet secure occidatur. num. 13.
Prodigio nulla dari potest data inimicitia, num. 14.
Lex nostra temperat rigorem l. 2. tit. 31. par. 7. num. 15.
Lex nostra quoad vulnus illatum an in practica seruetur, num. 16.
Conatus & affectus vbi punitur potest index si vult mitigare pœnam, num. 17.
Lex nostra æquiparans vulnus cum morte est intelligenda cum mortale est, num. 18. & 19.
Proditor regis eũ tantum vulnerans pœna morti punitur, etiam si ex vulnere non decesserit. num. 2.

Lex secunda.

Summarium.

Per insidias percutiens, seu vulnerans, aliquem quanuis percussus de vulnere non moriatur propter grauitatem delicti pœna mortis punitur.

IBI, *Acechando*, & sic per insidias, nã ex insidijs dicitur homicidium committi quando aliquis expectat
1 alium † positus in loco, qui ab illo præuideri verisimiliter non poterat animo eum occidendi illũque ex improuiso venientem aggreditur, & interficit, vel vulnerat, vt ex primis nostræ. l. verbis deducitur clarè, & not. Iuli. Clar. in pract. crimin. §. homicidium, nu. 9. & Gutie. lib. 1. practi. quæstio, quæstione. 2. num. 9. & talis non gaudet immunitate Ecclesiæ, ex cap. 1. de homici. & dixi in l. 3. titu. 2. lib. 1. supra, num. 9. vbi quid esset in percutiente tantum dixi.

Ibi, *Y hazen habla o consejo para ello*, & sic ex proposito & consilio adhibito, de quo † per Clarum in dict. §.
2 homicidium, num. 9. vbi inquit quod
3 præsumitur tractatus † quando committitur in multitudine personarum, & sic cum plusquam duo committunt homicidium, nam & vnus solus potest committere homicidiũ ex insidijs, & animo deliberato, quod dicitur, sanguine reposada vel à sanguine freddo, vt inquit Menoch. de Arbitrar. casu. 361. numero. 2. & sic (vt inquit Clarus vbi suprà, num. 9.) cum quis aggreditur alium præuia animi deliberatione ex interuallo præcedente, & illum interficit, nam si quis casu obuium habuerit inimicum suum, & ira commotus illum interficit, non dicitur † homi
4 cidium animo deliberato commisisse, nisi appareat quod antea deliberasset illum interficere, & ambulasset armatus animo illum occidendi, eo enim casu etiam si illum casu obuium habuerit, & occiderit, dicitur animo deliberato illum occidisse, prout pluries in senatu seruari vidisse inquit Clarus dict. nu. 9. differt tamen hoc homicidium ex insidijs commissum, ab hoc ex proposito † secundum Clarum, ibi, ex dictis supra gloss. proxima, & in hac etiam diluitur animus ex proposito si probetur
6 † nõ extitisse armatum homicidam, neque sic ambulare, sed casu obuium habuisse occisum, & sic est probandum, vt excludatur præsumptio ex proposito ex multitudine hominum vel ex alia causa, & in ijs duabus glossis posset inseri materia parricidij, & assasinij, & similium, quæ quia extra propositum videbãtur, & sunt materiæ claræ in suis locis ordinarijs videbuntur, & per criminalistas in suis practicis, vt ad alia trãseamus.

Ibi, *Y fieren aquellos a quien estan acechando*. Ex ijs verbis satisfit obiectioni proponendæ legis nostræ dispositioni, scilicet, quòd cum dispositio. l. si is qui cum telo. C. de Sicar. disponentis ambulantem cum telo causa alium occidendi, sit de cõsuetu
7 dine † abrogata, vt affirmare omnes testatur. Iuli. Clar. in dict. §. homicidium, num. 74. & in §. fin. quæst. 92. & ideo secundũ eum ibi dict. nu. 74. inferens vulnera, etiã animo deliberato, occidendi non punitur pœna homicidij sed tantum de vulneribus, tamen hæc dict. l. is qui cum telo, derogatio, cessat quoties deuẽtum est ad actum
8 proximum homicidij ex insidijs † vulnerando aliquem licet non occidendo, tunc enim punitur insidiosus hic vulnerator ex. l. nostra ac si accidisset, sed si ad actum hunc proximum non deueniret, tunc vtique cessat dispositio. dict. l. is qui cum telo, ex dicta generali consuetudine, ita in propositũ aduertit Didac. Perez, hic sub. l. 2. tit. 13. lib. 8. Ordinament. quam quidem declarationem videtur nõsatisfacere ex eo quod communis est opinio, quod etiam in casibus, vbi conatus & affectus punitur, vt puniatur deueniendum est ad actum proximum

maleficio, secundum Clarum in dict. quæstione. 92. numero final. aliter non consideratur etiam tunc conatus, etiam in casibus vbi lex expresse disponit solum conatum puniri. Et sic melior videtur intellectus quod in lege nostra esset vnus casus de illis, in quibus solus conatus & affectus punitur, vt tunc puniatur si deuentum est ad actum, prout assiliendo aliquem & vulnerando illum. Vel melius & rectius dices quod lex hæc nostra expresse disponit de vulneratore ex insidijs idem quod de occisore ex insidijs, etiam si ex vulnere non decedat vulneratus, & hoc ob atrocitatem delicti, debet tamen vt verificetur tale delictum inferri vulnus per talem insidiatorem, aliter enim non diceretur delictum vulneris perfectum, & in hoc lex nostra est specialis prouisio, & in qua non est necesse disputare de materia legis, is qui cum telo. nam si insidiosus hic insidiatum non vulneraret, nullo modo esset puniendus, quia non vulnerauit, neque sufficeret voluisse vulnerare, vt pœna. l. nostræ locum haberet, licet si euaginauit ad vulnerandum, ob hoc solum esset alia pœna puniendus, nam & conatus solus non debet remanere
9 † impunitus aliqua leui pœna saltim ad terrorem aliorum, vt inquit Clarus in dict. quæstione. 92. numer. penul. in fine, & post hæc scripta vidi Ant. Go. to. 3. Vari. c. 3. nu. 5. adfinẽ sic volentem, & sic est declarãda. l. 2. tit. 31. p. 7. & mitiganda, vt inquit gloss. 4.

Ibi, *Y estos tales deuen auer mayor pena*, grauitas enim ex insidijs proce-
10 dens aggrauat delictum & pœnam, † vt apparet ex. l. nostra, & quia committit aleuosiam.

Ibi, *Que qualquier o qualesquier*, generalia verba sunt, & ideo generaliter etiã cũ nobilibus, sicut ignobilibus intelligenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

genda. Sed ijs non obstantibus fiet distinctio inter nobiles & ignobiles, & sic nobilis non ita ignominiosè sicut
11 ignobilis † in casu nostri text. punietur, vt in propositum nostræ. l. dixit Humada, in l. 3. titulo. 21. partit. 2. in glo. 2. num. 5. nam generalitas nostræ l. non censetur dirimere specialia priuilegia nobilium, & probatur, ex l. 24. titu. 21. part. 2.

Ibi, *Por affechanças, o sobreconsejo, o habla hecha*, intellige nisi ijs modis vel aliquo eorum quis occidisset inimicum suum cognitum, vel vulneraret
12 nam tunc aleuosi pœna † non teneretur, quia ille tenebatur se præcauere, idque & ex l. 4. infrà, eodem colligitur, ibi *Saluo si matare su enemigo conocido*, nisi dixeris in ijs verbis. l. illam, quarta loqui de bannito, vt ibi dicemus, sed adhuc tunc procedet nostra declaratio, vt non procedat lex nostra in vulnerante inimicum suum etiam à tergo & ex insidijs, quia tenebatur se præcauere, neque talis dici potest mors secura vel vulnus insidiosum, vt diximus in l. 3. titulo. 2. lib. 1. suprà, num. 11. siquidem sat in rixa fit, cum tam tempore vulneris talis vel homicidij huius, quã ante erat
13 inimicitia † inter istos orta, & sic non potest dici mors secura, neque habet locum dispositio, l. 10. titul. 26. infra isto lib. vt optime inquit sic eam declarando Burgos de Paz, consilio. 22. nume. 17. data enim inimicitia nulla
14 proditio dari † potest, vt ibidem, nume. 15. & 16. per ipsum Burgos de Paz qui & in num. fi. inquit sic fuisse pronunciatum, & nouissime Doctor Gutierrez lib. 1. practi. quæstio in quæst. 2. & diximus in l. 11 glo. 1. titu. 8. lib. 5. supra, etiam si Anto. Gom. tom. 3. Varia. c. 3. n. 5. versi. aduertendum, aliud velit tenere per. l. nostram.

Ibi, *Maguer aquel aquiẽ hirio no muera de la herida.*, hanc adhoc legem allegat Anto. Gom. tomo. 3. Varia. cap. 3. num. 5. ex eò quod similis vulnerans ex insidijs, vel ex proposito & deliberate alium aleuosiam committit, & consequẽter pœna. l. nostræ, punitur, etiam si vulneratus non moriatur ex vulnere, & sic debet esse pœna qualificata ac si occidisset, & incurret etiã pœnam amissionis medietatis bonorum aleuosis impositam, ex l. 10. infra isto titul. & lib. & in hoc vt iam
15 diximus lex nostra temperat † rigorem. l. 2. titul. 31. part. 7. punientis ad mortem illum, qui ex insidijs alium quærebat ad occidendũ, etiam si non occidisset, neque vulnerasset, nam debet temperari ex. l. nostra, vt vulnus omnino requiratur, quasi tunc per cum nõ steterit occidere si potuisset, vt ibi aduertit glo. *O estando*, quę tamẽ inquit neque nostrã. l. quoad vulnus
16 consuetudine † in practica seruari ex dicto Sali. in. l. is qui cũ telo. C. de Sicar. dicẽtis, quòd vbi per legem punitur affectus acsi fuisset cõsummatus, posse iudicem ex potestate sibi à lege
17 concessa mitigare † pœnã si vult, sed non necessitatur, & in propositũ nostræ. l. notat etiam Auen. cap. 16. prętor. num. 14. ad fi. lib. 2. sed cum sit in potestate iudicis seruare nostram. l. si vult etiam contra vulnerantem tantum insidiosè, igitur practica nihil iuuabit, de qua testatur glo. illa dict. l. 2. & multi periti tenuerũt vt refert Anto. Go. d. n. 5. versi. & licet, in meo Codice, licet id nõ dicatur in alijs Codicibus ãlterius impressionis, sic, sed meo videri crederẽ, quod eũ lex nostra in sua dispositione æquiparet vulnus cũ morte, quod debeat intelligi quãdo
18 vulnus esset factũ animo † occidẽdi id q; colligitur ex armis eũ quibus vulnerauit, & ex parte ibi vulnus fuit illatũ, & ex dictis medicorũ attẽta magnitate vulneris, loci, & armis, vt dictũ est, sed vbi deficit animus hic, cur ob

leue

19 leue vulnusculũ ita grauis pœna † sicut mortis esset imponenda, vt inquit & considerat Didac. Perez, hic sub. l. 1. titul. 13. lib. 8. Ordin. gloss. fin. in fine, in propositum illius. l. pro vulnere pœnam mortis imponentis, & cum iudex id possit facere, vt apparet ex dictis, crudelis reputaretur si aliud determinaret: imo vt & in hac diximus lege debet esse vulneratus vel occisus per insidias amicus, vel saltim non inimicus vulnerantis vel occidentis, secus si esset inimicus, sed in proditore Regis eum vulnerantis
20 † omnino seruaretur pœna mortis etiam si ex vulnere non decessisset, ex. l. 6. in columna. fin. titul. 13. partita, 2.

SVMMARIA.

L*Ex. 1. §. diuus. ff. de Sicarijs corrigitur nu. 1.*

Homicida pœna mortis puniri debet num. 2. siue sit seruus siue liber ille, qui occiditur num. 3. siue nobilis vel non, num. 4.

Nobilis aliter quam ignobilis occidẽdus est, num. 5. & 6.

Nobilis etiam si proditionem committat infamatoria morte non punitur, nu. 7. & 8.

Nobilis in aliquibus casibus suspenditur, numero. 9.

Clerici homicidæ pœna, num. 10.

Lex Tertia.

Summarium.

Occidens aliquem etiam in pugna non obstante contraria consuetudine est pœna mortis puniendus, nisi in casibus vbi aliud de iure expressum est.

HBI, *Que matare a otro en pelea.* & sic per viã diffidationis, vulgo, *Desafio*, quod quidẽ genus pugnandi hodie ex legibus nostris Regijs & ex Pontificũ Azeuedo super. 8. decretis est prohibitum & graues pœnæ impositæ diffidatoribus, de quo alibi in hoc lib. 8. sub titulo, *De los reptos y desafios*, plura diximus, ideo lex nostra iuste inponit pœnam mortis occidenti aliũ in tali pugna, & sic corrigitur. l. 1. §. diuus. ff. de Sicar. quæ
1 non puniebat † occidentem alterum in rixa, vt inquit Villalo. in Antinomia iuris ciuilis & regij litera O. numero. 1.

Ibi, *Aunque lo mate en pelea que muera*, quicunque enim effuderit sanguinem humanum, effundetur sanguis eius, Genes. cap. 9. & Leuit. 24. qui occiderit hominem morte moriatur, & Matth. cap. 26. & Apocalyp. cap. 13. ideo in decalogo post delicta in Deũ & in parentes prohibita, statim sequitur, non occides: Exod. cap. 20: Deutero. cap. 5. Matth. cap. 5. & sanguis occisorum semper clamat ad Deum, vt habetur in Apocalypsi, ec cè post hæc vidi animas interfectorũ clamantes ad Deum & dicentes, vsque quo Domine non dàs iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt in
2 terris. Et sic homicida † pœna mortis puniri debet, vt in. l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad. l. Corn. de Sicar. nam vt inquit consultus in. l. 3. C. de Episc. audien. homicida quod fecit semper expecter, est etiam text. in. l. 4. & 10. infra isto titulo, & in. l. 2. titul. 8. par. tit. 7. vbi ampliat sit seruus vel liber il
3 le, † qui occiditur. Et alia plura allegat Anto. Gom. tomo. 3, capit. 3. numer. 1. & huic regulæ ponit decem ampliationes & 50. limitationes Hipolyt. in. l. 1. in principio, num. 1. cum sequentibus. ff. ad. l. Cornel. de Sicar. adeo vt non valeret statutum imponens pœnam pecuniariam pro homine occiso, vt in hoc titulo diximus & declarauimus. Item etiam si
4 nobilis esset homicida † adhuc puniẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus est pœna mortis, iure nostro regio attento & consuetudine huius regni, ex l. nostra & similibus & l. 1. & 2. titul. 17. lib. 4 fori, vt tenet glos. *Canallero*, in l. 15. titu. 8. partit. 7. & Didac. Perez, in l. 1. titu. 1. lib. 4. Ordina. pag. 1317. versiculo. Item nobilis, & iterum in l. 4. titu. 13. lib. 8. Ordinam. etiam si Anto. Gom. in dict. tomo. 3. Variar. cap. 3. num. 2. aliud velit: debet tamen aliter inferri pœna mortis
5 quam ignobili, quia ignobilis suspenditur, ex l. 2. titul. 17. lib. 4. fori, no-
6 bilis vero † iugulatur, & non ducitur in asino, sed in equo, vel mula cum sella & freno, secundum text. in l. 24. titu. 21. part. 2. quem pro hoc allegare sufficiet quia singularis est, & ibi hoc ampliat, etiam si proditionem cõ
7 miserit, non debet † occidi infamatoria & vili morte, & Iuli. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæstione. 60. nume. 24. nec ducitur ad triremes vt remex
8 ille † qui nobilis est, secundum Ioan. Garsi. de nobilitate, gloss. 1. in principio, num. 13. & 14. vbi remissiue ponit
9 casus vbi nobilis suspenditur † & in dict. l. 14. ponuntur, versic. *Aun tanto*,
10 & de pœna clerici homicidæ † vide per Ber. Diaz, in pract. crimi. canoni. capit. 94 & ibi additio.

Ibi, *Defendiendose*, vi. quæ dixi in l. 1. verbo, *En su defension*, supra isto titulo.

Ibi, *O si oviere alguna derecha razon*, de quibus remissiue dixi in dict. l. 1. verbo, *En los casos*, suprà isto titul. & per Hippolyt. late in l. 1. in principio, ff. ad. l. Corne. de Sicar.

SVMMARIA.

MInor. 14. annorum sine masculus sine fœmina an delinquat, vt puniatur num. 1. 2. & 3.

Homicidium non committitur sine dolo, numero 4.

Culpa in criminalibus non æquiparatur dolo num. 5.

Lex vel statutum simpliciter puniens homicidium intelliguntur si dolo commissum sit, num. 6.

Dolus præsumitur in dubio in prohibitis de iure naturali, num. 7.

Causa quælibet excusat à dolo, nu. 8.

Animus non occidendi ex quibus colligitur, num. 9.

Coniecturæ hinc inde si existant pro reo præsumitur, num. 10.

Homicida vltra aliâ soluit necessaria pro expiaculo animæ occisi. num. 11.

Bannitus & transfuga tanquam hostis ciuitatis occidi potest, num. 12. licet iure ciuili aliud esset, num. 13.

De Bannitorum occisione multa remissiuè, num. 14.

Pater potest occidere coëntem cum filia, vel procurantem coire, num. 15. vbi declaratur, cum nu. 16. & 17.

Coire volens per vim in modum raptus cum muliere à quocunque occidi potest, num. 18. & 19. ampliatur & nume. 20. 21. & 22. & 23. & 24. declaratur & limitatur.

Mulieri volenti à peccato carnis abstinere non est vis inferenda, num. 25.

Legis nostræ dispositio differens est à l. 3. tit. 8 part. 7. num. 26.

Fur repertus furando in domo vel foramen faciendo vel nolens dimittere furata occidi potest, nume. 27. sine cognoscatur siue non, vel habeantur vel non, testes, vt ibi.

Fur nocturnus an possit indistincte occidi libere, num 28. vsque ad. 33. & numer. 34. vsque ad 38. quid si de die furetur, vel potuit acclamando res recuperare ibidem.

Vassallus tenetur adiuuare dominũ periclitantem, num. 39. & num. 40. & 41. declaratur.

Filius tenetur Patrem defendere aliter tenetur, nnm. 42. & econtra, num. 43.

Iniuriam sibi vel suis illatam potest quispropulsare, num. 44.

Iniuria alicui illata totam eius gentem allidit, num. 45. vbi de marito & vxore, & socij num. 46. & 47. & ibi an concubinam vel sponsus sponsam.

Lex

Lex Quarta.

Summarium.

Interficiens hominem scienter & sic voluntarie pœna mortis tenetur, nisi in casibus hic expressis.

1 DIBI, *Todo hombre*, intelligedoli capace † maiori decem annorum & dimidij si masculus est, & nouẽ & dimidij si fœmina, secundum text. in l. 9. tit. 1. part. 7. & l. 4. tit. 19. part. 6. notat glo. maior, in ca. l. 9. vbi alia allegat, & facit. l. fi. titu. 1. partit. 1. secus si
2 essent minores dictarum ætatum, † nam tunc etiam si essent doli capaces non punirentur pœna ordinaria, secundum Anton. Gomez, tomo. 3. varia. cap. 3. numero. 57. pro quo facit dict. l. fin. tit. 1. part. 1. & l. 3. in fin. titu. 8. part. 7. si bene consideretur, & consequenter si & in dictis ætatibus probaretur non esse doli capaces non
3 punirentur † pœna ordinaria etiam si cum delictum committunt adimpleuerant iam dictas ætates, vt optime aduertit glos. maior, in fine. dict l. 9.

Ibi, *A sabiendas*, id est voluntarie, sciens si occasionaliter, & sic existente
4 malitia & animo occidedi † loquitur lex nostra: nam homicidium nõ committitur sine dolo, text. in l. lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de Sicar. allegat plura Anton. Gom. tomo. 3. cap. 3. nu. 15. nam etiam si lata culpa soleat dolo æquiparari non tamen hoc habet
5 locum in criminalibus, † & vbi pœna mortis vel corporalis alia est imponenda, text. in l. 1 §. diuus. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. cum autem versi. capitale. ff. de ædili edicto per quem text. dicit Iaf. eum commendando in l. non dubium, num. 37. C. de legi. & Hippoly. consi. 7. num. 15. & Cœpola, in l. si fugitiui, num. 27. cum pluribus sequent. C. de seruis fugiti. & omnes criminalistæ, quod lex vel statutum simpliciter puniens homicidium, in
6 telligitur si dolo comissum sit † aliter enim, esset puniendus infans, furiosus & dormiens, contra omne ius, vt & considerat Didac. Perez in proœmio ad leges, ordi. quæst. 2. col. 7. Couar. in Clementina, si furiosus. 2. par. §. 1. de homici. & hoc est sine dubio, sicut & quod in dubio si aliud non probetur in homicidio, & furto, & similibus,
7 quæ sunt de iure naturali prohibita † præsumitur dolus, ex l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. Anton. Gom. vbi suprà, num. 17. ab hoc tamen dolo excusat
12 confessione calumniatoris, vel præsumptæ † ex coniecturis, vt not. Abb. in cap. calumniam, de pœnis, & cum in lege nostra adsit animus coniecturatus saltim culposus licet non dolosus occidendi, ideò iubet quod soluat occasionem præbens tali homicidio, ius homicidij & sic calumniæ, &
13 homecilli pœna est hodie, † 600. morapetinorum communium, ex titul. *Del aranzel de las iusticias ordinarias*, cap. 2. quod est in titulo lib. 3. supra, vt notissime aduertit Gutier. lib. 1. practic. quæstio. quæstione. 73. vbi in quæstione. 74. nu. 2. legem nostram allegat.

Ibi, *Y no ayan otra pena*, Montalu. hic in gloss. fina. inquit hic esse text. contra l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi pub. vbi probatur quod si tempore aggressionis vel violẽtiæ etiam præter propositum sequatur homicidium, siue ex parte insistentis, siue re
14 sistẽtis, qui fuit actor aggressionis vel violentiæ capite punitur, † quia debuit præcogitare quod violentia ad cædes est, & vulnera inducenda, & est etiam expresse contra dict. l. scientiam. §. qui cum aliter, versiculo, sed si defendẽdi, vbi vltra cogitatũ, quis de delicto punitur, & sic secũdum iura antiqua ista. l. non poterat stare,
15 nisi cum distinctione, † an dabat operam rei licitæ, vt si se iuste defendendo alium occasione occidat, tũc præ tur cogitatum, vel culpam non tenetur criminaliter, vt est text. in dict. §. qui cum aliter, ibi tenetur solum lege Aquilia, vt l. qui occidit. §. penult. ff. ad l. Aquili. & l. si cum seruum. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. ad l. Corn. de Sicar.
16 si autem dabat operam rei illicitæ † & iniustæ contra alium pugnando vlciscendi causa, & tunc aut cogitatus verisimiliter tendit ad finem secutum, & punitur secundum finem, vt alleg. l. quoniam multa, & extra de homicidio, cap. fin. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. aut propositũ & cogitatus non tendit verisimiliter ad finem secutum, & tunc non punitur quis vltra cogitatum, vt. l. qui in iuriæ in principio. ff. de furt. & certè secundum dict. videtur lex nostra intelligẽda, hoc videlicet modo, quod siue detur operarei licitè, siue illicitè,
17 † si rixa ista ex parte aggressoris non fuit ordinata ad casum & sic ad occidendum illum tertium mediatorem, vel super quo insultatus cecidit & occidit illum, non tenetur vltra cogitatum, & sic vltra nostri text. pœnam, & insuper ad damni resartionẽ ex in d. l. 6. titu. 15. part. 7. si vero fuit ordinatum tunc habeant † locum contraria
18 supradicta, & ideo non sine mysterio dixit. l. 4. titul. 8. partit. 7. quod debet iurare

iurare † occasionaliter alium occidẽs quod fuit præter intentionẽ, & quod occisus erat suus amicus, imo & quod occidens est bonæ famæ, & quietus & non consuetus delinquere, & sic secundum hæc lex nostra declarat antiqua & antiqua eam, prout licet nõ sic considerãdo voluit Montal. hic in glo. fin.

SVMMARIA.

Occidens alium occasionaliter arbitrio iudicis punitur, num. 1. & nume. 2 quod debet hunc animum aliqua probatione manifestare.

Sortis humanæ multa sunt, quæ nec dici nec numerari possunt. num. 3.

Scindens arborem vel currens cum equo debet clamare, guarda guarda, nume. 4. ni si vt num. 5. 6. 7. & 8.

Lex Decimatertia.

Summarium.

Pœna alium occidentis occasionaliter & sine animo occidendi.

IBI, *No por razon de mal hazer*, & sic dolo deficiẽte, quo casu non solum pœna homicidij verum neque alia
1 extra ordinaria corporali vel ciuili graui puniri debet, sed arbitrio † iudicis, secundum l. 4. titulo. 8. part. 7. vbi gloss. fin. ex doctrina Innocen. in cap. quia verisimile, de præsumptio. dixit iudicem multum in hoc debere temperare suũ arbitriũ & melius Cepola con. crim. 24. n. 39. vbi inquit quod nõ debet pœna esse corporalis vllo modo nec ciuilis grauis, & à num. 24. vsque ad. 40. multa in propositum allegat ad probandum quod vbi deficit animus occidendi non est locus pœnæ homicidij, debet tamen hunc animum aliqua causa & probatione de-
2 monstrare, † vt diximus in l. 12. suprà isto tit. & tenet Montal. hic in glo. 1. sed in homicidio casuali & occasionaliter facto legis nostræ pœna incurretur & non alia vt hic probatur & statim dicemus.

Ibi, *Y por ocasion matare algun hombre peche el homicillo y no aya otra pena*, sortis
3 enim humanę † multa sunt, quæ nec dici nec numerari possũt vt. l. 1ępe. C. de præs. 30. an. & multi sunt casus, qui rebus mortalib⁹ accidũt. l. corruptionẽ C. de vsufruct. sed videtur contra text. hunc in quãtum dicit, quod currens equũ vel ludens aliquo ex ludis in præsenti declaratis in calle publica & populata quod non patitur aliam pœnam quam hic expressam, & si in campo id faciat, vel in die festo cum sonis nullam pœnam incurret, nam ex legibus iuris ciuilis per totum titu. ff. ad l. Aquil. maximè in l. si ex plagis §. si cum pila. & in l. ità mella, in prin. & l. si putator, & l. 4. & 5. tit. 8. & l. 6. tit. 15. part. 7. disponitur quod debet puniri arbitrio iudicis & ad expensas & damna, si cum currit, equum, vel scindit arborem non clamauit voce magna (*Guarda guarda aparta aparta*) &
4 tempore † congruo id fecit vt sese custodirent, vt in dict. l. probatur, & ibi gl. *non apercibieſſe*, & tex. in dict. l. 6. lex tamen nostra id non requirit, sed potius dicit quod etiam si sit in calle populata non teneatur nisi pœna homicidij, & non alia, ergo procedere non potest, aut correctoria est dictarum legum partitarum: & in hoc dicẽdum est quod si cum currit equum vel ludit in calle publica & vbi ad
5 sunt gentes est locus † consuetus vbi curritur vel luditur, tunc etiam si nihil dicatur saris moniti sunt existẽtes, scientes & videntes ibi curri & ludi, nam vbi signum appositum est
6 per inde † erit ac si proclama esset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt.ff.de extraor.crimi.l.saccularij.§.
7 sunt quidam, dum tamen + signum sit notum, vt.ff.si cert.peta.l.cũ quid. Montal.l.9.tit.17.lib.4.fori,glo.fin.& ideo non tenetur aliqua pœna nequo ad damnum ex dictis legibus.4. dicti tit.8.& ex.l.6.tit.15.part.7.nisi potuit detinere equum & noluit, vel equus erat calcitrosus, vel ore durus, vt in quit Montal.hic in glo. pen. sed si nõ esset consuetum ibidem curri vel ludi, tunc si non monet & vociferatur
8 tenebitur.l.nostræ pœnæ, + & alijs in dictis legibus partitarum propositis: de quibus agitur & per Auend. c. 16. præto.n.13.&.18.lib.2.& Orosci.in.l. 1.col.13.versi.20.ff.de legibus,& alibi pluries,& sic lex nostra debet intelligi & declarari secundum illas leges ciuiles & partitarum in primo casu à.l. nostra proposito, nam in alijs casibus a lege nostra propositis idem est per dictas partitarum leges & ciuiles dispositũ,& sic non est amplius immorãdum in hoc,quia materia est clara.

Lex.14.&.15.

Summarium.

Nullus ad rixam vel cõflictum extrahat archabusium vel aliud simile instrumẽtum,neq; occidat nec vulneret cũ eo sub nostrarum legum pœnis.

IBI, *Sacar ni saque a ruydo ni a pelea*,in idem videtur.l.5. tit.28.part.2. & ex ijs not. Didac.Perez,in.l.51.tit.19. lib.8. Ordi.quod portare arcabusium
1 vel pistolete itinerando † non est prohibitum,& verum dicit.

Ibi, *Que muera por ello y pierda el tercio de sus bienes*, ex.l.15.sequente, hæc bonorũ pœna augmẽtatur, vt proaleuoso habeatur & amittat omnia bona, medietas eorũ applicatur fisco,& alia medietas vulnerato, vel hæredibus occisi,absq; spe remissionis,& hoc nisi vt diximus in.l.5.supra,isto tit.& lib. fuerit factum occasionaliter putãdo quod homo erat aliquod animal irrationale,pro cuius venatione exierat ciuitatem,imo & tales delinquentes extrahuntur a regno Lusitano vt diximus in.l.5.tit.16.supra,isto lib.

SVMMARIA.

ARcabusium vel pistolete portare itinerando licitum est, num.1.

TITVLO. XXIIII. DE LOS condenados a galeras.

QVMQVE homicidæ & vulneratores aliorum soleant in triremes condemnari ideo post præcedentem titulum sequitur noster.

In huius que tituli declarationem parum immorandum erit cum eius materia facilis sit, & titulus hic ad declarationem procedendi circa ad triremes condemnatos procedat, quomodo & vbi portãdi sint & cuius expensis, & sic breuissime aliqua in eo dicemus.

SVM-

SVMMARIA.

POena damnationis in metallum, vel in opus publicum non est in vsu numer.1. & n.2.idem de deportatione in insulam.

Lex prima.

PEN.l.1.ibi, *Para alguna Isla*, vt solebat fieri secundũ quod apparet,ex tit. ff. de inter. & releg.& in tit. sequente ff.de senten. passis, & optimas leges 2.3.&.5.tit.18.par.4.vbi in.l.illa.5.dicitur quis pœnam deportationis imponere possit,& per Ant.Gom.tomo.3. varia.de exilio & relega. & optimã. l. 4.tit.31.par.7.vbi. vide.l. 10. ponentẽ pœnã cõtra violantẽ exiliũ,non tamẽ sunt iã in vsu pœnæ damnationis in metallũ vel in opus + metalli, secun
1 dum Peregri.in tract.depriui.fisci,lib. 3.tit.4.n.4.vbi.n.11.idem dicit de deportatione + in insulam in tit. 5.

2

SVMMARIA

EXpensis cameræ alimẽtatur pauper ad triremes condemnatus, num.1.

Lex secunda.

HEN.l.2.hæc lex licet videatur loqui quo ad chancellariam Pincianam, idem tamen est quoad tribunalia regia inferiora, in quibus statim quod aliquis delinquens est condemnatus ad triremes si pauper est, & nõ habet vnde se alimentet expensis pœnarum + cameræ Regiæ sustentatur,
1 eadẽ enim est ratio in vno tribunali, quæ est in alio,scilicet, quia iste talis est iam seruus Regis, vel saltim suo seruitio adstrictus & deputatus & sic iustũ est quod Dominus alimentet seruum,vel famulũ suum:& in terris de señorio quid erit circa hoc obseruandum,disponit.l.5.infra,isto tit.

In.l.3.circa eius materiam videnda est.l.9.infra isto tit.quæ nouior, & in locis del señorio.l.5. infra eodẽ disponit quid erit circa hoc obseruãdum,

In.l.4.videnda est etiam.l.8.tit. 11. suprà,hoc eodem lib.vbi in.l.7. ibidẽ videnda sunt quæ diximus.

In eadem.l.4.ibi, *No sea menos de por dos años*, per.l.9.tit.11.supra, isto lib.limitatur istud tẽpus in furtis in quibus illa.l.9. loquitur, in quibus furtis per.l.9.cod. tit. 11. debebat imponi tempus triremium per quatuor annos,secus vero in alijs delictis,vel vbi in furtis est pœna mortis commutanda in triremes tunc enim erit tempus triremium arbitrarium iudici dum tamẽ non sit minus quam per duos annos, ex text.nostro hic, & sic possunt hæ leges intelligi, & declarari ne sibi contrariari videantur.

In.l.5.diximus in.l.2.&.3. supra eodem vbi hanc legem. 5. allegauimus.

In.l.6. ibi, *En vergueça*,adde dũta mẽ sit maior.17. annorũ & aptꝰ ad triremes secundũ.l.9.tit.11. sup. hoc libr. per quã hæc nostra in hoc declaratur, vt diximus in.l.7.eiusdem tit.11.

In.l.9.ibi, *del dicho año de cinquẽta y dos* quæ est.l.3.suprà, eod.

In.l.10.ex eius tenore decerpes nõ corrigi per præcedentes leges.l.22.titu.1.part.7.disponentem remissione delicti facta à parte accusante nõ esse imponendam accusato pœnam corporalem,vt omnes ex ea tenent, sed quod hæc regula generalis manet in suo robore, sed quia excipiũt aliqua delicta in quibus etiã accusante remittente & trãsigẽte solet imponi pœna mortis vel corporalis, vt in parricidio & similibus,de quibus per glo.in ead. l.22.ideo lex nostra disposuit vt in ca vides.

TIT V-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLO. XXV. DE LOS perdones que los Reyes fazen à los condenados por delictos.

IT Quia solent Reges gratiam pœnarum facere ac earum indulgẽtiam præbere condemnatis, ideo sequitur titulus noster post præcedentem.

SVMMARIA.

QVID sit perdon, & in quo differant misericordia merced, y gratia. nu. 1.
Remissio generalis quæ sit. nu. 2. an adcerceratos porrigatur. nu. 3.
Multitudo delinquentiũ præbet causam generali remissioni. num. 4. & itidem benemerita. nu. 5.
Remissio specialis quæ sit. nu. 6.
Regi soli competit remissiones generales, vel speciales facere. num. 7. & 14. & num. 8. quod domini recognoscẽtes superiorem, hoc non possunt. & num. 11. quod non valet contraria præscriptio.
Remittere pœnas est contra legem. nu. 9.
Directo quod non licet, neque licebit per indirectum. nu. 10.
Remissiones à Rege tutius est impetrare, quã à dominis temporalibus in suis terris licet de consuetudine domini ipsi seruẽt de facto contrarium. num. 12. & sic est, ac si de iure eis esset permissum, vt nu. 13.
Remittere potest Princeps omnes pœnas corporales, & pecuniarias etiam per sententiam in rem iudicatam lapsam infligẽdas. nu. 15. & 16.
Remittere potest Princeps pro bono pacis, etiam iniurias & damna singularũ personarum. num. 17. dummodo id expresse dicat, vt ubi licet non soleat remittere, nisi satisfacta parte, vt nu. 18.
Lex. 1. titulo. 22. partita. 7. declaratur numero. 9.
Remissione facta, an & honorum condemnatorum, & pecuniariæ pœnæ censebitur facta remissio. nu. 20. & 21. & nu. 22. & 23. declaratur.
Restitutio plenam habet significationem. numero. 24.
Princeps dicens alicui, facio tibi gratiam, pro delicto censetur illum plenè restituisse. numero. 25.
Remissio per Principem facta quoad bona, an censebitur facta, non solum quoad bona penes fiscum existentia, sed etiam quoad bona per ipsum donata. nu. 26.
Princeps in dubio nõ censetur præiudicare in rem tertio alicui quæsito. nu. 27.
Princeps si nult, ex causa potest restituere bãnitum, etiam ad bona in alios alienata. numero. 28. 29. 30. & nu. 31. quod debet restituũ pretium illi tertio.
Remissionem si faciat Rex cum plena restitutione bonorum, tunc etiam alienata bona restituentur. num. 33. & nu. 33. quod idem erit si dicatur, quod condemnationes liberè aboleantur. & nu. 38.
Liberè idem importat, quod sine vllo impedimento. nu. 34.
Restitutio licet fiat ad bona, non censetur facta ad fructus ex illis bonis prouenientes. num. 35. nisi exprimatur. nu. 36. nam tũc non solum percepti, sed & percipiendi venient, vt nu. 37.
Remissione facta, an & de parte alteri applicata fiet restitutio. nu. 39. & nu. 64.
Remissione facta, licet bona alienata restituãtur, est verum, nisi per viam contractus alienata sint. nu. 40. & nu. 41. & num. 42. prosequitur, & declaratur.
Restitutus ad omnia intelligitur, etiam ad officia. nu. 43. etiam si per donationẽ meram collata sint. nu. 44.
Remissionẽ si quis petat à delicto aliquo, an videatur fateri delictum. nu. 45.
Absolutionem petens ab excommunicatione, an fateatur se excommunicatum. nu. 46.
Abolitio, vel indulgentia, ant remissio de futuris, neque petitur, neque conceditur. num. 47.
Restitutus, an & ad locum quis cẽseatur ex remissione Principis. nu. 48.
Proditio expresse remitti debet, aliter enim non censetur remissa. nu. 49.
Remissio specialis ad alia non specificata nõ extenditur. nu. 50.
Remissio generalis non extenditur ad crimina grauiora, prout est aleuosia & proditio. nu. 51. & nu. 52. quid si ad alia æque grauia. num. 53. an verba nostri text. in hoc sint restrictiua, vel exemplificatiua.
Remissio ad crimen falsi non porrigitur. nu. 54. nisi vt num. 55. & 56.
Remissio generalis non extenditur ad crimen per magistratum, vel officialem publicum in ipso officio commissum. numero. 57. nisi vt ibi.
Remissio generalis non extenditur ad illa crimina, in quibus prohibetur generalis abolitio. num. 58. neque ad crimina bis commissa, neque ad seruos criminosos & detentos. num. 59. & 160. neque ad aliud forũ. num. 61.
Transactione facta cum parte super delictis enormibus, non excusat à pœna ordinaria. num. 62
Remissio prius fieri debet à parte iniuriata quam Princeps remissionẽ cõcedat alias non valet. nu. 63. & nu. 68.
Clausula dũmodo pars sit satisfacta solet apponi in indulgentijs Principis. nu. 65.
Princeps remittendo delictum non videtur remittere nisi id quod suam curam tangit. num. 66.
Benefitium Principis largissimè quo ad eum interpretatur stricte quo ad tertium. numero. 67
Princeps sine causa non potest absque peccato remittere pœnas corporales. num. 69.
Remittere pœnam meretì eam sine causa est contra ius diuinum. num. 70.
Princeps est subditus legi sicut quilibet. numero. 71.
Princeps parcere non debet habenti consuetudinẽ delinquendi. num. 72.
Princeps si parceret latroni vt adhuc peiora committeret non esset Rex, sed diabolus. num. 73.
Gratia & indulgencia Principis delinquẽti facta non constito prius de pace partis nulla est, & peccat. num. 74. & 75.
Princeps & senatus si offensus sine causa nolit recipere satisfactionem oblatam, potest moderare interesse, & gratiam ac indulgentiam concedere. num. 76.
Princeps etiam pace facta cum offenso non potest sine causa indulgẽtias absque peccata concedere. nume. 77. & num. 78. apponuntur causæ iustæ remittine.

Lex prima.

Summarium.

In remissionibus & indulgentijs delinquentibus factis per Regem non intelligitur remissum delictum proditionis vel aleuosiæ.

HBI, *Los perdones*, quid sit, perdon, & in quo † differant *Misericordia, merced, y gracia*, vide per. l. 1. & fin. titul. 32. partit. 7. quæ singulares sunt in hoc.

Ibi, *Generales o especiales*, generalis
2 est cum fit † ratione alicuius lætitiæ putà pacis initæ, vel victoriæ adeptæ, vel natiuitatis filij, aut matrimonij contracti, vel pro amore Dei, vt solent facere diebus veneris sancti, de qua remissione est text. in l. abolitio, cum. l. sequent. &. l. si interueniente ff. ad Turpi. gl. in Rubrica. C. de gener. aboli. & ista dicitur publica abolitio, vt inquit glo. 1. in. l. 1. tit. 32. par. 7. vbi allegat Bart. in. l. Domitianus. ff. ad Turpi. dicentem an generalis abolitio porrigatur † ad carceratos, item aliquando gratiæ & indulgentiæ generalis est causa multitudo † delinquentium cap. vt constitueretur. 50. distinctione Alber. in. l. à procedente, C. de dilat. Mart. Laud. in tract. de principibus, quæst. 112. item † & bene merita vt per Grãma. consi. 58. nu. 14. &
15. specialis vero remissio est † quando Princeps alicui fecit pro delicto specialem remissionem, siue indulgẽtiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam delicti ex aliquo priuilegio, gratia & beneficio particulari, text. in. l. lex generalis, C. de sent. passis, & ibi communiter DD. l. 1. tit. 32. partit. 7. not. Anton. Gom. tomo. 3. vari. capit. 13. num. 38. in principio. & Iuli. Clar. in pract. crimi. §. fin. quæst. 59. num. 4. in fine. vbi inquit formam talis remissionis poni. in. l. sequente, sed Azo in summa titul. de abolitio. relatus per Decia. in. 1. tom. de delictis lib. 3. cap. 35. num 2. aliam etiam dicit esse abolitionem priuatam scilicet, & legalem, & num. 3. de generali loquitur.

Ibi, *Que nos hazemos*, soli enim Regi
7 competit † has gratias & delictorum remissiones facere, ex tex. hic, & ex l. 1. §. quis vltro, & ibi Bar. ff de quæst. l. diui fratres. ff. eod. l. relegati. ff. de pœnis, quæ allegat glo. fi. in principio l. 1. tit. 32. par. 7. & Octauianus, in decisio, Pedam. 101. num. 1. vbi ex hoc inquit, & late & bene fundat comites & barones & alios dominos recognoscentes superiorem (prout omnes magnates Hispaniæ recognoscuntur) nõ-
8 posse † concedere has indulgentias, nec remitere pœnas, sed id ad solum Principem spectare nõ illũ recognoscentẽ, secũdũ Bar. in. l. nõ omnis. § qui trãsfugit. ff. de remil. & ratio est quia
9 remittere pœnas † est cõtra. l. 2. Inno. in. c. cũ P. numero. 2. de fide instrum. isti autem Domini temporales non possunt legem derogare, vt diximus late in rubrica titul. 1. lib. 2. suprà, ex quo inquit Bosius in praxi crimi. titu. de remissio. ex sola Cleme. princ. nu. 51. se vidisse tempore quo Galli dominabantur illi ducatui quẽdam subditum feudarij suspensum cum gratia collo annexa, aliter enim inferiores Domini à Rege iura exercerent regalia, nam cum de reseruatis Regi sit appellatio ad Regem à sentẽtijs Dominorum inferiorum & suorum iudicum, vt diximus in. l. 1. nu. 39. tit. 1. lib. 4. sup. & Octauia. in. d. decisione. iol. nu. 9. si possent Domini has indulgẽtias & remissiones concedere, per indirectum tollerent ius appellationis ad Regẽ interponendã, quas quidem appellationes directe tollere non possunt, quod fieri non potest, quia quod
10 non licet † directo, non potest fieri per indirectum, l. si optio. ff. qui, & à quib⁹, man. lib. nõ fiãt, ergo de primo ad vltimũ patet remissiones has non posse cõcedere, ad eò vt nec præscriptio sufficeret cõtraria allegata † per
11 hos dños, vt ibi inquit Octauia. ne cõsuetudo. vt resoluit Auend. licet dubitando in. c. 7. prætorũ. n. 12. lib. 1. vbi ipse tandé consulit à Rege impetrãdas has remissiones ruti esse quã ab istis dominis inferiorib⁹, licet de facto vel
12 de cõsuetudine † seruẽt contrariũ secũdũ Iuli. Clar. in. d. q. 59. nu. 2. & diximus in Rub. titu. 1. lib. 2. sup. n. 9. &. 10. & Decia. resp. 18. nu. 124. vol. 1. & sic est
13 ac si de iure esset eis permissũ † secundũ Cephalũ, con. 58. n. 55. &. 56. vol. 1. & sic remanet concl. f. q. soli Regi cõpetit has remissiones † pœnarũ cõcedere
14 & indulgere, secũdũ. gl. concedi, in. l. 2. C. de in ius vocan. cõmuniter, approbatã secũdũ Paris. con. 1. n. 1. lib. 4 Imo & inquit & probat iuste iudicẽ id facere posse Did. Per. hic sub. l. 1. tit. n. gl. 1. lib. 1. Ord. cũ causa tamẽ, vt infra dicemus, idque adeo verũ est, q⁹ omnes pœnas corporales & pecuniarias possit
15 princeps remittere, † etiã per sentẽtiã & condemnationẽ inflictas etiã si tra
16 lis sententia in rem trãsierit † iudicatam, & ita firmant oẽs indifferenter secundũ Paris. vbi sup. n. 59. teste Clar. in. d. n. 2. vbi n. 3. inquit, quod *p* bono
17 pacis potest etiã Princeps remittere † iniurias, & damna singulariũ personarũ neque eorum cõsensus requiritur si id specialiter & expresse dicat, nam in dubio non censetur id velle neque tertio præiudicare: vt ibi per Cla-

Clarum, num. 4. & sic non solent concedi nisi ijs, qui habẽt †
18 remissionem à parte, & probatur, ex l. nostra dum dicit, *De todos los maleficios que fueren cometidos*, iunctis verbis, Y *perdonando los enemigos*, vbi dicemus, neque obstat dict. l. 1. tit. 22. par. 7. in principio dum
19 dicit, *El Rey o el señor de la tierra*, quia † intelligitur de dño non recognoscente superiorem, vt voluit Auend. cap. 7 precorum, num. 7. lib. 1.

Ibi, *De todos los maleficios que fueren cometidos y perpetrados*, sed an remissione tali facta, censeatur etiam fieri remis
20 sio bonorum † condemnatorum, & pecuniariæ pœnæ, dicit Ant. Gom. tomo. 3. varia. cap. 13. num. 78. vers. item adde quod talis, scilicet, quod si talis indulgentia & remissio fiat ante sententiam & condemnationem videtur remissa pœna delicti & confiscatio bonorum & infamia, ex text. in. l. rescripta. in fine. C. de preci. imper. offer. ibi, vel crimen supplicantibus indulget. text. in. l. 2. C. de gẽe. aboli. si vero fiat post sententiam & condemnationem, videtur tantum remissa pœna delicti non vero bonorum, nec infamiæ, text. in. l. fin. C. de gene. aboli. in vers. indulgentia patres cõscripti, quos liberat notat, neque infamiã criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit text. in. l. 2. &. l. generali. C. de sent. pas. opti. l. 2. tit. 32. par. 7. vbi id verum
21 intelligitur quando simpliciter † est facta remissio, secus vero si pleno mo
22 do † fiat, nam tunc etiam post sententiam fit remissio bonorum & famę, vt si Princeps dicat, quod illum
23 restituit in pristinum statum, † vt & probat text. in. l. 1. vers. fin. de sent. pat. ibi restituo te in integrũ prouinciæ tuæ, & adiecit, vt anté scias, quid
24 sit in integrum restituere honoribus, & ordinibus, & omnibus cæteris restituo, text. in. d. fin. §. fin. eod, titul. verbum enim, restituo, † plenam habet significationem, vt l. videamus, la 2. §. fabiana. ff. de vsucapio. cum similibus, & beneficium Principis latissime debet interpretari l. beneficium, ff. de consti. princi. quæ iura allegat Anto. Gom. vbi supra; licet illam partitarũ legem nõ allegauerit, cum sit ad hoc expressa, adeò vt si Princeps dicat
25 alicui facio tibi gratiam pro delicto, dicitur illum plene † restituisse, & cõsequenter recuperat bona, etiam secundum Bart. in. l. fin. num. 11. C. de sent. pass. cõmuniter approbatum secundum Clarum in dict. quæst. 59. num 5. & num. 6. disserit ipse Clarus, nunquid restitutio seu gratia comprehendens etiam bona, trahatur nó modo ad bona existentia penes fiscum, sed etiam ad bona iam per ipsum fis-
26 cum † alteri donata, vt est glo. in. l. Gallus. § & quid si tantum. ff. de liber. & post. vbi Ias. late, num. 63. quam allegat & sequitur Ant. Gom. tom. 2. ca. 13. num. 39. & lege & ratione comprobat, Ancha. consi. 161. col. 2. & communem testantur Feli. & alij relati, per Clarum, dict. num. 6. & Tiber. Decia. 1. tom. de delict. lib. 3. capi. 35. nu. 56. in dubio enim non censetur Princeps velle præiudicare tertio habenti
27 ius quæsitũ: sed oportet q⁹ etiam in hoc specialiter exprimat: nã si exprimit valebit vtique, quia Princeps si vult
28 ex causa potest restituere † bannitum etiam ad bona in alios alienata, vt cõmunem testatur Ant. Ru. cons. 154. num. 6. & ideo secũdum Clarum, vbi suprà, si Princeps diceret, quod bannitus plenissime restitueretur ita, quòd de banno nihil opponi posset, forte talis restitutio traheretur ad alienata
29 † secundum opinionem quam dicit cõem Vinius, in communibus opin. verbo, bannitus, seu deportatus, Clarus tamen dict. num. 6. dicit sibi non
30 placere † hanc opinionem, & quod apud suos vix obtineri posset, nisi in specie

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie verba, restitutionis comprehẽderent bona penes tertium existẽtia, licet secundum aliquos, posset in hoc casu restitutus recuperare à fisco pre
31 tium bonorum venditorum, † quatenus fiscus esset factus locupletior, & ibi cum Bart. ita ex Nello asserit tenere communiter Doctores licet subdat, quod apud eos non seruatur, Decia. tamen in dict. lib. 3. capit. 35. num. 56. inquit quasi contra Clarum tenẽs, quod si Rex faciat remissionẽ cum plena restitutione bonorum, &
32 simil. tunc etiam alienata † bona restituentur, & ibi hãc omnes tenere indubitanter asserit ipse Decia. ibidem, nam per ista verba satis constat quod Princeps voluerit præiudicare illi tertio, quoad hoc, vt restituatur bona empta, restituto ei pretio, vt omnes concludere dicit, imo & asserit ipse Decia. vbi num. 57. quod idem esset, si dictum fuisset in indulgentia, quod condemnationes libere abolean-
33 tur, † nam per illud verbum, libere, intelligentur comprehensa omnia contenta in cõdemnatione, ita quod nihil remaneat, & ad hoc allegat Ancharra. consili. 408. probata, colum. 2. versicul. & certe, & Cravet. consil. 122. numer. 4 &. 5. licet mihi hoc vltimum non satisfaciat ex toto, nam licet verbum illud libere, sit amplum, ita vt sine vllo impedimento & contradictione implendum sit, hoc enim
34 † importat secundum glo. libere, in Clementina, dudum, de sepultu. & in Clementina, fin. de ætate & quali, Deci. consi. 131. in principio & Tiber. Decia. cap. 41. num. 14. libro. 2. non tamen vt noceat tertio, cum quolis nõ erat, neque fuit tractata, est tamẽ notandum quod licet restitutio fiat ad bona non censetur facta ad fructus
35 ex bonis illis per fiscum † perceptis, vel per illos in quos bona alienata fuerunt, secun lum Angel. in dicto. §. & quid si tantum, & hanc tenet contra Nellum Decia. in dict. capi. 35. nu. 60. & Ant. Gom. dict. tom. 3. capit. 13. num. 38. versi. item adde quod licet & communẽ testatur Clarus in dict. quæst. 59. nu. 7. & sic qui fructus volue
36 rit. debet facere exprimi † in rescripto, & hoc nisi per viam iustitiæ fiat restitutio bonorum nã tunc veniunt fructus nedum percepti, sed & perci
37 piendi † secundum Peregri. in tract. de priuileg. fisci, lib. 5. tit. 2. nume. 62.
38 imo & bona † alienata, vt ibi per eum num. 44. & an fiat restitutio de parte applicata alicui † per sententiam vi. Ant. Gom. vbi suprà, numer. 39. versi. quod singu. inquit tamẽ idem Decia. vbi suprà, num. 62. quod licet restitutio restituat ad bona etiam in alios
40 trãslatis † per viam contractus, quod certe videtur cõtra communem per eum relatam in dict. num. 56. vbi circa bona empta locutus fuit, & sic videtur sibi ipsi contrariari. † & in dict.
41 num. 62. loqui cõtra communes per
42 eum assertas in dict. num. 56. nisi † intelligas in dict. num. 62. vt non fiat restitutio de bonis translatis in alium per fiscum per cõtractum, loqui, quod non restituantur nisi prius restituto pretio vt dixit in dict. nume. 56. item restitutus ad omnia, intelligitur etiã
43 ad officia, † vt ibi per Decia. num. 73. & etiam si alteri perdonationem meram collata sint, † vt per Peregri. vbi
44 supra, lib. 5. titu. 2. num. 41. in fin. cum sequent. & an petendo indulgentiam à Principe & impetrando eam de aliquo delicto de quo non fuit condem
45 natus videatur fateri delictum, † dic quod si extra iudicialiter petitur, non fateatur, si iudicialiter vero petatur, fateri videtur, nisi dicatur cum cautela, vt si dicatur coram iudice nõ commisi delictum, attamen ad abundantem cautelam peto veniam, nam tũc neque

neque in iudicio id fateri videtur, secundum Decia. vbi supra, num. 82. &
46 83. vbi idẽ † absolutione perita ab excommunicatione dicit, abolitio tamen & indulgentia de futuris neque
47 † petitur neque conceditur, vbi Decian. num. 48. cum sequentib. & an ad
48 locum censeatur † restitutus, vide Peregri. vbi sup. nu. 40.

Ibi, *Saluo alend. o traycion o muerte segura*, & sic non erit necesse hæc exeipere, prout in remissionis ubeduſa semper hæc exceptio inseretur, vt apparet ex. l. 12. titul 18. partit. 3. & ex. l. 4. titu. 24. eod. partita. Sed debet
49 expresse remitti proditio, † vt remissa censeatur, & cum clausula, non obstantibus, vel ex motu proprio, secundum glo. si in dict. l. 4. tit. 24. partit. 3. & legem nostrã etiam allegat Plaza, de delict. cap. 21. num. 10 & ad generales & speciales remissiones abolitiones & indulgentias verba hæc referũ tur, nam si specialis est, vltra specifi
50 cata non extenditur, † & tenor eius est multum attendendus, vt probatur in l. 2. C. de sent. pass. quam ad hoc allegat Decia. in dict. tract. de delict. lib. 3. cap. 35. num. 47. si vero est generalis, non est censendum velle Prin
51 cipem extendi ad crimina † graviora, prout est alcuofia, & proditio, in quibus de iure antiquo idẽ erat statutũ, vel si cum sagitta, vel cum igne, & sic morte secura, nisi de hoc fieret specialis mentio, & de illa qualitate, ex text. in. l. 3. C. de Episco. audien. quem ad hoc allegant relati per Ant. Gom. to. 3. c. 13. n. 38. versi. item adde quod & Angel. & alij relati & secuti per Decia. vbi sup. nu. 15. itidem nõ comprehendit, secundum Decia. ibi, num. 26 alia enormia & atrocia delicta, quæ
52 concurrunt † cum crimine læsæ maiestatis, & sunt ei paria, & crimina specificata in nostro text. non apponuntur
53 restrictiuè, sed exẽplificatiuè † ne cor

rigantur iura antiqua, vt voluit glo. in. d. l. 12. tit. 18. p. 3. & consequenter non corrigitur hęc generalis abolitio
54 ad crimẽ falsi, † vt per Bar. in. l. Lucius ff. ad Turpillia & Did. Per. l. 1. gl. pen.
55 titu. 11. lib. 1. Ordin. nisi specialis † de eo mentio fiat, vel quando concederetur generalis abolitio omnium delictorũ ex causa probabili & expressa, non autem ex causa publicæ lætitiæ & simili, vel nisi facta generali abolitione non reperirentur alij carcerati
56 vel accusati † quam de falso, quia ne sit gratia superflua verificabitur etiã in falsis, ita Decia, vbi supra, num. 10. cum. 3. sequent. sic etiam abolitio & remissio generalis nõ extenditur ad crimen cõmissum per magistratũ, &
57 officialem publicum, in ipso † officio, & circa spectantia ad ipsum officiũ nisi specialis fiat mentio. Neque extẽditur ad illa crimina in quibus prohi
58 betur † specialis abolitio, idest, in quibus accusanti & accusato incũbit probatio, ex. l. pen. ff. ad Turp. alias. l. fi. C. eo dẽtit. quæ tamen in speciali nõ in generali abolitione loquitur, & sic non placet hæc limitatio: neque itidem
59 ad crimina, bis commissa † extenditur abolitio generalis: neque ad ser-
60 uos criminosos † & detentos; neque ad delicta iam liquidata: neque ad carceratos si abolitio facta sit de accusationibus, neque ad accusationes nondũ institutas: neq; quoad alium
61 forum, † ita Deci. vbi suprà n. 10. vsq; ad. 27. inclusiuè, vbi latius prosequitur & ego retuli breui*, nè omnia scripta transcribamus, quia ex transcriptione videntur omnia lectoribus facilia, & negligunt ea, cum deberent amare, ne tot volumina reuoluere compulsi essent, & quia nesciunt multi meliora & aptiora eligere, ideo nõ debet scripta & trãscripta abhorrere & dedignare legere, quia maiorẽ laborẽ ego sentio, & alij sentiunt scriptores

Universidad de Deusto
Biblioteca

inscribenda materia in qua multa scripta sunt; quã in ea in qua pauca scribunt Doctores,& dũ lex nostra hæc crimina excipit, notat ex ea aut per eam Anto.Gom.tom.3.cap.3. nu.59. quod etiam concordia & remissione facta in ijs delictis cum parte accu-
62 sante,potest iudex imponere † pœnã ordinariam ob criminis immanitatem, ad.l.22.titu.1.parti.7.vbi etiam glossator Gregor.ita tenet, & alibi diximus.

Ibi, *Y perdonando los enemigos*, aliter enim nisi pace facta gratia, ac Principis remissio non valet & Principem
63 aliud † faciẽtem peccare morraliter inquit S.Tho.2.2.q.67.artic.4. quem ad hoc allegat Ant.Gom.to.3.cap.13.
64 num.38.in princip. & sic restitutus † non reintegratur aduersus pœnã applicatam tertio,gl.& ibi omnes eam sequũtur in.l.vni.C.de in ius vocand. Boeri.decisio.65.Feli. c. super eo.col. 12. de officio delega.Anto. Peregri.in tract.de privileg.fisci,lib.5. titul. 2. num.39. non enim potest Princeps alicui auferre ius suum, & licet posset debet esse cum causa publica& adhibito bono cambio, vt late diximus in.l.1.titu.1.& in titu.*De las provisiones*, libr.4. supra, & sic solet Rex in similibus gratijs & indulgentijs apponere
65 clausulam, dummodo † pars sit satisfacta, vel satisfactũ prius parti læsæ, & sic lex nostra hæc considerans, dixit, pace facta cum inimicis, offensori esse dandam indulgentiam, & loquitur text.hic per gerundium illud in do, *Perdonando*,& in ablatiuo absoluto, qui conditionem importat, & sic gratiam reddit conditionalem,vt l.ab emptione.ff.de pactis.l.à testatore.ff.de cond.& demõs. & in proposito tenet Rebu.in.l.vni.C.de sent.quæ pro eo, int. prof. in præfatione, nu. 36.& sic si Princeps remitteret delictum, non videtur remittere nisi id
66 quod † suam curam tangit, non ius partis. l. si docuerit.C. de fals. cap.pastoralis de donatio. l.12.titu.18.parti. 3.Rebuf.in dict.cap.pastoralis.nu.34. nam quoad se debet Princeps beneficium largissime interpretari, quoad
67 præiudicium vero † tertij strictissime secundum Rhedin. de ma. princip. §. largum benefi.& libera. num. 9.& ro.volum.16.tract. Doctorum, licet melius faciet Princeps, si non concesserit indulgentias, nisi constito sibi
68 prius † pacem factam esse ab offenso, vt inquit Clarus in.d.quæst.59. nu.4. vbi inquit quod semper vidit has gratias sine partis offensæ remissione nõ approbari per senatum, vbi solent approbari,& interinari,boni enim Principes non ita passim concedere solent gratias omnibus, sed habita cognitione personarũ, locorũ, temporũ,& aliarũ qualitatũ,quę circũstant, vt inquit Decian.vbi suprà, num. 93. imo & sine causa nõ potest Princeps
69 absque peccato remittere + pœnas corporales ob delictum remissum imponendas,nam vt inquit Abb.in cap. nisi specialis,not.1.de officio. deleg. remittere pœnam merenti sine causa
70 est contra ius diuinum,præcipiens, Exodi.22.maleficos non patiaris viuere. Et quantum ad vim directiuam
71 legis, Princeps est subditus legi, † sicut quiliber, nam eius potestas limitata est,vt cum ratione & causa disponat omnia,regendo se & subditos,secundum And.Iser.relatum & secutũ per gloss. fina. in dict. l. prima, titulo. 32.partit.7. vbi inquit, quod vbi est in præiudicium tertij, Princeps non remittit, nisi & ipse iniuriatus remittat, vt si mutilatus est quis per alium, alias potest Princeps, vt dicit ipse Isernia,& si pietate humana & clementia moueatur adhoc, dum putat eum superuientem corrigi, non emendabitur:
& si

& si semel delinquenti indulgeat, facinoroso, habenti consuetudinem
72 delinquendi † nõ debet parcere: si vero & huic parceret, cum alterius nõ interfit pecuniariter,non dicitur peccare,nisi ideo parceret latroni, vt ad hucpeiora committeret, tũc enim
73 non esset Rex † sed diabolus.Ex quibus colligo cõclusionẽ verã † & tenẽ dã iudicio meo,& ex.l. nostra probatã,quod gratia,& indulgẽtia facta per Principẽ alicui delinquẽti nõ cõstito prius de pace facta cũ offenso, (vltra quod peccat Princeps eã concedens) nonvalebit ex dictis,& quia lex nostra sic disponit,cum conditionaliter loquatur,& quia ius partis non est lædendum vllo modo,& sic tenet Grãmati.consi.crimi.34. num.1. & voto. 35.num.7.&.9.Carreri.in pract.crim. §.homicidium,nume. 377. Lucas de Penna,in.l.1.colum.5.C. de ijs qui in exhibi.libro.10.Ferran.Gangia.lib.1. consil.crimin.consi.121.in fine,& Lucas de Penna relatus & secutus per gloss.Gran.dict.l.1. titul.32. parti.7.& gloss. 2. per text.ibi in.l. 12. titulo.18. part.3.late Plotus consil.78.num.27. & 28.vbi etiam,num.33.asserit Principem peccare mortaliter ante factam
75 reconciliationem veniam concedendo,& in senatu Mediolanensi † ita seruari inquit Bossius,in pract.titu.de remissio.ex sola Clem.prin,num.23.& Iuli.Clar.dict.quæst.59.num.4.& per totam Italiam ita seruari post Ioann. Baptis.Plotum tradit Bursat. consilio 177. num. 19.& ita semper solere vti senatum Pedamontanum,& æquius esse supradictos referens nouissime testatur Anto.Thesau.in decisio.Pedam.21.n.3. quidquid voluerit aliud dicere Bossius vbi supra,& Decian.in dict.1.tomo.de delict.tit.35,num.90. licet vt inquit Anto.Thesau. vbi sup. & ante eum Rebuf.in dict. præfatione, nume. 38. si pars nollet desistere

Azeuedo super.8.

nec se reconciliare solet Princeps & senatus cũ offensor procurauit se re-
76 conciliare † & satisfacere offenso, & ipse offensus ob malum animum & re frigeratam charitatem noluit reconciliationem & satisfactionem recipere,vel petit multa pro satisfactione, moderare interesse, quo soluto aut facto deposito,mandat concedi gratiam & indulgentiam, & fit æstimatio attẽta qualitate delinquẽtis possibilitate,& facultate,& secũdũ dispositionẽ,l.hæreditatũ.ff.ad.l.Falc.vt per Rebu.vbi sup.n.9.&.40. quod est optimũ & singulare. Secundo colligo ex
77 dictis q. etiã pace facta † cum offenso, sine causa non põt Princeps has indulgentias concedere absq; peccato, cũ causa vero sic, vt vltra alios tradit optime Did.Perez,in.l.1.glos.1.tit.11.
78 lib.1.Ordi.& causas † licitas ad indulgendũ vide per Lucã de Penna in.l.si apparitor,colu.7.C.de cohartali.lib. 12.& plures quæstiones in hoc nota. vide per Boeri.decisionẽ.21.& 22.& Casa. in cõsuet. Burgun. tit.de iust.& Proict.deiceles.§.5,& Ant.Peregri. in d.tract.de priuil.fisci,lib.5.tit.2.& Decia.in.d.tit.35. per totum, & Iodocũ in pract.crimi.capit.147.

Ibi, *Muerte segura se dize*,similis.l.10. tit.sequent. vbi dicemus.

SVMMARIA.

DVx belli ĝesti an poterit indulgere rebellibus,num.1

Scriptura licet ad probationem gratiæ non requiratur, tamen quoad remissionis delictorum materiam scriptura iam requiritur.num.2.3.4.&.5.

Remissiones & gratiæ interinantur in Regio senatu ad videndum an sint secũdum ius concessæ necne,num.6.& hoc cum ex potestate ordinaria conceduntur à Principe, secus si ex extraordinaria. numero.7.

Gratia principis maior est quam officialium de eius mandato. num.8.

Tenor priuilegij diligenter inspiciendus est. numero.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remissio generalis delictorum an valeat, & quid sub ea comprehendatur, num. 10.
Commissarius cui data est potestas sedandi prouinciam rebellatam an possit indulgentiam cõcedere redeuntibus ad sua vexilla num, 11,
Rediens ad maleficium an debeat esse eiusdẽ generis, vel sufficiat diuersi ad validitatem indulgentiæ, nu. 12.
Mentio facienda est de prima indulgentia vt valeat secundæ concessio, nu. 13.
Exprimenda sunt omnia, quæ reddant Principem difficiliorem, num. 14.
Indulgentia & abolitio quæ requisita contineredebeant, nu. 15.
Mentio facienda est de indulgentia primi delicti. num. 16.
Auxilium legis frustra implorat, qui in legẽ committit, num. 17.
Mentio facienda de sententia lata contra indulgentiam impetrantem, num. 18.
Indulgentia vel rescriptum nõ valet nisi apponatur clausula non obstante tali lege, num. 19.
Abolitio facta de accusationibus non extenditur ad carceratos, num. 20.
Delictum in curia factum grauius est. n. 21.
In carcerati a vinculis liberãtur die veneris sancti, num. 22.
Indulgentia plenaria quæ dicatur, num. 23.
Exprimenda sunt omnia difficiliorem principem reddentia, num. 24.
Indulgentiæ Regiæ requisita, num. 25.

Lex Secunda.

Summarium.

Quid debeat indulgẽtia & remissio cõtinere vt valeat declarat. l. nostra.

IBI, *Da ocasion a los hõbres para hazer mal*, facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt diximus in l. 1. tit. 1. supra, isto lib. verbo, *Por que los delictos no queden sin castigo*,

Ibi, *Que nos hizieremos*, sed an alius quã Rex id possit, videtur ex ijs verbis intelligi quod sic & quod alius possit has remissiones facere, cum lex nostra indulgentias Regis aliter, quam hic factas inualidat, nam qui vnum prohibet aliud permittere videtur, sed dicendum est totum contrarium nam soli Regi & alijs in terris non recognoscẽtibus superiorem id permittitur, & non alijs, vt in. l. præcedente diximus, & sub hoc præsuppositio lex nostra disponit non aliter valere has remissiones nisi hic disposita & declarata contineãt, sed an dux belli gesti 1 nomine Regis poterit indulgere rebellibus, vi. gloss. fin. in. l. 1. titul. 32. partit. 7.

Ibi, *Saluo el que fuere por carta firmada de nuestro nõbre y firmada con nuestro sello, y escrita de mano de escriuano de nuestra camara*, hic videtur text. expressus probans, quod, non solum ad probationem huius gratiæ & remissionis requiritur scriptura, prout ad probationem gratiæ tantum† requiri dicebat 2 Bal. in l. si qua per calumniã, in fine. C. de Episc. & cler. cum alijs adductis per Bossi. in pract. tit. de remed. ex sola Clemen. prin. num. 54. & seq. & Decia. in dict. 1. tom. de delictis titul. 35. num. 97. & Ant. Peregrinus in tract. de priuil. fis. lib. 5. tit. 2. nu. 14. eo quod secundum eum ibi, numero. 12. & 13. & alibi nos diximus, gratia sola viuæ vocis oraculo absq; scriptura quoad se perfecta est, & ex ea statim † acquiritur ius impetranti, ex. c. si pro te, de 3 rescrip. in sexto, c. fi. de concess. præb. in sexto; e. institutionis. 25. q. 2. & sic quoad probationem tantũ scriptura gratiæ† requirebatur tamen quoad 4 nostram remissionum & indulgẽtiarum à rege factarũ materiam, quoad substantiam & sic validationem gratiæ & indulgentiæ delicti alicuius, ex 5 text. nostro scriptura† requiritur, qui casus est addendus ad plures vbi scriptura requiritur, relatos per glo. in. c. 1. de censibus, lib. 6.

Ibi, *Y firmada en las espaldas de dos de nuestro cõsejo*, quod in Frãcia & Mediolani, &

lina & in senatu Pedamontano interinari dicitur, alias nihil valẽt, interinã tur enim in senatu ad videndũ an sint 6 secũdũ ius cõcessæ, necne, † vt inquit Iuli. Clar. in lib. 5, pract. crimi. §. fin. q. 59. num. 10. & Anto. Thesau. in decision. Pedamont. decisione. 21. & hoc cum per viam ordinariam & ex potestate ordinaria conceduntur 7 à Principe. secus si ex potestate† extraordinaria concedãtur, nam tũc secretarius in literis remissionis tantũ subscribit, per Regem Hispane, *Por el Rey* sine ampliori additamento, nec addit ex relatione concilij aut Chancellariæ, atque post sigilli munitionem & appensionem ad literas remissionum extraordinariarũ, iubet Rex secretario, vt super plica scribat hoc modo, sigillata per expressum mandatum Domini Regis, aut Imperatoris, secundum Iodocum in pract. crimi. cap. 145. nu. 6. maior est enim eius 8 gratia quam officialiũ de eius† mandato, secundum Peregrin. vbi supra, num. 10. & 11.

Ibi, *Saluo aquel que especialmente fuere nombrado*, idem probatur in. l. 12. tit. 18. p. 3. vbi glo. *Señaladamente*, eo quod tenor priuilegij diligẽter inspiciendus, 9 † prout de inuestitura dicit text. in cap. 1. in fi. & ibi Bal. de duo. fratri. à capi. inuest. & in. c. 1. §. deniq;. 1. col. quæ fuit prima causa bene amit. l. 1. §. sed & si quis. C. de iati. liber. tollen. not. in propositũ Deci. in. d. tit. 35. n. 65. cũ 4. seq. & Ant. Pereg. in tract. de priuil. fis. lib. 5. tit. 2. nu. 32. ex quo inquit gl. illa, *Señaladamente*, in. d. l. 12. tit. 18. p. 3. quod non valet indulgẽtia generalis 10 criminum, sed debent crimina† quæ remittũtur specifice nominari, & nõ intelligitur remissũ, nisi de quo sigillatim est in literis indulgentiæ dictũ, vbi an dicatur expressum in ista materia, quod sub generalitate verborum comprehenditur, ex quo ibidem glo. Azeuedo super. 8.

illa, infert ad determinationem quæstionis, si Rex ad pacificationem alicuius prouinciæ dedit facultatem alicui ad regendam & pacificãdam prouinciam, cum commissione remittẽdi crimina etiã læsæ maiestatis delinquentibus quibus ipsi videbitur, si in illa prouincia erat seditio & rebellio, si commissarius hic publicauit indulgentiam omnibus ad sua vexilla redeuntibus & deferentibus rebellionem, an valebit talis † indulgentia, & 11 inquit quod sic, & respondet contrarijs, & ex. l. nostra & præcedente probatur permittentibus generales remissiones.

Ibi, *No se entienda ningun caso especial*, de quibus in. l. præcedente, & in dict. l. 12. titulo. 18. partit. 3. dicitur quod semper excipiuntur in literis gratiæ casus illi, vt in. l. præcedẽte retulimus & diximus.

Ibi, *Y tornasse a hazer otro maleficio*, sed an debeat esse eiusdem generis cum 12 primo, vel sufficiat etiam si diuersi † generis sit, difficultat optime Auenda. in titul. *De las injurias*, nume. 2. & 3. & diximus in. l. 5. titulo. 14. libro. 4. supra.

Ibi, *Saluo si hiziere mencion de la prime ra*, & sic de prima indulgentia alterius 13 † delicti est facienda mẽtio, gratia secunda debet de prima mentionem facere, vt diximus in dict. l. 5. titulo. 14. lib. 4. supra, omnia enim sunt exprimenda, quæ difficiliorem† reddent 14 Principem, vt per Clarum in dict. §. fin. quæstione. 59. numero. 9. sed quis dubitat quin Princeps reddatur difficilior si sciat semel iam indulgẽtiam illi concessisse de alio delicto, cum ęgreferat cotidie indulgẽtias vnimet concedere, essent enim incentiuum delinquendi, ergo de illa facienda est mentio, neque sufficeret de illo delicto in secunda meminisse, nisi specifice de indulgentia prima in secũda

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentio fiat, vt valeat, vt probant verba sequentia nostri text. & requisita quæ debet continere abolitio, & in-
15 dulgentia † vt valeat refert Decian. in dict.tit.35.num.51. vsque ad.65.ex clusiue, & succincte ea recensendo, primum est, quod tale reseriptum cõtineat delictum commissum, & qualitatem ipsius, & pœnam, si est imposita, alias dicetur obreptitium, & non valebit. Secundum quod fiat de delictis præteritis, vel pœnis iam illatis, non autẽ de futuris delictis. Tertium quod indulgẽtia fiat de pœna corporali, vel pecuniaria applicanda fisco, nam si applicanda foret parti nõ valeret. Quartũ quod omnia exprimãtur quæ vitra pœnã criminis ipsius delinquentem aggrauant, vel saltim quod tã generalia sint verba, quę omnem pœnam comprehendant. Quintum quod indulgẽtia iuri tertio iam quæsito non præiudicet. Sextum quod qui petit indulgentiam delictum fateatur vel petat à delicto, vel petat à pœna, indulgentia enim presupponit delictum, & pœnã, quæ & alia declarat optime Iodocus, in pract. crimi. capit. 157. cum pluribus sequent.

Ibi, *Aunque en ella vayan declarados todos los maleficios que hizo.* Pondera dictionem illam, *Aunque*, latine, quanuis, quamquam, & licet, vel, & si, includit enim præcedentia & comprehendit ea, vt alibi diximus, ita vt licet mentio fiat in secunda indulgentia de omnibus delictis cõmissis per nanciscentem eam, adhuc nihil valet
16 nisi etiam fiat mentio de indulgentia primi † delicti, reddit enim Principẽ difficiliorẽ prima indulgentia obtenta delicti aut delictorũ anteà cõcessa, ad impetrandã secundã alterius delicti, nam cui non profuit prima indulgentia, secundæ se fecit indignũ, frustra enim quis legis auxiliũ implorat, qui cõtra legẽ committit, & consue
17 tudo delinquẽdi, quæ in duobus actibus verificatur, ex gl. in l. 3. C. de Episcopo. audi. difficilioriẽ reddit Principẽ, & difficilius solet obtineri, ideo nõ solum de delictis commissis debet fieri mentio in secunda gratia & indulgẽtia verum etiam de prima indulgentia primi delicti, si qua concessa fuit & hoc significant ista verba, & hic est eorum verus intellectus, etiã si Did. Perez, in l. 2. tit. 11. lib. 1. Ordi. in glo. *Aunque en ella*, alium velit intellectum proponere, sed tandem cum hoc remanet, & bene. Et sic licet antea vt ibi per eum, in glo. *Que alguno*, ex Guillel. & Bal. ibi relatis, deberet fieri mẽtio in secunda indulgentia de omnibus anteà commissis delictis, tamen ex lege nostra etiam de primorum indulgentia est facienda mẽtio, & hæc est vera conclusio. lege nostra attẽta.

Ibi, *Si fuere dada sentencia contra el si de la tal sentencia no hiziere mencion*, siue sententia talis sit lapsa in rem iudicatam,
18 siue non, † nam si in rẽ iudicatam non transit, posset post indulgẽtiam ferri alia sententia maior, & res tanquam nondum decisa posset mouere Principem ad difficilius dispẽsandum, ex l. 3. C. de Episcop. audien. c. postulasti, de rescr. si vero sit in rẽ iudicatã lapsa, itidem etiam vel pro suo interesse vel publico ex dicta sententia adquisito difficilior redderetur, & sic debet expressa mentio fieri, aliàs non valet reseriptum & indulgentia, nisi apponatur clausula, † non obstante hac lege,
19 ex glo. per text. ibi, in l. causas. C. de transactio. l. fina. C. senten. res. non poss. &, l. fin. C. de errore aduoc. omnia vt dictum est, sunt exprimenda, quæ Regem difficiliorem redderent, quare non valebit, si quis taceat sententiam latam, argumento dict. l. fina. C. sent. resci. non posse, &. c. inter dilectos, de fide inst. & gl. insuper literis, verb. literas dedissemus, de rescr.

quæ

quæ ad hoc allegat Did. Per. l. 2. tit. 11. glo. *Fuere*, lib. 1. Ordi.

Ibi, *Y si fuere preso*, nã ad carceratos
20 non extenditur † abolitio facta de accusationibus, vt per Deci. dict. tom. 1. de delict. lib. 3. tit. 25. nu. 24.

Ibi, *Saluo exceptados los casos acostumbrados*, de quibus in. l. præcedenti, in glo. *saluo, alene*, vbi diximus.

Ibi, *Hizo en nuestra corte*, nã grauius
21 † est si in curia fiat, vt apparet ex l. 1. vbi diximus, tit. 23. sup. eo. lib. & ex l. 8. tit. 31. part. 7. colu. 2. versi. *Otrosi deuen catar el ingar.*

Ibi, *Entro en la nuestra corte*, nam & id grauius est vt apparet ex l. 7. tit. 23. supra hoc lib. vbi diximus.

Ibi, *La qual corte declaramos que sea*, vi. dicta per nos in l. 1. gloss. 3. dict. tit. 23. supra, eodem lib.

Ibi, *Se guarden para el viernes santto de la Cruz*, in honorem sanctissimæ Crucis, in qua per passionem Iesu Christi Genus humanum aduersus inimicos victoriam consecutum est, vt etiam
22 incarcerati † liberẽtur à vinculis humanis, & con. l. 1. tit. 32. part. 7. crucis etiam signum maximo est prosequendum honore, de qua cruce aliqua dixit Montal. in reperto. verbo. *Cruz*, & hæc vocatur remissio vel indulgẽ
23 tia plenaria † sine vllo additamento ciuilis mulctæ, ad differẽtiam alterius indulgentiæ quæ solet cum mulcta ciuili concedi, vt inquit Iodocus, in d. pract. crimi. c. 147. nu. 7.

Ibi, *Y de la condicion y calidad del*, vt ex dictis in præcedentibus glosis, nam
24 omnia sunt exprimenda, † quæ difficiliorem regem redderent, vt per Suarez, allegatione. 12. fol. 150. in principio in antiquis.

Ibi, *Y que los perdones que en otra manera se hizieren no valgan ni sean guardados*, tanquam subreptitia & obreptitia. Et sic resolutiue ex l. nostra requirun
25 tur, sequentia, † scilicet, scriptura in Azeuedo super. 8.

dulgentiæ, à Rege suo nomine signata, & suo sigillo sigillata, & scripta manu sui secretarij de camera, & subscripta, a duobus de Regio consilio. Secundo quod debet fieri mentio de delicto pro quo remissio fit, & de conditione & qualitate eius & an in curia vel extra curiã sit factum. Tertio quot delicta anteà commiserit & an pro eis vel aliquo eorum remissionem & indulgentiam à Rege impetrauerit. Quarto si pro delicto illo pro quo petit indulgentiam est lata sentẽtia vel non, vel trãsiuerit in rem iudicatam vel non. Quinto si est incarcerarus, vel non petens indulgentiam. Sexto quod apponatur clausula, salua proditione alcuosia, aut morte secura. Septimo si post delicti homicidij cõmissum intrauit curiam Regis, debet de hoc fieri mentio, & de modo homicidij, si fuit cum sagitta aut cũ igne hæc omnia ex l. nostra colliges, item si pro casu de la hermandad deliquit, debet etiam fieri mentio de hoc, vt patet ex l. 4. infra eod. & aduertat petens indulgentiam quod portet pacẽ factam cum offenso vel vxore & hæredibus eius, ex l. 1. supra isto titulo. quod si remissio & indulgentia deficiat in aliquo, antequam eam præsentet, recurrat vt emendetur &. supleatur per Regem & eius cõsiliarios, nam id fieri potest, ne forte sibi opponatur de subreptione & nullitate. vel si ea intra tempus limitatum non vsus fuerit, recurrat vt ei protrahatur & prolongetur, vt vtrumque dicit Iodo. in dict. pract. crimin cap. 147. num. 19. & 20.

SVMMARIA.

Delictum an fateatur quis perpetitionem Indulgentiæ. num. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lex Tertia.

Summarium.

Regis indulgentia non tollit ius parti quæsitum, cui bona sunt ablata.

HBI, *Nuestra intencion*, Rex enim nemini in dubio vult præiudicium facere, vt late diximus in l. 14. nu. 39. cum seq. tit. 3. lib. 1. sup. & in l. 3. nu. 1. & sequent. tit. 14. lib. 4. sup. & in alijs pluribus locis, & in. 12. tit. 18. part. 3. etiam probatur.

Ibi, Y *sean auidos por confiessos*, ergo à contrario per petitionem indulgentiæ non videtur quis † fateri delictū, 1 vt diximus in. l. 1. supra isto titu.

Ibi, Y *aunque se diga que esto procede*, idem videtur disponi in. d. l. 3. tit. 14. lib. 4. supra, vbi diximus.

Lex. 4. sequens est declaratoria. l. 2. supra eod. vt scilicet cum indulgentia petitur aduertat petēs quod si delictum pro quo illam petit est de casibus, *De la hermādad*, debet fieri de hoc mentio in indulgentia, alias non valet & debet continere alia requisita illius. l. 2. vt ibi dixi, in glo. fi.

Leges. 5. &. 6. non indigent commentatione.

SVMMARIA.

CONsuetudo vel priuilegium concedens alicui nobili potestatem liberandi ductum ad executionem pœnæ impositæ non valet. nu. 1. & 2.

Lex Septima.

Summarium.

Reuocātur priuilegia, de Valdecaray, & omnium populorū, & cōsuetudines, vt delinquētes ibidem confugiē tes tuti sint.

HBI, *Con qualquier costumbre por dōde se quiera ayudar*, sic etiam non valet cōsuetudo quod nobilis † possit liberare cōdemnatū ductū ad executionē mortis, vel itidē priuilegium hæc concedēs non valet, vt tenet gl. fi. in. l. 1. tit. 32. p. 7. versi. secus vero, & Auend. c. 7. præto. nu. 12. lib. 1. & sic nimirum quod & reuocentur priuilegia populorū prætendentiū eripere à morte delinquentes ad se confugientes, & sic futilis est & sine valore asserta † consuetudo domorum particularium aliquorum nobilium prętendentiū delinquētes cōfugiētes ad domos suas exinde extrahi nō posse, & eodē modo priuilegium si quod habent inutile erit & non seruandum. 3

TITVLO. XXVI. FINALIS

nostri lib. 8. & est, De las penas de bienes pertenecientes a la camara.

QVidē cōtinuatur ad prēcedētes, nam cū dictū sit, in titulis præcedē tibus de pœnis delictorū particulariter in quolibet titulo huius libri octaui discussorū, in quibus pars applicatur cameræ regię nūc pro cōpleméto huius libri octaui proponitur qñ & quomodo dictę pœnæ fisco applicatæ sint exoluendæ & recuperādæ, & insuper aliqua ꝓponūtur delicta pro quibus pœna cameræ dictæ applicatur, vel cōtinua ex principio, titu. 31. part. 7. vbi lex. 1. declarat quid sit pœna, sed ad nostrū titulum melior est continuatio prima.

SVM-

SVMMARIA.

DOnatio Regis de pœnis facta non valet ante condemnationem in rem iudicatam lapsam. num. 1.

Lex prima.

Summarium.

Executio aut beneficium pœnarum cameræ Regiæ applicatarum fieri non debet nisi sententia earum condemnatoria transierit in rem iudicatam.

HBI, *Sin ser primeramēte juzgados por sentencia de juez competente, y passada en cosa juzgada*, vt enim sit iusta donatio † de his pœnis facta & non viciosa, debet præcedere de pœna applicāda sententia, secundū Parid. de Sindi. c. de excess. baro. relatū & secutū per Auēda. c. 7. prætorum. nu. 7. lib. 1. imo ex tex. nostro, debet hæc sentētia trāsire in rē iudicatam, de quo vide quæ diximus in. l. fi. tit. 13. n. 2. li. 4. sup. & vide, l. fi. tit. 5. lib. 3. sup. vbi diximus aliqua. 1

SVMMARIA.

IVdices non possunt imponere pœnam sibi ipsis applicandam in casu quo quis suo mandato contrauenisset. nu. 1.

Iudex non potest partem per legem denuntiatori applicatam sibi capere. nn. 2.

Index dimidiam pœnæ arbitrariæ debet fisco applicare, nu. 3. & num. 4. ampliatur etiā ad iudices fraternitatis.

Statuto siāte quòd dimidia pars pœnæ applicetur parti alia dimidia fisco, si seus omnē pœnam recuperabit, & ipse soluet dimidiā applicatam parti. n. 5. licet liberaretur priuatus soluens parti dimidiam. nu. 6.

Pœna legis in dubio si aliud non dicatur fisco applicata cēsetur. n. 7. nisi vt ibi & n 8.

Pœna cū fisco applicatur an quilibet admittatur ad accusandū, nu. 9.

Pœna pars indici applicata an eo mortuo debeatur eius hæredibus. nn. 10.

Iudex non potest se cum parte condemnata componere, nu. 11 & 12.

Sententia, vt ea vti posimus, non dicitur nisi illa, quæ in rem iudicatam lapsa est. 12.

Lex Secunda.

Summarium.

Iudices sibi non debent pœnas applicare, sed secundum quod in. l. nostra disponitur debent facere.

HBI, *Las quales penas ponen para si*, Hic habes text. expressum contra iudices aliquid in republica iubentes pro bona adminiſtratione, quod in mandato tali non possunt in casu contra- 1
uentionis imponere † pœnā sibi ipsis in totum vel in partem applicādam, quod debēt multum aduertere, & esset grauis pœna contra tales iudices per legē aliquā imponēda, vt ab ijs abstineret, imo neq; possunt partē denūtiatori vel accusatori † applicatā per 2
legē capere si ex officio procedāt, secundū quod dixi in. l. 8. tit. 2. lib. 1. sup.

Ibi, *Para la nuestra camara y para los estrados de su auditorio, o para repartir en otras cosas piaz y publicas*, cū lex in ijs verbis per copulatiuā. y. loquatur, intelligē dum est omnino per mediū esse tales pœnas diuidēdas, inter cameram & strata sui auditorij, vel inter opera pia & publica q̄bus applicāt, q̄ si nihil stratis aut pijs his vel publicis operib⁹ applicarāt vel suæ dispositioni nō relinquerēt iudices ij curiæ tunc cameræ censerētur applicatæ, & sic nō erit iā in crimine falsi, vt diximus in. l. 5. tit. 7. nu. 2. 3. & 4. lib. 3. sup. Nō erit inquā speciale q̄ pęna falsi in dubio fisco applicatur, neq; idem in pœna septuplarū, vt diximus in. l. 12. tit. 6. n. 1. lib. 3 sup. sed regulariter si aliud nō dicatur pęna fisco applicata censetur: & quāuis aliud dicatur dimidia tamē pęnæ huius fisco debet applicari, alias tenebitur iudex, & hoc in pœnis arbitrarijs, † nam in ijs quæ à lege ordinarie sunt applicatæ illis præstādæ sunt quibus per legē applicatur, neq; potest iudex alterare formā legis aliter in syndicatu tenebitur de suo soluere. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi, *Siempre la mitad de las penas sean y se entiendan ser aplicadas a la nuestra camara*, prout in glo. præcedente diximus, idq; adeo verũ est quod schedula Regia iussum est iudicibus fraternitatis, vulgo, *Alcaldes de hermandad*, quòd etiã de pœnis pecuniarijs quas imponũt delinquentibus medietatẽ earum debeãt † applicare cameræ regiæ, aliam vero medietatẽ expẽsis fraternitatis, vel in alium necessariũ vsum, aliter enim ipsi tenebũtur fisco de suo soluere & satisfacere, inquit tñ Bar. in l. 1. C. de vẽd. rerũ fisca. li. 10. q. ſtãte statuto q. de aliqua cõdẽnatione medietatẽ habeat fiscus & medietatẽ priuatus totum debet solui fisco & fiscus † soluet illi priuato. l. senatus. §. senatus. ff. de iure fisci, liberaretur tamẽ cõdemnatus soluens priuato partem † suam, & fiscus hoc impedire non posset secundũ Bar. vbi supra, & sic fit cotidie. Imo & si lex imponit pro delicto pœnã alicui pecuniariam, si eã non applicat in dubio censetur † fisco applicata, secundũ glo. in l. iubemus. 2. §. his quoque iudicibus, verbo, bonorũ. C. de sacrosanct. Eccles. per. l. mulctam. C. de modo mulctarum, quæ & alia allegat Did. Per. in Rubr. nostri tit. *De las penas*, lib. 8. Ordi. pag. 359. col. 1. ad fi. nisi secundũ eũ ibi pœna talis esset imposita propter iniuriã & delictum commissum contra personã particularem ciuiliter, nã tunc in dubio eidẽ † personæ applicatur, idq; nouissime & bene per cõclusiones prosequitur quando pœna parti vel fisco applicata censeatur Ant. Pereg. in tract. de priuil. fisci. lib. 4. titu. 8. nu. 3. cũ. 6. seq. vbi nu. 10. quærit, an quilibet admittatur † ad accusandum cum pœna fisco applicata est, sed an si iudex qui cõdemnauit & ex condẽnatione pars aliqua erat ei applicata per legem vel statutũ si adimpleuit officiũ vel mortuus est, & tempore sui successoris sit executio pœnæ illius an ipsi successori vel iudici illi qui condemnationem fecit si viuus est vel hæredibus eius si mortuus applicabitur, † & dicendũ est q. illi qui condemnauit vel hæredibus eius est dãda pars illa, secundũ Auiles. c. 15. prætor. n. 35. relatũ & secutũ per Did. Per. vbi sup. in fi. Rub. pag. 360. in princ. & ibi inquit ita practicari inter auditores, quando supplicatur, cum mille & quingentis duplis.

Ibi, *Que siempre las dichas penas sean juzgadas antes que executadas*, vide quæ diximus in l. præcedenti.

Ibi, *Y la tal sentencia sea passada en cosa juzgada*, vide quæ in propositum diximus in l. 11. tit. 6. lib. 3. sup. n. 2. adhoc quod iudex non potest se cũ parte cõdemnata † cõponere super parte ex illa condẽnatione ipsi iudici applicatã, nisi prius sit lata sententia & lapsa in rem iudicatã, & ita & nunc tenẽdum firmiter asserere, quidquid cõtrarium nos referẽs teneat nouissime Gutie. sup. ead. lu. in lib. 1. pract. quæst. q. 35. solum se fundans ex eo, quod lex illa tantum loquitur de sententia nõ vero exprimit de lapsa in rem iudicatã, quod nihil obstat cum de iure habeamus sententiã vt ea vti possimus nõ dici nisi illã quæ † in rem est lapsa iudicatam, nã si appellatione est suspensa non iudicatur de ea sicut de illa, & si aliud permitteretur iudicibus esset occasio iniustas & rigorosas ferendi sentẽtias, & partes molestandi vt sic se cõponere adstringerentur, neq; obstat id quod ipse Gutie. ibi dicit, scilicet quod præsumendũ est pro iudice tãquã persona publica & pro qua lex præsumit, quia lex etiam cõsiderat & intendit obuiare malitijs & calũnijs partium & iudicũ, & nè detur eis occasio aliquid perperam agẽdi, prout cotidie per iudices fieri videmus, qui iam ad malum potius quam ad bonũ sunt proni, & auaritia pleni, & ideo omnibus modis est eis coarctãda via ne quid male agãt, nam pars vidés se condemnatam & quod expẽsæ appellationum sunt magnæ siuè iusta aut in iusta sentẽtia fuerit procurat se cõcordare & sic iudices multoties quod suũ non est rapiunt, & si lex nostra quoad donationẽ pœnarum per Regem faciendam requirit quod earum condẽnatio sit facta & lapsa in rem iudicatã cur & à fortiori idem non requiri dicemus quoad hoc, nè iudices inferiores se cum partibus quas condemnarunt, conponant, super parte eis ad iudicata virtute talis cõdmenationis nondum lapsæ in rem iudicatã, nam est ne iustior inferior quam superior, erit ne donãs quam rapiens, & sic miror quod ipse Gutierrez ita dictã suã opinionẽ sine scrupulo asseruerit cũ ex ea detur occasio iudicibus delinquendi & partes molestandi, & cum carcere adstrigendi vt se cum eis componant, neque sufficit dicere quod non est credendum iudices talia facere, nam vltrà quod faciunt cotidie occasio est eis auferenda ne tale de eis præsumi possit, præsertim hisce miseristemporibus in quibus prout experientia compertum habeo & Regem nostrũ & suos de hoc certiores facio, quod iudices inferiores, & absit, Deꝰ, ne & superiores auaritia pleni sunt per fas & nefas, quæ nõ sua sunt quærentes & nihil aliud præ oculis habentes quam adquirere, ampliare, cupiditatem suam, & sic arctandæ & nõ ampliandæ sunt eis viæ malorũ & occasiones eorũ, & intellectum, quem ego assignaui ad doctrinam Auend. in d. l. 11. nõ dixi hoc ipsum Auend. sensisse sed quod posset illo modo per me proposito intelligi, quiquidẽ modus clarus est & volẽti intelligere facilis, etiã si ipse Gutie. asserierit se illum mente non percipere, perciperet enim si voluisset, sicut & asserere posset lecturã meã super tribus libris primis nostræ recopilationis, imo & quarti libri multo ante suas practicas quæstiones in lucem prodijsse, & ita ex impresionibus apparet, & quia si aliud esset vtique ipsum allegarem pro vt alios allego, quos non tam in honore, quam ipsum habeo.

SVMMARIA.

POEna conuentionalis non potest apponi à partibus vt fisco applicetur nisi persona publica stipuletur pro eo, num. 1. & sic notarius vt, num. 4.

Fisco quilibet priuatus acquirere potest pœnam conuentionalem, num. 2.

Fisco ex contractu priuato pœnã deferri iuris est num. 3.

Pœna in compromisso apposita an debeatur si appelletur vel reclametur ab arbitramento, num. 5.

Lex nostra etiam de pœna iudiciali loquitur num. 6. licet raro petatur, vt ibi.

Monitione non præcedente non incurritur pœna, num. 7.

Fide iussor potest defendere reum, quẽ repræsentare in iudicio promisit, numer. 8. vbi idem in fide iussore in causa ciuili, num. 9.

Lex Tertia.

Summarium.

Obligantes se ad implementum cõtractus sub pœna fisco applicandæ, renẽtur illam soluere, si non implent contractum.

IBI, *Por compromisso*, & hæc vocatur pœna conuentionalis, quia voluntate partiũ est apposita, vt inquit text. in l. 34. tit. 11. par. 5. & l. 35. ibidẽ sed pro ratione dubitandi facit text. in l. arbiter intra. ff. de arbi. allegatum per Bald. in Margarita sua, verbo pœna. q. 23. ad hoc quod pœna cõuẽtionalis non potest apponi à partibus fisco applicanda, nisi persona publica † stipuletur pro eo, & cum iam hodie stipulatio non sit necessaria require-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur tamen quod quis nomine fisci acceptet promissionem, ex dictis per nos in.l.2.tit.16.lib.5.supra,nu. 20. & Bald. refert Rebuf in .3.tomo,consti. Fran.tit.de arbit.glo.1.artic.13. nu.11, &12.sed pro ratione decidendi dicẽ dũ est,quod licet pœna in contractu applicata alicui tertio priuat' aliquis adquitere non possit, quia non sua in
2 tereſt , tamen , fisco sic, † quia semper sua interest,vt fiscus sit diues & soluendo,vt postea nihil ab eo vel parũ exigat,vt not.in.l.1.C. de indictionibus lib.10. nor. Rebuf. vbi suprà.n, 14.& ideo Tabellionem pro fisco sufficit acceptare,vel dic quod cumpœna fisco applicatur in cõtractu oneroso, tũc fisci acceptatio nõ requirit , imo neque notarij tanquã publicæ personæ,quia cum antea si stipulatio intercedebat pactum erat quis alteri tertio stipulari,& ea non interueniente nõ adquirebatur actio fisco, ex.l. seruus ea lege.ff.de seru. expor. hodie vero ex d.l. 2.tit.16.lib.5.sup.stipulatio non requiritur,sed possit quis pro alio tertio obligationem recipere, vt ibi dixi,& probatur clare ibi, nimirũ si ex cõpromisso quod quasi semper resultat ex contractu oneroso inter partes inito adquiratur pœna fisco,cũ id sit regulare,quod ex contractu priuato fisco, defertur, † pœnã deberi, ex.l.1. ff. de iure fisci,vel dici potest quod quia pœna est indiuidua, & debetur tam fisco quam parti, vt inquit Rebuf. in.d. n.13.& latius Ant. Peregri. in.d.tract. de priuile. fisci,lib.4.tit.7.nu.cum. sequẽt. ideo nimirũ quod cũ parti acceptãti pro sua adquiratur per dimidiũ, ita& pro alia dimidia parte fisco cui applicatur adquiratur, vel securius dici ideo esse,quia habemus iam leges sic disponentes,& cõsequenter tã in contractu oneroso , quã in lucratiuo procedere legẽ nostrã, & ita disposuisse censendum est,quia pœnæ appositio indiuidua est vt diximus,ideo nimirũ si acceptata per priuatum cùi sit etiã pro fisco idẽ cẽseatur acceptatũ , sed primam tenẽt oẽs in.d.l. 1.in principio.ff.de iure fisci , & ideo valet quia notarius tanquam publica persona accepta pro fisco.& sit speciale fauore
4 fisci, vt sufficiat hæc notarij † acceptatio in hoc casu , & an pœna debeatur
5 in compromisso † apposita si appelletur vel reclametur ab arbitramento, diximus in.l.4.tit.21.lib.4.suprà.

Ibi,*O en otra qualquier manera*, vniuersalis est hæc dictio , qualquier, maximè præcedente dictione, otra, ita vt etiam dissimilia comprehendat vt diximus in.l.1.nume.57.titul. 8.libr.5,
6 sup. & alibi pluries, & consequenter lex nostra etiã de pœna iudiciali † loquatur,& illa quæ solet in fideiussionibus iudicialibus apponi,de soluẽdo vel depręsẽtãdo aliquẽ totiesquoties iussum fuerit sub tali pœna fisco applicanda , de qua fideiussione loquitur etiã.l.36.tit.11.par.5. quæ loquitur in ciuilibus,in criminalibus autẽ loquitur.l.17 &.18.tit.12.eod.par. 5. vt aduertit glo.1.in ea.l.63.sed raro hæ pœnæ iudiciales exequuntur, eò quod si non hodie,saltim alio die præsentant reum iudicio,& sic morã purgãt, pro vt permittitur purgari posse per dictas leges partitarum.

Ibi,*Tenidas de la pagar*, vt in.l.1.ff.de iure fisci.in princ. probatur,& ibi Bar. & alij,& diximus in glo.1.istius legis.

Ibi,*Auiendo incurrido en ellas*, nota Gerundiũ illud, in.do , in ablatiuo positum, nam inducit conditionem & consequenter debet prius verificari in illas pœnas incurrisse, & declaratoria sentẽcia requiritur pœnæ incursæ, nam etiãsi pœna ipso iure incurratur declaratio requiritur, & ad hanc declarationem faciendã est pars citãda, vt alibi dictum pluries remanet,& est sine dubio,præsertim quia potuit habere

bere iustam causam contraueniendi pacto & conuentioni, quæ excusabit cum,secundũ quod diximus in.l.4.gl. 50 cierta pena,tit.21.lib.4.sup. itẽ etiã excusari potest quia petitio & monitio non præcessit saltim ad pœnas iudiciales incurrendas , & sic petitio
7 ne & monitione † nõ præcedente nõ incurritur pœna,secundũ Sal.l.si ex legati causa.n.14.lim.fi.ff.de verbo.obliga.& Soci.Iuni.cõs.65.n.76.&.77.lib. 1.potestque fideiussor talis defendere
8 reum,quem repræsentare † fideiussit, & si pro libero reus declaratur, ipse etiam est liber à pœna,vt probat tex. in.l.18.tit.12.par.5.vbi glo.fi.idẽ dicit
9 in fide iussore in causa ciuili,† quibus rationibus raro aut nun quã petũtur hæ pœnæ per fiscũ, vel nomine eius, neq; de ijs in iudicijs & tribunalibus lites agũtur, quia omnia hæc sunt liquidanda , quod si liquidarẽtur,& appareret pœnas incurrisse, vtiq; deberentur,vt probat nostra.l. & similes.

Ibi , *Que se puedan pedir fasta vn año*, similis.l.10.tit.16.libr. 5. suprà,vbi diximus aliqua.

SVMMARIA.

INobediens priuilegijs Regijs & Imperatorijs iniustis vel falsa relatione adquisitis non punitur,num.1.

Clausula,si preces veritate nitantur semper intelligitur in Regis rescriptis,n.2,& n. 3.quod idem in contractibus.

Lex quarta.

Summarium.

Cõtrauenientes priuilegijs regijs & Imperatorijs puniuntur vt hic.

IBI, *Que va contra los priuilegios de los Emperadores*, quod est sacrilegij crimen, vt apparet ex. l. 5. C. de diuer. rescrip.& ibi Mene.& l.2.C. decrimi. sacri.

Ibi,*o no los cumplen*, cõtra id q dicitur in tot tit.ff.si quis ius dicen.non obtem.& hoc verum crederem & procedere,si iustum est id quod in talibus regijs literis & priuilegis continetur, secus vero si esset iniustum, nam tũc supplicare ab eis licet & non obedire
1 † & idem si ex relatione falsa cõcedãtur,tunc enim nullã pœnã incurrit nõ obediens & nõ adimplẽs ibidẽ cõtẽta, sed licitum est supplicare causas allegando vt Princeps bene informatus illas literas & priuilegia suspendat,reuocet,& annullet , vt diximus in.l.14.tit.3.lib.1.sup.& in.l.1.& seq.titul. *De las pronisiones*,lib.4.sup. & alibi pluries,contra miseros prælatos, & iudices,qui multoties præ timore exequuntur literas iniustas & subreptitias,cum semper intelligatur clausula,si preces veritate nitãtur, †.l.vniuersi.C.de diuer. rescrip. adeo quod
2 etiam in cõtractibus intelligatur, † secundum Octauia. decisione Pedem. 179.num.pen,

SVMMARIA.

VIas publicas claudens cõtra bonum commune facit.n.1.&.2.

Didaci Perez opinio reprobatur,n.3.

Lex Quinta.

Summarium.

Claudens itinera,vias,calles,& loca publica per quæ transferũtur alimenta, & sustentationes punitur vt hic.

IBI,*El que cierra o embarga los caminos*, Didac . Perez,hic sub .l.28.tit.19.lib.8. Ordi. dicit hoc esse contra bonũ
1 commune † & publicum, & bene dicit,nã cũ ex rebus comestibilibus & mercantijs quæ per vias publicas etrahuntur sustentatio vicinorum dependeat,mirum non est, si claudens has

vias

Universidad de Deusto
Biblioteca

vias contra bonum commune & publicum facere dicatur, & in nostri tex. pœna condemnetur, & hæc intellige rem, cum solum ex aliquo particulari commodo suo & eius respectu id faceret, secus vero si dolose & malo animo ne bastimenta in ciuitatem & villãac populos deferrentur, & perirent ciues & vicini, quibuscum inimicitiam capitalẽ gerit, vel cum domino talium locorum, tũc enim gra-
2 uis pœna est imponenda, & grauior † si in contemptum Regis, & suæ iurisdictionis id faciat, vt aduertit Didac. Pe. vbi sup. quæ bonus cõsiderabit iudex, vt condignam pœnam delicto impo nat, & sic leges quas allegat ipse Did. Perez, pro dictis ab eo, multum sunt considerandæ, nam loquuntur in differentibus casibus nostræ legis, & ideo non sunt trahendæ pro consonã tibus, vt ipse Perez, voluit eas affetre.

Ibi, *Cient maraudis*, Did. Perez. vbi sup. in glo. si. inquit pœnam hanc esse auctam ad sex mille morapetinos ex rex. in. l. 3. tit. 9. & l. 1 tit. 12. sup. isto lib.
3 8. sed fallitur meo videri, † quia leges illæ in grauioribus delictis quam hic loquuntur, nam disponunt quoties itinera publica itinerãtibus impediũtur ad eos derobandum, & sic differunt multum à nostra, vt poteris faciliter videre, & sic in terminis nostræ l. eius pœna imponetur, & in terminis dictarum legum ibidẽ declarata erit imponenda.

SVMMARIA.

SCalas fenestræ apponens vel infringens fenestras consiliator dicitur & punitur de delicto indefecto. n. 1.

Lex Sexta.

Summarium.

Domum alterius perforãs & aperiens vel locum faciens ad maleficiũ committendum aleuis est, & perdit medietatem bonorum fisco Regio applicandorum & corpus eius voluntati Regis remanet.

IBI, *O fiziere lugar*, ope enim, inquit tex. in. §. interdũ, inst. de obliga, quæ ex delic. nas. & cons. eius quoque furtum admitti videtur qui
1 scalas forte fenestræ † supposuit, aut ipsas fenestras vel ostium infringit, vt alius furtum faceret, &. l. qui seruo. ff. de furt, & l. si quis vxori, in principio, not Did. Perez. hic sub. l. 29. titu. 19. lib. 8. Ordi. in fin.

Ibi, *Por donde hombre entre a hazer malefficio*, & sic vt pœna. l. nostræ incurratur debet domus perforari ad maleficiũ committendum, hoc enim denotant hæc verba, & clarius demonstratur in. l. 6. titul. 5. libro. 4. fori, & facit l. 74. styli, quæ ampliat dictam l. fori. & nostram ei similem ad ascendentem per parietem in domũ alterius, vel per fenestram introierit, vel clauem fecerit &. c. de qua l. 74. styli credo me latius dixisse in hoc lib. ad ibi dicta me remitto vbi declarani dictam l. styli, quomodo intelligatur & procedat, & an sit vsitata necne ad ibi dicta super ea meremitto.

SVMMARIA.

FVgiens a carcere si capiatur non habetur pro perpetratore. n. 1.

Fugiens a carcere non dicitur qui habuit animum redeundi. n. 2.

Carcerem non frangit fugiens ad superiores indices, num. 3.

Præsumptio confessi non obstat fugienti à carcere si innocentiam suam purgat. n. 4.

Carcerati si non perfecerunt conspirationẽ non puniuntur neque habentur pro confessis. num. 5.

Lex Septima.

Summarium.

Fugiens à carcere pro perpetratore delicti habetur, & insuper soluet cameræ

ræ. 600. morapetinos, & eum habens sub custodia alios sexcentos.

IBI, *Vaya por hechor de lo q̃ le fuere acusado*, intellige nisi statim sit captus etiã inui
1 tus quia tũc non † habetur pro tali, quia est ac si non recessisset, qui denuo reuertitur, secundum Villalo. in ærario litera F. n. 3. col. 4. in fi. vbi allegat Ber. Diaz, in reg. fuga. eam alijs modis limitãtem, & idem tenet Auiles. c. 1. præto. verbo, dadiuas. n. 23. neque itidem punitur, qui redijt, &
2 habuit animũ reuertendi † secũdum Boeri. decis. 215. n. 18. Rip. in. l. admonendi. n. 169. ff. de iure. iur. & sic qui fugit à carcere vt consequatur iustitiam apud superiores nõ dicitur † fregisse carcerem, imo admittitur per
3 ipsos superiores, & datur prouisio in forma contra iudices inferiores vt non procedant omnino contra eum, nec contra eius bona, & cotidie fit & practicatur, secundũ quod & inquit Did. Perez, hic sub. l. 34. in fi. tit. 19. lib. 8, Ordi. vbi allegat plures: Tertio limitatur hæc lex nostra, vt procedat (quoad confessionem delicti & vt habeatur vt confessus pro eo) quoties carcerati omnes vel maior eorũ pars conspirantes fregerunt carceré, & fugerunt secũdum glo. l. 13. tit. 29. part. 7. glo. magna. in fi. quam ad hoc allegat Olanus, in antinomia lite. F. num. 115. & licet ipse ibi ex. l. nostra teneat contrarium quia lex nostra hoc non requirit, ego tamẽ credo esse veram & tenendam opinionem illius gl. magnæ, & quod lex nostra supplea tur per illã partitæ, vt requiratur conspiratio & fractio & fuga carceratorũ vel maioris partis, vt in pœnam confessi incidãt, imo & hæc cõfessi pœna eis absentibus locum habet, nã si post se præsentassent vel capti fuissent ad carcerem pro delicto illo reducti, si probarent innocẽtiam suam ralis de
4 licti nihil vtique eis obsisteret † præsumptio cõfessi, vt inquit in hoc optime Olanus vbi sup. nu. 117. licet pro effractione punirentur fustigationis pœna, vt ibi inquit, & quod ita sit lex nostra intelligenda, patet: nam iniuste certe disposuisset si pro qualibet fuga carceris quis haberetur tanquam confessus delictum illud pro quo erat raptus, cum & fugiens sine effractione dum reperiret carcerem apertum nullo modo puniatur, & sic in hoc sic fugiente solum imponi solet pœna hæc. 600. morapetinorũ nrę l. & sic iustissime lex nostra intelligẽda supplẽda ac declarãda est perillam. l. partitæ, vt secundũ illã. l. nostra procedat quoad confessi pœnam, & credo me alias sic etiã tenuisse, & video practicari cotidie, sed si non perfecerunt carcerati conspirationem quia
5 detecti sunt, tunc neque † habentur pro confessis, sed arctius custo diuntur, & arbitrio iudicis puniũtur qualitatibus personarum in spectis, secundũ gl. *Sefuessen*, in dict. l. 13. tit. 29. par. 7. & in materia nostræ. l. vidẽdus est etiam Ant. Gom. tom. 3. varia. c. 9. n. 11. perto. & Dueñas, in reg 389. cum sequent. & Did. Perez, hic sub. l. 34. titulo. 19. libro. 8. Ordi. qui tamen succincte transiuit in eius declaratione, & Olanus vbi sup. n. 106. cũ sequent. plura dixit, sed omnino est sequenda & tenẽda dicta declaratio ad. l. nostrã, ex dict. l. partitæ, cum Greg. ibi sic optime considerante, & voluit Dueñas, in reg. 392. limi. 1. & 6. & si bene consideretur ita tenet & Villalo. in anti. lite F. num. 51.

Lex Octaua.

Summarium.

Incendẽs domum alicuius ad occidendũ eum punitur pœnis de quibus hic.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEista.l. vide quæ diximus in.l. 6.tit.12.sup.isto lib.in gl. *Y si le.*

Lex Nona.

Summarium.

Quilibet qui in ciuitate villa aut populo ierit armatus & associatus cũ alijs ad irruẽdum in domum alterius pœnis nostræ.l.punitur.

HBI, *A cõbatir la posada de otro*, cum & ipsi iudici nõ liceat iubere, quem extrahi à domo sua, quæ vnicuiq; tutissimum refugium est, atque receptaculum, vimque inferre videtur eum vocans in ius. ex.l. plerique, vbi gloss.1.ff. de in ius vocan. l.3. & ibi glo.tit.7. par. 3. tradit Did. Perez, in.l.1. glo.1.q.4.tit. 2.lib.3.Ordi. & si iudici id nõ licebat, cur & licebit cuilibet priuato alium è domo sua violenter eijcere volẽti, domum eius inuadendo cum armis & armatis hominibus, quod est grauissimum violentiæ delictum, ideo graniter ex.l. nostra puniendum, & legis publicæ de vi ex. §. itẽ lex Iulia, inst. de vi, publi. & tradit idem Did. Perez hic sub.l.42.tit. 19.lib.8.Ordi.pag.392. in princ. vbi eius additio, quærit an incurret hanc pœnam si non perfecit, & determinat quod non: de eius tamen opinione dubito, cum lex nostra non requirat delictum perfectũ, E & sic oppugnationẽ & incursionem domus esse factã, sed sufficere quod iuerit armatus, & cum hominibus armatis ad irruendam domum alterius, in ijs verbis, *Qualquier hombre, que en ciudad, villa, o lugar, fuere a combatir la posada de otro*, pondera verbum illud, *Fuere*, quasi ire sufficiat, licet domus non irruatur & propugnetur.

Lex Decima.

Summarium.

Mortem securam committens aleuosiæ crimen incurrit & amittit per dimidium bona cameræ regiæ tradenda, & quæ dicatur mors secura.

IBI, *Y la mitad de sus bienes pertenecen a nuestra camara*, idem est in qualibet aleuosia. l. 10. & alijs titulo. 23. suprà, isto lib.8.

Ibi, *Y toda muerte se dize segura*, vide quæ diximus in eius declarationẽ in l.3. tit.2.lib.1.supra, num. 11. & in.l.2. glo.pen.titu.23. supra, isto lib. 8. & in l.11. glo.1.tit.8.lib.5.supra, & Gutie. in lib.1.pract.quæstio.quæst.2.

SVMMARIA.

LÆsæ maiestatis crimẽ an committat Regem & Regiam progeniem maledicẽs num.1.

Maledici Regem neque quis audire debet num.2.

Maledicens officiales & ministros iustitiæ ad quid teneatur.nu.3.

Lex.11.

Summarium.

Maledicens de Rege & de eius filijs est aleuosus & incurrit nostri text. pœnam.

IBI, *Quien dize mal de nos*, cõtra id quod dicitur Exodi 22. dijs nõ detrahes, & Principi populi tui non maledices, & maledicus scandalizabatur in illis, Ecclesiast.23. & in tit. ex tra de maledi. & in tit. C. si quis Impe. maled. & an crimen læsæ Maiestatis committat † Regem & Regiam progeniem 1 maledicens, diximus in.l.1. titulo. 18. supra. isto libro, in gloss.1. & alia diximus etiam in.l.3.tit.4 sup. eod. lib. & con.l.2. & 4. titu. 11. part. 2. vbi & probatur quod neque debet quis audire male

2 maledici † Regem, & vi. etiam. l.fi. tit.2.par.7. & late per Tiberi. Decia. in tom.2. de delict. lib.7.c.50. si quis Impera. maled. & Did. Perez. in.l.3. tit.8. lib.8. Ordi. & Canter. in q. suis crimi. in c. de crimine læsę Mai. humanæ. n.4. & succincte Iuli. Clar. in pract. crimi. §. læsæ Maiest. n.1. in fi. vbi allegat consilium Ruini. 145. lib.5. & Crauet. cons. 6. & 9. sed Principes qui male dicũtur debent multum attendere ad singularia verba, illius. l.1. C. si quis imper. maled. & vide etiam Menoc. de arbit. iud. casu. 375. num. 377. & de maledi-
3 cente officialibus & ministris † iustitiæ, vi. Bosi. in pract. crimi. tit. de officia. corruptis. n.37.

Ibi, *O alguno de nos*, sub ijs verbis cõprehendi censeo vxorem Regis, nam cum Rex sit vnus, & in verbis sequentibus dictum sit de filijs eius, manifeste denotatur de vxore Regis hęc verba esse intelligenda, & quia vxor eadẽ est caro cum Rege & eius gaudet priuilegijs, & iniuria facta vxori cẽsetur factа viro eius, ex.l.1.ff. de iniurijs.

Ibi, *O de nuestros hijos*, inquibus patet repræsentatur & pars viscerũ eius iudicantur, vt in libr. 1. suprà, latius diximus.

De lege. 12. quę loquitur circa septenatũ cõdẽnationẽ per iudices quoslibet Regni Granatæ faciendam, vt teneãtur eas applicare fisco Regio, vidẽda sunt quæ diximus in, l.9.tit. 11. sup. isto lib.8. & idem in alijs iudicibus ex l.11.tit.6.lib.3.sup. & nihil amplius super hac.l. est immorandum, sicut & in legibus sequent. pauca dicemus, vt titulo & lib. huic. 8. satis prolixo finem imponamus.

De lege. 13. solum annotare libet, 1 quod licet videatur lex localis solum loquens cum cõductoribus reddituũ Regiorum Regni Granatæ, idem tamen dicendum est in quibuscunque alijs locis extra regnum illud, vbi eadem ratio datur ex dictis per nos in rubrica, tit.4.lib.3.suprà.

SVMMARIA.

PRæceptum optimæ gubernationis est vt nihil præter leges sed secundum leges fiat num.1.

Nihil laudabilius neque dignius præclaro viro placabilitate & clementia. num.2.

Misericordiam & clementiam facere licet dum tamen ordo necessarius seruetur. numero.3.

Pœna etiam legalis cum causa minui potest. num.4. & 5. & 6. vbi. num.7. declaratur nõ procedere in pœnis parti applicatis.

Pœna ordinaria, per legẽ fisco applicata etiã cum causa difficulter minuitur à iudicibus, num.8.

Multæ minutionem ex causa indices faciũt tam ante sententiam, quam post sententiã num.10. & n.9. quod debet inferi causa ob quam minuitur.

Exilij pœna ex causa mutari potest. n.11.

Legislatores in legibus condendis debent seruare consilium Aristotelis, num1. super lege.17. & sequent.

Lex. 14.

Summarium.

Iudices exequãtur leges & earum dispositiones, neque moderentur pœnas ab eis impositas, & quomodo sint taxandæ merces & res prohibitę de quibus condemnatio per iudices facta est.

IBI, *Que en la execucion de las eyes y pragmaticas ay mucha desorde*, in quo perturbaturrei pub. gubernatio, maximum enim & præcipuũ optimæ gubernationis præceptum est, vt nihil præter leges, omnia vero secundum leges fiant, † nam (vt inquit Plato. in lib. ciuili.) ea sola recta gubernatio est, quæ id efficit, vt nemo quicquam præter 1 leges committere audeat, & qui audeat morte afficiatur, & iterũ in libr. 4. de legibus, inquit, nõ ideo Magistratus

Universidad de Deusto
Biblioteca

us alicui dabimus quod diues sit, aut huiusmodi quicquam possideat, vt robur, magnitudinem, generis claritatem, sed ei qui positis legibus parebit maximę, & hac recæteris in ciuitate præstabit, prout hæc & alia congerit Siman. de Repub. lib. 9. ca. 7. per totum, quodsi hæc quoad ciues procedit, quanto magis quoad iudices, & iustitiæ ministros, qui legibus gubernandi sunt, si & ipsi ordinem legum peruertant, peruertent etiam optimã Reipub. administrationem & gubernationẽ, & ob id ipsemet Siman. ibid. in lib. cod. 9. cap. 8. cum. 3. sequent. inquit solam naturalem rationẽ Magistratuum non sufficere ad rectam gubernationem, nisi litteris & scientia adornati sint, si enim Magistratus nõ sunt literati, nescient leges seruare, & Magistratus (vt inquit Plato. lib. 4. de repub.) si custodes legum nõ sint, omnem ciuitatem simul perdunt, cõtra verò, si vere custodes sint, beatam, vel soli, vt eam efficiãt, opportunitatem habẽt, aliter enim quales fuerint præfecti, tales etiam qui sub ipsis sunt, frequentius fiunt, vt per eũdem Siman. in eod. lib. 9. capit. 13. & ideo iuste lex nostra inquit maximam esse negligẽtiam, quæ versatur in iudicibus, cum leges non obseruant, & exequuntur.

Ibi, *Como en componer y moderar las dichas penas*, sed nõne solet misericordia & clementia commendari, cum dicatur non meretur misericordiam, qui nescit eam facere, & ea vtendum est cum delinquentibus, vt diximus in. l. 27. num. 3. tit. 6. lib. 3. supra & Cicero lib. 1. officiorum dicit, nihil est laudabilius, nihil magno & præclaro viro
2 dignius, placabilitate † & clementia: idẽ pro Ligario, nulla virtus, nec gratior, neque admirabilior misericordia est, homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando: prout hæc & alia refert Siman. vbi sup. lib. 5. c. 17. cur ergo in præsenti reprobata videtur clementia & misericordia: & faciliter huic obiectioni satisfacies, ex verbis præcedentibus nostri tex. dum dixit, *Ay mucha desorden*, ita quod misericordiam, & clemẽtiam facere licet, dum
3 tamen ordo † necessarius seruetur, & claue non errante fiat, nam vt inquit Siman. in. d. c. 17. gratiæ, quæ iustitiam transgrediuntur, nè gratiæ quidẽ dici debere videntur: & sic intelliges etiã illam authoritatem Exodi. c. 23. pauperis non misereberis in iudicio, vt intelligas secundũ quod inquit Augusti. super Exodũ. q. 88. nisi addidisset in iudicio, magna esset quæstio, sed cum additũ est, nulla quæstio est, hoc esse præceptum, nèforte cum iudicamus, recte nobis facere videamur, si cõtra iustitiam pauperi faueamus, causa misericordiæ, itaq; sine alterius iniuria & pauperi, & pupillo, & viduæ semper fauendũ est: ita optime diluitur hæc difficultas, pro vt dixit Siman. vbi supra, lib. 6. cap. 10. in fin.

Ibi, *Se defraudan las leyes*, quomodo fiat fraus legi. vi. text. ibi glo. & Doct. in. l. fraus fit legi. ff. de legibus, & alibi diximus.

Ibi, *Y no se executan*, quod est acsi nihil esset actum, vt diximus in Rubric. tit. 21. lib. 4. sup.

Ibi, *Ni pueden sobre ello hazer otra composicion ni moderation alguna*, hic videtur esse tex. probantẽ nullo modo licere iudicibus moderare pœnas legũ, & sic iã sublatæ sunt omnes causæ, ob quas licebat iudicibus moderari pœnas, de quibus per Tiraq. de pœnis tempe. & per Rhedin. in tra. de Maiest. Princip. §. sed etiam, à. n. 48. cum sequent. pluribus, vbi pro & cõtra id examinat, & num. 77. ponit octo causas minuendi vel augendi pœnas, & licet iudices ignari vel potius nummorum auidi velint se excusare ex dispositione. l. nostræ

nostræ, ad non diminuendum pœnas legum nulla ex causa, dicentes legem nostram generaliter loqui, & indistincte, & sic esse intelligendam, tamẽ negandum non est quum cũ causa iusta possit minui, nonsolũ mulcta, sed &
4 legũ pœna, † idque probatur ex. l. nostra, nam cum in principio eius dictũ sit, quod iudices peruertendo ordinẽ iuris minuebant pœnas, & in fraudem legum & executionem earũ, sub hoc præsuppositio, intelligi debẽt hæc vltima eius verba, & dispositio hæc, scilicet, quod minui non possint pœnæ legum, iniuste scilicet, & sine causa, cũ
5 causa † autem neque lex hæc dicit, neque præsumendum est dixisse, cum leges in ratione, & in clementia, ac misericordia fundentur, seruãt enim boni Principis conditionẽ, scilicet, quod sit clemens & benignus dictamine, rationis seruato, & sic idem videntur leges velle seruari per executores earum vt iubetur per. l. 9. tit. 31. par. 7. & pro hoc facit doctrina illa glos. à me pluries cõmendata in. l. si mãcipio. C. de seru. fugiti. dicentis quod quando lex vnum disponit & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum debet verificari præsuppositum, dispositum autem hoc quod pœna non diminuatur per iudices, transit cum præsuppositio illo, in fraudem legis & absq; ordine, ergo vbi nõ datur fraus hæc, sed causa iusta potius adest, lex nostra non prohibet minui, sed potiꝰ concedit, à dispositione rationis & legis cessante: neque censendũ est misericordiam iustam ratione concessam velle tollere, neque dispositiones antiquas id cũ causa permittẽtes, & quia verba generalia de habilitate sunt restringenda, ex. l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. & sic de iure siue impona
6 tur à lege. siue ab statuto minus † ex causa iusta posse, cõmunem testantur plures relati per Clar. lib. 5. in practic. crimi. §. fi. q. 85. n. 10. & Rhedin. vbi supra. & gl. fi. l. 8. tit. 31. par. 7. & Peregri. in tract. de priuil. fisci, lib. 4. tit. 8. n. 14. cum pluribus sequent. pag. 232. & Villalo. in ærario, verbo, pœna. nu. 39. & Auend. c. 16. prætorũ. n. 3. lib. 2. vbi allegat Domi. à Soto lib. 5. de iust. & iure c. 4. eleganter loquentem, quando liceat minoribus iudicib' à pœnis legũ recedere, & tradit etiam Did. Perez, in. l. 9. glo. 1. tit. 16. lib. 8. Ordi. pag. 333. & nos diximus alia in. l. 10. tit. 1. libr. 4. sup. n. 66. & 70. cum sequent. vbi id intelligimus in pœnis fiscalibus, vel in mulctis, non vero in illis quæ sunt partibus applicandæ, † ipsis partibus petẽtibus, secus verò si destitissent, vt & per Clarum, vbi supra, & in. l. 1. glo. otro, tit. 1. sup. cod. lib. 8. iterum diximus, licet minores iudices quoad partẽ fisco applicatam etiam si per viam mulctæ & pœnæ extraordinariæ imposita sit, ita timidi sunt aliqui, quod ad nequem ex causa iusta audent facere, cum id sibi à iure ciuili & partitarum licitũ sit, sed falluntur: nam si in vim mulctę applicẽtur etiam fisco ex causa diminui & in totũ tolli possunt, ex legibus partitarum per me allegatarum in. d. l. 10. dict. n. 66. sed cum est pœna ordinaria
8 per legem fisco applicata, † tunc non sine causa inferiores iudices recusant eas minuere etiã cũ causa, nã in syndicatu possent super hoc molestari & cõdemnari ad soluendũ de suis bonis talem partẽ remissam pœnæ talis ordinariæ per legem fisco applicatæ, & sic nunquã audent eam remittere: debet tamen iudex cũ mulctã minuit exprimere causã ob quã minuit, vel saltim,
9 † dicere ꝙ ex iustis causis motus id fecit, secũdũ Clarũ vbi sup. & hãc diminutionẽ mulctæ ex causa faciũt, tam ante sententiã latam in ipsamet sentẽtia, quam etiã lata sententia † & iuste,
10 nã lex nõ restringit eius potestatem siue ante siue post: sed tãtũ an causa sit iusta

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusta & de expressis in iure vel nõ, & sic multoties vidi fieri: neque obstat l.9.tit.31.part.7.quæ in contrariũ videtur, nam illam intelligo procedere in alijs pœnis, quam pecuniarijs, vel in pœnis ordinarijs pecuniarijs fisco à lege applicatis, non vero in mulctis, in quib° sic multoties vidi fieri etiã post sententiam, & ita colligitur ex l.4. & ibi gl.2.tit.22.par.2. quæ singularis est in propositum, pro dictorũ declaratione, imo & in pœna exilij idẽ est vt propter † paupertatem remittatur secundum Anil. c.1 prẽto. gl. derechamẽte. n.7. & alibi nos etiam diximus. 11

De leg.15. vid. l.2. & 7. tit.7. isto lib. 8. sup. vbi diximus aliqua & nostra est nouior & illatum pœnã immutat, vt apparet ex subscriptione marginali nostræ l. & sic pœna hic inserta imponetur contrauenienti.

De lege.16. videbis bullã cœnæ Domini, in qua appositũ est capitulum contra hos receptatores & fauentes inimicis fidei.

De legibus tribus sequẽtibus nihil est quod dici possit in earum commẽtationem, solum de lege finali.19. in ordine videbis quæ diximus de istis Mauris Gazis in rubrica in gl. fi. tit. 2. sup. isto lib. & pro cõplemento huius tit. & totius huius libri octaui. qui me satis elaboratum habet, solum notare admoneo Principes ac legislatores, 12
scilicet, quod seruent † in legibus condendis consilium Aristo. Ethico. 1. dicẽtis, oportet leges recte latas omnia dirimere, & quã paucissima relinquere iudicantibus, vt & inquit Bal. relatus per Petr. al. l.1. de leg. 2. n. 38. in fin. pag. 26. & per Siman. de republ. lib. 4. c. 18. Quibus quidem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei finitur cõmẽtarius super hoc lib. 8. die vltimo Aprilis anni. 1594. quod quidem antea finitum haberem, si negotia & occupationes & infirmitates intermedię locum dedissent. Parcat doctissimus lector. In libro autẽ. 9. prosequẽdo hũc quintum & finalem tomum aliqua postea de perse dicemus, quæ tomus hic capere non poterat.

FINIS.

SALMANTICÆ.

Excudebat Petrus Lassus,

Anno. 1596.

Ad.l.13.titu.7.de los juegos, quæ huic titulo addita est: adde sequentia.

PRimum quod lex hæc. 13. est Augmentatiua pœnarum cõtra ludentes aduersus legum prohibitiones, ita vt vltra pœnas per alias leges impositas, imponentur etiam nouiter additæ inhac lege. 13. secundum tenorem & formam eius, vt ex eius verbis clarè patet, ibi, *Allende de las penas en que incurren por otras leyes*, & ibi in. §. fi. *applicamos todas las penas sobredichas*, ita quod omnia vocat pœnas, & nihil excipit in ijs verbis, cum qui totum dicit, nihil excludit, & verbum. *sobredichas*, omnia comprehendit & pœnalia efficit: & consequenter decerpitur ex ijs, verba illa, *Y el que gano buelua enteramente la ganancia con otro tanto, con que esto no exceda de cincuenta ducados*, pœnalia sunt pro tertia vice ludentibus aduersus prohibitiones legum imponenda, ita vt iam hodie, pro hac tertia vice lucratum non perdenti, sed cum duplo vsque ad dictos. 50. ducatos per tertias partes, fisco & denuntiatori, & iudici, ex dict. cap. fi. nostræ legis. 13. applicanda sint, tum quia lex hæc est augmentatiua pœnarum, tum etiam quia ipsi perdenti denegat repetitionem perditorum in casu in quo perdens sit maior quatuordecim annorum, nam si esset minor ius antiquum remanet in suo esse, & illæsum.

¶ Secundum notabile huius. l.13. est, quod in quãtum in. §.1. disponit, quòd maior quatuordecim annorum obligatur iam ex ludo, eò quod ei denegat amissorum in ludo repetitionẽ etiam intra illos octo dies à lege. 2. istius tituli concessam & permissam, infertur clarè ex ijs approbatam esse iam opinionem dicentium, quòd lucratum à minore facit suum lucrãs, sicut & ipse minor suum faciebat id quod lucrabatur à maiore. 25. annorum in ludo, vt sic leges ludi sint iam æquales inter vnos & alios, de quo & nos dicebamus in. d. l. 2. supra eod. num. 89. & hoc dum tamẽ sit minor hic perdens maior dictorum quatuordecim annorum, secus si esset minor 14. annorum, & id iuridica ratione fundatur, ex eo quod maior quatuordecim annorum cõtrahere potest & obligatur ex contractu, minor verò eorum nullo modo, vt apparet ex dictis per Anto. Gom. tomo. 2. Varia. c. 14. num. 1. ideo supradicta lex nostra cõsiderans disposuit. Quod an procedat si est in potestate alterius talis maior 14. annorũ, minor vero vigintiquinque dubitabile est, ex dictis per Anto, Go. vbi suprà, & per nos in dict. l. 2. n. 88.

¶ Tertium notabile est, quod per hanc l. 13. decisa videtur quæstio à doctoribus theologis & iurisperitis altercata, num amissorum in ludo transferatur dominium in lucrantem, vt scilicet, ex lege nostra translatio fiat, dum Judẽtes maiores. 14. annorum ius non habere disponit ad repetendum amissa in ludo etiam prohibito etiam intra octo dies à lege. 2. supra eod. assignatos, cum id nulla alia ratione dispositũ credi possit, quàm quod cõtrahere possunt & obligari & obligationis transferre dominium rei contractæ in contrahentem cum eo, de qua quæstione nos agebamus in dict. l. 2. supra eod. num. 90. cum sequentibus pluribus, nam si dominium non transferretur nõ vtiq; lex nostra repetitionem denegaret, prout denegat.

¶ Paragraphus. 2. huius legis. 13. est noua iusta & iuridica dispositio, & per legem. 15. huius nostri tituli ampliatur, vt idem sit circa *los jornaleros*.

¶ Paragraphus. 3. augmentat pœnas

a tabu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabularioꝝm,de quibus in.l.3.4.& 5. supra isto titulo.

